# REGESTA

# REGNI HIEROSOLYMITANI

(**MXCVII—MCCXCI**)

EDIDIT

REINHOLD RÖHRICHT.



OENIPONTI

LIBRARIA ACADEMICA WAGNERIANA

1893.

# Praefatio.

Ex quo tempore Fridericus Wilkenus illud maximum et praeclarissimum opus, quod inscribitur: Geschichte der Kreuzzüge (Leipzig 1807—1832, 7 voll. 8°) edidit, bellorum sacrorum historia, quae vel amplitudine vel doctrina Wilkeni librum aequipararet, conscripta non est, nam viri docti opus tam arduum et difficile de novo ordiendum et perficiendum perhorrescentes satis habuerunt, certa quaedam temporum spatia vel partes libellis et dissertationibus accuratius tractare, quibus bellorum sacrorum historici futuri utantur, regni vero Hierosolymitani historiam diplomaticam prorsus neglexerunt. Itaque rem jamdiu desideratam nos efficere conamur ita, ut liber noster in historia dicti regni illustranda eundem locum obtineat, quem illius Friderici Böhmeri Regesta imperii in historia imperii illustranda obtinent. Vellemus eorum formam et dispositionem imitari licuisset, sed cum spatium perdere nollemus cumque epistulae et chartae non solum paparum, patriarcharum, archiepiscoporum, episcoporum, abbatum, ordinum equestrium magistrorum ac fratrum, sed etiam imperatorum, regum, principum, comitum, nobilium, consulum, quaecunque ad historiam illorum temporum pertinent, tam variae et tam multae sint, ut, si has singulas coordinavissemus, tota materia in plus quam decem partes divisa itaque nimis discerpta esset, merum chronologicum ordinem sequi maluimus, quo alii quoque, qui Regesta ediderunt, usi sunt. Quamquam ne horum quidem exemplum ex omni parte sequendum esse statuimus. Primum enim latino sermone utimur non tam, quod chartae et epistulae maxima ex parte latine conscriptae sunt, quam quod res eae, quae iis continentur, saepe non satis accurate in aliam linguam converti possunt. Deinde chartas et epistulas multo diligentius, quam alias fieri solet, excerpsimus et annotationibus, quae explicandis rebus inserviunt, illustravimus citantes, quae ab aliis viris doctis vel a nobis ipsis aliis locis ad argumentum pertinentia jam proposita sunt. Chartarum vero et epistularum delectum adhibendum esse putavimus, nam si omnes eas, quibus nomen vel loci alicujus Terrae Sanctae vel clerici militisque in ea constituti memoratur, congessissemus,

solae paparum epistulae librum tantae magnitudinis explevissent, quantae hic noster est. Pariter epistulas, quibus bella sacra ab occidentalibus peregrinis narrantur, et chartae, quae ad Cypri et Armeniae vel privatam ordinum equestrium historiam attinent, aut plane omisimus, aut breviter annotationibus attigimus. Hoc tamen confirmamus, nullam rem graviorem et majorem (exceptis ineditis) nos fugisse, vel a nobis praetermissam fuisse. Denique libro nostro indicem personarum, locorum et rerum necnon glossarium addendum esse putavimus sperantes, viros doctos inde magnum fructum libenter percepturos esse.

Restat, ut viris ornatissimis, quibus a Friderico Böhmero testamenti exsequendi cura mandata fuit, Dominis Dr. Adolfo de Harnier, regio justitiae consiliario et Dr. Friderico Schmidt-Polex Francofortiae ad Moenum constitutis optimas maximas gratias agam, qui ex pecunia, quam Fr. Böhmerus ad historiam Germaniae fovendam et illustrandam proposuit, libentissime magnam partem ad hunc librum typis excudendum praebuerunt, praeterea clarissimo Delaville le Roulx, qui ordinis S. Johannis codicem diplomaticum editurus aliquot emendationes textuum per S. Paolum editorum nobiscum benignissime communicavit, denique bibliothecario ornatissimo Parisiensi Couderc et amico nostro C. Desimoni, archiviorum Liguriae praefecto, qui chartas ineditas obtulerunt.

BEROLINI, 18 Novembris 1892.

**Reinhold Röhricht.**

(**1097** Sept. exeunt. ?). — (Simeon), patriarcha Hierosolymitanus [1]), et Haymarus, de Podio S. Mariae episcopus, christifidelibus in partibus Aquilonis habitantibus scribunt, quae ipsi praeclare gesserunt (Archives de l'Orient latin I, p. 221, No. 2; cf. p. 152—155, No. 90). || *Idem patriarcha (med. Octob. ejusdem anni) cum Syriae episcopis graecis et exercitus crucesignatorum latinis Occidentalibus nuntiat, quae adhuc gesserunt, et auxilium ab iisdem petit (ibid. I, p. 155—159, No. 91). **1**

[1]) De eo cf. Hagenmeyer, Gesta Francorum, Heidelberg 1890, p. 481.

( „ Nov. ineunt.). Antiochiae. — *Bohemundus I princeps Rogerio nuntiat, quomodo Antiochia potitus sit (Archives I, p. 160, No. 93; aliae ejusdem epistolae fictae memorantur ibid. I, p. 151, No. 88; p. 172, No. 103). **2**

( „ Nov.). Edessae. — Thoros, princeps Edessae, Balduinum, fratrem Godofredi ducis, rogat, ut Edessam occupet contra infideles defendendam (Archives I, p. 161—162, No. 95; cf. p. 147, No 76—77). **3**

( „ Dec.). Cahirae. — Mâlik al- Afdal, vezirus Aegypti, crucesignatis amicissime respondet eosque monet, ut Turcos debellent, necnon legatis suis concedit, ut cum Latinis foedus contra eosdem faciant (Archives I, p. 162—164, No. 96; cf. p. 146—147, No. 75; p. 168, No. 99). **4**

( „ Oct. 28—Jun. 3 **1098**). In castris Antiochiae. — Principes exercitus christianorum Dokakum, principem Damasci, rogant, ut in bello inter ipsos et Yaghi-Sianum exorto neutrius partes sequatur (Archives I, p. 171, No. 102). **5**

(**1098** c. Febr. 15.). Antiochiae. — Yaghî Siân, princeps Antiochiae, Kerbogam, principem Mossuliae, rogat, ut sibi auxilium mittat ad christianos debellandos (Archives I, p. 167, No. 98). **6**

( „ Jun. 5—13). In castris Antiochiae. — Kerbogha, princeps Mossuliae, caliphae Bagdadensi et soldano Barkiarok arma peregrinis pauperibus erepta mittit, ut ostendat, quam facile christiani vinci possint (Archives I, p. 172—173, No. 104). **7**

( „ c. Jun. 15). Philomelii. — Alexius Comnenus, imperator Constantinopolitanus, Mâlikum al- Afdal monet, ne foedus inter ipsum et Latinos factum servet (Archives I, p. 174—175, No. 105). **8**

( „ Jun. 29). Antiochiae. — *Tancredus Rogerio Bursae nuntiat, Kerbogham, principem Antiochiae, a christianis devictum esse (Archives I, p. 175, No. 106). **9**

(**1098** Jul. ineunt.). Antiochiae. — Bohemundus I, Raymundus de S. Aegidio, Godofredus de Bulliono dux, et Hugo omnibus christifidelibus nuntiant, quod foedus cum Alexio fecerint, quam fortiter Nicaea et Antiochia potiti infideles apud Dorylaeum et Kerbogham principem fugaverint (Archives I, p. 175—176, No. 107). **10**

( „ post Jul. 1). Antiochiae. — Balduinus de Burgo Manassae, archiepiscopo Remensi, nuntiat, quomodo christiani Antiochia capta lanceam sacram repererint et Kerbogham vicerint (Archives I, p. 187, No. 118). **11**

„ Jul. 14, ind. VI. — Boemundus I, Roberti Guisquardi, ducis Apuliae, filius, omnibus hominibus Januae in civitate Antiochiae ecclesiam S. Johannis in strata sitam, qua recto tramite ad basilicam S. Petri tenditur, cum fundaco, puteo et XXX domibus, quae sunt in platea juxta praefatam ecclesiam, cum pertinentiis concedit et omnes consuetudines ususque dimittit. — Boemundus, episcopus Adrianus, Robertus de Surla Valle [1]), Robertus de Anza, Rodulphus Rufus, Boellus de Carrato (Ughelli, Italia sacra IV, p. 846—847; Lünig, Cod. diplom. Ital. II B, p. 2081—2087, No. 3; Ferrari, La Liguria trionfante, p. 25; Negri, Prima crociata, p. 99; Serra IV, p. 147—148; cf. Fanucci I, p. 142; Società Ligure, Atti I, p.63—64; Gesta Francorum, ed. Hagenmeyer, p. 154; Heyd I, p. 134, 150).

[1]) Leg.: Surda valle. **12**

( „ Jul.). Antiochiae. — Principes exercitus christianorum Alexio imperatori nuntiant, se Antiochiam cepisse, rogantes, ut pactum inter ipsos valens fideliter servet et impleat (Archives I, p. 177—178, No. 109). **13**

( „ Sept. 11). Antiochiae. — Bohemundus I, Raymundus de S. Aegidio, Godofredus de Bulliono, Robertus de Normannia, Robertus de Flandria et Eustachius de Bolonia Urbano II papae nuntiant, quae Nicaea et Antiochia potiti praeclare gesserunt, necnon Adhemari, S. Apostolicae legati, mortem [1]) supplicantes, ut ipse Antiochiam veniat et ecclesiam S. Petri accipiat (Archives I, p. 181—183, No. 114). **14**

[1]) Cujus in locum Urbanus II Daimbertum, archiepiscopum Pisanum, crucesignatis misit Octob.-Dec. 1098 (ibid. I, p. 188, No. 119).

( „ Sept.). Hasardi. — Omar, ammiratus de Hasardo, a Godofredo duce auxilium contra Rodhuanum, principem Aleppiae, petit (Archives I, p. 181, No. 113). || Quod Godofredus eidem promisisse nuntiatur (ibid. I, 183—184, No. 115). **15**

„ Bajamundo I, domino Antiochiae, Anselmus Rusacherius, Lanfranchus Drubesei, Lambertus Magnus, Conradus, filius Tajonis, Bellacosa, filius Adelardi, Otho Clericus, Lambertus Medicus, Januenses jurant et pollicentur, se urbem Antiochiam contra unumquemque praeter comitem S. Egidii tenere ac defendere velle (Ughelli IV, p. 847). **16**

(**1099** Jan. 15). Caesareae ad Orontem. — Abû Salim, ammiratus Caesareae ad Orontem, suis mandat, ut regionem, per quam christiani profecturi sint, vastent et deserant (Archives I, p. 191, No. 123). **17**

( „ Jan.). Constantinopoli. — Alexius I imperator Antiochiam a Latinis occupatam reclamat (Archives I, p. 189, No. 121). || Idem Raymundum de S. Aegidio eodem mense et anno monet, ut Laodiceam Andronico Tzintzilucae tradat (ibid. p. 189—191, No. 122). **18**

(**1099** c. Mart. 15). Apud Archam. — Raymundus de S. Aegidio Godofredum ducem et Robertum de Flandria Gabulum obsidentes rogat, ut ipsi auxilio veniant (Archives I, p. 191, No. 124). **19**

( „ c. April. 10). Apud Archam. — Principes exercitus Latinorum Alexio imperatori rescribunt, se, quum ipse pactum non fideliter servarit, Antiochiam eidem reddere minime velle (Archives I, p. 192, No. 125). **20**

( „ April.). Hierosolymis. — Mâlik al- Afdal, vezirus Aegypti, crucesignatis nuntios ipsorum cum exeniis remittit et pacificum ingressum in urbem Hierosolymorum promittit (Archives I, p. 193, No. 127). **21**

( „ Maj. 28). Accon. — Ammiratus Acconensis ammirato Caesariensi adventum crucesignatorum nuntiat (Archives I, p. 195, No. 130). **22**

( „ Jul. ineunt.). Hierosolymis. — Aegyptii a christianis in urbe obsessi nuntios auxilium petituros emittunt, qui a christianis capiuntur (Archives I, p. 196—197, No. 131—135). **23**

( „ Jul. ineunt.). Aleppiae. — *Floria, soror Corbaranti, Godofredo duci Aleppiam occupandam offert (Archives I, p. 197, No. 136). **24**

( „ Jul. exeunt.). Hierosolymis. — *Godofredus dux Bohemundo I, principi Antiochiae, nuntiat, christianos Urbe Sancta fortissime potitos ipsum regem elegisse (Archives I, p. 197—198, No. 137). **25**

( „ Aug. ineunt.). Hierosolymis. — Godofredus dux Manassae, archiepiscopo Remensi, nuntiat electionem suam eumque rogat, ut pro successu christianorum oret et crucesignatos retardantes ad iter transmarinum accelerandum impellat (Archives I, p. 198, No. 138). || In eundem modum eodem mense et anno eidem scribit Arnulfus, patriarcha Hierosolymitanus (ibid. I, p. 198—199, No. 139). Harum epistolarum mentionem facit Paschalis II (Dec. 1099) epistola ad archiepiscopos, episcopos et abbates Franciae scripta (Archives I, p. 205—206, No. 146; Jaffé-Löwenfeld, No. 5812). **26**

( „ Aug. ineunt.). Hierosolymis. — *Godofredus dux plures principes christianorum in Occidentem reversuros monet, ut sibi contra Aegyptorum exercitum auxilio veniant (Archives I, p. 199—200, No. 141). **27**

( „ Aug. exeunt.). In castris Ascalonis. — *Tancredus Rogerio Bursae victoriam a christianis apud Ascalonem reportatam nuntiat (Archives I, p. 200, No. 143). **28**

( „ Sept.). Laodiceae. — Daimbertus, archiepiscopus Pisanus et Sedis Apostolicae legatus, episcopi latini Terrae Sanctae, Godofredus de Bulliono, protector S. Sepulchri, et Raymundus de S. Aegidio Urbano II nuntiant, quae ipsi Nicaea, Antiochia et Hierosolymis captis usque ad victoriam Ascalonitanam in Syria et Terra Sancta egregie gesserunt (Archives I, p. 201—204, No. 144). || Huic epistolae Paschalis 4 Maj. 1100 respondet gratulans de victoriis reportatis et commendat Mauritium, episcopum Portuensem, cui vices suas gerendas commiserat (Archives I, p. 211—212, No. 154; Jaffé-Löwenfeld, No. 5835). **29**

( „ c. Nov. 1). In insula Rhodi. — Henricus Contarenus, episcopus de Torcello, et Johannes Michaelis, admirati classis Venetorum, Godofredo de Bulliono, Raymundo de S. Aegidio, Bohemundo I principi et

Arnulfo, patriarchae Hierosolymitano, nuntiant, se feliciter insulam Rhodum appulsos sequenti vere in Terram Sanctam profecturos esse (Archives I, p. 204, No. 145). || Godofredus (Febr. ineunt. Hierosolymis) Henrico Contareno et Johanni Michaelis respondet (Archives I, p. 210, No. 152). **30**

(**1100** c. med. Jun.). Joppae. — Godofredus, dux Francigenarum, cum Venetis Terram Sanctam appulsis, si ab 24 Jun. usque ad 15 Aug. auxilium praestiterint, pollicetur, se iis in omnibus civitatibus a Francigenis captis et capiendis ecclesias singulas cum plateis convenientibus ad forum, libertatem et immunitatem concedere et civitatum viribus unitis captarum praedam ita dividere velle, ut Veneti tertiam partem, Francigenae duas haberent, Tripolim vero, tota praeda aequa portione divisa, totam Sancto Marco adjudicatum iri, si quotannis «pro recognitionis memoria sanctique loci reverentia Hierosolymam aliquid honestatis insigne transmitterent»; si vero forte Venetorum navis periclitetur, ubi Gallorum aliquis dominetur, nunquam ei quicquam ablatum, nunquam a naufragis aliquid postulatum iri (Cornelius, Eccles. Venet. IX, p. 22—25; Monachi anonymi Littorensis Historia de translatione SS. Magni et Nicolai ed. Riant in Recueil d. histor. d. croisades, aut. occid. V, p. 272 [fragmentum hoc loco primum editum]; cf. Chron. Danduli in Muratori SS. XII, p. 258; Kugler, Bohemund und Tancred, p. 63; Heyd, Hist. I, p. 136). || Hoc privilegium Godofredus dux paulo ante mortem suam (18 Jul. 1100) confirmat (Monach. Littor., p. 275). Alio privilegio Venetiani Caipham paulo post (6 Dec. 1100; cf. ibid., p. 277—278) captam, «quae alio nomine Porphiria dicitur» et, Godofredo mortuo, immunitatem accepisse dicuntur (Chron. Danduli, p. 258; Laurentius de Monacis V, p. 83—84; Lebret I, p. 286; Tafel-Thomas, Urkunden I, p. 64—65, No. 28), quod Balduinus I, fortasse post captionem urbis Acconis (26 Maj. 1104), confirmavit (Tafel-Thomas I, p. 66, No. 30; cf. Heyd I, p. 151). Primus Venetianorum ultramarinorum consul fuisse dicitur Teofilo Zeno (Tafel-Thomas I, p. 77—78, No. 27; cf. Foscarini, Della letteratura Veneziana 1854, p. 25). **31**

( „ Jul. exeunt.). Hierosolymis. — Daimbertus, patriarcha Hierosolymitanus, [1]) Bohemundum I, principem Antiochiae, rogat, ut ecclesiae Hierosolymitanae post mortem Godofredi ab hominibus Guarnerii de Gray oppressae auxilio veniat (Archives I, p. 213, No. 156). || Prutz in N. Archiv VIII, p. 130, Wolff, König Balduin I, p. 2 et Kugler, Albert von Aachen, p. 248—250 epistolam nostram fictam esse putant, sed Kühn, Gesch. d. latein. Patriarchen, p. 58—67 cum Henrico de Sybel authentiam ejusdem defendit. **32**

[1]) De quo Röhricht in ZDPV. X, p. 7; Annales Pisani in Mon. Germ. SS. XIX, p. 239; Jaffé-Löwenfeld, No. 5857, 6009; Kugler, Albert von Aachen, p. 227—228, 297—299, 355—359. Epistolam ab Ivone Carnotensi ad Daimbertum datam cf. in Migne, Patrol. lat. CLXII, p. 113, No. 93. De patriarchis Hierosolymitanis cf. Acta SS. Maj. III, p. XLV—LIX, 58—59; Octob. IX, p. 477—481; Baluze, Miscellan. ed. Mansi I, p. 440; Annales de la mission de N. Dame de Sion, 1880, No. 14; A. Roshdestwin, Die Lateiner im Patriarchat von Jerusalem im XII. Jahrhundert (Wera i Resum, 1880, XII, p. 781—817; XV, p. 129—157).

( „ Aug.—Sept.). Antiochiae. — Balduinus de Burgo, ut videtur, Manassae, archiepiscopo Remensi, nuntiat, quae crucesignati et in primis dux Godofredus in primo bello sacro praeclare gesserunt (Archives I, p. 213—215, No. 157). **33**

(**1100**?). — Balduinus I rex ecclesiae Hierosolymitanae populoque sibi subjecto obedientiam, justitiam ac pacem facere et observare pollicetur (Rozière, p. 225, No. 122; Migne, p. 1215, No. 122). Jam Godofredus dux, se vasallum ecclesiae Hierosolymitanae sive patriarchae esse, confirmasse dicitur (Kühn, Geschichte d. ersten latein. Patriarchen von Jerusalem, Leipz. 1886, p. 34, 60—62); dicit enim Anonymus saec. XII (Vogüé, Les églises de la Terre Sainte, p. 433: Godofredus «clavibus acceptis a manu patriarchae Daiberti, prout benignius poterat, patriarchatum disposuit et honores ecclesiarum et non sub regnantis sed sub Deo famulantis titulo primus apicem conscendere meruit. Voverat autem, si Deus Aschalonem in manu ejus redderet, totius Jerusalem redditus Deo militantibus in ecclesia S. Sepulcri dominoque patriarchae largiturum» (cf. Fretellum apud Kühn, p. 64). Antiochiae quoque principes a patriarcha Antiocheno investituram vexillo tradito accipere et eidem ecclesiae juramentum fidelitatis praestare semper debuisse constat ex epistola Gregorii IX (31 Julio 1238), qua (Petrum II), Tyrensem archiepiscopum, (Radulfum), Acconensem et anonymum Tortosanum episcopos monet, ut novum principem ad dictum juramentum praestandum inducant (Potthast, No. 10628). **34**

**1101** (Antiochiae). — Tancredus princeps [1]) consulibus Januensium vel cui dederint, tertiam partem adjurat redditus Solini, [2]) quae recte inde exierit, maris et terrae necnon rugam Antiochiae cum ecclesia S. Johannis, sicut Bojamundus consignavit, a torrente usque ad rugam Malphitanorum, salva obedientia S. Petri, et secundam partem portus Laodiceae maris et terrae, rugam cum ecclesia a praedio, ubi puteus est, usque ad murum portus cum castro S. Eliae et grotis necnon omnium civitatum ac portuum auxilio Januensium capiendorum. Insuper in urbe Gibeleti fundum, scilicet in portu, villam extra eandem sitam et Januenses eorumque privilegia servare ac tueri promittit. — Guilielmus Carpenter, Ricardus constabulus, Guilielmus Acatapan, Olivier de Alvei, Tancredus, Anna, notarius de foro patriarchae, princeps Rogerius. — Radulphus dux, Adam conestalle, Toroldus vicecomes, Robertus, filius Rostachin, Pontius de Roca Maura, Guaifredus, filius Ruinfredi, Amefridus Amiral; princeps Rogerius sacramentum fecit in palatio S. Petri (Federici, Lettere a G. Scioppo, p. 147; Ughelli IV, p. 847—848; Lünig, Cod. diplom. Ital. II B, p. 2079—2082, No. 2; Banchero, Duomo, p. 222; Caffaro 1828, p. 23; cf. Fanucci I, p. 163—164; Cafarus, Liberatio Orientis ed. Riant [Rec. d. croisades, aut. occid. V], p. 59, ed. Belgrano I, p. 114; Heyd, Histoire I, p. 133—134, 150). **35**

[1]) De quo Th. Delbare, Histoire de Tancrède, Paris 1822; de Saulcy in Bibl. de l'école des chartes 1842—1843, A IV, p. 302—316, 505—515; B. Kugler, Bohemund u. Tankred, Fürsten v. Antiochien, Tübing. 1862, p. 33—57; Oscar v. Sydow, Tancred. Ein Lebensbild, Leipzig 1880, 8°. De praedecessore Tancredi cf. Stanisl. Prioux, Gervais de Bazoches, prince et gouverneur de Tibériade in Bulletin de la Société archéologique, Soissons 1865, XIX, p. 351—371, de Tancredi successore Joscellino ejusque sigillo cf. Schlumberger in Revue numismat. VI. Série, III, p. 463—464.
[2]) Alias portus S. Simeonis nunc as-Suweidîjeh (Heyd I, p. 169).

„ (1100 Mart. 25 — Aug. 31), ind. VIII. — Tancredus, a duce Godofrido dominus Tiberiadis et totius Galilaeae constitutus, per manum abbatis Gerardi ecclesiae S. Salvatoris Montis Thabor omnia, quae antiquitus possederat, exceptis tantum quibusdam decimis, quae nunc quidem militibus reservantur, sed tandem ad dictam ecclesiam redibunt, concedit et donat,

scilicet montem ipsum cum adjacentiis et casalia: Kapharchemme, Kapharsepti, Naym, Seiera, Lubie, Arbel et alia bello vastata: Casta, [1]) Mesara, Jubeim, Messa, Endor, Maluf, Elful, Mangana, Cresum, Buria, Capharmata, juxta flumen Jordanis sita: Huseme, Sesye, ultra idem flumen et adhuc a Saracenis retenta: Kaharthe, Taletarpe, Perekpayton, Kapharsakai, in monte Panya Naame, in montanis Suralma de Fuchen. Factum consensu Balduini I regis et Daiberti patriarchae (Paoli I, p. 200—201, No. 156; cf. p. 536—537; Fr. Kühn, p. 69). **36**

[1]) Aliud casale Casta villa in territorio Acconensi situm sed a Saracenis dirutum Nicolaus IV fratribus Templi vendere jubet (Langlois, No. 5209).

**1102** c. — Anselmus, archiepiscopus Cantuarensis, Balduinum I, regem Hierosolymitanum, monet, ut bene regat exemplum regis christiani proferens (Epist. lib. IV, No. 9). || Idem eundem s. a. monet, ut super Jerusalem terrenam urbem in hac vita regnet olim in Jerusalem coelesti semper regnaturus (ibid. lib. IV, No. 37). **37**

**1103** Jan. 16, luna V, ind. XI, epacta XI, concurr. II (III). In Monte Peregrino ante portam Tripolensem. — Raimundus, S. Egidii comes, per manum Richardi cardinalis et Massiliensis abbatis conventui S. Victoris Massiliensi medietatem civitatis Gibellet donat et confirmat precibus Willelmi, Arvernensis comitis, Biterrensis B. vicecomitis, Massiliensis Aicardi, Narbonensis Berengarii. — Arvernensis Willelmus II comes, Bernardus vicecomes, Aicardus, Berengarius Narbonensis, Willelmus Ugonis, Petrus, episcopus Glandensis, Arbertus, S. Errardi abbas, Poncius Grillonensis, Willelmus Petri, Berengarius Willelmus, Aicfredus, quorum signa viderunt Durandus et Raimundus, qui chartam fecit, monachi, Bertrandus et Stephanus, clerici (Vaissète, Histoire de Languedoc [ed. 2] V, p. 779—781, No. 414; Martène, Ampl. Coll. I, p. 600—602; Baluze, Histor. Arvern. probat. II, p. 57; Ruffi, Histoire des comtes de Provence, p. 64—65; Lois [ed. Beugnot] II, p. 479—480, No. 1; Guérard, Cartulaire de S. Victor de Marseille, Paris 1857, II, p. 151—152, No. 802; Migne, Patrolog. lat. CLV, p. 483—485; cf. Archives d. miss. scientif. 1857, p. 356; Heyd I, p. 139). || Haec charta pertinet ad expeditionem a. 1102 contra Gibeletum factam sed non prospere finitam (cf. v. Sybel in Schmidt, Zeitschr. f. Geschichtswissensch. III, p. 62; Kugler, Bohemund u. Tankred, p. 68; Heyd, l. c.); Gibeletum (alias Gibelet, Gibellus minor, Gabulum et discernendum ab urbe: Gibel, Gibellus magnus) 28 Aprili 1104 captum est (Heyd I, p. 169). **38**

„ Jul. 29, ind. XI. Laterani. — Paschalis II Giraldo, [1]) Montis Thabor archiepiscopo, ejusque successoribus archiepiscopatum totius Galilaeae et Tiberiadis ac pallium concedit et confirmat necnon omnia praedia et casalia, quamvis major pars eorum tyrannide Turcorum comprimatur, in protectionem Sedis Apostolicae suscipit, quorum nomina sunt: Boria (Bor) ad pedem ipsius Montis Thabor, Damia, Saronia, Cafarsech (Capharseth), Lubia, Sisara, Casta, Capharkeme, Messe (Messa), Meschia (Messchia), Mangana, Capharmaza (Capharmeza), Cafartamara, Endor, Maluph, Cara, Nurith, Sulem, Elful (Ehul), Eumesara, Naim, Erbeth (Irbeth), Caimun in terra Acconis, Capharsuma in terra Sur, Desurchaia

[1]) De quo Röhricht in ZDPV. X, p. 39; ceterum cf. de abbatia Ursmar Berlière, p. 486—489; de Vogüé, Les églises, p. 352—354. Bullam nostram illustravit Röhricht in ZDPV. X, p. 230—235.

(Desurchaim),[2]) Alme ad turonem Saphet (Salphet), Alme [3]) in terra Bellinas, Neeme in terra Sueta (Sueth), Avarazaar (Avara Haar), Elleerum, Betaras (Petaras), Arthe, Taletap (Teletap), Capharsalia in terra de grosso villano (Dogros villano), Aingene, Seecip (Seetip), [4]) Eusenia (Eusenta), Sesia, [5]) Elgor, Zepheria in terra Auram, Ayn (Aiun) in terra Bethanie (Barnie), Zera, Alcotein (Alcotaim), Menan (Metaara), Hecdix, Sane Boria (v. Löher, Archival. Zeitschrift 1883, VIII, p. 96—98 in No. 1; regestum in Delaville le Roulx, p. 27; Jaffé-Löwenfeld No. 5948). || Hoc privilegium Eugenius III (4 Maj. 1146) Pontio, abbati Montis Thabor, confirmat et, a quibus dictae ecclesiae abbas eligendus et a quo archiepiscopus consecrandus sit, constituit (v. Löher, Archival. Zeitschr. VIII, p. 99—100, No. 2, ubi inter testes legendum est: Villanus pro: Guillelmus; regestum in Delaville le Roulx, p. 29; Jaffé-Löwenfeld No. 8915). Haec duo privilegia per manum Aliotti Uguiccionis, imperiali auctoritate judicis ac notarii, transscribi faciunt (23 Jul. 1255, ind. XIII. Accon) Aegidius et Jocelinus, Tyrensis et Caesariensis archiepiscopi (v. Löher, Archiv. Zeitschr. 1883, VIII, p. 96—98, No. 1; v. Pflugk-Harttung, Acta pontif. Romanorum inedita, 1884, p. 180—181, No. 218; regestum in Delaville le Roulx, p. 27 et 29). **39**

[2]) Non Dêr-Suruk quippe nomen recentissimum. [3]) 'Alma (in ZDPV. XIII, p. 42)? [4]) Chirbet-lestib seu Thisbe in terra Gilead (ZDPV. XIII, p. 209). [5]) Chirbet-sûsîje seu Hippos (Clermont-Ganneau in Comptes-rendus 1886, XIV, p. 463—466; cf. ZDPV. XI, p. 236).

**1103** (1102 Sept. 1—1103 Mart. 24), ind. XI. — Ebremarus, patriarcha Hierosolymitanus, [1]) unicuique canonicorum S. Sepulchri, donec de possessionibus quandoque praebendas easdem eis perficeret, secundum gratuitam voluntatem eorum praeter oblationes quasdam et ecclesiam S. Petri majorem Joppensem cum cimeterio CL bisantios annuales, totidem cantori, primicherio sive magistro scholastico, thesaurario et (post obitum Arnulfi archidiaconi) subdiacono, praebet (sacristiti vero C), totidem Arnulfus archidiaconus, quamdiu vixerit, subdiacono, et Balduinus rex I succentori CL dare promittit [2]) (Rozière, p. 71—72, No. 36; Migne CLV, p. 1129—1130, No. 36; cf. Wauters II, p. 15). **40**

[1]) De quo Röhricht in ZDPV. X, p. 7; Wolff, König Balduin I von Jerusalem, Königsberg (Diss. inaug.) 1884, p. 16—26; Kugler, Albert v. Aachen, Stuttg. 1885, p. 294, 355—358; Fritz Kühn, Gesch. der latein. Patriarchen von Jerusalem, Leipz. 1886, p. 33, 41—47, 69. [2]) De regula et vita canonicorum S. Sepulcri cf. Tardif in Bibl. de l'école des chartes C III, p. 513—532.

„ — *Balduinus I, rex Hierosolymitanus, ordinem S. Sepulchri instituisse dicitur privilegio ficto (Helyot, Gesch. der Kloster- und Mönchs-Orden, 1753, versio germanic. II, p. 154—155; Hermens, Der Orden vom heil. Grabe, Köln u. Neuss 1870, p. 12—13). **41**

**1104** Apr. 3. — Evremarus, patriarcha Hierosolymitanus, cum Lamberto, episcopo Atrebatensi, confraternitatem init et sigillo confirmat necnon annulum aureum, II ampullulas cristallinas balsamo plenas ei transmittit. — In margine legitur: accepta XIII calend. Decembr. (Miraeus et Foppen, Opera diplom. III, p. 315—316; Baluze, Miscell. ed. Mansi II, p. 148; Wilken, Gesch. d. Kreuzz. II, app. 6; Migne, Patrol. latin. CLXII, p. 677, No. 76). || Lambertus paulo post respondit et patriarcham per A., archidiaconum Morinensem, salutavit (Migne, l. c., p. 677—678, No. 77). **42**

**1104.** — Balduinus I, rex Hierosolymitanus, ecclesiae B. Laurentii Januensi donat plateam in Civitate Sancta et Joppae viam, tertiam partem civitatis Arezus interius cum tertia parte illius terrae, usque quo distenditur leuga una, et casale in eadem, similiter in civitate Caesareae, tertiam partem urbis Accon cum tertia parte redditus portus et civitatis necnon illius terrae, usquequo extenditur leuga una, et CCC bisantios communi rationem casalium in unoquoque anno, tertiam partem uniuscujusque civitatum, quas rex auxilio Januensium quinquaginta vel plurium ceperit, cum tertia parte redditus et terrae illarum civitatum, usquequo distenditur leuga una, et casale unum in unaquaque, quod melius elegerint exceptis duobus, denique tertiam partem civitatis Babyloniae, [1]) si eam auxilio ipsorum ceperit, cum III casalibus melioribus, quae elegerint. De cetero eos eorumque commercium tueri promittit. — Ugo de Tabaria, Ugo de S. Habraam, Gervasius dapifer, Galterius Mahomet, Fredericus de Corbolio, Peselus vicecomes, Gaufridus [2]) de Turre David, Gotman (Liber jurium I, p. 16—17, No. 8; Ughelli, Italia sacra IV, p. 848—849 [ad 1109]; Serra IV, p. 142—144; cf. Cafarus, Liberatio Orientis ed. Riant in Recueil des hist. d. crois., aut. occid. V, p. 59, not.; Heyd I, p. 151). **43**

[1]) Quae ut caperetur jam primo bello sacro milites belli peritissimi postulaverant (Röhricht, Amalrich I in Mitth. d. k. k. österr. Instituts für Geschichtsforsch. 1891, p. 437). [2]) Gumfridus de Turre David? Cf. Alb. Aquens. in Rec. d. hist. d. crois., aut. occid. IV, p. 621, 632, 637.

**1105** Jan. 31, ind. XIII. In Monte Peregrino. — Raymundus, comes S. Aegidii, in articulo mortis [1]) ecclesiae Arelatensi ejusque archiepiscopo Gibelino poterram de Argentia concedit et sigillo confirmat. — Aiminus, episcopus Tolonensis, Aicardus de Massilia, Raimundus de Balcio, decanus de Poscheriis, Bertrandus Porcelletus, Willelmus Arvei, Pontius de Fos, Rostagnus de Port. Gervila, comitissa et Adefonsus, filius, firmant, Poncius de Brosio scripsit (Gallia christ. I, instr., p. 97, No. 13; cf. Barthélemy, Invent. chronol. et analyt. d. chartes de la maison de Baux, Marseille 1882, p. 6, No. 27). **44**

[1]) Obiit 28 Febr. 1105 (Hagenmeyer, Gesta, p. 131—132).

„ Maj. 26 (1104). — Balduinus I, rex Hierosolymitanus, Januensibus de expugnatione Terrae Sanctae optime meritis privilegium concedit et sigillo confirmat (Liber jurium I, p. 17, No. 9; Ughelli IV, p. 848; Lünig, Codex diplom. Ital. II, p. 2081—2082, No. 4; Archives d. miss. scient., 1857, p. 366; cf. Fanucci I, p. 162—163; Carlo Pagano, p. 204; Serra IV, p. 142; Heyd I, p. 137—138; Langer, Politische Gesch. Genuas und Pisas im XII. Jahrh., Leipzig 1882, p. 156). ‖ Tenor hujus privilegii, quod Balduinus I supra excerpit, Januenses vero pretio II millium aureorum per Rengherium, artificem Bononiensem, in «circuitu Altaris» templi S. Sepulchri Hierosolymitani aureis litteris inscribere fecerunt, est hic: «† Anno ab incarnatione Domini M. C. V. septimo kalendis junii, presidente Jherosolimitane ecclesie domino Daimberto patriarcha, regnante Balduino, tradidit Dominus civitatem Accon [1]) per manus servorum suorum Januensium suo glorioso sepulcro, qui in primo exercitu Francorum venientes viriliter prae-

[1]) 26 Maj. 1104 (Hagenmeyer, Gesta, p. 444; Cafarus, ed. Riant, p. 71).

fuerunt in adquisitione Jherusalem,[2]) Antiochiae [3]) et Laodicee ac Tortose,[4]) Solinum autem et Gibelinum [5]) per se ceperunt, Cesaream [6]) vero et Assur [7]) Jherosolimitano Imperio addiderunt. Huic igitur tam gloriose genti Balduinus rex invictissimus dedit in Jherusalem vicum vnum perpetuo jure possidendum, in Joppa autem alium, tertiam vero partem Cesaree et Assur quam Ackon» (Cafarus, De liberatione Orientis ed. Belgrano, p. 114—115 (ubi tabula inscriptionis depicta est), p. 113—114, 121—122, not. 12, ed. Riant in Rec. d. hist. d. croisades, aut. occid. V, p. 72, not.; cf. Histor. regni Hierosol. brevis ed. Belgrano, p. 129; Marquis de Vogüé, Les églises de la Terre Sainte, p. 221). Ex hac charta alia Balduini I ficta est (Hierosolymis 10 cal. Maj. 1105), qua Januensibus de captione Caesareae, Ascalonis (!), Solini, Byblii optime meritis eadem jura ac supra conceduntur (Lünig, Cod. diplom. II, p. 2081—2082, No. 4). **45**

[2]) 15 Jul. 1098 (Hagenmeyer, p. 465—466, 481—482; Cafarus, ed. Riant. p. 56, 62—63, ed. Belgrano, p. 8—10, 110—111, ubi ex Januensibus Guillelmus Embriacus et frater ejus vocantur). [3]) 3 Jun. 1098 (Hagenmeyer, p. 301, 310, 400; Cafarus, ed. Riant, p. 49—50, 53, ed. Belgrano, p. 102—103). [4]) c. 20 Mart. 1102 (Hagenmeyer, p. 427; Cafarus, ed. Belgrano, p. 13—14, 118—119, ed. Riant, p. 69, 71). [5]) 28 April. 1104 (ibid.). [6]) 31 Maj. 1103 (Hagenmeyer, p. 486; Cafarus, ed. Riant, p. 62, 65, ed. Belgrano, p. 9—12). [7]) 9 Maj. 1101 (Cafarus, ed. Riant, p. 62).

**1105** (1104). — Januenses Balduino I regi fidem et opem pollicentur (Lib. jurium I, p. 17—18, No. 10; Ughelli IV, p. 849). **46**

**1106** (ineunt.). — G(erardus), archiepiscopus Eboracensis, Bohemundo I, principi Antiochiae in Gallia constituto, scribit, se ipsum in Terram Sanctam rediturum comitari velle et ejusdem capellani Hugonis fidem et probitatem laudibus extollit (Liebermann, Quadripartitus, p. 161; cf. Not. 4 et p. 162; Hagenmeyer, Gesta, p. 149). **47**

„ 22 Aug. (1105). — Postquam Raimundus I, olim comes Tripolitanus et christianae militiae dux, precibus Johannis, piae memoriae canonici S. Sepulchri, eidem conventui domum quandam in Monte Peregrino olim paganorum superstitionibus pollutam dedit et, eodem Johanne rogante, ecclesiam S. Georgii in montanis coram decano de Poscheriis ejusque capellano Pontio de Grilione, Rostagno de Port et Bernardo, priori Bethleemitano, donavit et concessit, ut dicti fratres, si Tripolis capta fuerit, eam, quae post principalem urbis ecclesiam excellentior futura esset, libere cum redditibus possiderent, qui sustentationi XIII clericorum sufficerent, nunc Raimundi nepos Guillelmus Jordanis, quae antecessor et avunculus promiserat, adimplet et villam, quae nuncupatur Buiora,[1]) cum pertinentiis concedit. Factum sub testimonio universi populi ad de(di)cationem ecclesiae S. Sepulchri, quae est in Monte Peregrino, congressi per comitem Guillelmum coram Aicardo, scilicet Arelatensi et decano de Poscheriis, Stephano de Brino, Gaufrido de Pennis, Willelmo Petri constabulario, Willelmo Raimundi constabulario, Willelmo Beralli, Raimundo de Balcis (Rozière, p. 180—181 in No. 91; Lois [ed. Beugnot] II, p. 480—482 in No. 2; Migne CXLV, p. 1191—1192, No. 91; Vaissète [ed. 2], V, p. 791—792, No. 420; cf. Barthélemy, Histoire des Baux, p. 6, No. 27; Kühn, p. 69). **48**

[1]) Rozière, p. 37: Bivora.

**1107** Dec. 4, ind. I. Laterani. — Paschalis II Balduino I, regi Hierosolymitano, scribit, patriarcham Daibertum a presbytere cardinali Roberto

depositum et Evremarum electum fuisse, sed quum Daibertus Romam adierit, satisfactione accepta, se eum restituisse et Evremarum removisse; paulo post Daiberti mortem Evremarum et Arnulfum archidiaconum Romam venisse, quorum prior pallium rogarit, alter, ut idem Evremarus inutilis et synodalis sententiae contemptor deponatur, petiverit. Ut igitur tota controversia dirimatur, se legatum in Orientem destinare, qui videat, ut, si post certam sententiae suae synodalis notitiam Evremarum communiter in capitulo elegerint, omnino ipsi deinceps obediant, si vero secus actum constiterit, ipse deinceps Hierosolymitana cedat ecclesia (Rozière, p. 8—11, No. 10; Jaffé-Löwenfeld, No. 6175; Hagenmeyer, Ekkehardus, p. 387—392; cf. Guill. de Tyro XI, p. 4; Kühn, p. 40—41, 43; Kugler, Albert v. Aachen, p. 355—359). **49**

(**1107** autumno). — Concilium Hierosolymitanum I, quo praesidente Gibelino, archiepiscopo Arelatensi, Sedis Apostolicae legato, Ebremarus, patriarcha Hierosolymitanus, deponitur [1]) archiepiscopatum Caesariensem accepturus (Guill. de Tyro XI, p. 4; Mansi, Concil. XX, p. 1215—1216). **50**

[1]) Daimbertus patriarcha Roma in Terram Sanctam reversurus 16 Jun. 1107 Messinae obierat (Hagenmeyer, Ekkehardus, p. 185—186), neque igitur patriarchatum, ut synodo Vaticana statutum erat, recipere poterat (cf. epistolam Paschalis II, 4 Dec. 1107 in Rozière. p. 8—11, No. 10; Hagenmeyer, Ekkehardus, p. 387—392; Jaffé-Löwenfeld, No. 6175).

„ (1106 Mart. 25—Aug. 31), ind. XIV. — Balduinus I, rex Hierosolymitanus, fratribus in Monte Sancto sive Thabor habitantibus concedit et donat casalia: Husie, Sesie, ultra fluvium Jordanis adhuc a Turcis possessa Kaharthe, Teletarpe, Perekaayton, Kafarsakai, in monte autem Panya Naame, in montanis Suralma de Suchen, ex hac autem parte Kapharchemme, Kapharseti, Sysara, Lupye, Erpelle, Casta, Mesara, Jubeim, Messa, Caphar-mater, Caphartamara, Salonia, Maluf, Kara, Solem, Elful, Capharmanda, Creisum, Endor, Naim, Buria, Mangana, Noriz, Tubania, Jeluf et alia plurima, quorum nomina ignorat, et quaedam, quae ipse tenet, Deo favente se usque triennium sive antea reddere velle pollicetur et ea casalia, quae adhuc in manibus quorundam militum sint, post eorum mortem vel discessum ad monasterium reditura esse, confirmat (Paoli I, p. 1, No. 1 [cf. p. 451—452]; Lois [ed. Beugnot] II, p. 638, Not.; Fr. Kühn, p. 70). || Hoc privilegium Aegidius, Tyrensis, et Jocelinus, Caesariensis, archiepiscopi (Accon, 23 Jul. 1255) se vidisse confirmant (Delaville le Roulx, p. 13). **51**

**1108**. — Balduinus I, rex Hierosolymitanus, ecclesiae S. Mariae de valle Josaphat concedit casale Aschar juxta Neapolim situm, «cujus divisio est a valle, quae est juxta quandam gastinam nomine Thera usque in vallem magnam, quae ducit Thopas, [1]) et etiam de ejus pertinentia quaedam gastinula nomine Fondoch, [2]) quondam funda veteris civitatis Sichar, et terra, quae dicitur Dorsum asini, [3]) quae est contra casale Bethphorum». [4]) — B(alduinus), Caesariensis archiepiscopus, R(obertus), Ramathensis episcopus, [5]) R..... Monacus, P... M...., Galterius Bigotus, Fulcherius Clericus, Willelmus, filius Comitis, Symon constabilis, Rogerius de Ro-

[1]) Nunc Tûbâs (Mappa anglica XII, On)? [2]) Ibid. XI, Lo: Funduk. [3]) Similia nomina: ʿAin Abû Hammer «fons asini» (ibid. XI, No). Ayûn el-Jehôsch «puteus asini» (ibid. XI, Im), wâdî el-humeijîr «vallis asinorum» (ibid. XII, Pm).
[4]) Chirbet bêt-fâr meridiem versus de Tûbâs. [5]) Cf. ZDPV. X, p. 27.

sorum, E... Granainus,[6]) R.... de Fontei,[7]) Guido de Miliaco, Gothaman,[8]) G.....[9]) Mahumet, Anselinus de Parenti, Pisel, Andreas de Valdemunt, Eustachius de Castel,[10]) Hubertus de Paci, Girardus camerarius, Ardo. Factum est hoc privilegium anno ab Incarnatione Domini N. Jesu Christi MCVIII (Dedit Comes Paul Riant a. 1888; nescimus, e quo codice exscriptum). **52**

[6]) Eustachius Granerius? [7]) Radulfus de Fontanei, Fontanellis? [8]) (Johannes) Gothmann. [9]) Galterius. [10]) de Sclofel?

**1108,** ind. I, epact. VI. — Tancredus, dux et princeps Antiochenus, pactum init cum Pisanis pro auxilio, quod ei fecerunt ad devincendos Graecos Laodiceae, ac pollicetur, si civitatem ceperit, se iis daturum esse voltas prodromi [1]) ab uno capite usque ad aliud superius et inferius, superius autem usque ad S. Nicolaum cum eodem, inferius usque ad litus maris et usque ad puteum ferreum cum pertinentiis. In urbe autem Antiochiae eis dedit vicum S. Salvatoris undique. — B(ernardus), Antiochiae patriarcha, [2]) R(ogerius) Tarsensis, R. [3]) Mamistensis, archiepiscopi, T., S. Pauli abbas; de baronibus: R., Fulconis filius, Engellerius, R., S. Laudi (G. Müller, p. 3, No. 1 A et B [cf. p. 363—369]; Dal Borgo, p. 85—86; Muratori, Antiquitt. [ed. fol.] II, p. 905—906, [ed. 4⁰] VI, p. 263—266; cf. Tronci I, p. 193—194; Annal. Pisani in Mon. Germ. SS. XIX, p. 239; Heyd I, p. 145—146, 150; Kugler, Albert v. Aachen, p. 345—346). **53**

[1]) De quo Ritter in Abhandl. d. königl. Acad. d. Wissensch. (phil.-hist. Classe), Berlin 1854, p. 345 seq. [2]) De quo Röhricht in ZDPV. X, p. 3; Gauterius cancellarius ed. Riant V, p. 83. Sigillum ejus cf. in Musée archéol. II, p. 317, No. 17. Ei successit Radulfus patriarcha (1135—1141). [3]) Num legendum est B(artholomaeus)? Cf. ZDPV. X, p. 14.

( „ c.). Hierosolymis. — Ansellus, cantor S. Sepulchri, Galoni, episcopo Parisiensi, et Stephano archidiacono S. Crucis partem transmittit, quam regis David II Georgianorum vidua Gibelino, patriarchae Hierosolymitano, vendiderat (Bulaeus, Histor. univ. Paris. II, p. 33—34; Dubois, Hist. eccles. Paris. II, p. 16—17; Gallia christiana VIII, instr., p. 44—45, No. 53; Migne, Patrol. lat. CLXII, p. 729—731; Musée d. archives nation., Paris 1872, p. 80—81, No. 126; Cartul. génér. de Paris, Paris 1887, p. 171—172, No. 151; cf. ZDPV. XII, p. 44, 47). **54**

**1109** Jun. 26, ind. II. — Bertrannus, comes S. Aegidii, coram Balduino I, rege Hierosolymitano, ecclesiae B. Laurentii Januensi per manus Guillelmi Embriaci, Oberti Ususmaris, Ingonis Pedegolae, Ansaldi Caput de Burgo totum Gibellet [1]) tradit cum pertinentiis, castrum constabularii [2]) necnon tertiam partem Tripolis ab uno mari usque ad aliud, prout regis bafumeria determinat, cum insulis ipsius civitatis et portu eorumque commercium et libertates tueri promittit [3]) (Lib. jurium I, p. 18, No. 11; Mon. histor. patr.,

[1]) Capta 13 Jul. vel 21 Jul. 1109 (Cafarus, ed. Belgrano, p. 14, ed. Riant, p. 73; Regni Hierosol. brevis hist. ed. Belgrano, p. 128). Tripolis capta est 13 Jul. vel 10 Jun. 1109 (Cafarus, ed. Riant, p. 72—73; Hagenmeyer Gesta, p. 424), Berytus 13 vel 27 Maj. 1110 (Cafarus, ed. Riant, p. 73), Sidon 5 vel 19 Dec. 1110 (ibid.) et eodem anno Mamistra (ibid.), Tyrus 27 Jun. vel 7 Jul. 1124 (Cafarus, ed. Riant, p. 73; Görgens, Arab. Quellenbeitr. I, p. 278). [2]) Textus male: et Stabularii; de loco nostro alias Puy dou comestable vocato cf. ZDPV. X, p. 256, 294; Rey in Archives de l'Orient latin II, p. 339; Heyd I, p. 139—141. [3]) Aliud privilegium a Bertranno nostro Januensibus (s. l.) concessum (10 Aug. 1129) in Lib. jur. I, p. 19, No. 12; cf. Kugler, Albert v. Aachen, p. 362.

Chartae II, p. 192—193, No. 151; Vaissète, Hist. de Languedoc [ed. 2], V, p. 809—810, No. 433; Ughelli, Italia sacra IV, p. 849; Caffaro [1828], p. 30; Federici, Lettere a G. Scioppo, p. 51; Banchero, Duomo, p. 131; cf. Fanucci I, p. 165; Serra IV, p. 147; Archives des miss. scientif. 1857, p. 356; Cafarus, Liberatio Orient. ed. Belgrano I, p. 120, 122—124, ed. Riant, p. 70; Historia regni Hierosol. ed. Belgrano I, p. 128; Heyd I, p. 139—144). **55**

**1109.** Hierosolymis. — Ansellus, cantor S. Sepulchri, canonicis ecclesiae Parisiensis de S. Cruce, cujus particulam jam anno praeterito transmiserat, ejusque historia et variis aliis particulis fusius scribit (Gallia christiana VIII, instr. 45, No. 54; Migne, Patrol. lat. CLXII, p. 731—732; Musée des archives nationales, p. 81, No. 127; Cartul. génér. de Paris, p. 172—173, No. 152). Cf. supra No. 54 et Riant, Exuv. Constant. I, p. CXC. ‖ Eodem anno Cono, episcopus Praenestinus, diem translationis supradictae crucis celebrari jubet (Cartul. génér. de Paris, p. 173—174, No. 153). **56**

**1110** Sept. 28. (1109.) — Balduinus I, rex Hierosolymitanus, Hospitali Hierosolymitano laudat et confirmat omnia dona eidem in toto regno adhuc facta, quorum primum est, quod regis frater Godofredus fecerat, videlicet de casali Hessilia et de II furnis Hierosolymitanis, secundum, quod rex ipse fecerat de casalibus Bethafava et Montana, de terris ac domibus in diversis locis Jerusalem et de quodam horto Anfredi presbyteri ac de uno divite villano morante in urbe Neapolis, de domibus, quae in eadem villa sunt, et uno molendino ibi existente, de uno furno in urbe Joppe sive de terris ac domibus in diversis locis in eadem civitate et in urbe Accaron, praeterea confirmat casale, quod dederat Gauterius Baffumeth et nominant Sussia, aliud, quod dederat vicecomes et nominant Bethamis, aliud, quod dederat Hugo de Puzath [1] in terra de Ascalona, quod vocatur Casale melius, et illud, quod dederat Hanselmus de turre David in terra de Azoto juxta molendina, aliud, quod dederat Eustachius in terra Caesareae, terrasque etiam, quas ipse dedit juxta Caccho, et villanos, quos ejus milites dederunt cum consilio ejus, deinde casale, quod dederat Petrus de Lens in terra de Soéth et vocant Dirberham, et aliud, quod dederat Arnulfus Loferencus et vocant Capharmazre, insuper villanos et terras, quos dederant Hugo [2] et Gervasius in Tabaria et III villanos, quos dederat episcopus Nazarenus, et singulos, quos dederant Guillelmus de Tenches, Paganus Vacca, Drogo, Dominicus Guibertus de Salinas et Paganus de Cayphas cum terris ac domibus in villa Cayphas et Capharnaum, et singulos villanos, quos dederant Romanus de Podio [3] et Balduinus cum terris ac domibus in civitate Rames, terrasque et domos, quas dederat episcopus Ramatensis in Sancto Georgio, denique

[1]) Hunc non eundem esse atque Hugonum I de Puisato, primum comitem Ascalonitanum, demonstravit Comte De Mas Latrie, Les comtes de Jaffa et d'Ascalon in Archivio Veneto 1879, XVIII (p. 370—417), p. 380. Ibidem agitur (p. 384) de Amalrico comite, postea rege Hierosolymitano, (p. 385) de Guillelmo de Monteferrato (1176—1177), (p. 386) Sibylla, filia Amalrici I (1177), (p. 386) ejusdem marito Guidone (1181), (p. 387) Godofredo de Lusignan (1191), (p. 387—389) Amalrico de Lusignan (1193—1205), (p. 389—390) Alisia de Campania (1205—1209) et Hugone I de Lusignan, (p. 390—392) Gauterio IV, comite Brennensi (1221—1241), (p. 392—394) Johanne de Ibelino jun. (c. 1247—1266), (p. 394—395) Guido de Ibelino († 14 Febr. 1304), comitibus Joppensibus. [2]) De quo Giry in Bibl. de l'école des chartes 1874, p. 335—336. [3]) De quo Comte de Mas Latrie, Les seigneurs du Crac de Montréal in Arch. Veneto 1883, XXV, p. 479, 484.

II villanos, quos dederat Gaudemar Carpinel, unum in S. Abraham, alterum in Jericho, tertium, quartum et quintum, quos dederant Hugo in Betham, Bovus in Rama et Azio de Cirsed. — Hugo de Puzath, Eustacius Graner, sive vicecomes Hierosolymitanus, Anselmus de Turre David, Galterius Baffumeth, Guido de Milleu, Gotman [4]) et alii quam plures nobiles (Paoli I, p. 2—3, No. 2; cf. p. 452—455; Kühn, p. 20). 57

[4]) De quo Albert. Aquensis in Rec. d. hist. d. croisad., aut. occid. IV, p. 591, 594, 621.

**1110** Nov. 30 vel **1111** Dec. 1. — Bertrandus, comes Tripolitanus, Raimundi de S. Egidio (filius), canonicis S. Sepulchri in Monte Peregrino constitutis casalia Addin (Abdin), Habela (Babela), [1]) Beniaran (Beniharam), [2]) quae pro remedio animae Guillelmi Jordanis consanguinei, coram Balduino I rege, (Petro), archiepiscopo Albariensi, et Arnulfo archidiacono per manum Johannis tunc prioris olim dederat, sed paulo post abstulerat, Arnoldo, ejusdem conventus Montis Peregrini priori, consensu Pontii filii sui reddit et, equo bono ac mulo optimo dono acceptis, privilegium supra laudatum confirmat. — Bertrandus comes, Pontius filius, A(lbertus), episcopus Tripolitanus, [3]) P(etrus), archiepiscopus Femiae, [4]) A(rnaldus), episcopus Biterrensis, Rogerius constabularius, Udalardus de Pontiano, Pontius de Grilione (Rozière, p. 192—194, No. 98; Lois [ed. Beugnot] II, p. 482—483, No. 3; Migne p. 1198—1199, No. 98; cf. Kühn, p. 70). 58

[1]) Rozière, p. 191: Bebula. [2]) Rozière, p. 191: Benehara. [3]) De quo Röhricht in ZDPV. X, p. 32; Mabillon, Acta ordin. S. Benedicti s. VI, part. II, p. 216. [4]) Id est Apameensis (arab. Femîja); cf. ZDPV. X, p. 11.

„ (1109 Sept. 1—1110 Mart. 24), ind. III. — Balduinus I, rex Hierosolymitanus, exponit, se, patriarchatu vacante, Arnulfum archidiaconum et Aichardum decanum [1]) Romam misisse a Paschali II petituros, ut ecclesia Bethlemitana adhuc prioratus ad dignitatem cathedralem sublimaretur, et antedictos Hierosolyma reversos paulo post Gibellinum, archiepiscopum Arelatensem, sequutum esse atque eundem Anschetinum, cantorem Bethlemitanum, episcopum dictae ecclesiae et Ascalonitanae jure parrochiali conjunctae fecisse. [2]) Itaque rex novo episcopatui casale prope Accon situm Bedar, aliud in territorio Neapolitano situm Seylon, aliud Bethlehem adjacens Bethbezar, II Ascaloni vicina Zeophir et Caicapha (Carcapha, Carthafa) donat . . . . Factum Paschali II papa, Gibelino, archiepiscopo Arelatensi, S. A. vicario et patriarcha electo. — Arnulphus archidiaconus, Aicardus decanus, Eustachius Garnerius, Anselmus, custos Turris David, Radulfus de Foritaneto, Pisellus vicecomes, Symon, ducis filius, Anfredus, vir religiosus, Gerardus camerarius (Guill. de Tyro in Rec. des hist. des croisad., aut. occid. I, p. 472—474, lib. XI, c. 12; Miraeus et Foppen, Opera diplom. III, p. 317—318; Gallia christiana II, p. 292; Lagenissière, p. 4—9; Migne CLV, p. 1261—1264; cf. Wauters II, p. 48; Kühn, Gesch. der ersten lat. Patriarchen von Jerusalem, Leipzig 1886, p. 70). 59

[1]) Qui conscripsit Tractatum de templo Salomonis (Archives de l'Orient latin I, p. 567—579; cf. 564—567). [2]) Quod confirmarunt Calixtus II et Innocentius II (Jaffé-Löwenfeld, No. 7096, 8285); cf. ZDPV. X, p. 23.

**1111** Jun. 8, ind. III. Laterani. — P(aschalis) II, B(alduino I), regi Hierosolymitano, concedit, ut quascunque infidelium urbes ceperit, ejusdem ecclesiae regimini et dignitati subjaceant; porro earundem civitatum episcopi patriarchae tanquam proprio metropolitano obedientiam exhibere procurent

(Rozière, p. 13—14, No. 12; Guill. de Tyro in Recueil des hist. des crois., aut. occid. I A, lib. XI, c. 28, p. 502; Fulcherius Carnotens. [ibid. aut. occid. III], p. 466—467; Mansi XX, p. 1005; Jaffé-Löwenfeld, No. 6297). **60**

(**1111** Jun. 8) ind. III. Laterani. — Idem Gibelino, patriarchae Hierosolymitano, ejusque successoribus de omnibus civitatibus a Balduino I rege subactis et subigendis jus metropolitanum concedit et confirmat (Guill. de Tyro, l. c., p. 502—503; Mansi l. c.; Jaffé-Löwenfeld, No. 6298). **61**

„ — Concilium Hierosolymitanum II, quo Cono, episcopus Praenestinus, cardinalis presbyter, Henricum V, quum Paschalem II ceperit, damnat (Ekkehardi Chronicon in Mon. Germ. SS. VI, p. 251; Mansi, Concil. XXI, p. 47—48; cf. Kühn, p. 53). **62**

(**1112** c. April. 1). — Willelmus I, [1]) patriarcha Hierosolymitanus, in ultimis positus canonicis S. Sepulchri mandat, ut insimul edant, et Balduinum I regem rogat, ut hoc mandatum confirmet (Rozière, p. 79—80, No. 42; Migne, p. 1132, No. 42; cf. Wauters II, 58). **63**

[1]) Rozière jure corrigit: Gibelinus, qui obiit 6 Aprili 1112; de quo (antea archiepiscopo Arelatensi) cf. ZDPV. X, p. 7; Jaffé-Löwenfeld, No. 6287; Gallia christiana I, p. 556—558; Trichaud, Histoire de l'église d'Arles 1859, II, p. 5—20; Kühn, p. 47—54.

„ April. 26, ind. V. Hierosolymis in capitulo S. Sepulchri. — A(rnulfus), patriarcha Hierosolymitanus, ecclesiae Fructuarensi ecclesiam Commisago a fundatore Ambrosio S. Sepulchro commissam per manum A. abbatis tradit et nuntiat, Gibelinum patriarcham 8 id. Aprilis obiise. Factum anno captionis Hierosolymorum XIII, Arnulfi patriarchae I, Balduini regis XII (Guichenon, Biblioth. Sebusiana, Lugduni 1660, p. 378—379. No. 73; Baronius, Annal. eccl. 1112, § 29; Pagius, No. 5; cf. Paoli, Codice I, p. 456). **64**

„ Jul. 18, ind. V. — Heuremarus, archiepiscopus Caesariensis, Hospitali pauperum Hierosolymitano exemptionem decimarum in toto archiepiscopatu suo concedit. — Euremarus, archiepiscopus, Arnulfus Belvacensis, Vullelmus presbyter, Albertus presbyter, Stephanus prior. Ricardus acolythus scripsit (Delaville le Roulx, p. 69—70, No. 1 [cf. p. 13]; Prutz, p. 85, No. 1). **65**

„ Aug. 8, ind. V. Laterani. — Paschalis II Bernardo, patriarchae Antiocheno, affirmat, se ecclesiae ejus scilicet S. Petri imminutionem non spectasse, si quid vel Antiochenae vel Hierosolymitanae ecclesiae aliter fortasse, quam oportuit, de parochiarum finibus scripserit; locorum enim longinquam prolixitatem et antiquorum nominum commutationem, quae civitatibus vel provinciis accidit, magnam sibi ambiguitatem vel ignorantiam attulisse (Guill. de Tyro, l. c., p. 503; Mansi XX, p. 1006; Jaffé-Löwenfeld, No. 6328; cf. Kühn, p. 51 et supra No. 60 et 61). **66**

„ — Arnulphus, [1]) patriarcha Hierosolymitanus, ecclesiae B. Mariae vallis Josaphat per manum Hugonis [2]) abbatis medietatem decimae Ber-

[1]) De quo Albericus in Mon. Germ. SS. XXIII, p. 821; Aegid. Aureavallensis III, p. 16; Röhricht in ZDPV. X, p. 7; Franz, Arnulf, Sagan (Progr. gymnas. I) 1885; Wolff, König Balduin I, p. 68—76; Kugler, Albert v. Aachen, p. 401—402; Kühn, Gesch. der latein. Patriarchen, p. 38—47; Wattenbach, Geschichtsqu. II, p. 144, Not. 1; Hagenmeyer, Gesta, p. 481—482. [2]) De quo ZDPV. X, p. 38; Berlière, p. 265—272, 473—482. Ante ipsum abbas fuit Balduinus, postea archiepiscopus Caesariensis factus (Mabillon, Acta saec. VI, pars I, § 2, No. 8).

valdi,[3]) tertiam partem decimae Radulfi Aloensis,[4]) decimam Gumfredi[5]) de Cavis scilicet de casalibus Mezera et Daltim,[6]) unde ecclesia ipsa a paganis destructa reedificetur, concedit et donat (Delaborde, p. 21—22, No. 1). **67**

[3]) p. 64, 101: terrae Bervaldi in monte sitae. [4]) p. 30, 34: Aliensis. [5]) p. 37 Gaufredi, p. 64, 101: casalium Caveae et Tarphim(n), quae fuerunt Gumfredi de Turri. [6]) p. 37: Mezerech et Dalfim.

**1112** (1111 Sept. 1—Dec. 24), ind. V. (Hierosolymis). In capitulo S. Sepulchri. — Arnulfus, patriarcha Hierosolymitanus, die, quo consecratus est, coram Balduino I rege et canonicis S. Sepulchri Hospitali Hierosolymitano, quicquid in toto regno possidet, sigillo confirmat et totam rerum suarum decimam, quae in patriarchatu suo juris ecclesiae suae est, concedens ampliorat. Actum anno captionis urbis Jerusalem XIII, patriarchae I, regis Balduini XII. — Roggerius, episcopus Lidensis, Aicardus, Templi Domini, Fulcherus, Montis Oliveti, priores, Ansellus cantor, Girardus thesaurarius, Aremandus, Rainaldus, Stephanus, Fulco, Hugo, Richoardus, Willelmus, Herbrandus, Reinerius, prior de S. Habraham,[1]) Gerimbaldus (Paoli, p. 4, No. 4 [cf. p. 459—462]; Paoli, Dell'origine, p. VI—VII, No. 4). **68**

[1]) De quo Riant in Rec d. hist. d. croisades, aut. occid. V, p. 310.

„ (1111 Sept. 1—Dec. 24), ind. V. — Gybelinus, episcopus ab Apostolica Sede missus, consensu et consilio episcoporum, abbatum et Arnulfi, archidiaconi Hierosolymitani, necnon regis Balduini I contentionem inter (Bernardum), episcopum Nazarenum, et (Girardum), abbatem de Monte Thabor, existentem hac constitutione dirimit, ut ordinationem abbatis et monachorum necnon consecrationem majoris ecclesiae locus Montis Thabor semper a patriarcha Hierosolymitano accipiat, cetera vero, quae ad episcopi jus pertinent, chrysma videlicet, oleum et parochialem vicarium ab episcopo Nazareno, deinde tertiam partem decimae totius Tiberiadis et ad ipsam pertinentium tam de militia quam de terrae cultura et nutrimenta pecorum a praelibato episcopo habeat; si vero fratres Montis Thabor de decima peregrinorum militum, nondum possessiones terrae adeptorum, haberent, iidem tertiam partem retinerent duas partes dicto episcopo reservantes. — Actum anno Balduini I regis XI. G(ybelinus), Sedis Apostolicae legatus, Balduinus I rex, Arnulfus archidiaconus, Ebremarus, archiepiscopus Caesariensis,[1]) Rogerius, Ramathensis,[2]) Bernardus, Nazarenus, episcopi, Balduinus, electus Baruti (Paoli I, p. 3, No. 3; cf. p. 455—459; Kühn, p. 70). || Hoc privilegium Joscelinus, archiepiscopus Caesariensis (Accon, 6 Jul. 1255), se vidisse confirmat (Delaville le Roulx, p. 13). **69**

[1]) De quo Röhricht in ZDPV. X, p. 12 (antea patriarcha Hierosol.). [2]) De quo ibid. p. 27—28. [3]) De quo ibid. X, p. 23.

**1113** Jan. 2, ind. VI. Beneventi. — Paschalis II ecclesiae B. Mariae de valle Josaphat per manum Hugonis abbatis omnia privilegia per Gotefridum ducem, Balduinum I regem aliosque viros nobiles concessa et per pontifices concedenda confirmat (Delaborde, p. 22—23, No. 2; v. Pflugk-Harttung, Iter Italic., p. 218, No. 251, Acta pontific. Roman. II, 203—204, No. 245; Jaffé-Löwenfeld, No. 6336). **70**

„ Jan. 3, ind. VIII (VI). Beneventi. — Idem eidem ecclesiae per manum Hugonis abbatis omnes possessiones, quas prae aliis Constancia, uxor Boamundi I, principis Antiocheni, et Boamundus II, dicti Boamundi

filius, in Sicilia et Calabria concesserunt, confirmat (Delaborde, p. 24—26, No. 3; Jaffé-Löwenfeld, No. 6337). **70**

**1113** Febr. 15, ind. VI. Beneventi. — Paschalis II xenodochium a Geraudo [1]) in urbe Hierosolymitana prope ecclesiam S. Johannis Baptistae institutum cum omnibus bonis, quae ejusdem xenodochii citra vel ultra mare sunt vel erunt, sub Sedis Apostolicae protectionem suscipit (Paoli I, p. 268—269, No. 1 [cf. p. 549]; Jaffé-Löwenfeld, No. 6341). **71**

[1]) Hic institutor ordinis S. Johannis memoratur in Chron. Danduli (Muratori XII), p. 268; Chronol. magistr. ordinis (Archives des miss. scientif. 1857, p. 26: «hic fuit repertus ibidem, quando Godofredus de Boyllon et peregrini christiani ceperunt eandem»); Fulcher. Carnot. (ed. Paris.), p. 446, quo auctore 3 Sept. 1120 obiit (ibid. not. epitaphium Geraldi) et nonnullis chartis (cf. 4 Jun. 1118) et Delaville le Roulx in Archiv. de l'Orient latin I, p. 410, 412; de cetero cf. Herquet, Chronol. d. Grossmeister d. Hospitalord. währ. d. Kreuzzüge, Berlin 1880, p. 3—4; Delaville le Roulx, De prima origine Hospitalariorum Hierosolymitanorum, Paris 1885, p. 86—91.

( „ Febr.), ind. VI. Beneventi. — Paschalis II nunciis (Bernardi) patriarchae et (Rogerii), principis Antiocheni, [1]) qui rogaverant, ut jura dicti patriarchatus restituerentur, quum (Ademarus), Podiensis episcopus, S. A. legatus, post captam Antiochiam fluvium Tripolim et Tortosam interfluentem finem ac terminum regni Hierosolymitani et principatus Antiocheni posuerit, respondet, Urbanum II in concilio illo Claromontano decrevisse, ut quicunque principes provincias vel civitates gentilibus cepissent, eliminatis gentium ritibus, eorum principatibus ecclesiae restitutae pertinerent [2]) (Rozière, p. 8, No. 9; v. Pflugk-Harttung, Acta pontif. II, p. 205, No. 247; Paoli, Dell' origine, p. IX, No. 6; Jaffé-Löwenfeld I, p. 749). **72**

[1]) Pontius, canonicus Antiochenus, et Rolandus, legatus ejusdem ecclesiae, qui vocantur in Gattula, Accession. ad histor. eccles. Cassinensis, Venetiis 1734, p. 714—715; Migne CLXIII, p. 314. [2]) Cf. Kühn, p. 52—53 et infra 17 Jan. 1139.

„ Mart. 18, ind. VII. Beneventi. — Paschalis II Bernardo, patriarchae Antiocheno, iterum confirmat, privilegium de civitatibus a Balduino I rege subigendis Gibelino, quondam patriarchae Hierosolymitano, non esse concessum, ut in eum injuria immitteretur (Guill. de Tyro in Rec. d. hist. d. croisad. [aut. occid. I A], p. 503—504, lib. XI, c. 28; Mansi XX, p. 1010; Jaffé-Löwenfeld, No. 6343). || Idem eodem mense et anno Balduinum I, regem Hierosolymitanum, monet, ne in ecclesiae Hierosolymitanae gratiam veteres ecclesiae Antiochenae fines invadat (Guill. de Tyro, l. c., p. 504—505; Mansi XX, p. 1011; Jaffé-Löwenfeld, No. 6344; cf. supra No. 66). **73**

**1114,** ind. VII, epact. XII. — Balduinus I, rex Hierosolymitanus, precibus Arnulfi, patriarchae Hierosolymitani, privilegium, quod Godefridus frater ecclesiae S. Sepulchri et ipse dedit, sigillo confirmat, scilicet casalia: Ainquine, Armotie, [1]) Kefreachab, [2]) Kefredil, [3]) Bubil, [4]) Hubin, [5]) Aram, [6]) Kalendie, [7]) Betligge (Beitligge), [8]) Byrra (Birra), [9]) Subahiet, [10]) Ataraberet, Urniet, [11]) Zenu, [12]) Helmule, [13]) Beitelamus, [14]) Aineseins, [15]) Barimeta, [16])

[1]) Rozière p. 30: Aramotie. [2]) Roz. p. 30: Cafareab, 262: Keffreca. [3]) Roz. p. 262: Keffred(d)il, 150: Caphardin. [4]) Roz. p. 262: Bubin. [5]) Roz. p. 263: Hubim. [6]) Roz. p. 263: Haram. [7]) Roz. p. 30: Calandria, 263: Kalendrie. [8]) Roz. p. 30: Beteligel, 98, 102: Betdigge, 263: Bentiligel. [9]) Roz. p. 263: quae a modernis Mahomeria Major vocatur. [10]) Roz. p. 263: Saba(h)iet. [11]) Roz. p. 102: Uniet, 263: Urinet. [12]) Roz. p. 263: Zenum. [13]) Roz. p. 263: Lemule. [14]) Roz. p. 98, 102: Beittelamus, 263: Bentelamus. [15]) Roz. p. 30: Aessens, 263: quae modo Valdecurs dicitur. [16]) Roz. p. 30: Ramitta, 98: Barit(h)meta, 263: Barmita.

Beitiumen,[17]) Beitfuteir (Beitfuteier),[18]) Bet(h)surie[19]) et omnes furnos Hierosolymitanos, exceptis duobus Hospitalis et uno de Latina, apud S. Lazarum villanos cum famulis, quos rex ipse dedit, et casalia supra S. Lazarum sita: Benehatie, Benehabeth, Ragabam, Roma, in territorio Neapolitano M modios tritici[20]) singulis annis recipiendos, medietatem possessionis, quam Balduinus concessit pro excambio episcopatus Bethleemitici. Factum anno regis XIV (Rozière, p. 54—55, No. 29; Lois [ed. Beugnot] II, p. 483, No. 4 [ad 1113]; Migne, p. 1121—1122, No. 29; cf. Wauters II, p. 74; Röhricht in ZDPV. X, p. 204—205; in linguam germanicam vertit et notis illustravit G. Rosen in Wochenblatt der Johanniter-Ordensballey Brandenburg 1863, p. 304—305, No. 50). **74**

[17]) Roz. p. 98, 102: Beitu(i)men. [18]) Roz. p. 98, 263: Beitfoteire. [19]) Roz. p. 102, 263: Bethsurie; p. 263 (cf. p. 303): in cujus territorio fundata est villa, quae dicitur Parva Mahumeria. [20]) Roz. p. 80, 82: CC bisantios annuales.

**1114**, ind. VII, epact. XII. — Arnulfus, patriarcha Hierosolymitanus, post obitum praedecessoris Gibelini a rege, clero et populo electus, canonicis S. Sepulchri saecularibus, quum regulam S. Augustini, ut vitam eorum corrigat, praescriperit, consilio Balduini I regis de cunctis oblationibus, quae ad S. Sepulchrum veniunt, medietatem, de cera II partes ad luminaria — excepta tertia parte patriarchae reservata —, de cruce Dominica, quam canonici custodiunt, omnes oblationes — excepta die parascevae et nisi patriarcha ipse eam secum detulerit —, insuper decimas urbis Hierosolymitanae et locorum adjacentium — exceptis decimis fundae, quae sunt patriarchae —, medietatem beneficii, quod rex S. Sepulchro dedit pro excambio episcopatus Bethleemitici, denique ecclesiam S. Petri Joppensem et ecclesiam S. Lazari cum pertinentiis concedit et confirmat. Factum patriarchae anno III, regis anno XIV (Rozière, p. 44—47, No. 25; Lois [ed. Beugnot] II, p. 484—485, No. 5 [ad 1113]; Helyot, Ausführl. Geschichte aller geistl. Kloster- und Ritter-Orden, Leipzig 1753, II, p. 139—140; Migne, p. 1115 —1117, No. 25; cf. Wauters II, p. 75—76). **75**

„ , ind. VII. — Rogerius, princeps Antiochenus, ut orationum et precum sanctorum virorum particeps fiat, quaecunque barones sui ecclesiae B. Mariae de valle Josaphat contulerunt, sigillo confirmat; dabant enim Rotbertus, filius Fulcon(is), casale Merdic, Rotbertus de Vizpont casale Burio, Rotbertus de S. Loth de piscaria sua Agrest D libras piscium in unoquoque anno, W. Capreolus CC libras piscium in unoquoque anno et C mecuchia (?) salis necnon casale S. Pauli et in casali Oschi II aratra terrae, Rotbertus de Laitot casale Anadi . . ., Bonabulus aliud casale. Rogerius autem ipse in unoquoque anno D anguillas et casale, quod uxor avunculi sui Tancredi apud Gibellum concesserat, terram quandam civitati vicinam et in civitate domum quandam donat et confirmat (Delaborde, p. 26—27, No. 4). **76**

**1115** Jun. 15, ind. IX.[1]) Apud castrum S. Mauri in Calabria. — Richardus Senescallus, magni comitis Drogonis filius, coenobio S. Salvatoris de Monte Thabor per manus Raymundi abbatis et fratrum ejus Martini et Raynaldi possessiones varias occidentales concedit, et Raymundus cum dictis fratribus pollicetur, se calendis uniuscujusque mensis pro salute dicti

[1]) Corrigendum est aut 1116, aut ind. VIII.

Richardi in confraternitatem suscepti missam in conventu cum ceteris officiis celebraturum esse (Paoli I, p. 4—6, No. 5; cf. 462—464). **77**

(**1115**). — Pontius, episcopus Tripolitanus, Heribertum praedecessorem sequutus, consilio Berengarii, episcopi Aurasicensis et Sedis Apostolicae legati, Hospitali decimas totius terrae, quam Guillelmus Rostagni tenuit et post eum Pontius de Medenes possedit, a castro scilicet Gaucefredi de Agolt nominato usque ad Calamonem, ecclesiam parochialem, cui adjuncta sunt baptisterium et cimeterium, oblationes vivorum et defunctorum, cetera omnia, quae parochiali ecclesiae conveniunt, omnes alias ecclesias finibus dictae terrae inclusas, ecclesiam S. Johannis in Monte Peregrino cum pertinentiis et decimis molendinorum Guillelmi Beraldi et decimis omnium possessionum ac rerum, quas dictum Hospitale habet in toto episcopatu Tripolitano, concedit (Paoli I, p. 270 in No. 2, cf. p. 549—550). **78**

„ , epact. XXVIII.[1]) — Balduinus I, rex Hierosolymitanus, ecclesiae B. Mariae de valle Josaphat consensu Jocelini, domini Tyberiadis, casale Jerraz,[2]) quod in territorio Gordi situm Willelmus de Buris, regis baro, et domos, quas Hierosolymis sitas idem Willelmus cum uxore Agnete dederat, sigillo confirmat. Actum Acelino magistro hospitale sub Hugonis regula primi abbatis gubernante. — Paganus cancellarius, Symon constabularius, Pisellus vicecomes, Guido de Milli, Robertus Giffarz, Galterius Mahumet, Romanus de Podio; testes Jocelini: Ado de Cirisy, Umfredus de Torum, Tetbaldus Rundels, Drogo de Bria (Delaborde, p. 27—28, No. 5; cf. ZDPV. 1883, VII, p. 216, Not.). **79**

[1]) Legatur XXIII. [2]) p. 69: Jeraz; p. 102: Jarraz.

„ , ind. VII, epact. XXII. Hierosolymis. — Balduinus I, rex Hierosolymitanus, fratribus B. Mariae de valle Josaphat per manum Hugonis abbatis, quaecunque iis collata fuerunt, concedit et sigillo confirmat, scilicet in valle et extra vallem, necnon fontem Syloae, domos et hortos, quos Hierosolymis habent, in terra Joppae IV [1]) carrucatas, in terra Acconis II, prope Neapolim casale Aschar et bona infrascripta. Dederunt enim Lambertus consensu Goscelini, principis Tyberiadis, et Willelmi de Buris, qui idem casale Lamberto contulerat, casale Soesme super flumen Diaboli [2]) situm, Barianus, constabularius Joppae, terram et vineas in territorio Hierosolymitano, Wido de Miliaco pro sua et uxoris Helisabeth anima terras et vineas ibidem sitas, Radulfus Aliensis terram Monti Gaudii vicinam et Hierosolymis domum cum horto, Eustachius Granerius casale Capharabra [3]) in territorio Sydonis et in civitate ipsa domum necnon in confinio Caesareae casale Bethalla [4]) et in civitate ipsa domum, Balduinus [5]) II carrucatas in territorio Ramensi, Rogerius de Roseth villam [6]) in Monte Beterico [7]), concedente supradicto Bariano, Goscelinus, dominus Tyberiadis, casale Casrielme et Tyberiade II villanos, Ado de Cheresio ejusque uxor Richoldis [8]) et Warmundus filius casale Lichorat, [9]) Rogerius, episcopus Ramatensis, casale Saphoria [10]) et in castro domum, intra muros Mahumeriae aliam et ante castrum terram arabilem IV carruciis sufficientem, Teobaldus de Nigella casale Zebezeb,[11])

[1]) p. 45, 65, 68, 101: II. [2]) p. 46, 69: ultra flumen Jordanem. [3]) p. 101: Sapharabra. [4]) p. 34, 46, 64, 65: Betalla. [5]) p. 34: de Ramis. [6]) p. 34: villanum. [7]) p. 34: Betherico. [8]) p. 46: Richildis; p. 69: Richilda. [9]) p. 34: Lychorat; p. 46, 65, 102: Chorat in montanis de Torono. [10]) p. 49: Cephrie; p. 64: Saphiria, p. 68: Sapharia, p. 101: Saphyria (Caphyria), p. 102: Sephoria. [11]) p. 46, 65 (Sebezeb); 102: in terra Sueti.

Tancredus [12]) casale Tymini, alias Galgala nominatum et in latere Montis Carmeli situm, necnon in castro Cayphasi [13]) plateam, ubi aedificata est ecclesia, domos, furnum et molendinum, terras et arbores ante castrum sitas. Haec omnia rex sancit et sigillo confirmat consensu Arnulfi patriarchae et baronum suorum. — Arnulfus patriarcha, E(bremarus), archiepiscopus Caesariensis, B(ernardus), Nazarenus, Rogerius, Ramathensis, episcopi, Achardus, prior Templi Domini, Eustachius Granerius, Willelmus de Buris, Balduinus de Ramis, Wido de Miliaco, Manasses de Caiphas, Rodulfus de Fontenei, Ulricus, vicecomes Neapolitanus, Balduinus de S. Abraham, [14]) Gothman, Anselmus de Parentei, Andreas de Baldement, Eustachius de Cassel, Galterius Mahumet, Girardus, Pisel, Ardo (Delaborde, p. 29—32, No. 6). **80**

[12]) p. 34: princeps Antiochenus. [13]) p. 34, 45: Caiphas. [14]) De quo Riant in Rec. d. hist. d. croisad., aut. occid. V, p. 310.

**1115**. — Concilium Syriacum, quo, praesidente (Berengario), episcopo Arausiensi et Sedis Apostolicae legato, Arnulfus, patriarcha Hierosolymitanus, deponitur (Guillelmus de Tyro XXI, c. 26; Baronius, Annales 1115, § 9; Fulcher. Carnot. [ed. Paris.], p. 431; Mansi XXI, p. 139—140; cf. Hagenmeyer, Ekkehardus, p. 264—265; Kühn, p. 55—56). **81**

**1116** Maj. 15. — Constantius, S. Quarantenae servus, et Willelmus confirmant, se Eustachium Granerium ejusque uxorem, ut sibi terram, quam quondam Quarantenae incolae possederunt, redderet, rogavisse, et eosdem sibi terram cum molendino per manum Arnulfi patriarchae dedisse ac concessisse, ut in unoquoque XIV die aquam haberent, unde molerent. — Arnulfus patriarcha, Anselmus de Turre, Hugo de Nellis, Ardonetus, Azo de Drouino, Aimericus de Fraisna, Aaluns de Belram, Arnulfus, vicecomes de Jherico (Rozière, p. 222 in No. 119; Lois [ed. Beugnot] II, p. 487 in No. 8; Migne, p. 1213—1214, No. 119; in linguam germanicam vertit et notis illustravit G. Rosen in Wochenblatt d. Johanniter-Ordensballey Brandenburg 1863, p. 77—80, No. 13). **82**

„ Jul. 19, ind. IX. Piverni. — Paschalis II litteris regis, episcoporum, abbatum, priorum et clericorum admonitus, ut Arnulfum, qui de inutilibus nuptiis genitus immixtione cum Girardi uxore et Sarracena quadam pollutus sit, de patriarchae sede removeat, se eorundem precibus indulgere posse negat, quum Aschetinus, episcopus Bethlemitanus, [1]) Hugo, abbas de valle Josaphat, Arnaldus, prior de Monte Sion, [2]) Petrus et Guillelmus, canonici S. Sepulchri, se patriarcham communi voto ac rite elegisse, juraverint, et dictus Arnulfus, se omnium criminum dictorum immunem esse, tactis evangeliis juramento confirmaverit (Rozière, p. 11—13, No. 11; Jaffé-Löwenfeld, No. 6528; cf. Kühn, p. 55—56; Kugler, Albert v. Aachen, p. 402). **83**

[1]) De quo ZDPV. X, p. 24; antea fuerat cantor ecclesiae Bethlemitanae.
[2]) ZDPV. X, p. 36.

**1117** Febr., ind. (VII). — Pontius, comes Tripolitanus, B. Marco Venetorum domum, quae Tripoli prope portum sita est et olim nuncupabatur Darus, domui Bertrandi de Rocca maura et Pontii de Pirpinia (Pipinea), plateae et vico cuidam vicinam. — Pontius comes, Ro(t)gerius constabularius, Petrus de Podio Laurentii, Raymundus dapifer. Factum est Bernardo episcopante Tripoli, Balduino I rege (Cornelius X, I, p. 218; Tafel-

Thomas I, p. 76—77, No. 36; cf. Danduli chron. in Muratori SS. XII, p. 167, 268; Archives des miss. scientif. I Série, II, p. 384; Heyd I, p. 150). **84**

**1117.** — Balduinus II, rex Hierosolymitanus, civibus Massiliae Hierosolymitanis furnos donat panarios ab indictiva coctione liberos et vicorum spatia circumscripta, in quibus fas sit eisdem praeterea neminem collocare sedem ac domicilium, quales in tota Cypro insula et urbe Accon visos esse olim tradunt annalis historiae scriptores (Guesnay, Annal. eccles. Massiliae, p. 318; cf. de Guignes in Mém. de la littérature tirés des registres de l'acad. royale des inscriptions et d. belles-lettres, Paris 1774, XXXVII, p. 467). **85**

**1118** Jun. 4. — Rogerius, princeps Antiochenus, dona confirmat, quaecunque in territorio Antiochiae Hospitali Hierosolymitano unquam facta sunt, de quibus vocantur III casalia in montanis Antiochiae, quae Boamundus I princeps dedit, et donum, quod ipse Rogerius contulit, scilicet quasdam domos Antiochiae cum petia terrae et stationem in platea civitatis sitam, quam Hierosolymis moratus Guiraldo dederat, necnon casalia in terminio de Harenc, Kapharta et Delthio sita, quae Rogerius de Florentia, Bonable et Rotbertus dederunt, denique villanos, quos milites sui in territorio Antiocheno assignaverant. — Rogerius, princeps Antiochenus, Wido Fraisnel, Robertus de S. Laudo, Petrus subdiaconus, qui chartam scripsit (Paoli I, p. 6, No. 6; cf. p. 464). **86**

**1119** Febr. 14, ind. XI, lun. I. — Gocelinus, princeps Galilaeae, Balduino II rege, Warmundo patriarcha,[1]) Bernardo, episcopo Nazareno, ecclesiae B. Mariae de valle Josaphat casale Casrielme donat. — Willelmus de Buris, Balianus, Radulphus de Fontenellis, Johannes, camerarius regis, Balduinus de Ramatha, Arnulfus, Pisellus, Warmundus de Cerisi, Henricus de Brena, Anschitinus, platearius Hierosolymitanus. Rorgo fratellus, Galilaeae cancellarius,[2]) chartam plumbice sigillatam confirmat (Delaborde, p. 32—33, No. 7). **87**

[1]) De quo Röhricht in ZDPV. X, p. 7. [2]) De quo Röhricht, Bibliotheca geogr. Palaestinae, p. 33—35, No. 83.

„ Jun. 19, ind. XII. Apud S. Aegidium. — Calixtus II xenodochio Hierosolymitano per manum Giraldi institutoris ac propositi privilegia Pontii, episcopi Tripolitani, et Paschalis II praedecessoris supra memorata[1]) confirmat (Paoli I, p. 270—271, No. 2 [cf. p. 549—550]; Jaffé-Löwenfeld No. 6700). [1]) No. 71 et 78. **88**

**1120** Jan. 23. Neapoli. — Concilium ad corrigendos mores habitum, cui intererant Gormundus, patriarcha Hierosolymitanus, Balduinus II, rex Hierosolymitanus, Ebremarus, archiepiscopus Caesariensis, Bernardus, Nazarenus, Asquitillus, Bethleemitanus, Rogerius, Lyddensis, episcopi, Gildoinus, S. Mariae de valle Josaphat electus, Petrus, S. Salvatoris de monte Thabor, abbates, Achardus, Templi Domini, Arnoldus, Montis Sion, Gerardus, S. Sepulchri[1]), priores, Paganus, cancellarius regis, Eustachius Granerius, Guillelmus de Buris, Barisanus, constabularius de Joppe, Balduinus de Rama et plures alii (Mansi, Concil. XXI, p. 261—266; francogallice in Michaud, Hist. d. croisades ed. H. Bréholles I, p. 521—525, No. 6; cf. Guill. de Tyro XII, c. 13; Docum. lipsan. in Rec. d. hist. d. crois., aut. occid. V, p. 322; Lois [ed. Beugnot] II, p. XVIII, LIV, 111, 144, 151, 205, 210, 218, 221, 223). **89**

[1]) De quo Röhricht in ZDPV. X, p. 42 et Com. Riant in Rec. d. hist. d. crois., aut. occid. V, p. 357.

**1120** Jan. 31, ind. XII, epact. XVIII, luna XXVII. Tolomaidi. — Balduinus II, rex Hierosolymitanus, ecclesiae B. Mariae de valle Josaphat per manum consanguinei sui Gelduini, abbatis electi,[1] privilegium a Balduino I datum repetit et confirmat, consentientibus Warmundo patriarcha et regni baronibus in Neapolitano concilio congregatis.[2] — Warmundus patriarcha, Bernardus, episcopus Nazarenus, Acardus, prior Templi Domini, Girardus, prior (S.) Sepulchri, Paganus, cancellarius regis, Eustachius Granerius, Willelmus de Buris, Balduinus de Ramis, Manasses de Caiphas, Balduinus de S. Abraham, Radulphus de Fontenellis, Wido de Miliaco, Ulricus, vicecomes Neapolitanus, Hugo de Joppe, filius Hugonis de Puteolo, nondum miles. Brando, clericus et cancellarii regis consanguineus, scripsit (Delaborde, p. 33—35, No. 8). **90**

[1]) De quo ZDPV. X, p. 38. [2]) Cf. supra No. 80, 89 et, quae Comes Riant accuratissime disserit in Rec. d. hist. d. crois., aut. occid. V, p. 317—319 (ibid. p. 319 de gentibus Montis Letherici, Corbolii, Rethelensi, Puisac).

„ , ind. XIII. Hierosolymis in ecclesia S. Sepulchri. — Balduinus II, rex Hierosolymitanus, precibus Guarmundi patriarchae vectigal maxime peregrinis durum, quod in porta urbis Hierosolymorum (Davidica) ab omnibus, qui frumentum, hordeum et legumina inferebant, exigebatur, abhinc tollit ac sigillo apposito remittit.[1]) — Guarmundus patriarcha, Ebremarus, archiepiscopus Caesariensis, Anschetinus, Bethleemitanus, Bernardus, Nazarenus, Rogerius, Ramathensis, episcopi, Gelduinus, vallis Josaphat, Ricardus, Latinensis, abbates, Gerardus, S. Sepulchri,[2]) Achardus, Templi Dominici, Arnaldus, Montis Syon, Laurentius, Montis Oliveti, priores, Petrus Barchinonensis, Paganus cancellarius, Brando, Hugo Caulis constabularius, Willelmus de Tiberiade,[3]) Eustachius Granarius, Herbertus Pisellus, Radulfus de Fontanellis, Guido de Miliaco, Balianus, Romanus de Podio, Amalricus de Flandrello, Balduinus de S. Abraham, Manasses de Caypha, Roardus, Anschetinus vicecomes, Paganus pincerna, Johannes camerarius, Rainaldus de Pont, Goifridus Acus, Porcellus, Bertinus, Bachelerius et Willelmus Strabones. Factum anno Balduini III (Rozière, p. 83—85, No. 45; Lois [ed. Beugnot] II, p. 485—486, No. 6; Migne, p. 1134—1135, No. 45; cf. Wauters II, p. 106. In linguam germanicam vertit et notis illustravit G. Rosen in Wochenblatt der Johanniter-Ordensballey Brandenburg 1863, p. 115—116). **91**

[1]) Cf. Fulcher. Carnot. (Rec. d. hist. d. crois., aut. occid. III), p. 445; Guill. de Tyro XII, c. 15. [2]) De quo ZDPV. X, p. 42. [3]) Cujus sigillum in Revue numismat. III Série, VI, p. 464—465.

**1121** Febr. 1, lun. X. — Balduino II rege, Bernardo, primo Latinorum episcopo Nazareno, Willelmus de Buris, Galilaeae princeps, hospitali de Josaphat IV carrucatas terrae in Ligione et mansionem domorum, quas Engelbertus Monacus ibidem construxit, necnon I rusticum cum ejus pertinentia in Maula et territorio Tyberiadis, prope civitatem quandam carrucatam terrae et I Sirium cum sequentia ejus donat. — Serlo, cancellarius Tyberiadis, Ydricus (Edricus) dapifer, Petrus de Crimisio (Crimesio), Fridericus constabularius, Ricolus, Geraldus mareschalcus, Herbertus de Corbul(l)io (Delaborde, p. 36, No. 10). **92**

„ Febr. 1, lun. X. — Willelmus de Buris, Galilaeae princeps, consilio Bernardi, primi episcopi Nazareni, ecclesiae B. Mariae de valle Josaphat hospitale S. Juliani, quod in civitate Tiberiadis construxerat, tali conditione

donat, ut quamdiu Amau(ri)cus vixerit et legaliter illud rexerit, hospitalis et pertinentium custos et dispensator maneat. Testes ut supra No. 92 (Delaborde, p. 36—37, No. 11). **93**

**1121** Jul. 6. Laterani. — Calixtus II Garmundo, patriarchae Hierosolymitano, mandat, ut cantorem et succentorem S. Sepulchri in domibus suis quasi seculariter viventes vetans in claustro remanere jubeat (Rozière, p. 72—73, No. 37; Jaffé-Löwenfeld No. 6923). **94**

„ Jul. 6. Laterani. — Calixtus II Gerardo priori ejusque fratribus in ecclesia S. Sepulchri regularem vitam professis Arnulfi quondam patriarcha privilegium supra memoratum [1]) confirmat (Rozière, p. 15—17, No. 14; Jaffé-Löwenfeld No. 6921). **95**

[1]) No. 75.

„ Jul. 6. Laterani. — Calixtus II (Ebremaro), archiepiscopo Caesariensi, et ceteris episcopis, abbatibus, prioribus per Hierosolymitanam provinciam constitutis, B(alduino II) regi, principibus, baronibus, clero ac populo scribit, se quamvis hujus causae executionem S. A. legato P(etro), Portuensi episcopo, injunxerit, tamen ipsum Guar(mundo), post Arnulfi praedecessoris mortem electo, patriarchae pallium misisse (Rozière, p. 14—15, No. 13; Jaffé-Löwenfeld No. 6922). **96**

„ , ind. XV. — B(ernardus), episcopus Nazarenus, Garmundi patriarchatus et Balduini II regni anno III, Willelmi de Buris dominii anno I Adelelmo, scilicet Tyberiadis et totius Galilaeae archidiacono, G(uillelmo I), S. Gabrielis priore, R., capellano Nazarenae ecclesiae, Basilio, Hugone aliisque clericis, W(illelmo), Tyberiadis principe, Martino, Nazareno interprete, Roberto de Aquila, Rogerio Argeloth, episcopi pincerna, Guiberto, lampadarum accensore, necnon Arnulfo testibus, ecclesiam et omnem decimationem casalium Ligionis et Thanis ecclesiae S. Mariae de valle Josaphat donat (Delaborde, p. 35—36, No. 9). **97**

„ — Raimundus de Podio, custos Hospitalis S. Johannis post obitum G(eraldi) magistri [1]) factus, toti clero ac populo gratias agit pro beneficiis collatis rogans, ut dicto Hospitali succurcant ejusque in fraternitatem ingressi de misericordia Dei securi fiant (Eccard, Corp. II, p. 363; Paoli, Dell' origine p. XIII, No. 10). **98**

[1]) Cf. supra No. 71.

( „ c.). — R., abbas S. Amandi, E(bremarum), archiepiscopum Caesariensem, rogat, ut sibi et ecclesiae suae reliquias mittere velit (Martène, Thesaur. I, p. 351—352, ubi nomen abbatis supradicti corrigitur: Gualterius). ‖ Eodem tempore Lambertus episcopus Evremaro nostro A., Morinensem archidiaconum, commendavisse videtur (Migne, Patrol. lat. CLXII, p. 677—678, No. 77). **99**

**1122** [1]) Maj., ind. VIII, epact. XI, concurr. V. — Balyanus, Joppensis constabularius, consensu Balduini II regis et Hugonis Joppensis «consulis», [2]) cutocothroffii S. Johannis Neapolitani [3]) ecclesiae redecimationem integram de Mirabel, Luceri, Marescalcie, Rentie et Kafreherre pro salute sua et uxoris Heluissae donat, Hugone Ramatensi, Balduino, fratre ejus, domino

[1]) Anno 1122 fuit indictio XV, concurr. VI; epact. XI bene quadrat. [2]) De hoc Hugone II de Puisato cf. Comte de Mas Latrie in Archivio Veneto 1879, XVIII, p. 381—385. [3]) Inscriptionem Hospitalis nostri a. 1180 a Rogerio magistro ordinis reaedificati citat Röhricht, ZDPV. X, p. 244—245.

Mirabelli, necnon Baliano confirmantibus. — Adam de Rammis, Balduinus Colepance, Hymbertus presbyter, Ordelet, Johannes Castor, Arrabi, Eurardus, Anselmus, Philippus, Ramundus, Radulphus, Petrus, supradicti cutocothroffii famuli, Anscherius senescalcus (Paoli I, p. 236, No. 191; cf. p. 546). Hoc privilegium (ut chartam 29 April. 1166) J., abbas S. Sepulchri, et Adam, archidiaconus Acconensis (c. 1250), se vidisse confirmant (Delaville le Roulx, p. 17). **100**

**1123.** — Warmundus, patriarcha Hierosolymitanus, ecclesiae B. Mariae de valle Josaphat precibus Gelduini abbatis bona, quae unquam acceperat, sigillo confirmat, scilicet: in territorio Hierosolymitano II partes de casali Bethsan, decimam hortorum et molendinorum Syloae ac terrarum sive vinearum pertinentium, quae ibidem sunt, excepta decima II carrucatarum, quarum una fuit Widonis de Miliaco, altera Baliani Joppensis, in territorio Neapolitano decimam casalium Aschar et Betheri,[1] in territorio Acconensi decimam casalis Cassara[2] et IV carrucatarum terrae olivarumque pertinentium prope casale Huberti de Patci,[3] medietatem decimae Baliani de Betheri et pertinentiarum, tertiam partem decimae Balduini Ramathensis de III casalibus Gemmail,[4] Assir,[5] Beithbezim,[6] denique decimam supra dictam[7] et cetera bona, quae unquam donationibus adepta fuerat. Factum patriarchatus Warmundi et Balduini II regni anno III. — Ebremarus, archiepiscopus Caesariensis, Gerardus, prior S. Sepulchri, Odo, Caesariensis archidiaconus, Anselmus, cantor S. Sepulchri, Willelmus subcentor, Gilibertus canonicus, Fulcherius, Rannulphus, Eustachius Granerius, Hugo de Peans,[8] Anschetinus vicecomes. Arnaldus, Dominici Templi canonicus, scripsit (Delaborde, p. 37—38, No. 12). **101**

[1]) p. 64, 101: Ascar (p. 68: Oescar) et Bytiri; p. 101: et Saphet (p. 65, 70: Saphe). [2]) p. 64: Casera (p. 45, 65: in montanis); p. 45 et 101: Cassera; p. 102: Casra. [3]) p. 64: Huberti de Paceo; p. 101: Uberti de Pazeo. [4]) p. 64, 101: Gemail. [5]) p. 64, 101: Serra, quod Conder (Quart. Stat. 1890, p. 33) idem esse putat ac Surra vel chirbet surra. [6]) p. 64: Bathezim; p. 101: Bezezin, ut Conder l. c. putat, nunc bêt bezzîn. [7]) No. 67. [8]) Primus Templi magister, cui pugna a. 1137 occiso successit Robertus Burgundio.

„ , ind. II. Accon in ecclesia S. Crucis. — Balduino II rege in carcere Balac principis detento,[1] Warmundus, patriarcha Hierosolymitanus, cum ejusdem ecclesiae confratribus suffraganeis, Willelmo de Buris constabulario, Pagano cancellario et multis baronibus Venetis[2] qui, strage paganorum ante Ascalonis litus gravissima facta,[3] cum Dominico Michaelis duce in partes Hierosolymitanas venerunt, haec concedit. In omnibus scilicet regni civitatibus Veneti habebunt ecclesiam, integram rugam, plateam sive balneum et furnum et Hierosolymis in platea, quantum rex habere solet, et immunes erunt, nisi peregrinos navibus suis vehuntur; tunc quippe secundum regis

[1]) Captus fuit pugna apud flumen Sindscha facta 11 (Kemâl ed dìn in aut. orient. III, p. 635) vel 18 Aprili 1123 (Matth. Edess. in Rec. d. hist. d. croisad., aut. armén. I, p. 132—133; Dulaurier, Recherches sur la chronol. armén. I, p. 313—314). [2]) Quorum nomina chartae subscripta sunt, qua Dominicus Michaelis dux Maj. 1122 Barii cum civibus in partes ultramarinas classe vecturus foedus iniit (de Blasiis, Insurrezione III, p. 456—461, No. 5). Balduinus II jam 1120 auxilium Venetianorum nuntiis et epistolis petiverat (Docum. lipsanogr. in Rec. d. hist. d. croisad., aut. occid. V, p. 322; Hist. duc. Venet. in Mon. Germ. SS. XIV, p. 73; Chron. Danduli in Muratori SS. XII, p. 269; Tafel-Thomas I, p. 78, No. 38). [3]) 30 Maj. 1123 (Guill. de Tyro XII, c. 23; Fulcher. Carnot. [aut. occid. III], p. 452—453, 480—481; Docum. lipsanogr., p. 323; Heyd I, p. 142—143).

consuetudinem tertiam partem eidem dare tenentur, unde (ipse rex et) Veneti de fundo Tyri [4]) ex parte regis duci CCC bisantios annuatim solvent. «Praeterea illam ejusdem ruge Achon plateae partem unum caput in mansione Petri Zanni, aliud vero in S. Dimitrii [5]) monasterio firmantem et ejusdem rugae aliam partem, unam machomariam et duas lapideas mansiones habentes, quae quondam casulae de Cannis esse solebant», quam rex Balduinus I B. Marco et duci Ordelafo ejusque successoribus in Sidonis acquisitione dedit,[6]) concedit et de ejusdem rugae alia parte a domo Bernardi de Novo castello, quae quondam Johannis fuerat Juliani, usque domum Gu(i)berti de Jopen, generis Laude (alias: generi lande, genri lande) recto tramite procedente. Insuper Veneti libero commercio et libera curia fruentur necnon Tyri et Ascalonis ac pertinentiarum tertiam partem habebunt, si Ascalonem manibus hostium eripere contigerit. Denique Warmundus pollicetur, se Balduinum e captivitate liberatum vel alium in regni solium evehendum adducturum esse, ut has concessiones sanciat, necnon, quae dictus rex promiserat, scilicet ut Veneti Antiochiae eadem privilegia atque in aliis regni civitatibus habeant, adimplere velle. — Warmundus patriarcha, Ebremarus, archiepiscopus Caesariensis, Bernardus, Nazarenus, Asquitinus (Al(i)quitinus), Bethlemita, Rogerius, Liddens. (Liddeus Roger, Roglideus, Rogerius Liddensis), S. Georgii, episcopi, Gildoinus, abbas S. Mariae de Josaphat, Girardus (Girartius), S. Sepulchri, Aicardus (Alicardus, Dicardus), Templi Domini, Arnaldus, Montis Syon, priores, Willelmus de Buris, regis constabularius. Datum per manum Pagani, regis cancellarii (Tafel-Thomas I, p. 84—89, No. 40 [cf. p. 79—84; III, p. 451]; Guill. de Tyro XII, c. 25, p. 550—553 [in Rec. d. hist. d. croisad., aut occid. I; cf. XII, c. 24; XIII, c. 14]; Andreas Morosini, L'impresa et espeditione di Terra Santa, Venetia 1627, p. 43—49; Lünig, Codex diplom. Italiae IV, p. 1539—1543, No. 20; francogallice in Michaud, Hist. d. crois., ed. H. Bréholles, Paris 1862, I, p. 517—521, No. 5; cf. Historia ducum Venet. in Mon. Germ. SS. XIV, p. 74; Cronaca Altinate, p. 155; Chron. Danduli in Muratori SS. XII, p. 270—273; Marinus Sanutus II, p. 158—160; Marin IV, p. 48; Beugnot, Lois II, p. 101; Errera, I crociati Veneziani in Terra Santa in Arch. Veneto 1890, p. 273; Heyd I, p. 151—152, 154). **102**

[4]) Tyrus obsessa est a 15 die Februarii usque ad 7 Jul. 1124 (Docum. lipsanogr., p. 323; Heyd I, p. 144; Hagenmeyer, Gesta, p. 443). [5]) De quo Langlois, No. 2919. [6]) Quod non exstat, sed memoratur in chronico Danduli, p. 264 (cf. Tafel-Thomas I, p. 75, No. 34); Pagano, Illustrazione XXIV, p. 264—265: «ecclesiam, rugam, plateam, pondera et mensuras ac merum et mixtum imperium inter Venetos in Achon residentes et alias immunitates in Hierosolymitano regno ipsis concessit».

(**1123** c.). Hugo,[1]) archiepiscopus Edessanus, R(adulfo),[2]) archiepiscopo Remensi, et canonicis SS. Apostolorum et B. Symphoriani, quum, dictam ecclesiam reliquiis egere, ab E., regis Hierosolymorum et Remensi capellano, audierit, qui post captionem comitis Jozelini [3]) cum praedicto rege Edessam venerat, reliquias de S. Thaddaeo apostolo et S. Abgaro rege transmittit et testimonio Gerardi archidiaconi, Stephani decani et Thezonis thesaurarii necnon sigillo suo confirmat (Marlot, Metropol. Remensis II, p. 241; Migne, Patrol. lat. CLV, p. 477—480; Rec. d. hist. d. crois., aut. occid. V, p. 317). **103**

[1]) ZDPV. X, p. 13; Sigillum in Revue numismat. III Série, VI, p. 466—467. [2]) Qui obiit anno 1124; successor ejus Rainaldus II obiit a. 1138. [3]) Qui captus est Sept. 1122 (Guill. de Tyro XII, c. 17; Fulcher. Carnot. III, c. 12; Kemâl ed-dîn [Rec. d. hist. d. croisad., aut. orient. III], p. 633—634).

**1124** April. 8. — Constantius, S. Quarantenae servus, confirmat, post obitum Eustachii (Granerii) ejus relictam Emam, nunc Hugonis, comitis Joppensis, uxorem, filiis Eustachio et Galterio atque Hugone marito concedentibus, permisisse, ut dicti conventus fratres post VI dies, scilicet die sabbati cum praecedente nocte aquas haberent, unde molerent. — Guarmundus patriarcha, Barisanus, Paganus de Osca, Ysaac, frater Rainaldi de Bruge, Godofridus Flamens, Johannes de Belram, Arnulfus, vicecomes de Jherico, qui cartam scribere fecit per manum Eustachii Galterii Emae et mariti Hugonis, principis Joppensis (Rozière, p. 222—223, No. 119; Lois [ed. Beugnot] II, p. 487—488, No. 8 [ad 1123]; Migne, p. 1213—1214, No. 119). **104**

**1125** Maj. 2. Accon. — Balduinus II, rex Hierosolymitanus,[1]) privilegium, quod Guarmundus patriarcha Venetianis dederat, sigillo munit. — Varmundus patriarcha, Ebreman(r)us, Caesariensis archiepiscopus, Bernardus, Nazarenus, Aquastinus (Aquist. Aquest.), Betleemita, episcopi, Roeldeus, episcopus (Roaldus, Tiberiensis ep., Rogerius, Liddensis ep.), Honfrodus de Corone (Torone), Guido de Miliaco, Radulfus de Fontanellis, Goffredus Tortus,[2]) Rainerius de Bruso (Burgo), Guido, Lidensis dominus (Hugo, Ludensis dom.), Guipertus de Caipha, Balduinus (Goldumus), abbas S. Mariae de Josaphat, Geraldus, S. Sepulchri, Aicardus (Acchardus), Templi Domini, Arnaldus, Montis Syon, priores, Raimundus, procurator Hospitalis, Guilielmus de Buris, Tyberiadis, Jopensis Jugir (Jopensis Vigir, Ugo Joppensis) dominus, Gualterius Brisebarre, Beritti dominus, Eustachius Granerius, Romanus de Podio, Hugo de Sagano (Pagano), magister Templi. Datum per manum Pagani, regis cancellarii (Morosini, p. 68—72; Tafel-Thomas I, p. 90—94, No. 41 [cf. III, p. 451]; Chron. Danduli in Muratori SS. XII, p. 275—276 [ad 1130]; Muratori, Antiquitt. ed. fol. II, p. 918—922, ed. $4^0$, VI, p. 285—290 [ad 1130]; Lünig, Cod. diplom. Italiae IV, p. 1539—1542, No. 21; Cron. da Canale in Archiv. storico italiano 1845, VIII, p. 299—301, No. 17; Bernardus thesaurar. in Muratori SS. VII, p. 757—758; Cicogna IV, p. 516—517; italice in Fanucci I, p. 211—214; cf. Archiv. d. miss. scientif. II, p. 359, 365; Lois [ed. Beugnot] II, p. 101; Heyd I, p. 144—145 et supra No. 102). **105**

[1]) E carcere liberatus die Veneris 29 Aug. (Kemâl ed-dîn in Rec. d. hist. d. croisad., aut. orient. III, p. 644; Guill. de Tyro XIII, c. 16: 27 Aug.) 1124. [2]) De quo comite Godofredi ducis cf. Martin in Journ. asiat. 1888, XII, p. 479—480; XIII, p. 33—80 et La terre de Geoffroy le Tor dans la principauté d'Édesse in Bullet. d. antiq. de France 1880, p. 72.

„ Oct. 20, ind. IV. — Bernardus, episcopus Nazarenus, Hospitali omnem decimam tam de casalibus quam de villanis, quos Hospitale in episcopatu Nazareno possidet, praeterea III villanos, qui erant juris ejusdem ecclesiae, coram canonicis regularibus et archidiacono ecclesiae Nazarenae concedit et sigillo confirmat. Factum Vermundo patriarcha et Balduino II rege. — Villelmus, prior S. Mariae, Adalelmus archidiaconus, Basilius, Gaufredus, Petrus, Odo, Willelmus subdiaconus, Willelmus de Tiberiade, Guido de Miler, Martinus Nazarenus, Girardus miles, Archimfredis, Robertus, miles Templi, Sancius diaconus, qui cartam scripsit (Paoli I, p. 8—9, No. 8; cf. p. 466—467). **106**

„ Dec. 9. — Bernardus, episcopus Tripolitanus, et ejusdem ecclesiae canonici per ordinationem Pontii, episcopi Podiensis, abbatis S. Felicis de

Gerunda et Petri de Podio Laurentii cum Raymundo, patre Hospitalis, [1]) ejusque fratribus de quibusdam donationibus, quas a Raymundo comite necnon Arberto et Pontio episcopis factas et Romanorum auctoritatibus privilegiorum munitas, Raymundus a praefato episcopo repetiverat, eo conveniunt, ut, quum illae minime sufficientes videantur, omnia jura et omnes rationes episcopo reddantur. Bernardus vero dicto Raymundo de omni honore, quem fratres Hospitalis quocunque modo die, qua ista charta facta est, in toto episcopatu Tripolitano habebant, decimam praeter medietatem decimarum, quas in parochia Artassiae sint reddituri, cum decimis molendinorum Guillelmi Berardi tali modo concedit, ut has decimas per beneficium ecclesiae Tripolitanae jure perpetuo habeant, de decimis vero, quas in episcopatu Archarum habituri sint, episcopus praedictus et clerici tamdiu assentiuntur, quamdiu ecclesiam Archarum possessuri sint; si vero interea largitione ecclesiae Antiochenae eas acquirere potuerint, cum consilio episcopi Tripolitani eas habeant jure perenni. — Gartio cantor, Amblardus, Bernardus, Raymundus, pater Hospitalis, Bertrandus, Arnardus Somarii, Robertus, Durandus Hospitalis, (Pontius), episcopus Podiensis, Berengarius, abbas S. Felicis (de Gerunda), Petrus de Podio Laurentii, Bernardus scriptor (Paoli I, p. 7—8, No. 7; cf. p. 464—465). **107**

[1]) Alias vocatur «magister», «procurator», «prior», «provisor», «dispensator» Hospitalis, de cujus regula c. 1135 edita Paoli I, p. 224—226, No. 182; p. 36—37, No. 35, Dell' origine, p. XVIII—XXXI, No. 14; Prutz, Culturgesch., p. 602—604; Delaville le Roulx in Bibl. de l'école des chartes 1887, p. 348, De origine, p. 38—39, quam Lucius III (Jaffé-Löwenfeld No. 15136, 15139, 15140, 15308, 15455, 15551, 15629), Rogerio magistro petente, confirmavit (Herquet, Chronol., p. 4—8). De sigillo magistri nostri cf. Delaville, Note sur les sceaux de l'ordre de S. Jean de Jérusalem (Mém. d. antiq. de France 1880, XLI, p. 68; ibid. p. 68 de Casto et p. 69 de Rostagno [cf. Revue archéol. 1876, XXXI, p. 55—56], successoribus).

**1125** (?) Dec. 28. Hierosolymis. — Poncius, comes Tripolitanus, cum uxore Caecilia Hospitali per manum Raymundi magistri hospitale in Monte Peregrino situm et omnia, quae ejusdem juris sunt, donat, villas videlicet, quas dedit Bertrandus pater et Raymundus avus, necnon bisantios, quos Willelmus comes de bubus Surianorum in supradictis villis solebat accipere, terras etiam, quas Bertrandus et Raymundus dicti dederunt, scilicet pontem Montis Peregrini et pertinentia. Praeterea concedit domum in portu Tripolitano super mare et campum ante civitatem sitos, deinde teloneum, quod ceteri homines reddunt in porta Tripolis et in platea, dimittit, villas vero, terras ac domos a Bertrando et Raymundo dictis in civitate Rafania ejusque territorio datas ad hospitium pauperum construendum, sicut in charta legitur et Gualterius tenuit, laudat et donat, omnia etiam, quae data sunt in civitate Tortosae ejusque territorio sive in Locamel sive alibi, et hominibus suis, qui ab ipso terras tenent, permittit, ut singulos villanos Hospitali donent, et quaecunque consensu ipsius obtulerunt, denique omnia, quae in tota ipsius terra a Bertrando et Raymundo dictis fratres Hospitalis acceperunt, in perpetuum possidenda sigillo confirmat. — Pontius comes, Caecilia, uxor ejus, filia regis Francorum, Pontius de Fos, [1]) Giraldus de Uxello, [2]) Pontius Umberti, Bertrandus Vicecomes, Willelmus de S. Justo, Willelmus Fabri, Girardus de Insula, Petrus Amalricus, Pontius, S. Pauli archidiaconus et comitis cancellarius, qui cartam scripsit (Paoli I, p. 9—10, No. 9; cf. p. 467—468). **108**

[1]) Alias: Fosso. [2]) Alias: Ussel.

**1125**, ind. III. Tyri in palatio regis. — Balduinus II, rex Hierosolymitanus, ecclesiae S. Sepulchri casale Derina [1]) vocatum donat et sigillo confirmat, quod in terminis Tyri super magnum fontem situm est, de quo procedit conductus aquarum, deinde hortum inter murum et antemurale ex parte maris situm et in conterminis dicti casalis tantum terrae, quantum IV paria boum de anno ad annum excolere possunt. — Gedduinus (Gelduinus), abbas S. Mariae de valle Josaphat, Paganus, regis cancellarius, Gualterius Brisebarre, Paganus de Mineriis, Willelmus de S. Bertino, Sado marescallus (Rozière, p. 56—57, No. 30; Lois [ed. Beugnot] II, p. 488, No. 9; Migne, p. 1122—1123, No. 30; cf. Wauters II, p. 131). **109**

[1]) Rozière, p. 37: Sancte Erinae.

( „ ). — Bernardus Castelli Radulfi et Havidis, uxor ejus, domum, quam Petrus Britannus et Geifridus, socius ejus, vendiderant, de Georgio Raicio et Bu(r)sardo tempore, quo Guarmundus patriarcha est et Balduinus II rex contra Bursequinum proficiscitur, [1]) coram Aschetino, vicecomite Hierosolymitano, LXXX bisantiis emunt. — Odo, socer Piselli, Bertranus Alobrox, Robertus Sine Barba, Andreas, gener ejus, Fulco Berruer, Stephanus Alvernensis, Paganus Stultus, Willelmus Grossus placearius, Albertus, filius A(nschetini) vicecomitis, Eudebertus Ruffus, Baldrus de Templo, Rogerus de Bajos, Soibertus, Radulfus de Baugenci, Cudener, Berengerus, Radulfus Fabri, Theaudus, Brunet cambiator, Robertus, janitor portae David, Petrus Fabri. Datum per manum Ogeri, clerici in turre David; adfuit quoque potationi venditionis Marages, filius Bursardi (Rozière, p. 202—203, No. 103; Migne, p. 1203—1204, No. 103). **110**

[1]) Anno 1125; cf. Fulcher. Carnot., p. 469—473.

(**1125** c.). — Radulfus de Fontanellis consilio et assensu uxoris et Gaufridi de Parenti generi Gaufrido Acu, qui diu ac bene servierit, vineam, quae adjacet vineae patriarchae secus viam, quae ducit Bethleem, a laeva ejusdem viae parte non multum distans ab urbe Hierosolymis, concedit. — Anschetinus vicecomes, Rainaldus de Ponto, Bonet de Tolosa, Porcellus, Gerardus Bocherius, Soherius de Baruth, Petrus Provintialis, Bachelerius (Rozière, p. 224—225, No. 121; Migne, p. 1215, No. 121). **111**

**1126** Jan. 17. — Barisanus, constabularius Joppensis, domui Hospitalis per manum Raimundi magistri consensu Hugonis, domini Joppensis, et Emmae uxoris casale Algie in territorio A(b)scalonis situm donat et Hugo praedictus terram quandam apud Joppen sitam, quam Radulfus Hospitalis, priusquam obiret, tenebat. Factum Warmundo patriarcha, Bauduino II rege. — Julduinus, abbas S. Mariae de Valle Josaphat, Willelmus Tiberiadis, Galterius Berutensis et Guido, frater ejus, Eustacius Granerius et Galterius, frater ejus, Goffridus enim de Flavi, [1]) Girardus de Are, [2]) Rohardus ergo Jerusalem, Goffridus itaque de Parente, Hugo Ramatensis, Guido de Miliaco; intererant quoque Petrus Raimundus sacerdos, Ranerius Tyberiadis, Petrus Tyberiadis, Willemus Joppe, Petrus Malet, Durandus constabularius, fratres Hospitalis (Delaville le Roulx, p. 70—71, No. 2 [cf. p. 13]; Prutz, p. 85—86, No. 2). **112**

[1]) Alias: Flaiaco. [2]) Alias: Area.

**1126** Jan. 18. — Ugo, princeps Joppe, pro statu christianitatis ac redemptione animae patris et matris necnon, ut Deus civitatem rebellem Ascalone(m) tradat in manus christianorum, Emma uxore sua ceterisque

baronibus suis concedentibus, in manus Raymundi, magistri Hospitalis, in territorio et dominio ejusdem civitatis Ascalonis de tribus melioribus casalibus unum cum omnibus ad casale pertinentibus, concedit, insuper terram in Joppensi regione sitam, quam Radulfus Hospitalis ante mortem tenere et habere solebat, et totum, quod Hospitale habet in territorio Ramatensi. Factum Warmundo patriarcha, Balduino II rege. — Julduinus, abbas S. Mariae Josaphat, Barisanus, Joppe constabularius, cujus consilio supradictum casale donatum fuit, Willelmus Tiberiadis, Gualterius Birutensis, Guido, frater ejus, Eustacius Garnerius et Gualterius, frater ejus, Goffridus de Flavi, Girardus de Area, Hugo Ramatensis, Roardus Hierusalem, Goffridus de Parente, Guido de Miliaco; de fratribus Hospitalis: Petrus Raimundus sacerdos, Rainerius Tiberyadis, Petrus Tiberyadis, Willelmus Joppe, Petrus Malet, Durandus, Hospitalis constabularius. — Praeterea donat et consensu Emmae uxoris libere et absque ulla retentione census praedicto Hospitali in omni terra sua, quam habet et acquisiturus est, omnes usus et consuetudines modii, scilicet et bucce (?) portus ceterarumque rerum concedit. — Girardus de Asneriis, Girardus de Area, Riccardus de Sinclero, Robertus Crassus, Sado, Huilardus, et ex parte Hospitalis: Raymundus procurator, Petrus Gallitianus presbyter, Petrus Wilielmus cancellarius, Geraldus, Willelmus Joppe et alii plures (Paoli I, p. 10—11, No. 10; cf. p. 468—470). **113**

**1126** Jun. 27. Hierosolymis in domo Nigelli de Bethlehem, generis Roberti Regis. — Ugo, princeps Joppe, privilegium suum supra laudatum[1]) sigillo confirmat. — Roardus de Abatia, Paganus de Osca, Rainaldus, nepos episcopi, Andreas Senescalcus, Robertus Longus, Lambertus Novellus (Paoli I, p. 11, No. 10). **114**

[1]) No. 113.

„ , ind. IV. — Willelmus de Buris, dominus Tyberiadis, ecclesiae S. Mariae de valle Josaphat casale S. Georgii[1]) prope Medan situm cum pertinentiis consensu nepotum Heliae et Willelmi, qui feudi sui sunt heredes, donat et sigillo confirmat. — Odo abbas, Helias, Willelmus, Gualo, Ugo Burrellus, Ugo, filius Ivonis, Paganus Montis Regalis, Marinus Nazarenus, Herbertus de Insula, Josbertus de Turnai, Drogo, Gualterius de Bosco. Balduinus II rex confirmat testibus: Herberto de Insula, Ugone Burrello, Balduino S. Abrahae, Goffrido de Parentea, Anselmo, fratre ejus, Rohardo, Joanne Codman, Anschitino vicecomite, Radulfo, (fratre) ejus, Bernardo Vaccario, Drogone de Maloe,[2]) Barda Armeno. Factum Warmundo patriarchante (Delaborde, p. 40—41, No. 14). **115**

[1]) p. 65, 102: de Chaman. [2]) Alias: Malve.

( „ c.). — Balduinus II, rex Hierosolymitanus, a Bernardo, abbate Claraevallensi, petit, ut fratribus Templi certam vitae normam componat, eique Andream et Gundemarum bellicis virtutibus et sanguinis stemmate claros commendat (Henriquez, Privilegia ordinis Cisterc., p. 477; Dupuy, Hist. de l'ordre milit. des Templiers, Bruxelles 1751, p. 85, No. 4). **116**

( „ c.) (?) — Magister Philippus, cantor Tripolitanus, ex una parte et R(aymundus), magister Hospitalis ejusque fratres ex altera parte coram (Ebremaro), archiepiscopo Caesariensi, abbate S. Samuelis Acconensi et (Adalelmo), archidiacono Nazareno, judicibus ab Apostolica Sede delegatis, contentionem de decimis quorundam casalium et possessionum, quas Hospitale in territorio Tripolitano possidet, inter utrosque versantem, privilegio

Bernardi, episcopi Tripolitani, inserto[1]) diremtam esse confirmant ita, ut Philippus dictas decimas renunciet (Paoli I, p. 7, No. 7). **117**

[1]) Supra No. 107.

**1127** Febr. 8. (In Monte Peregrino). — Poncius, comes Tripolitanus, cum uxore Caecilia Hospitali donat hospitale in Monte Peregrino et omnia simul, quae ejus juris sunt, villas scilicet: Misdeliam cum pertinentiis et terminis, sicut Beltrandus prior melius tenebat et habebat in die, qua dedicata est ecclesia S. Johannis de Hospitali in Monte Peregrino sita, scilicet usque ad flumen, quod discurrit ad Montem Peregrinum, et usque ad terminos ipsius villae, quae dicitur Ardacium, et ex alia parte usque ad terminos ipsius villae, quae dicitur Alma, et usque ad terminos villae, quae dicitur Bethsama, et villae, quae dicitur Bethsedion, et usque ad terminos Bethleemiticae villae, quae dicitur Ceraphtenie, deinde donat ipsam villam, quae dicitur Bahani, aliam, quae dicitur Cornonium, et villas Coliath, Aroath, Cendianam, Villam siccam, Apiam, Durcarbe, ad motam de Bochea villam, quae dicitur Baho, in terra de Rafania Theledehep et Cartamare, quas pater Poncii Bertrandus et avus ejusdem Raymundus Hospitali dederant, necnon bisantios, quos Guillelmus comes solebat accipere de bubus Surianorum in supradictis villis laborantium, terras etiam, quas Bertrandus et Raymundus iidem donaverunt ultra pontem Montis Peregrinorum, deinde vineam, quae est juxta cimeterium ecclesiae S. Johannis. Praeterea laudat et confirmat domum optimam in portu Tripolitano supra mare et campum ante civitatem, teloneum in porta Tripolitana et platea solvendum dimittit cum Bernardo, episcopo Tripolitano, consensu Durandi archidiaconi, Gassionis cantoris et universi ecclesiae capituli, porro apud Archas quasdam mansiones, hortum, furnum et vineam, apud Felicium mansionem, II alias apud Cratum et vineam, omnia etiam, quae ei data fuerunt in civitate Tortosae, sive in territorio ejus sive in castro, quod dicitur Kamel, laudat et confirmat, praesertim molendina, quae sunt apud Kamel. Villas vero superius nominatas, terras et alia, quae Bertrandus et Raymundus dederunt in civitate sive territorio Rafaniae, donat et laudat, sicut in charta legitur, denique vineam apud Kafaracham, de qua exeunt Hospitali C jarrae de vino, et totum donum, quod ...... Hospitali a baronibus comitis sive ab aliis hominibus tempore consecrationis ecclesiae S. Johannis Baptistae, quae est apud Montem Peregrinum ...... (factum est in praesentia) Bernardi, Tripolitani, Geraldi, Rafaniensis[1]) et Raymundi, Tortosani, episcoporum. — Poncius, comes Tripolitanus, qui hanc cartam fieri jussit tempore, quo consecrata est ecclesia S. Johannis Montis Peregrini, Caecilia, comitissa et uxor, regis Francorum filia, Rogerius constabularius, Petrus de Podio Laurentii, Guillelmus de Verduno, Poncius de Fos, Raymundus de Cartellano, Hugo Ebraiacensis, Bernardus de Congusto, Geraldus de Ussel, Poncius Umberti, Guillelmus scriptor, qui cartam scripsit apud Montem Peregrinum, Dominicus, Tripolitani episcopi subdiaconus, quo dictante haec tota series composita et postea in manus Raymundi, prioris Hospitalis, ab ipso comite tradita est die et anno quo supra (Paoli I, p. 11—12, No. 11; cf. p. 470 et supra No. 108). **118**

[1]) De quo Röhricht in ZDPV. X, p. 29.

„ Dec., ind VI. Antiochiae in camera patriarchae. — Boamundus II, princeps Antiochenus, Januensibus, quae ipsius pater Boamundus I in urbe

Antiochia sive in portu Sudino et in civitate Lauditia donaverat, sigillo confirmat, videlicet Antiochiae rugam, quae est inter II aquas ex utraque viae parte, sicut primum assignata est, et fonditium, Laodiciae vero rugam, tertiam partem de redditibus portus et tertiam partem in civitate Sudini, sicut modo tenent, atque alia jura addit. — Bernardus, patriarcha Antiochenus, Pontius archidiaconus, Radulfus cancellarius, Rainaldus Masuerius constabularius, Hugo de Angerivilla, Osmundus dux, Guillielmus vicecomes, Nicolaus Embriacus, Guilielmus Brunus, Anfossus Faiteavanti, Guillielmus Bonus, Fancellus, Otto Murtius. Factum principatus anno II (Liber jurium I, p. 30—31, No. 20; cf. Mém. de l'acad. des inscript. 1818, III, p. 103; Archives d. miss. scientif. 1857, II, p. 352; Serra II, p. 148). **119**

**1127.** — Balianus miles,[1]) Warmundo patriarcha, ecclesiae S. Mariae de valle Josaphat casale Dargerboan [2]) et tertiam partem gastinae Zonia, consensu Balduini regis II et Hugonis, comitis Joppensis, de quo praedictum casale tenebat, donat et sigillo regis antedicti confirmat. — Wido de Puteolo, Wido de Domnapetra, Walterius Granerius, Radulfus de Fontanellis, Gerardus de Helbecorth, Anschetinus vicecomes, Balduinus de S. Abraham, Baro Archerius, Thomas Ramathensis (Delaborde, p. 41—42, No. 15). **120**

[1]) Alias Barisanus; p. 47: constabularius Joppensis. [2]) p. 43, 44, 64, 101, 102: Darchiboam; p. 47, 65: Dargeboam.

**1128** Mart., ind. IV (corr. VI). Accon in palatio regali. — Balduinus II, rex Hierosolymitanus, fratribus ecclesiae S. Sepulchri per manum Willelmi prioris [1]) casale in territorio Neapolitano situm Cafermelic(h) [2]) cum pertinentiis, exceptis tamen villanis, quos Romanus de Podio transmutaverat ad casale Bet(h)eflori,[3]) postquam CC bisantios, quos de redditibus Neapolitanis annuatim habebant, regi quietos clamaverunt, coram Stephano patriarcha [4]) donat et sigillo confirmat, Pagano cancellario scribente. — Milisenda, filia regis, Willelmus, archiepiscopus Nazarenus, Balduinus, Sebastinus, Ansellus (Anselmus), Bethleemita, episcopi, Gelduinus, abbas vallis Josaphat, Arnaldus, prior Montis Syon, Johannes camerarius, Bernardus Vaccarius, Hugo, dominus Joppensis, Ansellus de Bria, Henfredus de Torone, Gualterius, dominus Caesareae, Guitterius, sorori(u)s regis, Roardus, Sado marescalcus, Paganus pincerna, Romanus de Podio, Goffridus Tortus, Balduinus S. Abrahae,[5]) Hulricus, vicecomes Neapolitanus (Rozière, p. 82—83, No. 44; Lois [ed. Beugnot], p. 488—489, No. 10; Migne, p. 1133—1134, No. 44). **121**

[1]) Cf. ZDPV. X, p. 42. [2]) Rozière, p. 80: Cafermelech. [3]) Quod Conder (Quart. Stat. 1890, p. 32) idem esse censet ac bêt furîk (Mappa Anglica, sheet XII). [4]) De quo Röhricht in ZDPV. X, p. 7; cf. Henri de Curzon, Règle des Templiers, Paris 1886, § 4, 8. [5]) De quo Comte Riant in Recueil d. hist. d. croisad., aut. occid. V, p. 310.

„ Maj. 29. Laterani. — Honorius II Balduino II, regi Hierosolymitano, quem probissime ac sapientissime regnare a Guillelmo, archiepiscopo Tyrensi, et Rogerio, episcopo Ramensi, didicerat, totum regnum cum dignitate a Paschali II Balduino I regi concessa confirmat ac Fulconem, comitem Andegavensem, Deo et ipsi serviturum commendat (Rozière, p. 17—18, No. 15; Jaffé-Löwenfeld, No. 7314). **122**

„ Jul. 8. In territorio Barensi. — Honorius II episcopis suffraganeis, clero populoque Tyri Willelmum archiepiscopum a se pallio ornatum commendat (Guill. de Tyro in Rec. d. hist. d. croisad., aut. occid. I A, p. 592

[lib. XIII, c. 23]; Mansi XXI, 321; Jaffé-Löwenfeld, No. 7316). Idem eodem a., mense et die Gormundo, patriarchae Hierosolymitano, nunciat, Willelmum, archiepiscopum Tyrensem, a se benigne receptum pallioque ornatum esse (Guill. de Tyro, l. c.; Mansi, l. c.; Jaffé-Löwenfeld, No. 7315), et Bernardo, patriarchae Antiocheno, per Aegidium, episcopum Tusculanum, S. A. legatum, praecipit, ut ecclesiae Tyrensi restituat, quos detineat suffraganeos (Guill. de Tyro, l. c.; Jaffé-Löwenfeld, No. 7317). **123**

**1128** Sept. 4, ind. VI. Beneventi. — Honorius II papa Guillelmo, priori S. Sepulchri, ejusque fratribus precibus Guarmundi patriarchae omnia, quae possident, confirmat, scilicet: in episcopatu Hierosolymitano ecclesiam S. Lazari cum castello,[1]) castrum Maome [2]) cum ecclesia, in archiepiscopatu Caesariensi castrum Feniculi [3]) cum ecclesia, in civitate Joppe ecclesiam S. Petri, in civitate Tyri ecclesiam S. Mariae [4]) antiquae sedis, in episcopatu Tripolitano, quod privilegio supra (No. 48) dicto concessum fuit, et possessiones cismarinas (Rozière, p. 18—22, No. 16; Jaffé-Löwenfeld, No. 7318). **124**

[1]) Quod castellum antea non memoratur. [2]) Alias omissum; Rozière, p. 30, 37: Mahomeria. [3]) et [4]) adhuc non memorata; cf. Rozière, p. 30.

( „ —**1130**). — Balduinus II, rex Hierosolymitanus, precibus Stephani patriarchae omnibus peregrinis portum Acconis intrantibus concedit, ut vectigalia de suis rebus, quae minus quam XL bisantios valent, et de rebus plus valentibus, quae non vendendi causa sed ad ipsorum usum apportatae cognoscuntur, solvere minime teneantur (Rozière, p. 85—86, No. 46; Lois [ed. Beugnot] II, p. 486—487, No. 7 [falso ad 1121]; Migne, p. 1135—1136, No. 46). **125**

**1129,** ind. VII. Caesareae. — Evremarus, archiepiscopus Caesariensis, fratribus S. Sepulchri decimas casalis Deffeisse (Deffiesse) [1]) donat et sigillo confirmat. — Rainerius archidiaconus, Bonifatius, Aymo, Gosbertus, Alexander, canonici Caesarienses, Aymericus, canonicus et eleemosinarius S. Sepulchri, Albertus, Balduinus, Ricardus, dapifer Caesareae. Factum Balduino II rege, Stephano patriarcha, Willelmo, secundo priore [2]) (Rozière, p. 142—143, No. 70; Migne, p. 1168—1169, No. 70; cf. Lois [ed. Beugnot] II, p. 511, not. a). **126**

[1]) Rozière, p. 144, 264: Fiaisse; p. 103: Fieisse; p. 99, 264: nunc casale S. Sepulchri nuncupatum. [2]) Cf. Röhricht in ZDPV. X, p. 42.

„ Accon. — Willelmus, archiepiscopus Tyrensis,[1]) fratribus S. Sepulchri per manum Willelmi prioris et Stephani patriarchae ecclesiam S. Mariae Tyrensem donat et sigillo confirmat. — Stephanus patriarcha, Willelmus, archiepiscopus Nazarenus, Anselmus, episcopus Bethleemita, Acardus, Templi Dominici, Arnaldus, Montis Syon, Adelelmus, ecclesiae Nazarenae, priores, Hugo, canonicus Bethleemita, Petrus, Galterius, Johannes, Hugo, ecclesiae Tyrensis canonici, Johannes, ecclesiae Acchon praepositus;[2]) de laicis: Balduinus II rex, Fulco, comes Andegavensis, Willelmus de Buris, Hugo Joppensis, Barisanus, Garinus, vicecomes Tyri (Rozière, p. 138—139, No 67; Migne, p. 1166—1167, No. 67). **127**

[1]) De quo Röhricht in ZDPV. X, p. 17; Jaffé-Löwenfeld, No. 7316, 7317, 7943. [2]) De hoc primo episcopo Acconensi ibid. p. 20, de episcopis Acconensibus omnibus cf. Riant, Haymarus Monachus, p. XIX—XX.

„ ind. VII. — Willelmus, prior S. Sepulchri tertius,[1]) se consensu Stephani patriarchae feodum S. Lazari, quod Petrus quidam de S. Lazaro,

[1]) Supra No. 126 «secundus» prior vocatus.

frater S. Sepulchri, tenuerat, quum post obitum ejus filia Petro cuidam, famulo S. Sepulchri, non nuptura coram S(tephano) patriarcha resignaverit, recepisse, confirmat. — Anselmus cantor, Azo, Gislebertus, Petrus Bernardi, Gaudentius, Petrus eleemosynarius, Aimericus, Gaufridus Acus, Petrus de Vendosme, Berengarius Parvus. Factum S(tephano) patriarcha sigillante et Balduino II rege (Rozière, p. 153—155, No. 77; Migne, p. 1175, No. 77). **128**

**1129** (post Sept.), ind. VIII. — Willelmus, prior S. Sepulchri, se a Petro de S. Gauterio, conjuge et filio vineam cum terra adjacenti circumsaepta, quae Hierosolyma venientibus in egressu Mahumeriae prominet in sinistra convalle, pretio CXL bisantiorum emisse, sigillo confirmat. — Goisbertus praepositus, Aimericus helemosinarius, Petrus Clementis, Anselmus, capellanus Mahumeriae, Gaufridus Acus, Petrus de Joppen, Petrus Guitart, Bernardus, gener praedicti Petri de S. Gauterio, Rogerius Lombart, Petrus de S. Gauterio, Audear(t)z, ejusdem uxor, Andreas, ejus filius, Petronilla, ejus filia. Factum anno Stephani patriarchae II, rege Balduino II (Roziere, p. 155—156, No. 78; Migne, p. 1176, No. 78; in linguam germanicam vertit et notis illustravit G. Rosen in Wochenblatt der Johanniter-Ordensballey Brandenburg 1863, p. 43—44, No. 7). **129**

„ , ind. VII. Hierosolymis in palatio regis. — Balduinus II, rex Hierosolymitanus, quaecunque Hospitali donata fuerunt, laudat et sigillo confirmat, praesertim in territorio Hierosolymitano IV partes terrae, quas dedit Goffridus de Parenta prope Beccafabam, hortum cum cisternis ab ipso donatum turri David vicinum, cui ex utraque parte via decurrit, qua itur Bethlehem, deinde domum cum cisterna, quam domum juxta portam Templi, qua itur Josaphat, et ante domum Guidonis de Miliaco sitam dedit Adam de Ramis. — Aschetinus vicecomes, Hugo de Ramis, Goffridus de Acula, Alfanus, Sicherius de Beritto, Porcellus, Rancoldus de Ponzo. Alanus Boccerius donavit domum Hierosolymitanam, unde testes sunt: Aschetinus vicecomes, Guerricus, Hanricus Burgundio. Bernardus de Tolosia et uxor Rufa donaverunt Hospitali domum quandam ibidem ante ecclesiam S. Martini sitam, Alfanus semet ipsum et omnem substantiam suam et domos, quae sunt in platea numulariorum, Hospitali concessit, unde testes: . . . Caesariensis electus, olim cancellarius tantum, Ugo, comes Trescensis, Goffridus de Parentea, Aschetinus vicecomes, Rodulfus camerarius, Rainaldus de Ponzo, Goffridus de Acula, Siherius de Beritto, Porcellus. In territorio vero Acconensi Barda Armenus et uxor ejus dederunt casale Coketum, Airaldus cognomine Barba dimidiam partem casalis Jebethza, et alteram dimidiam donavit Aldeburgis, soror Lamberti cambiatoris. In territorio Caesariensi donavit Goffridus de Flaiaco et cum eo Johannes de Bethsam et Hugo, frater ejus, casale Calansue, in territorio Liddensi Hugo Deramis[1]) II casalia Bethiben et Gendas, quod donum Ugo Joppensis dominus concessit. Factum per manum Hemelini vicecancellarii (Paoli I, p. 13, No. 12; cf. p. 470—471). **130**

[1]) Legas: de Ramis.

„ , epact. VIII. — Willelmus de Buris ecclesiae S. Mariae de Josaphat casale S. Jobi cum territorio pertinenti excepta pertinentia alterius casalis ea conditione donat, ut nepos suus Willelmus monachus dominio et redditibus, quoad vivat, fruatur. — Radulfus de Ysiaco, Warmundus, Petrus de Crehel, Albericus de Cremesi, W. de Saphari, Giraudus marescalcus,

Johannes Allobrox, Brugo, Guido de Cava, Galterius Delbos. Factum Balduino II rege, Stephano patriarcha, W(illelmo), archiepiscopo Nazareno (Delaborde, p. 42—43, No. 16). **131**

**1130** Sept. 27, ind. VIII. Beneventi. — Anacletus II antipapa praeposito cuidam inter alia nuntiat, se ab Hierosolymitana, Antiochena et Constantinopolitana ecclesiis verum summum pontificem ecclesiae Romanae acceptum esse (Bouquet XV, p. 365; Jaffé-Löwenfeld, No. 8413). **132**

„ , ind. VIII. — Willelmus, prior S. Sepulchri, in praesentia Stephani patriarchae furnum in parte Hierosolymorum, quae specialiter Judaearia vocatur, situm ecclesiae S. Mariae de Josaphat per manum Gelduini abbatis donat et omnem querelam inter utramque ecclesiam exortam remittit, insuper decimam terrae, quae Plata Petra vocatur, secus viam, quae ducit ad flumen, necnon decimam casalis Darchiboam et ceteras possessiones liberas et quietas sigillo concedit ac munit. — Petrus Barchinonensis subprior, Ansellus praecentor, Gislebertus, Petrus Bernardi, Petrus Calvus, Gosbertus, Balduinus, Hugo praepositus; de diaconis: Guido, Radulphus, Wulgrinus, Richardus; de subdiaconis: Guyraldus, Galterius, Moyses; Willelmus, Tyriensis, Gaudentius, Caesariensis, archiepiscopi, Anselmus, Bethleemita episcopus, Richardus, S. Mariae Latinae abbas, Arnaldus, Montis Syon, Henricus, Montis Oliveti, priores; Balduinus II rex, Willelmus, dapifer Templi, Hugo, comes Trecensis, Balduinus de S. Abraham, Rohardus, Jofridus de Parenteo, Holricus, vicecomes Neapolitanus. Stephanus, patriarcha Hierosolymitanus, chartam sigillo corroborat (Delaborde, p. 43—45, No. 17). **133**

„ , ind. VIII. Hierosolymis. — Balduinus II, rex Hierosolymitanus, fratribus ecclesiae B. Mariae de valle Josaphat per manum Gelduini abbatis, consanguinei sui, omnia bona sigillo confirmat, quae unquam acceperunt, itaque nonnulla privilegia nota (No. 79, 80, 87, 92, 115, 120, 124) repetit et quaedam alia aliunde non cognita memorat. Dedit enim Godofredus dux ejusque frater Balduinus I furnum et molendina in Civitate Sancta [1]) et extra eandem molendina, fossam, hortos et duas partes de casali Bethsan, [2]) comes Guarnerius casale Ascar, [3]) concedente dicto rege, idem rex in urbe Accon domum, in montanis casale Cassera [4]) cum appendiciis, apud Sydonem viridarium et machomeriam extra civitatem, apud Baruch domos, furnum, molendinum et viridarium in civitate et extra II carrucas terrae, Pisellus vicecomes casale Meschium [5]) et terras viae vicinas, quae ducit ad flumen Jordanem, et ultra flumen in territorio Belcha casale Bessura cum appendiciis, Walterius Machumet casale Jamarvara in valle de Clin [6]) concessu regis Balduini I, Wido de Miliaco dimidium casalis in terra Hierosolymitana nomine Betamar. [7]) Idem vero rex concessit, ut omnes naves praedictae ecclesiae per omnes portus regni eundo et redeundo immunes essent. Praeterea in casali Huberti de Pazi, Siph vocato, Letardus vicecomes dedit IV carrucatas terrae, olivetum, in casali domum et extra hortum, quae omnia, antequam Balduinus II regnum adeptus fuit, donata sunt, ejusdem vero regis tempore accesserunt bona infrascripta. Ipse enim dedit in territorio Neapolitano casale Beteri [8]) et domum in civitate Neapolitana, prope Tyrum in montanis casale Beffella [9]) et aliud nomine Sardanas, in civitate

[1]) Cf. No. 101. [2]) cf. No. 101. [3]) cf. No. 80, 101. [4]) cf. No. 80, 101. [5]) p. 68: Meschyum. [6]) p. 65, 101: in territorio Ebronensi. [7]) p. 69: Bethamar. [8]) cf. No. 101. [9]) p. 65: Bethefella; p. 101, 102: Bethfella.

vero domos et viridarium, Hugo, dominus de Joppe, dedit casale Machoz prope Ascalonem, majorem machomeriam in eadem civitate et viridarium melius, prope Joppen terram, quae fuit Framerici,[10]) et in terra Neapolitana casale Saphet, Romanus de Podio, Richildis uxor et heredes in terra Belcha casalia Bessura et La. — Willelmus, Tirensis, Gaudentius, Caesariensis, archiepiscopi, Ansellus, Bethlehemita episcopus, (Facundus), abbas de Latina, Willelmus, S. Sepulchri, Arnaldus, Montis Syon, priores, Balduinus S. Abrahae, Roardus, Goffridus de Parentea, Hulricus, vicecomes Neapolitanus, Petrus, frater ejus, Robertus de Francoloco. Datum per manum Hemelini cancellarii Balduino II rege, Stephano patriarcha (Delaborde, p. 45—47, No. 18). **134**

[10]) p. 102: Fraymerici.

**1130**—1145. — Guillelmus I, patriarcha Hierosolymitanus,[1]) constitutionem hospitalis B. Mariae de valle Josaphat tempore Gibelini patriarchae, Balduini I regis et consensu Hugonis abbatis factam necnon confraternitatem Balduini I regis, Bernardi, episcopi Nazareni, Guillelmi de Buris, Guidonis de Miliaco, Goscelini, domini de Tiberiade, Baliani et aliorum benefactorum mortuorum sigillo sancit et confirmat. Facundus, prior S. Mariae de Latina, vidit et sigillum apposuit (Delaborde, p. 47—49, No. 19). **135**

[1]) Antea prior S. Sepulchri fuit (Röhricht in ZDPV. X, p. 7—8). Eidem Calixtus II librum cum epistola (ficta) misisse narratur (Jaffé-Löwenfeld, No. 7108; Robert, Bullaire du pape Calixte II, II, No. 445). Sigillum Guillelmi nostri cf. in Bullet. des antiq. 1878, p. 196—197.

( „ —1145). — Guillelmus I, patriarcha Hierosolymitanus, confirmat, Abrahamum, monachum Armenum, domui leprosorum S. Lazari [1]) cisternam a Warmundo olim patriarcha acceptam coram ipso ea conditione concessisse, ut dicta domus, quoad viveret, victum et vestimenta daret, post mortem vero ejus illam libere teneret (Cibrario, p. 221—222; Ferrand, p. 10—11; Archives de l'Orient latin II B, p. 123, No. 1). **136**

[1]) Ordini S. Lazari Henricus II, rex Angliae, (a. 1188?) XL marcas annuales concessit (Rymer, Foedera I A, p. 40) et Richardus rex (10 Oct. 1189) confirmavit (ibid. p. 49). Eisdem fratribus possessiones et jura confirmaverunt Innocentius IV (12 Aug. 1247; 7 Mart. et 7 Jul. 1253; cf. Berger I, No. 3156; Potthast, No. 14867, 15050), Alexander IV (12 Mart. 1255; cf. Potthast, No. 15761), Clemens IV (27 April. et 5 Aug. 1265; 5 Aug. 1266; cf. Potthast, No. 19109, 19304a, 19790). Fratres pugna 17 Oct. 1244 apud Gazam commissa fere omnes occisi fuisse dicuntur (Röhricht in Forsch. 1886, p. 94); fortissimos in defendenda urbe Accon a. 1291 fratres se praebuisse, omnibus chronicis confirmatur (Röhricht in Forsch. 1879, p. 102).

( „ c.). — Balduinus II, rex Hierosolymitanus, privilegium supra laudatum (No. 121) repetit, sed nunc villanos olim exceptos ecclesiae S. Sepulchri per manum Petri prioris [1]) coram (Fulcone), comite Andegavensi, Milissenda, filia sua, et Willelmo patriarcha concedit et sigillo confirmat. — Petrus, capellanus regis, Radulfus, camerarius regis, Martinus de Nazareth, Anscatinus, vicecomes Jherusalem, Olricus, vicecomes Neapolitanus. Datum per manum Amelini, regis cancellarii (Rozière, p. 80—81, No. 43; Lois [ed. Beugnot] II, p. 489—490, No. 11; Migne, p. 1132—1133, No. 43). **137**

[1]) Antea Petrus (Barchinonensis) canonicus S. Sepulchri et demum archiepiscopus Tyrensis factus (ZDPV. X, p. 42—43).

**1131** Febr. 20. Catalauni. — Innocentius II archiepiscopos, episcopos, abbates, priores et omnes ecclesiarum praelatos hortatur, ut xenodochio

Hierosolymitano subveniant (Bosio, Istoria della mil. di S. Giov. I, p. 108; Jaffé-Löwenfeld, No. 7451 [spurium, ut videtur]; cf. ibid. No. 7823). **138**

**1131** Sept. 21, ind. IX. Caesareae. — G(alterius) cognomento Granerius, Caesareae et Sydoniae dominus, consensu baronum, quaecunque pater ipsius Eustachius Hospitali donavit, laudat et sigillo confirmat, scilicet domos Caesareae quasdam et casale vicinum Aldefie cum binis curtilibus, in civitate Caco domos cum pertinentiis et curtilibus, praeterea concedit curtile, quod G., vicecomes suus, dedit, et aliud, quod fuit Alonis, pro quo Granerius reddidit cambium; insuper confirmat IV carrugas terrae in Chaco ad serendum et garetandum, quas Eustachius pater donaverat, binas, quas dedit, Eustachio favente, H. Lumbardus, binas in Cafarsalem, et binas juxta istam terram a principio terrae Rambaldi, quae laboratur in Maresco,[1]) sicut itur ad flumen; si vero haec terra defecerit eis, accipiant tantum de meliori terra, quam invenerint in Sabulone, ut sufficiat ad opus IV carrugarum scilicet ad serendum et garetandum. Denique concedit Calumzum cum pertinentiis. Factum Fulcone rege, W(illelmo) patriarcha, G(audentio), archiepiscopo Caesareae, jussu G. Granerii et conjugis Julianae. — W(illelmus) de S. Bertino, Ricardus, vicecomes Caesareae, Balduinus, dapifer Caesareae, Eustachius Seufflellus, Johannes de Bellorano, Ramerius Furnarius, Isimbardus, Gualterius de Merula, Gualterius, vicecomes Chaco, Nicolaus de Trano, Azzo de Curia, Albertus camerarius. Tradita est Raymundo, magistro Hospitalis, coram testibus antedictis et fratribus Hospitalis Andrea sacerdote, Willelmo Bertrandi, Aldebrando (de) Chaco, Gerardo de Calumzum, Martino Rege (Paoli I, p. 14—15, No. 13; cf. p. 471—473). **139**

[1]) «The marsh near Caesarea» (Conder in Quart. Stat. 1890, p. 35).

**1132** Febr. 2. Cluniaci. — Innocentius II Ludovico VI, regi Francorum, nuntiat, se 1 die Februarii Cluniacum venisse ibique festo die purificationis S. Mariae (2 Febr.) a Guillelmo I, patriarcha Hierosolymitano, et A(nselmo), episcopo Bethleemitano, litteras obedientiae et subjectionis accepisse, quarum exempla mittit (Bouquet XV, p. 374, No. 13; Mansi XXI, p. 401; Jaffé-Löwenfeld, No. 7531). **140**

„ Jun. 25. — Mabilia pro salute animae mariti ac filii S. Sepulchri canonicis confratribus et dominis suis hortum et domum post ipsius mortem tenendos concedit; dicti enim canonici CLXX bisantios ipsi recompensarunt et in horto claudendo, maceria et in cisterna, quae ibi erat, curanda XL bisantios dispenderunt et victum ipsi, quoad viveret, dare polliciti sunt scilicet quotidie unum panem canonicorum et dimidiam litram vini temperati et scutellam de coquinato, in die vero Dominico et solempnitatibus recentis frustum carnis vel de cibo, quem domini comedunt. — Willelmus patriarcha, de canonicis S. Sepulchri: Petrus prior, Petrus de Barcilona, Hugo praepositus, Gaufridus de Constantinopoli, Radulfus Parisiacensis, Petrus Bernardus, Garnerius de Cenomanne, Guido, Giraldus, Petrus Clementis, Eurardus; de ceteris: Anschetinus vicecomes, Rainaldus de Pontibus, Gaufridus Acus, Tosetus, Hildredus. Factum Willelmo patriarcha et Fulcone rege (Rozière, p. 206—207, No. 106; Migne, p. 1205—1206, No. 106. In linguam germanicam vertit et notis illustravit G. Rosen in Wochenbl. der Johanniter-Ordensballey Brandenburg 1863, 131—132, No. 22). **141**

**1132**, ind. X. — Willelmo patriarcha et Fulcone rege Willelmus de Buris consensu regis ac nepotum suorum Radulfi de Ysis et Simonis canonicis S. Sepulchri, confratribus suis, casalia Gebul [1]) et Helkar [2]) donat et totam terram adjacentem concedit; hujus autem longitudo a montanis per planum usque ad Jordanem elongatur, latitudo a divisione Bethsan et Tiberiadis usque ad cavam casali Huxenia vicinam et dirigit rectitudinis lineam ad praedicta montana et flumen. Insuper piscarias per VIII dies scilicet a Septuagesima usque ad Pascha, angariam, auxilium piscatorum suorum et navem in mari Galilaeae concedit et suo ac regis sigillo confirmat. — Willelmus patriarcha, Fulco rex, Willelmus, archiepiscopus Nazarenus, Anselmus, episcopus Bethleemi, Petrus, S. Sepulchri, Achardus, Templi, Arnaldus, Montis Syon, priores; de Tiberiade et confinio: Goffridus, capellanus Tiberiadis, Guala vicecomes, Guarmundus, Paganus de Monte Regali, Mangoth, Ricolf, Hugo de Badalone, Thomas de Bethsan (Rozière, p. 148—150, No. 74; Lois [ed. Beugnot] II, p. 490—491, No. 12; Migne, p. 1180—1181, No. 74). **142**

[1]) Rozière, p. 298: Jebul. [2])Rozière, p. 280: Hercar; p. 104: Herchar; p. 236, 298: Lo Cara (et domum juxta Cayfas).

**1133** Maj. 27. Romae. — Innocentius II precibus Romani, episcopi Gabulensis, ejusdem ecclesiae bona in Sedis Apostolicae protectionem suscipit (v. Pflugk-Harttung, Iter, p. 223, Acta pontif. Roman. inedita II, p. 275, No. 314; Jaffé-Löwenfeld, No. 7627). **143**

„ Sept. 26. Hierosolymis in domo Hospitalis. — Balduinus, episcopus Berutensis, domum suam Hierosolymis inter furnum et molendinum Hospitalis sitam post ipsius mortem libere possidendam Hospitali donat et sigillo confirmat, quam dignitatem episcopalem nondum adeptus a Balduino I rege acceperat et cum alia domo urbis Beriti a fratre Rogerio Pagano accepta commutaverat. — Haec carta edita est Willelmo patriarcha, Fulcone rege, coram episcopo Berutensi, Bernardo, primo Francorum episcopo Sydoniensi, R(aimundo), Hospitalis magistro, et fratribus: Willelmo Bertrando diacono, Gerardo subdiacono, Willelmo Aimerico, Rodulfo et Ricardo, Dominici Templi canonico, Mainardo, Berutensis ecclesiae clericorum doctore, Lamberto, S. Sion canonico, Gaucilino, Templi Domini clerico (Paoli I, p. 15, No. 14; cf. p. 473). **144**

[1]) De quo Röhricht in ZDPV. X, p. 30.

„ , ind. VI (corr. XI). — (Guillelmus I), patriarcha Hierosolymitanus, et Petrus, S. Sepulchri prior, canonicis varia de officiis pro mortuo fratre ejusque anniversario celebrandis statuunt (Giovene, Kalendaria vetera mss., Napoli 1828, I, p. 64—65, No. 1). **145**

„ , ind. XI. — Petrus, S. Sepulchri prior, Bernardo ejusque uxori in fraternitatem conventus susceptis domum quandam cum statione, exceptis tamen II cameris et stabulis Lamberto Ptolomensi ejusque uxori reservatis, quibusdam conditionibus concedit. — Umbertus aurifaber, Holdreus, Turstanus Angelus, Johannes Galiga, Milo Curvesarius, Petrus Petragoricus, Helias, frater ejus, Robertus Cocus, Petrus de Ramata, Bernardus aurifaber, Giraldus, diaconus et canonicus S. Sepulchri, qui chartam scripsit (Rozière, p. 203—205, No. 104; Migne, p. 1204—1205, No. 104). **146**

**1133.** — Hugo, dominus Joppensis, consensu uxoris Emmae Hospitali ejusque magistro Raimundo donat casale, quod vocatur Bulbus,[1] et molendina trium pontium, insulam totam et X terrae carrucatas, quas Godofredus de Parentei et uxor ejus dederant, sigillo confirmat. — Dominus Balianus, Girardus Areae, Gerulfus Asnerii, Paganus Osche,[2] Robertus Crassus, Gibertus Piscis, Halelmus dapifer, Odo Caravanna, Rainaldus, nepos episcopi, Hugo marescalcus, Odo cancellarius, inscriptionis intextor, Romanus de Podio, Garinus, filius Bartholomaei; de fratribus Hospitalis: Petrus Galatianus presbyter, Pontius presbyter, Girardus clericus, Girardus Job Barro,[3] Thomas, Garinus. Factum Willelmo patriarcha, Fulcone rege (Paoli I, p. 201, No. 157). **147**

[1]) Alias Bulbul, Bufles, Buflis, casale Bubalorum. [2]) Alias Osca. [3]) Idem ac Geraldus Jebarrus (Guill. de Tyro XIV, c. 9).

„ Jan.—1134. Laodiceae. — Adelasia principissa[1]) Hospitali domum Laodiceae sitam et gastinam Bessilis prope Gibelletum et II carrucatas terrae donat (cum puteo, qui est in via apud Gibellium et unam domum). — Radulfus de Fontanellis,[2]) Radulfus, filius Rogerii, Willelmus de Cursibus abas, dux Gibelli, Theobaldus de Corizo, dux Laodiceae, Gottafredus (Delaville le Roulx, p. 71—72, No. 3 [cf. p. 14]; Prutz, p. 86, No. 3 [ad 1135]). **148**

[1]) Alias Haalis vel Halis vocata, filia Balduini II, quae Boamundo II, principe Antiocheno marito mortuo, filiam exheredare tentavit (Guill. de Tyro XIII, c. 27; XIV, c. 4, 20). [2]) Alias Fontenei, Foritaneto (Guill. de Tyro XI, c. 12).

„ (post Sept.—1134 Sept.), ind. XII, epact. XXIV (corr. XXIII). In palatio Antiochiae. — Fulco, rex Hierosolymitanus, rector ac bajulus principatus Antiocheni filiaeque Boamundi II junioris sigillo confirmat, Osmundum de Monte Garou, canonicum S. Petri Antiochiae, S. Sepulchri canonicis domum cum bordello vicino juxta balneum dictum Tancredi sitam donavisse. — De baronibus: Rainaldus Ma(n)suerius constabularius, Leo, dux Meopoli, Wido de Merlon, Thomas vicecomes, Godofredus, filius Renbauth. Scriptum per manum F(ranconis) cancellarii (Rozière, p. 165—166, No. 85; Lois [ed. Beugnot] II, p. 491, No. 13 [ad 1133]; Migne, p. 1181—1182, No. 85). **149**

**1134** (1135) Jan. 2, ind. XIII.[1]) Laodiceae. — Gualterius de Surdavalle constabularius pro salute sua et uxoris Sibyllae concessu dominae principissae Adeliciae Hospitali ejusque magistro Ramundo domum suam Laodiceae sitam, quam ipsi Balduinus II rex, pater Adeliciae, dedit, et Boamundus II, filius Boamundi I magni, confirmavit, sigillo principali apposito donat. Datum per manum Roberti, cancellarii principissae. — Radulfus de Fontanellis, Theobaldus de Corizo,[2]) Rogerius de Baste,[3]) Hugo Bernardus, Hugo de Buleirre, Gislibertus S. Victoris, Sibilla, uxor Gualterii de Surdavalle, Robertus de Surdavalle. Adelicia principissa confirmat et donum tradit in manus Raimundi magistri, cujus testes: Bocellus,[4]) Mansellus, Willelmus, filius Manselli, Radulfus, filius Rogerii, Goffridus Catt.[5]) Paludis, Gualterius Biruti, Joannes Neapolis. Appendet sigillum Raimundi magistri (Paoli I, p. 202, No. 158). **150**

[1]) Fuit XII. [2]) Korykos, urbs Ciliciae. [3]) Sebaste? [4]) Borellus? [5]) Cattus, vel Catalanus?

**1134** Maj., ind. XII. — Gozelillus, magni Gozelini filius, comes Edessanus, Hospitali casalis Turbascelli hospitale et ecclesiam S. Romani ex consensu Franconis, archiepiscopi Tuluppensis, cum appenditiis, quae pater ipsius eidem Hospitali dederat et Balduinus II rex concesserat, sigillo confirmat. Factum et concessum est per manum Oelardi, praedictae ecclesiae et pauperum Hospitalis fratris. Mathaeus Tuluppensis, Herveus constabularius, Constantinus Bastardus, Barrigan, Corizii dominus, Benzo, Robertus de Ravandella, Martinus, castellanus Turbascelli, Isimbardus, Americus Areville, Maimus Jove, Tezelinus, Berardus (Paoli I, p. 16, No. 15; cf. p. 473). **151**

„ , ind. XII. — Willelmus I, patriarcha Hierosolymitanus, locum S. Quarantenae canonicis S. Sepulchri donat, qui ipsius ac Petri prioris consilio unum de confratribus Rainaldum ibi priorem instituerunt, et suo atque canonicorum S. Sepulchri sigillo confirmat. — Willelmus patriarcha, Petrus prior, Petrus subprior, Gillebertus, Anselmus praecentor, Petrus Bernardi, Goffridus thesaurarius, Fulcherius, magister Robertus, Willelmus, Oshertus (Osbertus), Haimericus, Balduinus; de diaconis: Valterius, Moyses, Rogerius, Petrus, Geraldus, qui chartam scripsit; de subdiaconis: Geraldus, Petrus Clementis, Eurardus, Gervasius (Rozière, p. 50—52, No. 27; Migne, p. 1119—1120, No. 27). **152**

( „ ). — B(alduinus),[1] (Guillelmi I), patriarchae Hierosolymitani, cancellarius, et B(ernardus) Vac(arius) a Sy(ro II), archiepiscopo Januensi, et ejusdem civitatis consulibus petunt, ne inducias a Pisanis oblatas servent (Liber jur. I, p. 45, No. 35; Giornale Ligust. 1884, p. 349, No. 3; cf. p. 9). **153**

[1]) Qui saepissime in chartis nostris memoratur.

**1135** Mart. 15, ind. XII. — Bernardus consensu uxoris Hao(i)sae et Willelmi patriarchae Petro, priori S. Sepulchri, pretio CC bisantiorum domum suam intra muros urbis Jerusalem sitam vendit, cui vicinae sunt domus canonicorum S. Sepulchri, quae fuit Willelmi drugomanni, ecclesia S. Karitot, via publica et domus Theodori. — Seybertus judex, Petrus Faber, Tustanus, Sinardus (Sivardus), Petrus de Petragora, Bernardus et Fulco, omnes isti aurifabri, Ruhelandus Bruto (Britto). Scriptum ab Johanne subdiacono (Rozière, p. 161—162, No. 82; Migne, p. 1179, No. 82). **154**

„ April. 30, ind. XIII, epact. IV. — Joannes, primus Latinorum episcopus Tholomaidae, omnem decimationem reddituum in diocesi sua colligendorum, quos episcopo et Sanctae Crucis ecclesiae Acconensi solvi opus sit, Hospitali remittit et sigillo confirmat, Hospitalis fratres sibi et successoribus remittere querelam de porta ecclesiae S. Crucis superiori ab aquilone scilicet in loco cujusdam domus eorundem fratrum aedificata. Factum Fulcone rege, Guillelmo patriarcha. — Joannes, episcopus Acconensis, Gualterius canonicus, Joannes Romanus, frater ecclesiae S. Crucis, Hugo et Radulfus, fratres ejusdem ecclesiae, Gaufridus de Aunis capellanus, Guarinus de Torguolant vicecomes, Bernardus camerarius, Mainardus de Portu, Nicolaus de Trana, Pontius de Rubia, Doretus, Fulco, frater ejus (Paoli I, p. 17, No. 16; cf. p. 474). **155**

„ Jun. 29, ind. XIII. — Willelmus I, patriarcha Hierosolymitanus, et Petrus, prior S. Sepulchri, Rogerio de S. Lazaro ejusque uxori Mariae

feodum, quod amiserant, quibusdam conditionibus restituunt (Rozière, p. 213—214, No. 111; Migne, p. 1209, No. 111). **156**

**1135** Aug. 2, ind. XIII, epact. IV, concurr. I. Antiochiae. — Fulco, rex Hierosolymitanus, bajulus ac tutor principatus Antiocheni pro deliberatione christianitatis Antiochiae constitutus,[1]) fratribus S. Sepulchri possessiones, quas in urbe Antiochiae dicta ecclesia tempore Graecorum tenuit sed amiserat, reddit et confirmat. — B(ernardus), patriarcha Antiochenus, R(adulfus), Mamistranus, S(tephanus), Tarsensis, archiepiscopi, S., Arthasiensis, A(nselmus), Bethleemita, episcopi, A. archidiaconus, Johannes, Bethleem canonicus; de baronibus: R(ainaldus) Masuerius, G(uido) de Merlo, E. de Moszon, G(aufridus) de Guirchia, W. de Verno, Leo dux, Thomas vicecomes; de burgensibus: G(odefridus), filius Raimbaldi, W(illelmus) Aversanus, B. Berriensis. Datum per manum Franconis cancellarii (Rozière, p. 166—167, No. 86; Lois [ed. Beugnot] II, p. 491—492, No. 14; Migne, p. 1182—1183, No. 86). **157**

[1]) Cf. Guill. de Tyro XIV, c. 6—7.

„ (Sept.), ind. XII. In capitulo S. Sepulchri (Hierosolymis). — Petrus, S. Sepulchri subprior, et ejusdem conventus canonici scilicet Anselmus cantor, Goffridus thesaurarius, magister Robertus coram Willelmo patriarcha, Anschetino, quondam vicecomite Hierosolymitano, Rainaldo de Pontibus et Goiffrido Acu litem inter Mariam de S. Lazaro, uxorem antea cujusdam Petri nunc cujusdam Rogerii, clientis S. Sepulchri, de una parte et Bernardum, clientem patriarchae ac generum dictae Mariae fratremque Petri, prioris S. Sepulchri, de altera parte de domo quadam, quae in platea Templi juxta domum Bentulini Hierosolymis sita est, exortam disceptant. — Petrus prior, Petrus de Barcinona, Willelmus Normannus, Godefridus, Wlgrinus, Eurardus, Gervasius; de burgensibus: Oldreus, Milo, Bentulinus, Bernardus Lemovicensis, Petrus Petragorici, Arnulfus de Gorranti, Bernardus Bituricensis. Factum Willelmo patriarcha, Fulcone rege (Rozière, p. 210—211, No. 109; Migne, p. 1207—1208, No. 109). **158**

„ Dec. 19, ind. XIII, lun. XI. Caesareae in camera archiepiscopi. — Hysimbardus consensu uxoris Roardae, Gualterii, domini Caesariensis, et Arnulfi de Haynis, domini Hysumbardi, quorum prior CL, alter LX bisantios accepit, Hospitali per manum Raimundi magistri pretio D bisantiorum, sigillo Gualterii apposito, casale Arthabec[1]) vendit, cujus fines sunt ab oriente Kalensua, a meridie Calodia,[2]) ab occidente castellare (?) Rogerii Longobardi, ab aquilone casale Latinae.[3]) Factum Willelmo patriarcha, Fulchone rege, Gaudentio, Caesareae archiepiscopo. — Gaudentius, archiepiscopus Caesariensis, Gualterius, dominus Caesareae,[4]) Harnulfus de Haynes, Heustachius Eschoflel,[5]) Georgius miles, Rainerius Fornerius,[6]) Petrus Bassus, Gerardus Bucxus, Petrus, drogomannus de Chaquo, Gualterius, vicecomes de Chaquo, Ricardus Faber; de fratribus Hospitalis: Raimundus thesaurarius, Geraldus Kalensuae, Thomas, Hayricus. Petrus scriba scripsit (Delaville le Roulx, p. 72—73, No. 4 [cf. p. 14]; Prutz, p. 86, No. 4; Rey, p. 20—21; cf. Archives d. miss. scientif. l. c., p. 7). **159**

[1]) Sive abreikhah (Clermont-Ganneau, Recueil d'archéol. I, p. 336). [2]) Sive Calcalia (Clermont-Ganneau, l. c.). [3]) Sive at-tîre (ibid.). [4]) De cujus sigillo Delaville le Roulx, Les sceaux in Mém. d. antiq. de France 1886, XLVII, p. 231—233. [5]) Alias Cosslel, Escoflel, Scoflel, Scufflellus. [6]) Alias Furnarius.

**1135**, ind. XIII. — Petrus, prior S. Sepulchri, domum, quae fuit Bernardi Bituricensis, et aliam vicinam, quae fuit Willelmi drugomanni, Petronillae, mulieri Hungaricae,[1]) pretio CCCCXL bisantiorum vendit, ut suae genti domum hospitalem ibi construat. Factum Willelmo patriarcha, Fulcone rege. — Rogerius, Ramathensis, Anselmus, Bethleemita, episcopi, Acardus, Templi Domini, Arnaldus, Montis Syon, Henricus, Montis Oliveti, priores, Robertus, abbas[2]) vallis Josaphat, Chosmas Ungaricus heremita, Bonefatius, socius ejus, Symeon Ungaricus archidiaconus, Roardus vicecomes, Raimondus, magister Hospitalis, Rainaldus de Ponz (Rozière, p. 201—202, No. 102; Migne, p. 1203, No. 102). **160**

[1]) Hierosolymis fuit hospitale Ungaricum (Röhricht in ZDPV. X, 313—314; Fejer, Cod. diplom. Hung, VII, 5, p. 120; Ursmar Berlière, p. 123—124; Potthast, No. 18446, 20601; Tobler, Topographie I, p. 418—419). [2]) De quo ZDPV. X, p. 38.

„ — Adalais, vidua Hugonis Ebraici (Ebriaci), consensu filii Willelmi Ebraici (Ebriaci) canonicis S. Sepulchri XII bisantios aut CXX rotulas olei annuatim recipiendos[1]) donat, ut VI die Octobris mariti sui anniversarium celebrent. — Guidofressus, Guiniguisus, Stephanus, Bertranus (Bertrandus), Segnoretus, Paganus ferrarius. Peregrinus scripsit et posuit sigillum (Rozière, p. 189, No. 96; Migne, p. 1196, No. 96). **161**

[1]) Rozière, p. 191: in territorio de Nephis.

( „ c.). — Willelmus I, patriarcha Hierosolymitanus, et Petrus, prior S. Sepulchri, cum Achardo, priore Templi Domini, Arnaldo, priore Montis Sion, et Henrico, priore Montis Oliveti, pactum fraternitatis praecipue de defunctorum fratrum exsequiis ineunt et confirmant (Giovene, Kalendaria vetera mss. I, p. 66, No. 2). **162**

**1136** April. 13, ind. XI (corr. XIV). — Fulco, rex Hierosolymitanus, consensu Melisendis uxoris pro juvamine et consilio, quae cives Massiliae terra marique sibi praestiterunt, iisdem per totum regnum suum franchesiam, scilicet rugam et ecclesiam, necnon CCCC bisantios de funda Joppensi annuatim recipiendos concedit et sigillo confirmat (Papon II, p. XIV, No. 14 [cf. p. 225]; Méry I, p. 182; cf. Ruffi, p. 92; Guesnay, p. 318; Heyd I, p. 147). || Hoc privilegium Innocentius IV confirmavit (Guesnay, l. c.). **163**

„ (post Sept.), ind. XV. Neapoli. — Fulco, rex Hierosolymitanus, assensu uxoris Milesendis et Willelmi patriarchae Hospitali sigillo confirmat domum loci Bethgibelin, quam Hugo de S. Abraham Raimundo magistro donaverat, necnon casalia: Beithsur, aliud Beithsur, Deirnachar, Deirrasin, Charroubete, Deirelcobebe, Meimes, Hale, Bothme, Helhtavvahin, quibus ipse addit: Fectata, Sahalin, Zeita, Courcoza. — Willelmus patriarcha, Gaudensius, archiepiscopus Caesariensis, Rogerius, Ramatensis, Anselmus, Bethleem(ita), episcopi, Petrus, Sepulchri Domini, Arnaldus, Montis Syon, Wido, S. Abraham, priores; de baronibus: Willelmus de Buris, Paganus pincerna, Balduinus Ramathensis, Balianus, Rainerius, Brusco, Henfridus de Toron, Roardus, vicecomes Jherusalem, Olricus, vicecomes Neapolitanus, Bernardus Vachir,[1]) Balduinus de S. Abraham, Valterus Malduth, Robertus de Fraduth (Frachith), Johannes Gotman, Johannes camerarius, Sado marescalcus, Walterus de Goi, Willelmus de Alennes, Hubertus, Normanduso, Rogerus, Stephanus; de burgensibus: Gaufridus Acus, Rainaldus

[1]) Alias Vacherius, Vaccarius, Vacers.

de Montlohir, Sohir de Baruth, Boneth de Tholosa, Porcel, Willelmus Strabo. — Confirmatum est autem iterum hoc privilegium a supradicto rege et approbatum necnon et praetaxatis personis praesentibus et audientibus coram rege Neapoli recitatum et per manum Heliae cancellarii datum (Paoli I, p. 18—19, No. 17; cf. p. 474—477). **164**

**1136** Nov. 1, ind. XIV. — Rogerius, episcopus Ramathensis, consensu Radulfi, archidiaconi S. Georgii, aliorumque canonicorum, quod ecclesiae S. Sepulchri per manum Willelmi prioris dedit, ejusdem ecclesiae priori Petro coram Willelmo, patriarcha Hierosolymitano, confirmat scilicet casalia ex propria possessione S. Georgii Capharut(h) [1]) et Git(h), quae consensu Guarmundi patriarchae concesserat, et casalia Kefrescilta et Porphilia [2]) ea conditione donat, ut praedictus Petrus ecclesiae S. Georgii decimas castelli Arnaldi et casalis Hospitalis Bulbul concedat. Factum Fulcone rege. — Anselmus, Bethleem, Johannes, Acchon, episcopi, Achardus, Templi Domini, Arnaldus, Montis Syon, Henricus, Montis Oliveti, Guido, S. Abrahae, priores; de capitulo S. Georgii: Willelmus Thuroldi, Jordanus, Balduinus, Hugo (Rozière, p. 146—148, No. 73; Migne, p. 1179—1180, No. 73). **165**

[1]) Rozière, p. 49: Capharruth, Gath. [2]) Rozière, p. 49, 265: Porphiria.

„ Nov. 16, ind. XIII. — Petrus Bernardi, canonicus S. Sepulchri, consensu Petri prioris et canonicorum Andreae ejusque uxori Hosannae quibusdam conditionibus, ut domum in terra S. Sepulchri Hierosolymitana in parte regis circumdata ab una parte domo S. Sepulchri, ab alia vero domo Hospitalis, quae fuit Garsiae, ab alia domo, quae fuit Roberti Galatinae, aedificent, et de cisterna S. Sepulchri, quae est ad pedes gradus, aquam hauriant, concedit. — Holdredus judex, Albertus de Virduno, Ricardus, Rogerius, magister clientium S. Sepulchri, Arnuldus Fellarius, Petrus Porcellus, Habert de Falconberga, Bernardus Riquitiae. Scriptum per manum Johannis Pisani, qui eo tempore ad Sepulchrum clericulos docebat (Rozière, p. 208—209, No. 107; Migne, p. 1212—1213, No. 107; cf. Wauters II, p. 184). **166**

„ , ind. XIV, epact. XV. — Willelmus, patriarcha Hierosolymitanus, S. Quarantanae priori Rainaldo ejusque successoribus decimas Jerico donat et sigillo suo confirmat. — Rogerius, Lyddensis, Anselmus, Bethleem, episcopi, Petrus, S. Sepulchri, Achardus, Templi Domini, Arnardus (Arnaldus), Montis Syon, Henricus, Montis Oliveti, priores, Robertus, vallis Josaphat, Soibrandus, S. Mariae Latinae, abbates; de conventu S. Sepulchri: domnus Ric(h)ardus, Petrus Barchinonensis, Robertus Arthasiensis, Gaufridus Constantinopolitanus, Anselmus praecentor, Radulfus Parisiensis, Petrus Bernardi, Garnerius, Gebertus (Gerbertus), Robertus, Willelmus, Wlgrinus, Lambertus, Lambertus, Godofridus, Moyses, Rogerius, Bartholomaeus, Gervasius, Geraldus, Eurardus, Dionisius (Rozière, p. 52—54, No. 28; Migne, p. 1120—1121, No. 28). **167**

( „ —1146. Bethleem). — A(nselmus), episcopus Bethleemitanus, cum Leone decano et tota ecclesia Remensi confraternitatem init et factam confirmat (Archives de l'Orient latin I, p. 385, No. 1). || Hoc loco annotare liceat accuratissimam dissertationem de episcopis Bethlemitanis, quam edidit Comes Paul Riant: Une dépendance de l'église de Bethléem (Atti della Società Ligure, Serie II, XVII, p. 543—698). Ibi enumerantur episcopi:

(p. 553, 557—558; cf. p. 623) Aschetinus, (p. 558—559), Asquitinus (fortasse idem ac prior), Geraldus, Radulfus I, Albertus, Radulfus II, Anonymus, cujus mentionem facit Coelestinus III (3 Jan. 1197), Petrus I (p. 564—569; cf. p. 598—600), Rainerius, Anonymus, cujus mentionem facit Gregorius IX epistola 20 Dec. 1230, qua archiepiscopo Mamistrano, abbati Bellimontis et magistro Bonimo, archidiacono Valeniensi, mandat, ut inquirant de antedicto anonymo (p. 573—576; cf. 600), Godofredus de Praefectis (p. 576—579; cf. 601), Thomas (p. 579—580), Gaillardus (p. 580—582), Hugo. Ceterum cf. ZDPV. X, p. 24—26. **168**

( „ c.). — Hugo de castello S. Abrahae cortillum pro II bisantiis annuatim solvendis Mart(i)no concedit. — Willelmus de Alesnes, filius Radulfi de Alesnes, Normannus de S. Abraham, Willelmus de Babilonia, Titger et pater ejus Augerius, Willelmus Bornicus et filius ejus Bartholomaeus. Willelmus scripsit (Rozière, p. 215, No. 113; Migne, p. 1210, No. 113). **169**

**1137** Jul. 12, ind. XV. — Willelmus I, patriarcha Hierosolymitanus, Galtero de Lucia sigillo [1]) concedit, ut domum, quam aedificaverat in terra, quae est ad occidentalem angulum lacus balneorum ad aquilonem vergens, Roberto Medico ejusque filiis et successoribus pro LXXX bisantiis vendat, et dicto Roberto permittit, ut firmam voltam super viam ipsam, domum et campum patriarchae intercedentem, aedificet, super quam domus (sic) fabricam possit erigere. Praeterea a superiore domus parte quendam gastinae angulum, in quo domum aedificet, ea conditione tradit, ut pro domo et parte addita bisantium annuatim persolvat. — De capitulo S. Sepulchri: Petrus prior, Robertus archidiaconus, Petrus Barcinonensis, Osbertus Joppensis, Radulphus Parisiensis, Willelmus Normannus, Lambertus de S. Lazaro, Garnerius, Godefridus, Robertus de Accon, Moyses, Bartholomaeus, Giraldus, Dionisidius, Brocardus, Willelmus; de patriarchali curia: Everhardus, Humbertus, Amelius, Johannes, Milo, Ernaldus, Stephanus (Delaville le Roulx, p. 73—74, No. 5 [cf. p. 14]; Prutz, p. 87, No. 5; cf. Archives d. miss. scientif. 1857, p. 7. In tergo chartae legitur, anno 1167 supradictam domum sub censu I bisantii annuali patriarchae solvendo Hospitali venditam fuisse [Delaville le Roulx, p. 14]). **170**

[1]) De hoc sigillo cf. Delaville le Roulx, Les sceaux in Mém. d. antiq. de France 1886, XLVII, p. 233—235.

„ Jul. 18. In territorio Potentiensi. — Innocentius II F(ulchero), archiepiscopo (Tyrensi), Jo(hanni), Acconensi, B(ernardo), Sidoniensi et B(alduino), Berithensi, episcopis Tyrensis ecclesiae suffraganeis, praecipit, ut abhinc Willelmo, patriarchae Hierosolymitano debitam reverentiam exhibeant (Rozière, p. 5, No. 6; Jaffé-Löwenfeld, No. 7847). ‖ De ecclesia Tyrensi patriarchatui Hierosolymitano subordinata cf. Guill. de Tyro XIII, c. 23, XIV, c. 13, supra No. 66; et epistolas, quas citant Potthast, No. 556 (3 Jan. 1199), 1980 et 1984 (Aug. 1203), 2755 (20 April. 1206), 2998 (3 Febr. 1207), Pressuti I, No. 18 (11 Aug. 1216), Reg. Honorii III, Ann. VI, reg. III, lib. VI, ep. 477, fol. 262 r (19 Jul. 1222), ibid. Ann. VII, reg. IV, lib. VII, ep. 136, fol. 38 r (18 April. 1223). Petrus, cardinalis S. Marcelli, a. 1203 discordiam de hac subjectione judicio suo sedaverat, et Honorius ejusdem dispositionem approbavit 19 Jul. 1223 (Potthast, No. 7058; cf. de Mas Latrie II, p. 46, Not. 1; Mansi, Concil. XXII, p. 749—750). Principes vero Antiochiae

sedem Antiochenam patriarchatui Constantinopolitano subordinare nonnunquam voluisse, constat ex epistolis paparum (Löwenfeld, Epistol. pontif. inedit., p. 164; Potthast, No. 3314, 4685; Röhricht, Amalrich I, p. 444). **171**

**1137** (1138), ind. I, epact. VII. — Gullelmus I, patriarcha Hierosolymitanus, fratribus ecclesiae S. Sepulchri per manum Petri prioris privilegia ab Arnulfo praedecessore, ab ipso, Godofredo principe, Balduino I rege necnon Rogerio, episcopo Ramathensi, accepta[1]) sigillo confirmat. — Gaudentius, archiepiscopus Caesariensis, Rogerius, Ramatensis, Anselmus, Bethleem, episcopi, Robertus, archidiaconus Jerusalem, Gaufridus, abbas Templi Domini, Arnoldus (Arnaldus), Montis Syon, Henricus, Montis Oliveti, priores, Robertus, S. Mariae vallis Josaphat, Soibrandus, S. Mariae Latinae, abbates. Anno patriarchatus VII, Fulcone rege (Rozière, p. 47—49, No. 26; Migne, p. 1118—1119, No. 26). [1]) Supra No. 74, 75, 152, 165, 167. **172**

„ (1138), ind. I. (Hierosolymis). — Guillelmus ejusque filius per manum Roberti, magistri militiae Templi, ecclesias de Sclippes et Seffinges concedunt. — Guillelmus I, patriarcha Hierosolymitanus, Petrus, prior S. Sepulchri, Gaufridus, prior Templi Domini, Robertus archidiaconus, Garnerius, canonicus S. Sepulchri etc. (Musée des archives nationales, Paris 1872, p. 97, No. 146). Adsunt sigilla Roberti et Guillelmi patr. dictorum. **173**

**1138** Febr. 5, ind. I. Hierosolymis. — Fulco, rex Hierosolymitanus, consensu Milesendis reginae sigillo suo confirmat, se a Willelmo patriarcha, Petro, S. Sepulchri priore, ejusque capituli omnibus fratribus scilicet Roberto archidiacono, Anselmo praecentore, Godefrido thesaurario, Wlgrino praeposito, Petro Bernardi, Girberto, Goisberto, Oberto, Roberto, Petro elemosinario, Petro camerario, Lamberto, Aymerico, Petro, Giraldo, Anscherico, Everardo (Eurardo), Burchardo, Willelmo Podiensi, Willelmo Beritensi ecclesiam S. Lazari Bethaniae accepisse, ut eandem conventui monachorum sive sanctimonialium traderet, et Petrum, priorem S. Sepulchri, domos quasdam Hierosolymitanas, quae ad ecclesiam antedictam pertinent, necnon villanos, beduinos, casalia Benehatie, Benehabeth, Ragabam et Romha (Roma), unde novus conventus redditus haberet, concessisse. Dictus vero rex donat casale Thecuae ejusque incolis permittit, ut e Mari Mortuo bitumen vulgo cathrans [1]) vocatum et sal de locis vicinis libere colligant. — Gaudentius, archiepiscopus Caesariensis, Rogerius, Ramensis, Anselmus, Bethleem, Reinerius, Sebastenus, Bernardus, Sydoniensis, episcopi, Robertus, Nazareth electus, Gaufridus, abbas Templi Domini, Arnaudus (Arnaldus), prior Montis Syon, Willelmus, Montis Thabor, Helyas, Palmariae, [2]) abbates, Herbertus, archidiaconus Tiberyadis, Giraldus, prior vallis Josaphat, Philippus, Caesareae decanus, Bernardus (et) Arnulphus, Bethleem canonici, Petrus capellanus, Bartholomaeus presbiter, Amelius et Henricus, patriarchae diaconi, Balduinus, patriarchae cancellarius, Radulfus, Montis Syon, Petrus, Sebastae, Balduinus, S. Georgii, Adam, Accon(ensis), Saginus (Siginus), Tyriensis, canonici; Willelmus de Buris, Tyberiadis, Galterius. Caesareae, Guido, Beriti, Balduinus, Ramensis, domini, Rohardus, Jerusalem vicecomes, Reinerius Brusch, Barisanus, Vivianus, Cayphae

[1]) Arabice: katrân, bitumen. [2]) De qua Mabillon, Acta ordin. S. Bened. saec. VI, part. I, § 2, No. 12. Abbatia a. 1170 Cluniacensibus tradita fuit (Röhricht in Mittheil. des österr. Instituts 1891, p. 435, ZDPV. X, p. 207—208; Jaffé Löwenfeld, No. 13516; Ursmar Berlière, p. 489—490).

dominus, Rainer(i)us Parvus, Anselmus de Bria, Robertus de Franc Loet(h), Philippus, filius Guidonis de Milli, Ulricus, Neapolis vicecomes, Petrus de Podio Laurentii, Rollandus Gunterius, Olivarus, frater ejus, Johannes Dunda, Godefridus de Bursi, Galterius Maldunz (Malduiz), Arnulfus de Hames, Barnardus (Bernardus) Vacers, Thebaldus (Tibaldus) Nazarenus, Willelmus, nepos patriarchae, Thebaldus (Tibaldus) de Herlebecke, Sado marescal(c)us, Giraldus Passerels, Eustachius de Roitest; de Jerusalem· Alardus miles, Hildredus, Sigerius, Humbertus cum barba, Milo camerarius, Bakelarius (Bachelarius); de Accon: Meinardus de Portu, Nicolaus Dorez, Albricus Aurentius, Rotlandus (Rollandus) Lucensis; de peregrinis: Ivo de Nigella, Arnulfus, Teruanensis advocatus, Ingelramus de Bova, Richardus de Herecurch, Anskerius (Anscherius) de Encre. Datum per manum Heliae, regis Hierosolymitani cancellarii (Rozière, p. 60—65, No. 33; Lois [ed. Beugnot] II, p. 494—497, No. 17; Migne, p. 1124—1127, No. 33; cf. Wauters II, p. 196—197). **174**

**1138** Mart. 6. Romae. — Innocentius II F(ulchero), archiepiscopo Tyrensi,[1] R(aimundo), Tortosano, G(erardo), Tripolitano, H(ugoni), Gibelentino,[2] B(alduino), Barutino, B(ernardo), Sidoniensi et Johanni, Acconensi, episcopis, quod ab Honorio II G(uillelmo), archiepiscopo Tyrensi, mandatum fuit, repetens praecipit, ut W(illelmo I), patriarchae Hierosolymitano, tanquam primati debitam subjectionem et obedientiam deferant (Rozière, p. 5—6, No. 7; Jaffé-Löwenfeld, No. 7875; cf. supra No. 123). **175**

[1]) De quo Röhricht in ZDPV. X, p. 17; Jan. 1147 patriarcha Hierosolymitanus factus est. [2]) De quo ibid., p. 27; obiit in via Hierosolymitana s. a. (Röhricht in Mittheil. des österr. Instituts für Geschichtsforsch. XI, p. 394).

„ Jul. 17. Albani. — Innocentius II Willelmo I, patriarchae Hierosolymitano, mandat, ut Fulcherium, archiepiscopum Tyrensem, qui ex mandato S. R. E. ei obediat, fraterni amoris intuitu diligat sollicite providens, ne sub obtentu hujuscemodi subjectionis Tyrensis ecclesia suae justitiae vel dignitatis patiatur aliquod detrimentum (Mansi XXI, p. 394; Guill. de Tyro XIV, c. 12; Jaffé-Löwenfeld, No. 7906). **176**

„ Jul. 26, ind. I. Albani. — Innocentius II papa fratribus S. Sepulchri per manum Petri prioris, quaecunque a regibus et patriarchis Hierosolymitanis in eodem patriarchatu et in partibus occidentalibus acceperunt, confirmat. Datum per manum Aymerici, diaconi cardinalis et cancellarii (Rozière, p. 22—24, No. 17; Jaffé-Löwenfeld, No. 7907). **177**

„ Jul. 28. Albani. — Innocentius II F(ulchero), archiepiscopo Tyrensi, scribit, se Tyrensem ecclesiam olim Antiochenae subjectam nunc Hierosolymitanae subordinasse, et mandat, ut W(illelmo I), patriarchae Hierosolymitano, obediat, ac prohibet, ne patriarcha Antiochenus in ejus personam interdicti vel excommunicationis sententiam promulgare praesumat (Rozière, p. 4—5, No. 5; Jaffé-Löwenfeld, No. 7908; cf. supra No. 172, 175, 176). **178**

„ Dec. 4. Accon. — Fulco, rex Hierosolymitanus, consensu Milisendis uxoris et Balduini filii ecclesiae S. Sepulchri ac Petro priori II carrucatas apud casale Mimas sitas, quas Lambertus Alsus coram rege, regina et Guillelmo patriarcha pro anima uxoris Agnetis Neapoli dederat, confirmat. — Guillelmus patriarcha, Johannes, episcopus Acon(ensis), Robertus archidiaconus, Balduinus cancellarius, Petrus, reginae capellanus, Hodierna, Tripolis comitissa, Haluisa (Alois), Anselmus de Bria, Sada (Sado) mares-

callus, Johannes camerarius, Gervasius Burguin, Gunfridus de Freisnel, Adelardus de Retest, Goscelinus camerarius, Simon de Capella. Helias, regis cancellarius, dictavit (Rozière, p. 57—58, No. 31; Lois [ed. Beugnot], p. 492—493, No. 15; Migne, p. 1125, No. 31). **179**

**1138,** ind. I. — Johannes, episcopus Achonensis, fratribus S. Sepulchri per manum Petri prioris ecclesiam S. Sepulchri Acconensem aedificandam scilicet in terra a Lamberto Hals data et aliam ecclesiam in territorio casalis Amimas III milliariis ab urbe Accon distantis sitam concedit et sigillo confirmat. — Adam, archidiaconus Acconensis, Marinus, Nicholaus, Johannes Pictaviensis, Robertus, presbiteri, Gocelinus et Jonathas, canonici, Dodo, Iterius, presbiteri, Petrus diaconus, Stephanus, Leo, Johannes de Bru(n)dusio, Willelmus Capperons (Capperuns), Balduinus, patriarchae Hierosolymitani cancellarius (Rozière, p. 145—146, No. 72; Migne, p. 1179, No. 72). **180**

„ , ind. I. Neapoli. — Fulco, rex Hierosolymitanus, consensu Milisendis uxoris ac Balduini filii ecclesiae S. Sepulchri per manum Petri prioris domos in urbe Hierosolymorum sitas concedit et sigillo confirmat scilicet Petri Bernardi, Eurardi et alterius Eurardi canonicorum, deinde domos Meinardi, Garsionis, Galterii Lentornior (Lo Tornaor),[1] Bernardi Bursarii, Herluini, Mabiliae, Rogerii, fratris eorundem canonicorum, stationem Guillelmi Bastardi, eamque partem, quam idem in mensis nummulariorum habebat. — Guillelmus, Jerusalem patriarcha, Robertus, Nazareth electus, Gaufridus, abbas Templi, Guillelmus de Buris, Rainerus Bruns, Barisanus, Balduinus Ramensis, Roardus, Jerusalem vicecomes, Anselmus de Bria, Gervasius Burgundiensis, Ulricus, vicecomes Neapolis, Bernardus Vacers, Johannes camerarius, Meinardus de Portu, Nichola. Factum anno liberationis sanctae civitatis XXXIX; datum per manum Heliae, regi(s) cancellarii (Rozière, p. 58—60, No. 32; Lois [ed. Beugnot] II, p. 493—494, No. 16; Migne, p. 1123—1124, No. 32). **181**

[1]) Rozière, p. 264: Tronaior.

„ , ind. I. — Riso, Boamundi II, principis Antiocheni, quondam capellanus, coram Willelmo I, patriarcha Hierosolymitano, domos suas cum pomerio a Willelmo Medico LXIV bisantiis venditas, quae via publica intercedente vicinae sunt domibus Pontii, thesaurarii Antiocheni, sigillo Willelmi patriarchae apposito canonicis S. Sepulchri donat et confirmat. — Willelmus patriarcha, Humbertus capellanus, Amelius diaconus, Balduinus cancellarius, Johannes, patriarchae clerici (Rozière, p. 168—169, No. 87; Lois [ed. Beugnot] II, p. 497, No. 18; Migne, p. 1183—1184, No. 87). **182**

( „ c.). — Bernardus Biturricensis consensu uxoris Ahoys ecclesiae S. Sepulchri per manum Petri prioris domum et terram portae S. Stephani vicinam quibusdam conditionibus tradit. — Willelmus patriarcha, Fulcherius, capellanus ejus, Amelius diaconus, Aschetinus vicecomes, Umbertus aurifaber, Herbertus cum barba, Giraldus, S. Sepulchri diaconus, qui chartam composuit, Willelmus de Babilonia (Rozière, p. 199—200, No. 101; Migne, p. 1202—1203, No. 101). **183**

**1139** Jan. 17. Laterani. — Innocentius II Gerardo, Tripolitano, R(aimundo), Tortosano, et H(ugoni), Byblitano, episcopis, praecipit, ut Fulcherio, archiepiscopo Tyrensi, obediant eosque ab juramento et fidelitate, qua patriarchae Antiocheno sint adstricti, absolvit (Mansi XXI, p. 395; Guill. de Tyro XIV, c. 13; Jaffé-Löwenfeld, No. 7940; cf. supra No. 78). **184**

**1139** Jan. 17. Laterani. — Idem Radulpho, patriarchae Antiocheno, praecipit, ne suffraganeos ecclesiae Tyrensis impediat, quominus Fulcherio archiepiscopo debitam obedientiam et reverentiam deferant (Mansi XXI, p. 395; Guill. de Tyro XIV, c. 13; Jaffé-Löwenfeld, No. 7941). **185**

„ Jan. 17. Laterani. — Idem Balduino, Berytensi, Bernardo, Sidoniensi, Johanni, Ptolemaidensi, episcopis jam iterum praescribit, ut Fulchero archiepiscopo metropolitae suo pareant, et si pro eo, quod dicto Fulchero obedierint, aliquid a patriarcha Hierosolymitano contra eos fuerit constitutum, eandem sententiam viribus carere decernit (Mansi XXI, p. 396; Guill. de Tyro XIV, c. 13; Jaffé-Löwenfeld, No. 7942). **186**

„ Jan. 17. Laterani. — Idem Willelmum I, patriarcham Hierosolymitanum, reprehendit, quod Fulcherium, archiepiscopum Tyrensem, more praedecessorum suorum pro susceptione pallii ad Romanam ecclesiam venientem disturbare praesumpserit et contra eum ab ipso redeuntem se inhumanum difficilemque et nimis asperum exhibuerit adeo, quod neque antiquam dignitatem ecclesiae Tyrensis ei restituere neque de damnis ei illatis vel de Caiapha sive Porphyria juxta mandatum suum ei justitiam facere voluerit (Mansi XXI, p. 394; Guill. de Tyro XIV, c. 11; Jaffé-Löwenfeld, No. 7943). **187**

„ (1134?), Jan. 27. — Ardicio, episcopus Saonensis, Anselino, episcopo Bethlemitano, per manus ejusdem ecclesiae praepositi ecclesiam S. Ambrosii in urbe Varaginis constructam possidendam et gubernandam concedit (La Epoca di Varazze, 7 jun. 1874; Archiv. storico ital. 1885, XV, p. 56, not.; Verzellino, Memorie di Savona ed. A. Astengo, Savona 1885—1886, 2 voll., I, p. 509—510; Comte Riant in Atti d. Società Ligure, Ser. II, XVII, p. 640—643, No. 1; cf. p. 594—596). **188**

„ April. 27, ind. II. Laterani. — Innocentius II Guillelmo I, patriarchae Hierosolymitano, et canonicis S. Sepulchri nuntiat, se eorum precibus ipsis ecclesias Baruli, Brundisii et alias confirmare (Rozière, p. 74—76, No. 39; Jaffé-Löwenfeld, No. 8019). **189**

„ (1138), Nov. 18, ind. II, lun. XI. — Rogerius, episcopus Ramathensis, se olim ecclesiae B. Mariae de Josaphat precibus felicis memoriae Arnulfi patriarchae ac regis Balduini I necnon consensu totius capituli S. Georgii quoddam casale desertum Cephrie nuncupatum dedisse, confirmat, sed quia heredes Radulfi de Septem Molis eidem dono calumniam inferrent, se ipsos, scilicet Gofridum, filium Radulfi, Hugonem, fratrem ejus, Mazelinam sororem cum marito ejus Arnulfo de Aria et matrem praedictorum Agnetem adduxisse, ut coram Willelmo patriarcha, Roberto archidiacono, Balduino cancellario, Amelio, Balduino, canonico S. Georgii, et laicis: Wulferio, Milone camerario, Rogerio Carnotensi, Ernaldo pincerna, Stephano dispensatore ac Petro Lemovicensi assentirentur, et eorum consensu nunc iterum donum suum medietatem tamen decimarum et obedientiam capellani retinens sigillo Willelmi patriarchae confirmat. — De canonicis S. Georgii: Willelmus Thuroldi, Jordanus, Balduinus, Gislebertus, Hugo; de aliis: Constantinus, Jacob; de laicis: Wulferius, Willelmus, nepos patriarchae, Normandus, Johannes Golafres, Helgotus, Petrus vicecomes, Gislebertus, Bernardus de Caco (Delaborde, p. 49—50, No. 20). **190**

**1139** Dec.[1]), ind. II, lun. VII. — Raimundus II, comes Tripolitanus, cum uxore Hodierna pro salute praedecessorum, comitis Raimundi I, Bertranni, Willelmi Jordanis et Pontii patris necnon matris Caeciliae ecclesiae S. Salvatoris de Monte Tabor confirmat casale Bethamum atque concedit particulam illam, quae a Georgio Syro sive vi sive dolo eidem ecclesiae ablata ex parte Bethelion sita est. Territorium autem Bethsami terminatur ab oriente usque ad viam antiquam, quae est inter Botsoflam et Bethsamum nominatum, a meridie usque ad viam veterem juxta Bethelyon, ab occidente usque ad terram S. Mariae Latinae, a septentrione usque ad territorium casalis Petri de Podio Laurentii scilicet Montemcucul. Hoc igitur casale tradit comes Gaufrido, Montis Tabor abbati, Martino priori, Garnerio monacho et Pontio Renuardi coram Giraudo, Tripolitano, Giraldo, Rafaniensi, episcopis, Alberico, Montis Peregrini priore, regis baronibus assentientibus scilicet Silvio constabulario, Petro de Podio Laurentii, Willelmo Ebriaci, Guocelino de Chalmunt, Willelmo de Crat, Petro Raymundo de Balma. Gaufridus autem abbas comiti lampadem pro ipsius et parentum ejusdem salute in conspectu transfigurationis Domini in Monte Tabor arsuram confirmat. — Raimundus, comes Tripolitanus, Hodierna comitissa, Jotrannus cancellarius, qui cartam dictavit, Pontius de Syura, Pontius Bernardi, Albertus, magister comitis, Giraudus Zelo, Brunellus senescalcus, Raimundus Arnaldi, Rainaldus camerarius. Guarinus scriba de Bethlehem cartam scripsit (Paoli I, p. 19, No. 18; cf. p. 477—478). **191**

[1]) In textu falso: XIII id. Decembris; num legendum est VIII id. Decembris?

„ — Caecilia, comitissa Tripolitana, pro salute animae Pontii mariti consensu comitis Raimundi filii precibus regis Fulconis et reginae Milisende canonicis S. Sepulchri per manum Wlgrini, prioris Montis Peregrini, concedit, ut omnes, qui velint, in furno conventus coquant. — Giraldus, episcopus Tripolitanus, Petrus de Podio Laurentii, Petrus Raimundus de la Balma, Jocelinus de Calmont (Calmunt), Silvius Robertus, Petrus de Podio, prior de Hospitali, magister Albericus, prior de Bethleem, Willelmus Apieres, placearius Montis Peregrini, Homodeu (Homodei) (Rozière, p. 183—184, No. 92; Lois [ed. Beugnot] II, p. 499, No. 20; Migne, p. 1192—1193, No. 92). **192**

**1140** Jan., ind. III. — Raimundus II, comes Tripolitanus, consensu Hodiernae uxoris, regis Hierosolymitani filiae, et precibus Willelmi patriarchae ab urbe Antiochia Hierosolyma revertentis necnon Fulcherii, Tyrensis, Roberti, Nazareni, archiepiscoporum, et Bernardi, Sydoniensis episcopi, fratribus S. Sepulchri in portu Tripolitano liberum exitum et aditum concedit et privilegia, quae Raimundus, comes S. Egidii, Willelmus Jordanis, nepos ejus, Bernardus et Pontius comites dederunt,[1]) necnon S. Georgium sigillo suo confirmat. — Giraldus, episcopus Tripolis, Johannes canonicus, magister Gillebertus (Gislebertus), Rainerius constabularius, Petrus de Podio Laurentii, Willelmus Rainoardi, Gauscelinus (Goscelinus) de Cavomonte, Willelmus Porcelleti, Saxo, Pontius de Sura, Geraldus Isnelli, Brunellus dapifer, Raymundus Lamberti, Pontius Giraldi, Stephanus monacus, Otrannus, cancellarius comitis, qui chartam dictavit (Rozière, p. 184—185, No. 93; Lois [ed. Beugnot] II, p. 504—505, No. 23; Migne, p. 1193—1194, No. 93; Duchesne, Hist. généal. de la maison de Chasteigneur, Paris 1634, preuv. p. 37—38). **193**

[1]) Cf. supra No. 48, 58, 191, 192.

**1140** April. 19, ind. III. Antiochiae. — Raymundus I, princeps Antiochenus, confirmat, se tertio principatus sui anno (1139) Hierosolymis, quo adoraturus ivisset, a Petro, S. Sepulchri priore, necnon Willelmo patriarcha audivisse, dictum conventum in civitate Antiochena varias injurias passum fuisse, sed in ipso anno, quo Antiochiam rediret, scilicet 1 die Februarii praedictum Petrum cum Wlgrino praeposito et aliis fratribus Antiochiam venisse, ut querelam de horto quodam a conventu ecclesiae S. Pauli retento proferrent. Itaque se Robertum, abbatem S. Pauli, ejusque fratres arcessivisse, eosdem vero dixisse, hanc possessionem Bernardum, olim patriarcham Antiochenum, pro commutatione domus Stephani, thesaurarii S. Pauli, Boamundo juniore confirmante, dedisse. Re tamen accuratissime examinata et deliberata Raimundus hortum antedictum consensu testium qui sunt: Gregorius, S. Mariae ecclesiae cantor, Thomas subcantor, Michael, filius Molkem (Molkim), Abraham, filius Sucar, dicto Petro priori consensu uxoris Constantiae addicit et sigillo confirmat. — Testes etc. ut infra No. 195 (Rozière, p. 172—178, No. 89; Lois [ed. Beugnot] II, p. 501—504, No. 22; Migne, p. 1185—1187, No. 89). **194**

„ April. 19, ind. III. Antiochiae. — Raimundus I, princeps Antiochenus, consensu uxoris Constantiae fratribus S. Sepulchri, quaecunque in territorio et civitate Antiochiae possederunt et possident, laudat et sigillo confirmat, scilicet extra urbem: II aedificia molendinorum extra portam Pontis ad occidentem sita, quorum superius lingua arabica Funeidec [1]) vocatur, inferius autem dirutum est, deinde vineam a Brunone plateario olim possessam, tum in urbe ipsa: apothecam ante balnea sitam, quae arabice nuncupantur Omar, domum desertam ante ecclesiam S. Mennae olim Beruti dictam, aliam ecclesiae S. Petri vicinam et Sericae vocatam, aliam ante domum Sericae olim a Salomone Graeco, S. Sepulchri concanonico, possessam, domos ante hospitale nuncupatum Hebeneboleit sitas a furno S. Georgii disco(o)perti usque ad viam, quae vergit ad ecclesiam SS. Cosmae et Damiani, praeterea domum, quam Osmundus, canonicus Antiochenus, ante balnea Tancredi sitam donabat, domum Gamalielis presbyteri, canonici S. Sepulchri, ecclesiae S. Leonardi vicinam et aliam cujusdam laici Benedicti ante ecclesiam S. Simeonis sitam. — Gaudinus, Mamistanus archiepiscopus, Hugo, Gabulensis, episcopus, Aymericus, decanus Antiochiae, Willelmus Brachetus, Aimericus, Willelmus Pictaviensis, capellani palatii, Willelmus Petri clericus, Petrus, canonicus Templi, Godofridus, canonicus S. Abrahae, Drogo et Goisbertus, milites Templi, Rogerius de Montibus constabularius, Galterius de Surdavalle, Garento de Saone, Fulco de Buiguin, [2]) Willelmus Fraisnelli, Leo Majopolus, dux Antiochiae, Gaufridus de Guirchia, Petrus de Armoini [3]) castellanus, Guiterius de Moceon, [4]) Richardus de Belmont, Robertus, filius Gaufridi, Paganus de Fai, Garnerius de Burgo, Hugo de Boleira, Abo de Bolins, [5]) Cheale de Mausiaco, [6]) Basilius camerarius et Oliverius, frater ejus, Garinus Malmuz [7]) marescalcus, Godofridus, filius Raembaldi, vicecomes, Raimundus marescalcus, Theodorus notarius, Georgius, magister secretae. Factum anno principatus quarto; datum per manum

[1]) Funeidec est nomen diminutivum nominis fundaco (D. M. Hartmann). [2]) Rozière, p. 177: Boino. [3]) Roz., p. 177: Petrus Armoini. [4]) Roz., p. 177: Mozo. [5]) Roz., p. 178: Molins. [6]) Roz., p. 178: Chalo de Masiaco (Masiag). [7]) Roz., p. 178: Malmus.

Odonis cancellarii (Rozière, p. 169—172, No. 88; Lois [ed. Beugnot] II, p. 499—501, No. 21; Migne, p. 1184—1185, No. 88; Hist. généal. de la maison de Chasteigneurs, preuv., p. 37). 195

**1140** Maj. 18, ind. III. Laterani. — Innocentius II ecclesiae B. Mariae de valle Josaphat precibus, quas Guido prior per Paganum, Robertum et Osmundum, monachos ejusdem ecclesiae, Apostolicae Sedi suggesserat, possessiones, quas in Apulia et Sicilia habet, confirmat (Delaborde, p. 50—54, No. 21; v. Pflugk-Harttung, Iter Italicum, p. 218, No. 351, Acta pontif. II, p. 310—312, No. 349; Jaffé-Löwenfeld, No. 8095). || Eodem die, mense et anno idem eidem abbati omnia bona ac jura confirmat (v. Pflugk-Harttung, Acta pontif. II, p. 312—314, No. 350; Jaffé-Löwenfeld, No. 8096) et petente Gerardo abbate 14 Jul. 1147 (Jaffé-Löwenfeld, No. 9099; cf. 0 Aug. 1135 ibid. No. 7725). 196

„ Maj. — Raimundus I, princeps Antiochiae, Venetis, ut secure Antiochiam et portum Suidin adeant, in toto regno suo maneant necnon fundicium, hortum et domum juxta fundicium posita libere teneant, exigente Johanne Boaudo (Boado, Beaudo) concedit et sigillo confirmat. — Odo cancellarius, Leo Majopolo dux, Rogerius constabularius, Martinus pincerna, Johannes Neapolitanus, Guiterius de Moceone. Factum anno principatus VII, Aimerico patriarcha, Rogerio constabulario, Leone Majopolo duce, Thoma vicecomite (Tafel-Thomas II, p. 102—103, No. 46). 197

„ Dec. — Raimundus, comes Tripolitanus, consensu uxoris Hodiernae privilegium supra (No. 193) laudatum repetit et sigillo confirmat. — R(ainerius) constabularius, P(etrus) de Podio Laurentii, W(illelmus) Porcelleti, Willelmus Rainoardi, Saxo,[1] Bertrannus (Bertrandus) Umberti, Gaucelinus de Cavomonte, P(ontius) de Suira (Sura), Brunellus, G(eraldus) Isnel, O(trannus) cancellarius, qui chartam dictavit; accedunt: Robertus, Nazarenus, Fulcherius, Tyrensis, archiepiscopi, Bernardus, episcopus Sydonis, Guido Beriti, Helias, cancellarius regis, Balduinus, cancellarius patriarchae Hierosolymitani, Johannes, canonicus Tripolis, Rainaldus, capellanus Nazareth (Rozière, p. 186—187, No. 94; Lois [ed. Beugnot] II, p. 505—506, No. 24; Migne, p. 1194—1195, No. 94). 198

[1]) Rozière, p. 189: Saxus, filius ejus.

„ , ind. III. — Petrus I, prior S. Sepulchri, confirmat, se cum quibusdam canonicis, ut jura S. Sepulchri investigaret, Antiochiam profectum in capite pontis portae, quae de Comite nuncupatur, super flumen Orontis II loca ad molendina invenisse, unum aedificatum, alterum vastatum, quae canonici dicti conventus diu jure hereditario possedissent. Re igitur diligenter examinata et cum Raimundo principe deliberata in molendinis illis Funeidec partim reaedificatis II rotas Surianis Nichefore, Michaeli et Nichole quibusdam conditionibus accommodat. — Wlgrinus, praepositus S. Sepulchri, Aimericus, Nichola, Gamaliel, Garneri(us), Robertus, ejusdem ecclesiae canonici, Angerius (Ansgerius), abbas de S. Georgio,[1]) Benedictus cantor, Guido et Silvester concanonici, Joscerandus capellanus, Theodorus notarius. Factum anno Raimundi principis ejusque conjugis Constantiae IV (Rozière, p. 178—180, No. 90; Lois [ed. Beugnot] II, p. 506—507, No. 25; Migne, p. 1189—1191, No. 90). 199

[1]) S. Georgius de Lebaene, de qua ecclesia Röhricht in ZDPV. X, p. 36, 215, 250, 272, 291; Ursmar Berlière, p. 491—492.

(**1140** c.). — Johannes Patricii, se casalia sua Megina et Mezera cum casalibus S. Sepulchri Caphermelic[1]) et Anquina[2]) per manum Petri I prioris consensu Fulconis regis, Milesendis reginae, Babini, domini sui, Petrosi, cognati sui, Brunae, uxoris suae, Thomae et Eustachii filiorum commutavisse, confirmat (Rozière, p. 223—224, No. 120; Migne, p. 1214—1215, No. 120). **200**

[1]) Rozière, p. 90, 93, 105: Cafermelich (Caphermelich), p. 80: Cafermelech. [2]) Rozière, p. 263: Ainquina.

**1141** Febr. 3, ind. IV. Neapoli in palatio regis. — W(illelmus) I, patriarcha Hierosolymitanus, pactum, quod fratres Hospitalis cum Roberto casalis S. Egidii ejusque uxore consensu Roardi vicecomitis ejusque uxoris Hillae necnon Fulconis regis et Melisendae reginae coram se ipso Hierosolymis et nunc Neapoli scilicet de terra Emaus fecerunt, singulis conditionibus expositis, confirmat. — Robertus, archiepiscopus Nazaret, R(ogerius), episcopus S. Georgii, Gaufridus, abbas Templi Domini; de baronibus: Willielmus de Burris, Roardus vicecomes, Robertus casalis S. Egidii; de fratribus Hospitalis: Raimundus Palatii, Stephanus Capellae, Petrus thesaurarius, Raimundus, Girardus pincerna; accedunt Ramatenses: Rainerius, Robertus de Frandolio, Constantinus decanus, Milo clericus, Gaufridus de Aquilea,[1]) Rainaldus de Monte Lauduno,[2]) Tosetus,[3]) Nicolaus, presbyter Hispaniae, qui chartam scripsit (Paoli I, p. 20—21, No. 20; cf. p. 478—480). **201**

[1]) Alias Acu, Acula. [2]) Alias Laudato. [3]) de Tolosa.

„ Jun. 21, ind. IV. Laterani. — Innocentius II papa fratribus ecclesiae S. Sepulchri per manum Petri I prioris privilegia supra (No. 75, 109, 122) memorata, urbis Accon ecclesiam S. Sepulchri[1]) et ejusdem territorii ecclesiam S. Mariae de Mimas[2]) confirmat (Rozière, p. 24—26, No. 18; Jaffé-Löwenfeld, No. 8147). **202**

[1]) Hoc loco primum vocatur nomen (cf. Roz., p. 145). [2]) Adhuc non cognita (cf. Roz., p. 145) sed abhinc saepe memorata (cf. ibid. p. 31, 264).

„ Nov. 30—Dec. 2. Antiochiae in ecclesia S. Petri. — Concilium, cui praeest Albericus, cardinalis episcopus Ostiensis, Sedis Apostolicae legatus, et inter ceteros intersunt: Guillelmus I, patriarcha Hierosolymitanus, Gaudentius, Caesariensis, Fulcherius, Tyrensis, Stephanus, Tarsensis, Serlo, Apameensis, Gerardus, Coricensis, Franco, Hierapolitanus, archiepiscopi, Anselmus, Bethlemitanus, Bernardus, Sidoniensis, Balduinus, Berytensis, Gerardus, Sidoniensis, Hugo, Gabulensis, episcopi, quo Radulfus, patriarcha Antiochenus, qui comparere noluit, absens deponitur[1]) (Guill. de Tyro XV, c. 16—17; Mansi XXI, p. 503—506). **203**

[1]) Qui jussu antedicti legati in carcerem monasterii S. Simeonis prope Antiochiam conjectus sed tandem inde elapsus Romam ivit, ubi veneno interemtus est (ibid. c. 17).

„ , ind. VI (corr. IV). Hierosolymis. — Willelmus I, patriarcha Hierosolymitanus, consensu Petri I, S. Sepulchri prioris, pro cambio duarum stationum patriarchae stationibus in platea Surianorum sitis vicinarum Raimundo, Hospitalis magistro, hortum domui adjacentem, quae Anselmi cantoris ante communis vitae professionem erat, nunc vero patriarchae est, possidendum concedit et sigillo confirmat. — Petrus prior, Godefridus thesaurarius, Aimericus canonicus, Willelmus praepositus; domini: Lambertus, Garnerius, Gozelinus, Nicholaus, Robertus, Geraldus diaconus,

Willelmus diaconus, Balduinus cancellarius, Amilius diaconus, Milo camerarius, Giufredus de Acu; de fratribus Hospitalis: Stephanus de Antiochia, Petrus Willelmi, Stephanus Lauret, Arnaldus Wascus, Petrus Novellus, Raimundus de Palacio, Stephanus de Dianero, Stephanus de Capella, Petrus thesaurarius, Raimundus thesaurarius, Geraldus pincerna, Bernardus Wascus, Robertus dapifer; Roardus vicecomes, Robertus de casali S. Egidii, Rainaldus de Monte Laudato, Tosetus de Tolosa, Petrus de Petragoricis, Peregrinus, filius Boneti, Robertus de Sesson, Robertus de Frandol, Rainaldus Segghir, Benzalinus, Humbertus de Baro (Delaville le Roulx, p. 74—76, No. 6 [cf. p. 14]; Prutz, p. 87—88, No. 6). **204**

**1141,** ind. VI (corr. IV). Willelmus I, patriarcha Hierosolymitanus, Petrus I, S. Sepulchri prior et ejusdem conventus testantur, quod fratres Hospitalis assensu regis Fulconis et principum cum Roberto de casali S. Egidii eo convenerunt de terra de Emaus et pertinentiis, ut canonicis S. Sepulchri medietatem decimae de omnibus annonis et leguminibus reddant et fratres alios proventus retineant, sed de terra et ceteris casalibus in montanis adjacentibus scilicet de casalibus Hulddre,[1]) de Porcel et de Gaufrido Agule,[2]) de Ansquetino,[3]) de Bacheler, de Gerardo Bostgher,[4]) quae ipsi possident, vel de aliis similiter canonicis medietatem reddant, si vero aliquod casale seu terram de eisdem quibuslibet christianis vel Saracenis ad firmam dederint fratres Hospitalis pro annona vel pecunia, eandem medietatem canonici accipiant. Factum Fulcone regnante coram Raymundo, magistro Hospitalis, ejusdem fratribus Stephano de Antiochia, Petro Willelmo, Raimundo de Palatio, Stephano Lauret, Arnoldo Vasconi,[5]) Stefano diacono, Stefano de Capella, Petro thesaurario, Raimundo thesaurario, Girardo Pincerne,[6]) Bernardo Vasconi [7]) et Willelmo patriarcha confirmante. — Gaufridus, habbas [8]) de Templo, Petrus I, prior Dominici Sepulchri, Godefridus thesaurarius, Aimericus canonicus, Willermus praepositus, Garnerius, Lambertus aliique canonici; Roardus, de cujus feodo ipsa est terra,[9]) [Robertus de casali S. Egidii, Rainaldus de Monte Laudato, Tosetus de Tholosa, Petrus de Petragoricis, Peregrinus, filius Boneti, Robertus de Sesson, Robertus de Frandol, Rainaldus Segghir, Benzalinus, Humbertus de Baro] (Paoli I, p. 22, No. 21 [cf. p. 480]); Rozière, p. 219—220, No. 117). **205**

Rozière: [1]) Huldre, [2]) Agulle, [3]) Anschetino, [4]) Bocher, [5]) Guasconi, [6]) pincerna, [7]) Guasconi, [8]) abbas Templi. [9]) Nomina, quae uncis circumclusimus, charta exstans in Rozière l. c. omisit.

„ , ind. III (IV), epact. XI. — Goscelinus, comes Edessanus, assensu uxoris Beatricis et filii Goscelini Hospitalis fratribus concedit casale Cisemburg, quod jam ex dono Balduini II regis habebant, cum pertinentiis necnon divisionem terrae casalis, quam adversus fratres comes calumniari inceperat, donat et sigillo confirmat. — Rogerius constabularius, Hubertus maresqualcus, Isernbardus castellanus, Alduinus de Sirode, Berardus, Guarinus de Belci, Gilduinus, Herbertus, Petrus de Tilleto, Willelmus de Guaisia, Buvo Mercator, Bernardus Berruarius, Girardus Bedo. Factum Francone Tulipp(ensi) archiepiscopo, Raimundo, Antiochiae principe, regnante per manum Radulfi Carnotensis cancellarii (Paoli I, p. 20, No. 19). **206**

**1142** April. 5, ind. V. Laterani. — Innocentius II ecclesiae B. Mariae de valle Josaphat per manum Guidonis abbatis ecclesiam Ligionis cum parochia et decimis necnon decimam a Bernardo, episcopo Nazareno, concessam et

alias possessiones in Sicilia sitas confirmat (Delaborde, p. 54—55, No. 22; v. Pflugk-Harttung, Acta pontif. II, p. 322—323, No. 361; Jaffé-Löwenfeld, No. 8223). || Hanc confirmationem Eugenius III 4 Maj. 1145 eidem ecclesiae et abbati denuo confirmat (Delaborde, p. 58—59, No. 25; v. Pflugk-Harttung, Iter Ital., p. 239, Acta pontif., III, p. 68, No. 66; Jaffé-Löwenfeld, No. 8748) et 31 Mart. 1151 omnia jura ac possessiones corroborat (Delaborde, p. 61—63, No. 27; v. Pflugk-Harttung, Iter Ital., p. 243, No. 443; Jaffé-Löwenfeld, No. 9469). **207**

(**1142**) April. 21. Hierosolymis in ecclesia Montis Sion. — Concilium, cui praeerat Albericus, cardinalis episcopus Ostiensis, Sedis Apostolicae legatus, et Guillelmus I, patriarcha Hierosolymitanus, et plures episcopi intererant, quo, Templo Domini consecrato,[1]) inter cetera catholicus Armeniorum monetur, ut nonnullos fidei articulos, quibus ecclesia Romana abhorreat, corrigat et emendet (Guill. de Tyro XV, c. 18; Mansi XXI, p. 504—508). **208**

[1]) Quod Marquis de Vogüé a. 1142 factum esse putat (Archives de l'Orient latin I, p. 564).

„ April. 22, ind. V. In capitulo S. Sepulchri. — Bertholdus nobilis, quaecunque possidet, S. Sepulchro ea conditione donat, ut quamdiu vivat, dictas possessiones a Guillelmo, patriarcha Hierosolymitano, Petro priore et canonicis S. Sepulchri pro beneficio habeat, sed inde X solidos annuatim reddat, et ecclesiam Denkendorf olim dictis fratribus concessam ipsorum sigillis appositis confirmat (Scheid, Orig. Guelf. III, p. 517—518, No. 67; Petrus, Suev. eccles., p. 261; Besoldus, Docum. rediv. monast. Wurtemb. I, p. 453, No. 3; Würtemb. Urkundenb. II, p. 17—18, No. 316; Rozière, p. 162, No. 83; Christoff Schmidlin, Gesch. d. Klosters Denkendorf, Stuttgart 1781, p. 19—20; germanice versum a G. Rosen in Wochenblatt der Johanniter-Ordensballey Brandenburg 1863, p. 73—74, No. 12; cf. v. Löher, Archival. Zeitschr. III, p. 299). || Bertholdum nostrum nobilem c. 1120 sive c. 1130 in Terram Sanctam profectum fuisse, putant Schmidlin p. 6 (cf. p. 6—17) et Stälin, Würtemb. Gesch. (ed. I) II, p. 733; cf. chartam Conradi III, 14 Octob. 1139 in Würtemb. Urkundenb. II, p. 13, No. 312. Primus ecclesiae de Denkendorf abbas, a Guarmundo, patriarcha Hierosolymitano, electus, fuit Conradus, secundus idem nomen habuit (Schmidlin, p. 17—19). Ecclesiam nostram 10 Jan. 1144 Calixtus II (Schmidlin, p. 22; Jaffé-Löwenfeld, No. 8481), 27 Sept. 1213 Innocentius III (Würtemb. Urkundenb. V, p. 408, No. 21), 1 Mart. 1249 Innocentius IV (ibid. V, p. 448, No. 63), 22 Jun. 1260 Alexander IV (ibid. V, p. 358, No. 1597), 17 Jan. 1262 (Potthast, No. 18360), necnon 18 Maj. 1186 Fridericus I (Würtemb. Urkundenb. II, p. 215, No. 427; Stumpff, Reichskanzler, No. 4322), Dec. 1226 et Jun. 1228 Fridericus II (Böhmer-Ficker, No. 1690, 1730), 20 Jan. 1225, 26 Sept. 1226, 5 Febr., 22 Sept., 1 Octob. 1231, filius ejus rex Henricus (ibid. No. 3962, 4016, 4186, 4216, 4217) et Rudolfus I 13 Jun. 1291 (Regg. ed. Böhmer, No. 1134) in protectionem suscipiunt et 10 Mart. 1240 H(enricus), episcopus Constantiensis, notificat, quod H., canonicus S. Sepulchri Hierosolymitani, a patriarcha ad praeposituram Denkendorf praesentatus et postea investitus fuit, sed quibusdam excessibus diffamatus resignavit (Würtemb. Urkundenb. III, p. 448, No. 944). Alia privilegia, quae ad historiam dictae ecclesiae pertinent, cf. ibid. II, p. 131—132, No. 373; p. 267—268,

No. 463; p. 333—334, No. 513; p. 356—357, No. 532; III, p. 166—167, No. 686—687; p. 260—261, No. 770; p. 280, No. 788; p. 298, No. 802; p. 308, No. 813; p. 379, No. 881; p. 445, No. 941; IV, p. 39, No. 988; p. 209, No. 1145; V, p. 45, No. 1281; p. 358, No. 1597 et Stälin, Würtemb. Gesch. III, p. 733—734. Ecclesiae nostrae Denkendorf propriae erant ecclesiae de Dietbrück et de Kirchheim, quarum alteram Fridericus II (Böhmer-Ficker, No. 751) donavit; cf. privilegium ad preces Radulfi, patriarchae Hierosolymitani, concessum in Würtemb. Urkundenb. III, p. 14, No. 564. **209**

**1142**. — Fulco, rex Hierosolymitanus, consensu Milisendis reginae et Baldewini filii ecclesiae S. Lazari terram, quam Balduinus Caesariensis coram ipsis dederat ejusque vidua concesserat, confirmat, quae inter Montem Oliveti et Rubeam cisternam sita est in via, quae ducit ad Jordanem. Factum per manum Eliae, cancellarii regis. — Rohardus vicecomes, Paganus de Voa, Willelmus de Barra, Albericus de Barbeio, domina Halois (Cibrario, p. 222; Ferrand, p. 11; Archives de l'Orient latin II B, p. 123—124, No. 2). **210**

„ , ind. V. Tripoli. — Coram Geraldo Tripolitano, Willelmo Tortosae, episcopis, B., archiepiscopo Albariae, et Raynerio constabulario, Fulchrando marescalco, Willelmo Embriaci, Willelmo Renoardo, Jocelino de Claromonte, Willelmo Porceleto, Raymundo de Fonte Erecto et ceteris baronibus suis Raymundus, Pontii, comitis S. Egidii, filius, Umberto, episcopo Anicensi, consensu uxoris Caeciliae necnon matris Hodiernae, filii Raymundi et fratris Philippi, omnes homines et omnes quascunque habet possessiones et praedecessores habuerunt in toto Vallavensium comitatu, sigillo confirmat et laudat. Hanc enim donationem anno MCXXXII (ind. X) Pontius, comes Tripolitanus, consensu uxoris Caeciliae et filii eorum Raymundi coram Guillelmo, Tripolitano, Raymundo, Tortosano, Giraldo, Raphanensi, episcopis, Rodulpho, Giraldo, Bernardo, Tripolitanis canonicis, Ablardo archidiacono, Giraldo cantore, Johanne, Petro de Podio Laurentii, Arberto de Montelauro, Pontio de Fosso, Rostagno de Goth et Raymundo vicecomite, carta per manum R., comitis Arvernensis, altari S. Mariae Anicensis donaverat (Vaissète, Hist. de Languedoc [ed. II] V, p. 1054—1055, No. 551, § 1). ; Aliottus Uguicionis, imperiali auctoritate judex et notarius publicus, a. 1255, ind. XIII. 7 die Julii, se chartam authenticam transcripsisse, confirmat (p. 1057). **211**

„ , ind. VII (corr. V). — Raimundus, Pontii comitis filius, comes Tripolitanus, confrater Hospitalis eidem domui donat et sigillo confirmat Raphaniam et Montem Ferrandum, Mardabech et quicquid juris habet in piscaria Chamele [1]) a Chades usque ad resclausam necnon Cratum, castellum Bocheae cum pertinentiis et juribus, felitum ac lacum [2]) cum pertinentiis tam domini propriis quam feodalium, quae scilicet castella scambio dato consilio Willelmi de Crato ejusque uxoris Adelasiae et filii Bertrandi Hugonis concessit. Raimundus enim dicto Willelmo de Crato coram curia sua dedit caveam Davidis Siri cum omni raisagio montaneae et feodum Pontii Willelmi, scilicet II terrae cabellarias et DC bisantios, dictus vero comes, barones et episcopus Tripolitanus ducenos bisantios et super omnes caballarias in unaquaque divisim [3]) XII bisantios ab hoc mense Augusti usque ad X annos

Paoli: [1]) p. 23: Cymele. [2]) p. 24: Felicium et Lacum. [3]) p. 24: divisione.

dederunt. Similiter assensu Gisleberti de Podio Laurentii ejusque uxoris Dalgoth praelibatae domuí felitium et lacum [4]) cum pertinentiis concedit et totum hoc donum consilio Caeciliae, comitissae et matris, Hodiernae uxoris, Raimundi filii, Philippi fratris confirmat et concedit, ne dicti fratres in bellis, quibus ipse non intersit, praedam factam cum ullo partiantur, insuper omnibus hominibus et Surianis Crati permittit, ut in tota terra comitatus ac dominii Tripolitani libere et quiete emant vendantque. — Geraldus, Tripolis, Willelmus, Tortosae, episcopi, B., Albariae archiepiscopus,[5]) Rainerius constabularius, Fulcrandus marescalcus, Willelmus Embriacus,[6]) Willelmus Rainoardus, Joscelinus [7]) de Cavo Monte, Silvius Rotbertus, Willelmus Porcelletus, Radulfus de Fontanellis, Raimundus de Fonte Erecto, Radulfus [8]) Viridis, Pipinus [9]) et ceteri barones omnes; de burgensibus: Pontius de Sura, G.[10]) Isnelli, P.[11]) Geraldi, S.[12]) Monacus, R. Lamberti, Willelmus Rotlandi,[13]) P. Girbaldi, B.[14]) Aurificis, Ph.[15]) burgensis, P.[16]) Andreae [17]) et ceteri omnes. Denique Raimundus dicta loca Hospitalis tueri pollicitus hortum, qui olim fuit Galterii de Margato ejusque uxoris Gislae, et spatia locorum ad trahendos lapides apta, quae inter utramque viam concluduntur et exterius illinc a capite, consilio praedictorum Hospitali per manum Raimundi magistri,[18]) Rotberti, comitis Alvernis, Gislaberti Malemannus (sic) et Petri, prioris Montis Peregrini, aliorumque fratrum donat et, se Hospitali invito treugam cum Saracenis vel facturum vel ab eis accepturum esse, negat. Petrus, cancellarius comitis, scripsit (Delaville le Roulx, p. 76—80, No. 7 [cf. p. 14]; Prutz, p. 88—90, No. 7). **212**

Paoli: [4]) Felicium et Latum, [5]) omittit B. arch., [6]) Ebriacus, [7]) Gaucelinus, [8]) Raidulfus. [9]) P. addit: W. Aurei, W. Pandulfus, Bernardus de Rocha, [10]) Geraldus, [11]) Pontius, [12]) Stefanus, [13]) Rollendi, [14]) Baron, [15]) Philippus, [16]) Petrus. [17]) Paoli addit: Petrus de S. Germano, Raimundus Guasco, [18]) Sedulii procuratoris.

**1142—1145.** (Hierosolymis.) — Willelmus I, patriarcha Hierosolymitanus, controversiam inter vallis Josaphat et Montis Oliveti ecclesiam diu versantem consensu Guidonis abbatis et Henrici prioris sigillo apposito tollit mandato, ut Guido quandam terrae planitiem bonemagre adja[centem] ecclesiae Montis Oliveti possidendam concedat, sed ecclesia dicta ecclesiae vallis Josaphat VII bisantios annuatim persolvat. — Anselmus, episcopus Bethlehemita, Gaufridus, abbas Templi Domini, Balduinus, archiepiscopus Caesariensis, tunc temporis patriarchae cancellarius, Amelius, [archi]diaconus patriarchae, Rogerius Constantini decanus, Amicus, capellanus Templi Domini; de monachis vallis Josaphat: Stephanus, Galterius, Johannes de Paternone, Johannes subprior, Bernardus, Petrus Gumbaldi, Johannes scriptor, Arduinus, Johannis filius, Theobaldus de Forneriis; de laicis: Cristianus Aldemeschini, Johannes de Parisio, Johannes; de burgensibus: Iterius, Rainaldus, Petrus Burdini, Poncius Tholosensis, Robertus, filius Iterii (Delaborde, p. 55—56, No. 23). **213**

**1143** Dec. 9. Laterani. — Coelestinus papa II Raymundo, magistro Hospitalis S. Johannis, mandat, ut ipsius ejusque successorum oboedientiae novum hospitale, ad susceptionem Theutonicorum Hierosolymis constructum, subjaceat et omnino permaneat, sed de gente Theutonicorum prior et servientes constituantur (Delaville le Roulx, Les anciens Teutoniques et l'ordre de St. Jean de Jérusalem in Comptes-rendus de l'acad. d. inscript.

1888, XIV, p. 341, No. 1 [cf. p. 336—341]; Jaffé-Löwenfeld, No. 8472). In eundem fere modum fratribus Theutonicis scripsit (ibid. p. 343, No. 2). Hoc privilegium (17 Aug. 1229) Gregorius IX repetit epistola ad patriarcham (Geroldum) Hierosolymitanum scripta mandans, ut, si opus sit, per censuram ecclesiasticam antedictum firmiter observari faciat (ibid. p. 344, No. 3).[1]) **214**

[1]) Nescimus, quo tempore fratres Theutonici vinculo oboedientiae supradicto absoluti sint, sed sine dubio Gregorius IX eos in eandem redire jussit, quum praeter Januenses et Pisanos soli nostri Friderico II a. 1229 fidem praestiterint, qui excommunicatus in Terram Sanctam profectus erat (Ryccardus de San Germano in Mon. Germ. SS. XIX, p. 383). Plurimis vero epistolis nostrae antecedentibus et succedentibus idem papa fratribus Theutonicis omnia privilegia collata confirmat (Strehlke, p. 340—354, No. 416—470). Gregorius IX (12 Jan. 1240), postquam Fridericus II secunda vice excommunicatus fuit, mandatum Coelestini II supra excerptum et Adriani IV sine dubio nunc amissum repetit et observandum jubet (Paoli, Codice I, p. 272, No. 6; Hennes, Cod. diplom. I, praef. V; Strehlke, p. 354—355, No. 468; Potthast, No. 10839; cf. Riant, Haymar. Monach. XLIII). De hac controversia ceterum conferas chartam (9 Octob. 1258), quam edidit Strehlke, p. 102, No. 116, et Eracles 141—142.

**1143**, ind. VI. — Willelmus I, patriarcha Hierosolymitanus, se Hospitali ecclesiam in agro Acheldemach,[1]) ubi peregrinorum sepeliuntur corpora, cum tota agri terra ab antiquis Surianis coram ipso divisa concessisse, sigillo confirmat. — Ernesius,[2]) patriarchae nepos et cancellarius, Wichardus capellanus, Amelius diaconus, Alexander, Godefridus, Helias, scriptor privilegii, clerici patriarchae; ex fratribus Hospitalis: Raimundus magister, Petrus Willelmi clericus, qui praedictam incepit ecclesiam, Stefanus sacerdos, Stefanus Capellae, Haimo, prior S. Aegidii (Paoli I, p. 23, No. 22). **215**

[1]) Alias chaudemar vocatur (arabice: al-schamah); cf. Schick in Quart. Stat. 1890, p. 67. [2]) De quo Röhricht in ZDPV. X, p. 12.

( „ ), ind. VI. S. Bernardus Melisendam, reginam Hierosolymitanam, consolatur de morte mariti Fulconis regis et, ut fortem se praebeat, monet (Ep. No. 354). Idem eidem s. a. fratres Praemonstratenses[1]) fovendos commendat (Ep. No. 355). **216**

[1]) Eorundem abbati S. B. a. 1150 inter cetera in memoriam revocat, Balduinum I, regem Hierosolymitanum, dum adhuc viveret, locum S. Samuelis fratribus Cisterciensibus donavisse cum mille aureis, de quibus nova abbatia aedificaretur, sed eosdem antedictum locum fratribus Praemonstratensibus cessisse, «quia ob incursus paganorum et aëris intemperiem non acquisivit (S. Bernardus) mittere fratres suos» (Ep. No. 253; Baronius a. 1131, § 14; Gaufredi Vita S. Bernardi III, No. 2). Itaque fratres Praemonstratenses locum S. Samuelis et S. Habacuc (Röhricht in ZDPV. X, p. 218, 244) usque ad Saladini tempora (1187) tenuerunt.

„ , ind. VI. — Raimundus, comes Tripolitanus, consensu Hodiernae uxoris et Raimundi filii canonicis S. Sepulchri per manum Wlgrini canonici domos, quas Tripoli a Willelmo de Sira LXXXI bisantiis emerant, et fructum terrae de tambulo (stabulo) suo et voltura turris concedit et sigillo confirmat. — Rainerius constabularius cum matre sua, Radulfus Caslan, frater Templi, Petrus de Podio Laurentii, Willelmus Rainoardi, Saxus, filius ejus, Raimundus, frater ejus, Goscelinus de Calvo Monte, Robertus Silvii, Pontius de Sira, Brunellus dapifer, Giraldus Isnelli, Stephanus Monacus, Pontius Giraldi, Hermengardus, Pellicius, Albertus camerarius, Willelmus, capellanus comitissae, Otrannus cancellarius, qui chartam dictavit. Denique Raimundus comes voltam, quam Wlgrinus de Guidone emit, concedit et

confirmat (Rozière, p. 187—189, No. 95; Lois [ed. Beugnot] II, p. 508—509, No. 27; Migne, p. 1195—1196, No. 95). 217

**1143**, ind. VI. — Raimundus, comes Tripolitanus, precibus Willelmi, patriarchae Hierosolymitani, et Petri I, S. Sepulchri prioris, eidem conventui privilegia supra (No. 48, 58, 161, 192, 193) laudata sigillo confirmat, praeterea autem in montanis casale Medera, quod Willelmus Ermengardus dedit, gastinam Loisan, quam Raimundus de Raisac dedit, casale Helmedel prope Guibelacard situm, quod dedit Ribod, casale Cafarsequel in territorio de Gibelet, quod vocant Casale Pontis Sici et Stephanus de Brolo dedit, deinde autem singulos villanos necnon singulas carrucatas terrae, quas dederunt in casali de Bocumbe Raimundus de Narbona, in casali Aer Bernardus Derat, in casali Deriae Petrus de Podio Laurentii, — qui addidit X jarras olei, uxore concedente —, in casali Ardin Petrus, nepos Rogerii constabularii, in casali de Buissera Adalardus, in casali Sorbe Gaufridus de Pennis, denique villanum, quem dedit Willelmus de Boschet. — Rainerius constabularius, Petrus de Podio Laurentii, Gocelinus de Cavomonte, Saxo, Giraldus Isnel, Brunellus dapifer, Raimundus Lamberti, Pontius Giraldi, Stephanus Monachus, Otrannus cancellarius (Rozière, p. 190—192, No. 97; Lois [ed. Beugnot] II, p. 509—511, No. 28; Migne, p. 1197—1198, No. 97). 218

( „ c.). — Raimundus, Pontii filius, comes Tripolitanus, donationem supra memoratam (No. 48) sigillo confirmat (Rozière, p. 182—183, No. 91; Lois [ed. Beugnot] II, p. 482, No. 2; Migne, p. 1192, No. 91). 219

**1144** Jan. 10, ind. VII. Laterani. — Coelestinus II papa fratribus S. Sepulchri per manum Petri I prioris privilegia supra (No. 74, 124, 177, 202) laudata et possessiones occidentales confirmat (Rozière, p. 29—32, No. 20; Würtemb. Urkundenb. III, p. 34—38, No. 322; Jaffé-Löwenfeld, No. 8479). 220

„ Jan. 10, ind. VII. Laterani. — Coelestinus II privilegium supra (No. 174) laudatum fratribus S. Sepulchri precibus Petri I prioris confirmat (Rozière, p. 27—29, No. 19; Nakielski, Miechovia, p. 2—3; Jaffé-Löwenfeld, No. 8481). 221

„ Jan. 12. Laterani. — Coelestinus II Petro I, S. Sepulchri priori, et canonicis scribit, se eorum fratres ac nuntios L. et G. ad ipsius praedecessorem missos benigne suscepisse et eorum conventui Romae ecclesiam atque hospitium concessisse (Rozière, p. 76—77, No. 40; Migne, Patrol. lat. CLXXIX, p. 793; Jaffé-Löwenfeld, No. 8482). 222

„ April., ind. VI (corr. VII). — Petrus I, S. Sepulchri prior, Arnulfo, filio Berualdi (Bernardi) Suriani, domos super voltas concambii Hospitalis sitas, quae sunt super S. Sepulchri furnum in via situm, quae ad Montem Syon ducit, necnon stationem furno vicinam censu annuali IX bisantiorum quibusdam conditionibus sigillo concedit. — Johannes Vaccarius, Fulcherius aurifex, Jordanus clericus, Herbertus numularius, Saibertus, Rainerius de Arrat (Arraz), Petrus Bordinus, Willelmus drogomannus, Johannes, filius ejus, Johannes de Podio, Robertus Cocus. Scriptum est per manum Donati, diaconi et scribae S. Sepulchri (Rozière, p. 158—159, No. 80; Migne, p. 1177—1178, No. 80; in linguam germanicam vertit et docte illustravit G. Rosen in Wochenblatt der Johanniter-Ordensballey Brandenburg 1863, p. 29—32, No. 5). 223

**1144** Maj., ind. VII. — Tempore Philippi de Lamberto, Tanclerii de Mauro et Guillielmi Venti Bellamuti consulum et coram Philippo et Tanclerio dictis Ugo Embriacus, filius Nicole Embriaci, sacramentum, quod frater ejus Obertus scriptum duxerat et jurasse dicebatur, jurat scilicet, se vitam consanguinei Guillielmi Embriaci necnon honorem, quem habet Gibelleti, et quaecunque citra vel ultra mare possessurus sit, defendere ac tueri velle necnon fratrem ejus Agyenorium et heredes. — Ansaldus Mallonus, Bonsegnor Mallonus, Bonusvasallus Odonis, Bomons, frater ejus, Bonusvasallus Tetvicae, Oglerius de Guidone, Ingo de Volta, Johannes Barcha, Amicus Guercius, Obertus Taconus, Merlo Roza, Jordanus de Porta (Liber jurium I, p. 93, No. 89). **224**

„ Sept. 14, ind. VIII. Romae. — Lucius II Petro I, priori S. Sepulchri, iisdem fere verbis ac praedecessor Innocentius II,[1]) privilegia a Godofredo duce, Balduino I et II necnon Fulcone regibus et Arnulfo patriarcha concessa generaliter confirmat (Rozière, p. 33—36, No. 22; Migne, Patrol. lat. CLXXIX, p. 903; Jaffé-Löwenfeld, No. 8652). [1]) Supra No. 177. **225**

„ , ind. VII. — Balduinus III, rex Hierosolymitanus, privilegium supra (No. 174) laudatum consensu Guillelmi I, patriarchae Hierosolymitani, Petri I, S. Sepulchri prioris, per manum Matildis, abbatissae S. Lazari de Bethania, sigillo confirmat. — Guillelmus, patriarcha Hierosolymitanus, Balduinus, Caesariensis, Robertus, Nazarenus, archiepiscopi, Helias, Tyberiadensis, Rogerius, Ramathensis, Reinerius, Sebastensis, episcopi, Gaufridus, Templi Domini, Sehebrandus, S. Mariae Latinae, abbates, Petrus, S. Sepulchri, Henricus, Montis Oliveti, priores, Raimundus, magister Hospitalis, Petrus Guillelmi, Stephanus de Capella, Guillelmus Fauco, Gaufridus et Fulcherius, fratres Templi, Godefridus, thesaurarius S. Sepulchri, Guillelmus praepositus, Petrus Bernardi, Petrus Barchinonensis, Nicholaus, Lambertus Grossus, Bertrandus de Podio, magister Beda, Obertus, Gamaliel, Giraldus Bastardus, Moises (Moyses), Bonefatius, Eurardus, Robertus Acconensis, Guillelmus Berithensis, Guillelmus Anglicus; de baronibus: Balianus, Reinerius Ramathensis, Joscelinus de Cortenai, Galterius Berithensis, Ro(h)ardus vicecomes, Sado marescalcus, Bernardus Vacherius, Gaufridus Acus, Tosetus, Imbertus de Bar (Rozière, p. 65—68, No. 34; Lois [ed. Beugnot] II, p. 507—508, No. 26 [ad 1143]; Migne, p. 1127—1129, No. 34). **226**

„ — Ba(l)dwinus III, rex Hierosolymitanus, consensu matris Milisendis donum, quod Fulco rex et dicta regina leprosis S. Lazari dederant, sigillo confirmat scilicet terrae petiam et vineam, quam ipsi leprosi post factam donationem in ejusdem terrae petia plantaverunt, quae est ante eorundem domum sita, quam Fulco et Milisendis a Suriano emerant. — Rohardus, vicecomes Hierosolymitanus, Bernardus Vacherius, Girardus Passerellus, Sado marescalcus (Cibrario, p. 223; Ferrand, p. 12—13; Archives de l'Orient latin II B, p. 124—125, No. 3). **227**

„ — Raimundus I, princeps Antiochiae, cum uxore Constantia per manum Guillielmi Buronis legati Januensibus privilegia, quae ab antecessoribus suis acceperant, sigillo confirmat. — Rogerius de Montibus constabularius, Leo Majopulus, dux Antiochenus, Petrus Armonii castellanus, Gitterius de Mozon, Robertus, Gaufri filius, Martinus de Margato, pincerna principis, Gillebertus, ejusdem clericus, qui chartam scripsit, Thomas vicecomes. Factum est anno principatus VII (Liber jurium I, p. 98, No. 95). **228**

**1144** c. — Petrus I, S. Sepulchri prior, confirmat, Odierdam (Odiardam), habitatricem Mahumeriae ac sororem S. Sepulchri, eidem conventui vineam olim tradidisse, hanc quidem ejus filium Andream post matris mortem vi diu retinuisse, sed judicio archiepiscoporum Roberti Nazareni, Fulcherii Tyrensis, necnon episcoporum Bernardi Sidoniensis, Rorgonis Ptolomaidensis, Helyae Tyberiadensis et Rogerii Ramathensis resignare coactum esse; niholominus dictum Andream eandem vineam ea conditione recepisse, ut, quoad viveret, S. Sepulchro tertiam proventus partem annuatim inde daret et eidem conventui post mortem ipsius libere possidendam relinqueret. — Lambertus subprior, Godefridus thesaurarius, Nicholaus cellararius, Obertus Joppensis, Robertus de Acchon, Alexander, Bertrandus, Ademar(i)us, Willelmus praepositus, Lambertus Flandrensis, Aimericus, Fulco, Bertoldus, Johannes Anglicus; de diaconis: Eurardus, Giraldus, Hugo; de subdiaconis: Willelmus Berit(h)ensis, Johannes Pictav(i)ensis, Willelmus de Yspania (Rozière, p. 156—158, No. 79; Migne, p. 1176—1177, No. 79). **229**

„ —**1145.** — Lucius II papa Guillelmo I, patriarchae Hierosolymitano, ejusque successoribus omnes civitates ac provincias, quae tunc eidem ecclesiae subditae, Balduini I et II ac Fulconis regum tempore restitutae sunt et per Balduinum III regem Deo adjuvante paganis eripientur, confirmat (Rozière, p. 6—7, No. 8; Migne, Patrol. lat. CLXXIX, p. 927; Jaffé-Löwenfeld, No. 8690). **230**

„ —**1145.** — Idem ecclesiae Bethlemiticae privilegia, quibus Ascalona parochia ei subjecta erat, licet sint malitia pravorum hominum erasa, «eandem vim et idem robur ac si erasa non essent» obtinere vult (Ex bulla Clementis IV, d. d. 11 Maj. 1266 in L'Epoca [di Varazze], Giornale settiman. 1874, I, No. 17, 19, 26; Comte Riant in Atti Ligure, p. 643; Jaffé-Löwenfeld, No. 8699). **231**

**1145** Jan. 4. Laterani. — Idem precibus Guillelmi I, patriarchae Hierosolymitani, concordiam inter Warmundum, ipsius praedecessorem, et Ebremarum, tunc archiepiscopum Caesariensem, factam et a dicto Guillelmo I et Gaudentio, archiepiscopo Caesariensi, confirmatam corroborat (Rozière, p. 32—33, No. 21; Migne, Patrol. lat. CLXXIX, p. 929; Jaffé-Löwenfeld, No. 8700). **232**

„ Jan.,[1]) ind. IX (VIII), lun. XXI. — R(aimundus), comes Tripolitanus, consensu uxoris Hodiernae, Balduini III regis, filiique Raimundi ecclesiae S. Salvatoris in Monte Tabor ejusque abbati Pontio donat domos, quae sunt Lanfranchi Mazzucke[2]) et uxoris Aldoarae necnon omnia jura, quae extra et intra muros urbis Tripolis habent, praeterea ejusdem ecclesiae fratribus liberum introitum et exitum in eadem urbe concedit. — Hu(go) Senzaver,[3]) W(illelmus) Porcellet, W(illelmus) de Crato, S(tephanus) Robberti, G(ocelinus) de Cavomonte, W(illelmus) Arvei, W(illelmus) Pandulfi, Herbertus de Cabriera, R. de Monte Sckiuo,[4]) P(ontius) de Siura, G(erardus) Isnellus, P(ontius) Geraldi, Stephanus Monachi, R(aimundus) Lamberti, Petrus Girbaldi, R. Arnaldi, Gualterius de Buturran, P. de Valle, W(illelmus) Rol-

[1]) Secundum calculum Florentinum 1145, secundum stilum modernum 1146.
[2]) Sine dubio Januensis. [3]) Aperte idem ac Hugo Sine conta, Sine censu, postea constabularius Antiochenus. [4]) Idem atque Eschivardus?

lendi, Deusdedit capellanus, P. de Salze, capellanus communis, W(illelmus) Ranuardi. Factum per Bernardum, cappellanum praedicti communis[5]) (Paoli I, p. 238, No. 193 [cf. p. 546]; Vaissète, Hist. de Languedoc [ed. II] V, p. 1056, No. 551, § 2). Hanc chartam (Accon 7 Jul. 1255) Aliottus Uguicionis, imperiali auctoritate judex et notarius publicus, vidit et legit, P(etrus) Caesariensis, et Hugo, Nazarenus, archiepiscopi necnon Q., abbas S. Mariae de valle Josaphat se vidisse (c. 1231) confirmant (Paoli, l. c.; cf. Delaville le Roulx, p. 50). **233**

[5]) Hanc chartam illustravit Beugnot, Lois I, p. 421, not. et 631 not.

**1145** Aug. 14, ind. VIII. Hierosolymis. — Willelmus I, patriarcha Hierosolymitanus, controversiam inter Pontium, abbatem Montis Thabor, et Petrum I, S. Sepulchri priorem, de decimis casalis S. Egidii et casalium pertinentium Turbasaim et Dere exortam sigillo apposito dirimit. — Balduinus, Caesariensis, Robertus, Nazarenus, archiepiscopi, Rogerius, Ramathensis, Anselmus, Bethleem, Rainerius, Sebastensis, Helyas, Tiberiadensis, episcopi, Gaufridus, abbas Templi Domini, Henricus, Montis Oliveti, Letardus, Nazarenus, priores, Willelmus, S. Sepulchri praepositus, Godefridus thesaurarius, Bertrandus de Podio, Nicholaus, Gamaliel, Robertus cellararius, canonici. Datum per manum Ernesii cancellarii (Rozière, p. 76—79, No. 41; Migne, p. 1130—1132, No. 41). **234**

„ — Willelmus I, patriarcha Hierosolymitanus, omnibus archiepiscopis, episcopis ac totius ecclesiae praelatis scribit, se S. Johannis Baptistae reliquias[1]) in urbe Sebastensi [2]) reperisse et omnibus, qui ejusdem ecclesiae restaurandae beneficiis subveniunt, XL dies poenitentiae injunctae condonat (Bibl. de l'école d. chartes 1868, p. 492—493, No. 1). **235**

[1]) Quae tamen Januam translatae fuisse dicuntur (Nicolaus de Porta, Hist. translat. in Rec. d. hist. d. croisad., aut. occid. V, p. 236—247 et Jacobus de Voragine, Translat. B. Joh. Bapt., ibid. p. 229—235). [2]) Ecclesiam S. Joh. Bapt. Sebastensem ejusque sepulchrum describunt Guill. de Tyro VIII, c. 1, Itiner. franç. I, p. 85, 186, 197 et Burchardus de Monte Sion ed. Laurent, p. 53; cf. ZDPV. X, p. 209, 244—245. Ecclesiae Sebastensi anno 1168 Elisabeth ducissa, uxor Guillelmi Greti, X libras Andegavenses annuales concedit (Morin, Histoire . . . . . . du Gastinois, Paris 1610, I, p. 316—317), anno 1179—1180 Henricus, comes Trecensis, ibidem constitutus X libras annuales (Morin I, p. 314—315; d'Arbois de Jubainville, Hist. d. comtes de Champagne III, p. 381, No. 315), anno 1189 Philippus, rex Franciae, donationem XX librarum annualium a Ludovico VII antecessore concessam confirmat (Bibl. de l'école d. chartes 1868, p. 495, No. 4), postquam Clemens III 20 Dec. 1188 dictam ecclesiam in Sedis Apostolicae protectionem suscepit (ibid. p. 494—495, No. 3; Jaffé-Löwenfeld, No. 16368).

„ , ind. VIII, lun. III. — Raimundus, comes Tripolitanus, privilegium supra (No. 212) memoratum repetit et sigillo confirmat. — G(iraldus), Tripolitanus episcopus, cum omni conventu, W(illelmus), Tortosanus episcopus, R(ainerius) constabularius, F(ulcrandus) marescalcus, W(illelmus) Ebriaci, W(illelmus) Rainoardi, G(aucelinus) de Cavomonte, S(ilvius) Roberti, W(illelmus) Porcelleti, W(illelmus) de Crato, G(illebertus) de Podio Laurentii, M. de Boccosello, R(adulfus) de Fontanellis, R(aimundus) de Fonte Erecto, R(adulfus) Viridis, Pipinus, W(illelmus) Arvei,[1]) W(illelmus) Pandulfi, J. de Bechestino, F. de Tolone, R. de Monte Siquo,[1]) Hu. de Lidimano, B(ernardus) de Rocca, R. Fortis, B. Romanus, R. de Valle Aurea, W. de Cornelione, Siggifredus, P. de Nereu, P. de S. Justo, O. de Monte

[1]) Alias de Monte Sekiuo vocatus.

Olivo, Guiringisisis, Tancredus de Valriaco, P. Humberti, A. de Saurra, W., Tripolis vicecomes, A., Tripolis raisius, P. de Cafaracha, B. de Bussarra, Hugo Senzaverz, P. de Cavomonte, B. de Trallo, W. de Lunello, B. Petri de Jherusalem, R. Crispini, regis pincerna, Humfredus de Torono, Philippus Neapolis; de burgensibus: P(ontius) de Sura, G(erardus) Isnelli, P(ontius) Geraldi, S(tephanus) Monachus, R(aimundus) Lamberti, W(illelmus) Rollendi, P(etrus) Gerbaldi, R. Arnaldi, Philippus Bornia, Firminus, R. Catalanus, R. Niger, A. Trun, P. Andreae, P. de S. Germano, P(etrus) de Monte ferrario, A. de Lambesco, R. Guasco, P. de Castronovo, G. Timonerius, Girbertus, P(etrus), comitis cancellarius, qui chartam dictavit. — Raimundus confirmat, se hoc donum fecisse B(alduini) III regis et M(ilesendis) reginae, R(aimundi), Antiocheni principis, et C(onstantiae) principissae nutu (Paoli I, p. 23—26, No. 23 [cf. p. 480—482]; Rey, Étude sur l'architecture des croisés en Syrie, Paris 1871, p. 265—270). **236**

**1145,** ind. VIII. — Galterius, Caesareae dominus, sigillo confirmat, patrem suum Eustachium Granerium fratribus S. Sepulchri per manum Giraldi prioris medietatem casalis de Fiaisse et vicinarum terrarum dedisse et se hoc donum auxisse,[1] sicut dictus pater diviserit territorium a casali S. Mariae Josaphat et casali S. Petri Caesareae et casali de la Forest et casali Sabarini et casali S. Johannis Sebastensis et a casali suo Bufles, et sicut ipse crucibus in rupibus factis et lapidibus terrae infixis designari jusserit. — Bernardus, Sidoniensis, Rorgo, Acchonensis episcopi, Hosto de S. Audemaro[2]) et Radulfus de Patingis, fratres Templi, Robertus de Franco Loco, Eustachius Escoflel, Arnaldus Costa, Rainerius de Cossia, Georgius Armenius, Gaufridus de Portu, Symon de Castelliono, Petrus Bassus (Rozière, p. 143—144, No. 71; Lois [ed. Beugnot] II, p. 511, No. 29; Migne, p. 1169—1170, No. 71; cf. Wauters II, p. 256. In linguam germanicam vertit et notis illustravit G. Rosen in Wochenblatt der Johanniter-Ordensballey Brandenburg 1863, p. 85, No. 14). **237**

[1]) Rozière, p. 99, 103: terra ultra flumen habenda. [2]) De quo Giry in Bibl. de l'école d. chartes 1874, p. 345—346.

( „ ). — S. Bernardus, abbas Claraevallensis, W(illelmum I), patriarcham Hierosolymitanum, ad humilitatem hortatur (Ep. No. 393). || Idem eundem rogat, ut fratribus Templi faveat (Ep. No. 175). **238**

( „ c.). — (Guido), abbas S. Mariae de Josaphat (Eugenio III) papae scribit conquerens de variis injuriis ab archiepiscopo Nazareno acceptis. Bernardus enim, primus episcopus Nazarenus, ecclesiam Ligionis cum parochia, jure parochiali, decimatione et decima casalis Thanis fratribus de valle Josaphat concesserat, quae omnia tempore ejusdem et successoris episcopi Willelmi, qui postea factus est archiepiscopus, libere possederunt. Iste vero privilegium fratribus ab Innocentio II datum vilipendens ecclesiam Ligionis cum decimationibus sibi vindicavit et quamquam a Willelmo I patriarcha commonitus fuit, Innocentio II mortuo in ecclesia quadam fratribus propria capellanum instituit, qui pro anima Willelmi de Buris missam caneret, et jure parochiali pleno investivit. Itaque in conventu Nazareno dicti fratres denuo Willelmum patriarcham adierunt, sed ab eo minime adjuti volentes nolentes dicto archiepiscopo marcam auri, rotam cerae aliam incensi necnon in civitate Hierosolymitana unius diei procurationem pro-

mittere coacti sunt, qua re abbas, ut ecclesiae suae jura ac privilegia restituantur, Sedem Apostolicam exorat (Delaborde, p. 56—58, No. 24). **239**

**1146** Febr. 20, ind. IX. Tyri. — Balduinus III, rex Hierosolymitanus, consensu matris Milisendis ad litem inter rusticos regii casalis Thaeresibena et casalis Bethfella, quod in territorio Tyriensi situm cum oliveto ecclesia B. Mariae de valle Josaphat possidebat, dirimendam ejusdem ecclesiae abbati Guidoni dictam terram, quam rustici regis ad casale Thaeresibena pertinentem vindicabant, tali conditione concedit et sigillo confirmat, ut fratres terram et olivetum cum horto quodam et cetera, quae in pertinentia casalis Herberti de Pazi tenebant, regi ejusque successoribus dimittant. — Fulcherius, ecclesiae Hierosolymitanae electus,[1] Bernardus, Sydoniensis, Benedictus, Torpeiensis (!),[2] episcopi, Petrus, Dominici Sepulchri prior, Aimericus, ejusdem canonicus, Godefridus, ejusdem thesaurarius, Johannes, Tyrensis archidiaconus, Ernesius, patriarchae cancellarius; de monachis ecclesiae vallis Josaphat: Paganus subprior, Petrus Gumbaldi; de baronibus: Manasses constabularius, Robertus Crispini pincerna, Orricus, vicecomes Neapolitanus, Sado marescalcus, Bernardus Vacherius, Geraldus Passerellus. Datum per manum Radulfi, cancellarii regii[3] (Delaborde, p. 60—61, No. 26). **240**

[1]) De quo Röhricht in ZDPV. X, p. 7—8. [2]) Num male scriptum pro: Tropeiensis vel Tripolitanus? Neutrius episcopi nomen scimus. [3]) De quo episcopo Bethlemitano ibid. X, p. 24—25; Paoli, Codice I, p. 492—493.

„ Jul. 13, ind. IX. Viterbii. — Eugenius III fratribus S. Sepulchri per manum Petri prioris privilegia ab antecessoribus concessa confirmat (Rozière, p. 36—41, No. 23; Jaffé-Löwenfeld, No. 8939). **241**

( „ ). — Gilebertus de Tyro, magister Hospitalis,[1] confirmat, se petiam terrae de Petro Barata, filio Gauterii Tiberiadensis, XXIII bisantiis et II modiis frumenti II annis post mortem Fulconis regis emisse, quo tempore ejusdem filius Balduinus III rex fuit constitutus. — Giraldus Passerels, auctorixator, Guillelmus de Japha, Herveus Brito, frater Hospitalis, Petrus Cementarius, Guillelmus Anglicus, Petrus Rex (Paoli I, p. 232, No. 187; Prutz, Malteserurk., p. 91, No. 9). **242**

[1]) Non commutandus cum Gilberto d'Assalit, magistro Hospitalis magno; cf. Delaville le Roulx, p. 84, not. 2 et in Revue histor. 1880, XIII, p. 185.

„ , ind. VIII. — Galterius, Caesareae dominus, ut se suosque, qui pro debitis ipsius Accone saepissime tenebantur capti, liberet, terram de Petro, drugomanno de Caco, CC bisantiis emtam, cum domo et area cisternae communi vicinis coram Balduino, archiepiscopo Caesariensi, DCCC bisantiis Raymundo, Hospitalis magistro, sigillo apposito vendit. Factum Balduino III rege, Fulcerio patriarcha. — Radulfus Alexander, Hugo, Balduinus magister, Johannes Pauper, Reinerius de Coron,[1] Eustacius Cosslel,[2] Arnoldus Costa, Engelbertus de Aria, Reinerius de Cossi,[3] Symon de Castello,[4] Johannes Longus, Georgius, Manasses, Hugo de Caco (Delaville le Roulx, p. 80—81, No. 8 [cf. p. 15]; Prutz, p. 90—91, No. 8). **243**

[1]) Toron? [2]) Escoflel etc.; cf. supra No. 52. [3]) Alias Cossia, Cassia. [4]) Alias Castellione.

**1147** Febr. 1. Joppae. — Balduinus III, rex Hierosolymitanus, consensu Milesendis matris pactum sigillo confirmat, quod fratres Hospitalis per manum Raimundi magistri cum Roberto S. Egidii et uxore ejus Odula, Rohardo

vicecomite et Gilla uxore consentientibus coram Willelmo patriarcha et Fulcone rege Hierosolymis et Neapoli de terra Emaus fecerant. — Robertus, archiepiscopus Nazarenus, Rogerius, episcopus S. Georgii, Gaufridus, abbas Templi Domini; de baronibus: Gilelmus de Burri, Rohardus vicecomes, Robertus casalis S. Egidii, Ranerius Rametensis, Robertus de Frandolio, Constantinus de Cau, Milo Clericus, Gaufridus de Acu, Rainaldus de Monte Lauduno; de fratribus Hospitalis: Raimundus Palacii, Stephanus Capellae, Petrus thesaurarius, Raimundus, Gerardus. Datum per manum Radulfi, cancellarii regii (Delaville le Roulx, p. 81—83, No. 9; cf. p. 15. De hoc pacto cf. supra No. 201). **244**

**1147** Jul. 4, ind. IX.[1]) Neapoli. — Balduinus III, rex Hierosolymitanus, cum matre Milesendi, et Amalrico, fratre Hospitali Altum casale et pro concambio casalium vallis Suech, quae Gumfredus de turre David et uxor Jda contulerunt, II casalia Alto casali viciniora, deinde quaecunque Hospitali antecessores regis donaverunt, concedit et sigillo confirmat. — Robertus, archiepiscopus Nazarenus, Gaufridus, abbas Templi Domini, Elinardus[2]) Tyberiadensis, Guido Berytensis, Manasses constabularius, Reinerius Ramatensis, Hemfredus de Torono, Giraldus Sidoniensis,[3]) Galterius Caesariensis, Roardus, vicecomes Jerosolymitanus, Phylippus Neapolitanus, Gualo, vicecomes Tyberiadensis, Gervasius Burgundio, Gualterius Maledoctus, Johannes Geroman, Robertus de Frandolio, Maingodus de Genuino, Paganus de Voh, Jhebaldus[4]) Nazarenus, Hubertus de Legione, Hugo de Bethsan, Adalardus Recestensis,[5]) Giraldus, vicecomes Achonensis, Mainardus. Data per manum Radulfi, regii cancellarii (Paoli I, p. 26—27, No. 24; cf. p. 482—485). **245**

[1]) Indictio quadrat in annum 1146. [2]) De quo Guill. de Tyro XVI, c. 4; XVII, c. 11. [3]) De quo Archives de l'Orient latin I, p. 673—675; Röhricht, Amalrich I, p. 455—456. [4]) Alias Thebaldus. [5]) Alias de Retest.

„ Sept., ind. XI. — Rogerius, episcopus Ramatensis, consensu capituli S. Georgii fratribus leprosis S. Lazari medietatem decimarum tam fructuum terrae quam nutrimentorum casalis, quod infirmorum vocatum in territorio Ramatensi possident, confirmat. — Constantinus, presbyter et decanus, Balduinus, Gillebertus, Durandus, Jordanus, presbyteri, Hugo diaconus; de laicis: Gulferius Normannus, Geraldus vicecomes, Gwalterius de Mahumeria. Datum per manum Rainerii scriptoris (Cibrario, p. 223—224; Ferrand, p. 13—14; Archives de l'Orient latin II B, p. 125, No. 4). **246**

„ (Jan.). — Ansaldus Mallonus, Guillielmus Niger, Lanfrancus Piper et Cafarus, consules Januenses, qui quondam Nicole Embriaci bona communi Januensi jure obvenisse, pronuntiaverant, quum Guillielmus Embriacus[1]) vel ejusdem heredes pactum de civitatibus Gibelli, Sollini, Lehziae et Anthiochiae reddendis et de eorum redditibus non observaverint, quod in XX annos valiturum inter ipsum et anteriores consules factum fuit, tamen causa diu ventilata filios et heredes dicti Nicolai a petitionibus suis, CCC libris acceptis, absolvunt. Factum in capitulo. — Guilielmus de Columba notarius scripsit, Obertus Turris cancellarius subscripsit (Liber jurium I, p. 133, No. 137). **247**

[1]) Cf. Heyd I, p. 158—159, 162, 322.

„ — Robertus comes, filius Actonis comitis, consensu uxoris S. comitissae ecclesiae Montis Thabor per manum Huberti abbatis transitum Tronti a patre concessum confirmat (Paoli I, p. 203, No. 159; cf. p. 537). **248**

**1148** Maj. 7, ind. XI. Bisuntii. — Eugenius III ecclesiam S. Sepulchri in protectionem suscipiens privilegia praedecessorum omnino per manum Petri I prioris confirmat ac concedit, ut idem ejusque successores de possessionibus et bonis dictae ecclesiae libere disponant (Rozière, p. 42—44, No. 24; Jaffé-Löwenfeld, No. 9260). **249**

„ Jun. 24. Palmae. — Curia generalis de bello Saracenis inferendo habita, cui intersunt Conradus III, rex Theutoniae, ejusque frater Otto, Frisingensis, Stephanus, Mettensis, Henricus, Tullensis, episcopi, Theotinus, episcopus Portuensis, Sedis Apostolicae legatus, Henricus, Austriae, Guelfo, Fridericus, Sueviae, duces, Hermannus, provinciae Veronensis marchio, Bertholdus de Andes, Guillelmus, marchio de Monteferrato, Guido, comes de Blandrata, praeterea Ludovicus VII, rex Franciae, Godofridus, Lingonensis, Arnulfus, Lexoviensis, episcopi, Guido de Florentia, cardinalis presbyter S. Chrysogoni, Sedis Apostolicae legatus, Robertus, Perchensis, Henricus, Trecensis, Theodericus, Flandriae, comites, Ivo de Neella Suessionensis, denique Balduinus III, rex Hierosolymitanus, Fulcherius, patriarcha Hierosolymitanus, Balduinus, Caesariensis, Robertus, Nazarenus, archiepiscopi, Rorgo, Acconensis, Bernardus, Sidoniensis, Guillelmus, Berytensis, Adam, Paneadensis, Geraldus, Bethlemitanus, episcopi, Robertus, Templi, Raimundus, Hospitalis S. Johannis, magistri, Manasses, constabularius Hierosolymitanus, Gerardus Sidoniensis, Galterius Caesariensis, Paganus, dominus regionis trans Jordanem sitae, Balianus senior, Honfredus de Torono, Guido Berytensis (Guill. de Tyro XVII, c. 1; cf. Gesta Ludovici, p. 403—404; Otto Frising., p. 385; Kugler, Studien zur Gesch. d. zweiten Kreuzzuges, p. 188; Röhricht, Beiträge II, p. 74, 100, not. 63). **250**

„ , ind. X. Hierosolymis. — Fulcherius, patriarcha Hierosolymitanus, confirmat, Anfredum de Torono leprosis S. Lazari X quintardos racemorum et X bisantios in tempore vindemiarum de terra S. Abrahae singulis annis recipiendos concessisse. — Rogerius, patriarchae capellanus, Fredericus, S. Lazari capellanus; Fulco et Frogerius milites, Brictius, burgensis Hierosolymitanus, Seardus, Surianus de S. Abraha, Gillebertus, miles et frater Hospitalis; uxor ipsius Anfredi ejusque filius confirmant coram Guidone, domino Scandaleonis, teste. Datum per manum Ernesii cancellarii (Cibrario, p. 224; Ferrand, p. 15; Archives de l'Orient latin II B, p. 127, No. 6). **251**

„ — Barisanus consensu Hugonis et Balduini filiorum infirmis S. Lazari secus muros Hierosolymitanos sigillo fratrum Templi donum confirmat, quod olim Reinerius de Ramis, Stephania, matre sua, Barisano ipso, Hugone et Balduino ejus filiis, et ipsius Reinerii nepotibus necnon Ysabella uxore sua et muliere Barisani, sorore ejus, consentientibus, dederat, scilicet X carrucatas terrae in territorio casalis Galteri de Bulion (Builon) dicti sitas et alias II, quas idem Reinerius in casali de Buflis donaverat. — Arnulfus de Sangien, Guerricus de Fumel, Arnulphus de Salinis, Balduinu Latro, Buimundus, Galterius de S. Quintino, Galterius Flamengus, Balduinus de Treis Besaces; de fratribus Templi: Petrus capellanus, Andreas de Muntbar dapifer, Johannes de Barris, Willelmus de Rocha, Radulfus conversus, Thomas Hernium, Lenonus. Datum per manum Petri antedicti capellani (Archives de l'Orient latin II B, p. 126—127, No. 5). **252**

**1149** Febr. 1, ind. XII. — Raimundus I, princeps Antiochenus, assensu uxoris Constantiae, Buamundi II, junioris unicae filiae, concedit et sigillo

confirmat Hospitali, quaecunque a Boamundo I, patre uxoris, Tancredo et aliis principibus in terra Antiochena unquam dono acceperat, praeterea donat quoddam grippum in lacu ea libertate, qua Adam de Guirchia castellanus et alii barones sua ibidem possident, et domum Barutelli cum pertinentiis, quam Barutellus coram principe ejusque baronibus Hospitali dederat, scilicet illam, quam idem cum uxore sua Sarracena primitus fecit Antiochiae. Deinde permittit Antiochenis baronibus, ut Hospitali donent, quaecunque velint, nisi his donis feodum militis tantum minuatur, ut curia servicium suum perdat, denique concedit beneficia olim collata: in urbe Antiochiae domum cum horto prope ecclesiam S. Johannis os aurei, cavutam [1]) in vico Amalfitanorum,[2]) domunculam cum horto in vico S. Pauli, extra Antiochiam casalia Assis, Ursan, Melessin [3]) cum pertinentiis, quae Boamundus donavit, in territorio Harenc [4]) casale Balilas, in terra Aroniae[5]) casale Churar [6]) cum pertinentiis, in territorio Turbasselli casale Cizenburg[7]) cum pertinentiis, ante Tilium gastinam Aganir cum pertinentiis, casale Gadir [8]) cum pertinentiis, casale Ubrē [9]) cum pertinentiis, in terra Mamistrae casale Sarata cum pertinentiis, in terra Cafardan casale Muserac cum pertinentiis; denique Hospitali concedit, ut immunitate in toto territorio Antiocheno fruatur. Factum anno XIII principis Raimundi. — Johannes cancellarius, qui chartam scripsit, Rogerius constabularius, Leo Majopoli dux, Petrus Armoini castellanus, Eschivardus dapifer, Petrus Salvarici pincerna, Garinus Malmut marescalcus, Willelmus Tirelli marescalcus, Symon frater ejus, Petrus vicecomes. Hanc chartam Petrus, Valaniensis episcopus, precibus Nicolai Lorgne, castellani Margati, sigillo corroborat et Johannes de Bethlehem, auctoritate Apostolica nuntius publicus, authenticum de mandato ejusdem Nicolai castellani transscripsit (Paoli I, p. 27—28, No. 25; cf. p. 485—486). **253**

Paoli, p. 38: [1]) canutam, [2]) Malfetanorum, [3]) Melessis, [4]) Harene, [5]) Aironiae, [6]) Churac, [7]) Cisemburgh, [8]) Cadir, [9]) Ubrie.

**1149** Febr. 6 vel **1150** Febr. 5. — Gilebertus de Tyro, Hospitalis Tyriensis magister, se terram, quae terrae Hospitalis vicina est, de domina Beliorna, Roberti Scandaleonis uxore, ejusque filiis Ysaac et Rolando emisse, confirmat. — Wuillelmus de Japha, Herveus Brito, Renoldus Cementarius, Radulphus Corviserius, Pandulphus Corviserius, socius ejus, Henricus Tanerius, Stephanus de Hospitali, Petrus Lumbardus (Delaville le Roulx, p. 84—85, No. 10 [cf. p. 15]; Prutz, p. 91, No. 9). || Cf. supra No. 242. **254**

„ Jul. — Anfredus, castellanus S. Abrahae, cum uxore sua Martino ejusque uxori cortillum censu II bisantiorum annuali in praesenti curia regia concedit. — Roart Benscelinus vicecomes, Brictius, Rainaldus Sicherius Petraguoricensis, Petrus Salomonis, Ymbertus de Baro, Symon, Hugo de Tolosa, Arbertus de Arcu, Judas; Fulcherio existente patriarcha, Baldoino regnante, testibus: domno Philippo, Johanne de Valentina, Gervasio, Petro Burdillo (Rozière, p. 214—215, No. 112; Migne, p. 1209—1210, No. 112; cf. Wauters II, p. 309—310). **255**

„ , ind. XII. — Milisendis, regina Hierosolymitana, sigillo confirmat, se assensu filii Balduini III regis cum Raimundo, Hospitalis magistro, pro balneis in vico S. Leonardi Acconis sitis mutavisse logiam ejusdem civitatis ante fores ecclesiae S. Johannis Baptistae sitam, domos, quae fuerunt Franconis, castellani Acconensis, et terram, quae in latere dextro est viae, qua

ab urbe itur ad Casale album camerarii, ab altera vero parte dividitur cum terra Casalis albi, a secunda cum Disdero (sic), a tertia cum Surianis. Praeterea emptionem ab eodem Raimundo magistro factam de domo Roberti, vicecomitis Acconensis (cujus venditio ex concessione Agnetis, uxoris suae et matris, legitime facta fuit per manum Clarembaldi, vicecomitis Acconensis) cum turre domui adjacente et appendiciis, ratam esse declarat. Deinde concedit, ut casale Assera, quod dictus Raimundus ab Johanne, domino de Bethsan, exceptis rusticis, cum pertinentiis emerat, eidem Hospitali sit et maneat. Factum Balduini III regis anno V. — Testes cambitionis in prima charta memoratae: Geraldus de Valentia, cujus manu cambitio facta fuit diebus vicecomitatus sui, Menardus de Portu, Deauratus et alii; emptio vero casalis Assera ab Johanne de Bethsan facta est testibus: Ysaac, dapifero regiae curiae, Hugone, avunculo dicti Johannis, Thoma ejusque uxore, Gualterio de Caesarea ejusque filio Eustachio, quorum istud feudum erat, Oddone Strabone (Paoli I, p. 28—29, No. 26; cf. p. 486—487). **256**

**1150** Maj. 24, lun. XXIV. — Rotbertus de casali S. Egidii confirmat, se cum uxore Odula domui Hospitalis per manum Raimundi magistri consensu Roardi ejusque uxoris Gillae, de quibus feudum tenebat, necnon Fulconis regis, Melisendis reginae et Willelmi patriarchae quibusdam conditionibus terram apud Emaus tradidisse. — Galterius Maledoctus,[1]) Rotbertus de Frandolio, Radulphus lo Bome, Pesellus de casali S. Egidii, Dudo, ejus filius, Godardus de Buslus,[2]) Gybelinus, filius Esquetini, Rotbertus, nepos Bartolomaei, Johannes de Bolona, Fulco de Cremerm, Radulfus lo Bos, Odo de Mozel, Angelran de Bolona, Baldoinus lo Bufles, Galterius, filius Yngonis; de fratribus Hospitalis: Berengarius praeceptor, Petrus Wun, Andreas de Venetia, Nicholaus, Stephanus (qui omnes excepto Berengario sacerdotes sunt), Amoranius, Raimundus thesaurarius, Robertus pincerna, Enricus, Geraldus de Camera. Wilelmus, notarius scripsit (Delaville le Roulx, p. 85—86, No. 11 [cf. p. 15]; Prutz, p. 92, No. 10). Cf. supra No. 244. **257**

[1]) Alias Malduiz, Maldunz, Malduth. [2]) Alias Bufles.

„ Jun. 22, ind. XIII. Accon. — Baldewinus III, rex Hierosolymitanus, fratribus S. Lazari extra muros Hierosolymitanos XIII carrucas vineae in planis Bethleem sitas et a Melengano Syro regulo ML bisantiis et equo emtas sigillo confirmat. — R(adulfus), Tyri electus, Adam, regis capellanus, Hugo de Bethsan, frater Templi, Symon Tyberiadensis, Clerembaldus, vicecomes Acconensis, Willelmus de Barra, Guillelmus, elemosinarius regis, Hugo de Aulans, frater domini illius, cui hoc privilegium datum est. Scriptum per manum Danielis, clerici regis, fratris Salientis in Bonum Hugonis et factum Fulcherii patriarchatus anno IV (Cibrario, p. 227; Ferrand, p. 19—20; Archives de l'Orient latin II B, p. 128, No. 7). **258**

„ post Jun. 22, ind. XIII. — Milesendis, regina Hierosolymitana, emtionem antedictam sigillo confirmat. — Amalricus, filius reginae, Rohardus Bencellinus vicecomes, Philippus de Neapoli, Manases constabularius, Johannes scriba, Erneis, patriarchae cancellarius, Fulco de Gerin, Nicholaus camerarius, Johannes de Valancienes, Britius, Herbertus Longobardus, Petres de Pirregort, Herbertus Strabo, Rainaldus Sechir, Petrus Salomon, Senoreth li Palmentirs, Petros (Cibrario, p. 227; Ferrand, p. 20—21; Archives de l'Orient latin II B, p. 129, No. 8). **259**

(**1150**). — Petrus, abbas Cluniacensis, Ebrardum, Templi magistrum, rogat, ne Humbertum de Bellojoco nuper a partibus transmarinis domum reversum ac Templi religionem professum in Terram Sanctam redire jubeat (Ep. Petri, lib. VI, ep. 26; Bouquet XV, p. 650—651, No. 31; Bibl. Cluniac., p. 924—926); in eundem fere modum scribit ad Eugenium III papam (Ep. Petri, lib. VI, ep. 27; Bouquet, p. 651—653, No. 32). ‖ Idem abbas eodem anno Anselmum, episcopum Bethlemitanum, et (Fulcherium), patriarcham Hierosolymitanum, rogat, ut fratribus Ordinis Cluniacensium faveat, et Drogonem, praecentorem Nivernensem, commendat (Bibl. Cluniac., p. 698—699; Petri Cluniac., Ep. lib. IV, ep. 46—47; Migne, Patrol. lat. CLXXXIX, p. 161—164, No. 31; p. 269—270, No. 46; p. 270—271, No. 47); epistolam ad fratres Montis Thabor cf. in lib. II, ep. 44. **260**

( „ ). — E(verardo), Templi magistro,[1]) frater A(ndreas de Montebarro),[2]) ejusdem domus dapifer, nuntiat, principem Antiochiae[3]) cum omnibus baronibus regni proelio cecidisse et hostes terram Antiochenam ingressos plurima castella munivisse ac tenere, christianos quidem CXX milites et M pugnatores armavisse, priusquam fratres Templi pontem Tyri transiissent, VII millia bisantiorum Accaronensium et M Hierosol. mutuo accepisse et, postquam Antiochiam venissent, soldanum de Estanconia[4]) et Parthos de Corrazana[5]) messes abstulisse. Qua de re dictus frater A. magistrum rogat, ut celeriter redeat, postquam papae et regibus occidentis miserabilem Terrae Sanctae statum exposuerit (d'Achery, Spicileg. III, p. 501; Bouquet XV, p. 540—541; Migne, Patrol. lat. CLXXXIX, p. 434—436, No. 26; Cibrario, p. 18—21). ‖ Hoc nuntio accepto S. Bernardus, ut de auxilio ferendo consulatur, scribit ad Eugenium III papam (Ep. 256; Bouquet XV, p. 615, No. 95), ad Sugerum (Ep. 380; Bouquet XV, p. 614, No. 93, ubi mentionem facit epistolae, «quam attulerunt magister Templi et frater Johannes») et Petrum abbates (Ep. 364; Bouquet XV, p. 614—615, No. 94), sed conventui Carnotensi ad hunc finem convocando interesse se posse plurimi negaverunt, ut Petrus (Ep. lib. VI, ep. 20; Bouquet XV, p. 648—649, No. 29: ad Sugerum; idem ad S. Bernardum Ep. VI, ep. 18; Bouquet XV, p. 649—650, No. 30), Sugerus (ad Petrum Cluniacensem in Bibl. Cluniac. p. 918; Ep. lib. VI, ep. 19; Bouquet XV, p. 523, No. 1107) abbates et alii (Bouquet XV, p. 523—524, No. 108 et 109). **261**

[1]) Qui cum Ludovico VII, rege Franciae, in Terram Sanctam (Odo de Diogilo in Mon. Germ. SS. XXVII, p. 66) profectus inde in Franciam redierat et c. 1160 chartam Parisiensem sigillo confirmat (Cartul. génér. de Paris, p. 366, No. 420). [2]) Ad quem S. Bernardus de infelici exitu secundi belli sacri scripsit a. 1151 (Ep. No. 288). [3]) Raymundus princeps 27 Jun. 1149 occisus est (Guill. de Tyro XVII, c. 9). [4]) Id est Iconii? [5]) Aperte Turcomani provincia Chorassan egressi.

„ (1149), ind. XII. — Milesendis, regina Hierosolymitana, Balduini III regis et Amalrici filiorum assensu Hospitali casale de Beroeth et agricolas cum pertinentiis eadem libertatis integritate, qua diebus obsessionis Antiochenae exstiterat, donat et quibusdam conditionibus sigillo regis concedit. — B(alduinus), Caesareensis, R(obertus), Nazarenus, archiepiscopi, G(aufredus), abbas Dominici Templi, Barisanus et ejusdem filius Hugo, Manasses constabularius, Roardus de Jerusalem, Hanfredus de Turone, Galterius Maledoctus, Guido Gallicus, Robertus de Franlos, A(malricus), vicecomes de Neapoli, et filius ejus. Datum per manum Frederici c(ancel-

larii), Fulchero patriarcha, Balduino quarto rege (Paoli I, p. 30—31, No. 28; cf. p. 487—488). 262

**1150** (1151), ind. XIV, epact. I, concurr. VII. Laudeciae in palatio. — Postquam Adelicia, Laodiceae principissa, terram filiis Radulfi Boerii injuste ablatam Guarnerio de Burgo accommodavit, sed coram Geraldo, episcopo Laodicensi, et aliis Boërii filiis reddidit, Martinus Gelnus,[1]) qui eandem per successionem acceperat, coram Constancia, Antiochenorum principissa, et baronibus Laodicensibus, assensu heredum Garnerii ejusque uxoris filiis Radulfi dedit, qui eandem Hospitali vendiderunt. Constancia vero, quicquid juris in eadem terra habebat, et II carrucatas illi cohaerentes Hospitali concedit et sigillo principali confirmat. Datum est in manibus Willelmi, qui tunc in Antiocheno territorio Hospitali praeerat. — G(eraldus), episcopus Laudicensis, Ugo de Bolerii, Theobaldus de Corith,[2]) Willelmus de Cursavalle, Rogerius de Loges, Ivo de S. Galeri, Willelmus Tyberiadis, Gislabertus de Mesi, Assetus Dux (Paoli I, p. 29—30, No. 27). 263

[1]) Alias Galnus (Jalnus?). [2]) Alias Corizo (Korykos).

( „ c.)*. Presbyter Johannes, dominus dominantium, Emanueli, imperatori Constantinopolitano, innumerabiles divitias regni sui exponit (Zarncke, Commentatio de epistola, quae sub nomine presbyteri Johannis fertur, Lipsiae 1874, 4⁰, p. 34—57; cf. 3—33, ubi de codicibus et editionibus copiose agitur; idem disseruit: Quis fuerit, qui primus presbyter Johannes vocatus sit, Lipsiae 1875, 4⁰, 28 pp. et copiosissime: Der Priester Johannes in Abhandl. d. Königl. Sächs. Gesellsch. d. Wissensch. 1876, XIX, p. 1—180 et XVII, 1879, p. 827—1028; textum epistolae nostrae cf. ibid. p. 909—934, praefationem criticam p. 872—908 et de versionibus epistolae germanicis ibid. p. 947—1028). 264

( „ c.?). — Morage raiz coactus necessitate debiti regis ejusque assensu quandam partem domus, in qua molendinum habuerat, CXX bisantiis et XII modiis frumenti canonicis S. Sepulchri, qui hanc emptionem faciunt ad augmentandas stationes, quas in excambitu terrae fecerunt, quam habuerunt de Hospitali domui dicti Morage vicinam, vendit (Rozière, p. 218—219, No. 116; Migne, p. 1211—1212, No. 116). 265

**1151** Maj., ind. XIV. (Tyri?). — Anfridus, dominus Turoni, consensu uxoris et filii Anfredi leprosis S. Lazari XXX bisantios in casali Turroni annuatim recipiendos Petri, Tyrensis archiepiscopi,[1]) sigillo et auctoritate usus confirmat.—Andreas dapifer, Radulfus de Patingis, Goffridus Fulcheri,[2]) confratres Templi; Stephanus, capellanus Aenfridi, Johannes durgumannus, Reinaldus de Trevanna, Guillelmus de Agundel, Anfridus, serviens dominae Albereae. Factum anno Baldewini regis IV (Cibrario, p. 228—229; Ferrand, p. 21—22; Archives de l'Orient latin II B, p. 129—130, No. 9). 266

[1]) De quo ZDPV. X, p. 17; fuerat prior S. Sepulchri. [2]) Postea procurator Templi factus, qui a. 1171 Parisiis «praeceptor Franciae» vocatur (Musée d. arch. nation. 108: K. 25, No. 4) et a. 1179 Alexandro III epistolam scribit (Le Vasseur, Annal. de Noyon, p. 903).

„ , ind. XIII. — Amalricus,[1]) S. Sepulchri prior, cum toto conventu Nemes Suriano, filiis et filiis fratris ejus Antonii terras et vineas, quas tenent apud Calandriam, ea conditione sigillo concedit, ut inde medietatem proventus annuatim reddant. — Aimericus subprior, Giraldus praecentor, Raul,

[1]) Anno 1158 patriarcha Hierosolymitanus factus (ZDPV. X, p. 43).

Willelmus Normannus, Balduinus, Godofridus, Nicholaus, Ademarus, Petrus Sepulchri, Willelmus de Baruth, Hugo, Johannes, Hulricus, Willelmus Ispanus, Petrus de Latina, Petrus Boloniensis (Rozière, p. 159—161, No. 81; Migne, p. 1078—1079, No. 81). **267**

**1151**, ind. XIV. — Milisendis, regina Hierosolymitana, privilegium supra (No. 200) laudatum sigillo confirmat. — Giraudus (Giraldus), Bethlemita episcopus,[1]) Arnulfus, ejusdem ecclesiae canonicus, Gaufridus, abbas Templi, Rogerius canonicus, Amalricus, comes Jop(p)e, Manasses constabularius, Philippus Neapolitanus, Rohardus, Radulfus Strabo, Orricus, Neapolis vicecomes, Balduinus,[2]) filius ejus, Balduinus Bubalus, Gauterius Malduit, Johannes Vacher; de burgensibus: Tosetus, Umbertus de Bar, Petrus de Per(r)egort, Symon Rufus, Albertus Lombardus (Rozière, p. 90—92, No. 49; Lois [ed. Beugnot] II, p. 512—513, No. 30; Migne, p. 1137—1139, No. 49). **268**

[1]) De quo ZDPV. X, p. 24. [2]) Rozière, p. 91, not. 5 corrigendum esse censet: Henricus.

„ , ind. XIV. — Milisendis, regina Hierosolymitana, molendinum Davidicae portae et turri noxium destructura pro eodem leprosis S. Lazari vineam in planis Bethleem sitam et V terrae carrucatas continentem ea conditione sigillo concedit et confirmat, ut Georgius et Salomon, dictae vineae cultores, medietatem inde percipiant. — Andreas, Templi dapifer, Gilbertus de Lisuncort, Radulfus Strabo, vicecomes Hierosolymitanus, Nicholaus camerarius, Bencellinus (Cibrario, p. 228; Ferrand, p. 20—21; Archives de l'Orient latin II B, p. 130—131, No. 10). **269**

„ — Armensendis de Castro novo consensu Raimundi II, comitis Tripolitani, Hodiernae comitissae et Caeciliae uxoris necnon filiarum suarum Berengariae et Leodegarii (sic), quarum uterque maritus vocatur Hugo, sigillo dicti comitis confirmat, Raimundum, Hospitalis dispensatorem, a se II casalia Kafarique et Fellara cum pertinentiis necnon domos quasdam Castelli Albi accepisse, de dono vero dicti comitis domos, quae sunt in burgo, casale Cendina supra flumen situm et vineam quondam Hassenni Riserii, ex concessione vero dicti comitis domos in castello sitas, quas Rigaudus testamento dederat.—Arnaudus de Crest, constabularius Tripolis, Guillelmus de Lulen marescalcus, Guillelmus Rainoardus, Rainoardus, filius ejus et dominus Tortosae, Silvius Rotbertus, Gillebertus de Podio Laurentii, Guillelmus Porcellet, Bertrannus Porcelet, filius ejus, Humbertus de Cabreria, Willelmus de Crat, Hugo sine censu, Guillelmus Aurei, Guillelmus Embriac, Petrus de Liveriis, Ligerius, Guillelmus de Trans, Guillelmus de Jocuis, Hugo de Rossillon, Bertrannus de Merguil, Rogerius de Colea, Pontius de Sura, Guillelmus Isnel, Guillelmus Ducis, vicecomes Tripolis, Petrus de Montferrat,[1]) Raimundus Lambertus (Paoli, Codice I, p. 239, No. 194). **270**

[1]) Alias Monteferrario.

( „ c.). — A(malricus), S. Sepulchri prior, Balduino de Tornaco in confraternitatem recepto in Natali Domini, in Pascha et Pentecosti, in festis S. Augustini et Omnium Sanctorum praebendam sive Hierosolymis sive Mahumeriae, terraticum necnon decimam vineae, quam ipse habebat juxta Gabaon, quoad vivat, concedit, quum idem Balduinus, quicquid de rebus vel hereditate fratris Roberti Porcarii calumniabatur, dimiserit necnon quartum et decimam vineae suae in terra ejusdem Roberti sitae post mortem

suam tenendam dictis canonicis donaverit (Rozière, p. 242, No. 130; Migne, p. 1221—1222, No. 130). **271**

(**1151** c.). — Canonici S. Sepulchri cum Roberto de Retesta de terra quadam a Balduino I rege donata, quae Birrae sive Mahumeriae sita et ejusdem casali Salome vicina est, concordiam ineunt. — Radulfus Strabo, Adam Niger et ejus frater Fulco, Symon, burgensis Jerusalem, Balduinus de Tornai, Petrus Joppensis, Arnulfus, filius ejus, Johannes Guidardus (Rozière, p. 245—246, No. 132; Migne, p. 1223—1224, No. 132; cf. Wauters II, p. 346). **272**

( „ c.?). — Gibelinus miles, filius Anschetini, consensu uxoris Agnetis et filii Anselini, Hugonem, generum suum, et Willelmum Normandum fidei jussores constituens canonicis S. Sepulchri casale Saph(ar)oriam CLXXX bisantiis et pellitia quadam vendit. — Johannes, dapifer regis, Gaufridus, dominus patriarchae,[1]) Petrus de Petragorc, Symon Rufus, Britius, Albertus Lombardus, Balduinus de Tornac, Robertus de Josaphat; concessionis vero Agnetis, uxoris Gibelini, et filii eorum Anselini, qui a canonicis perpetuam concessionem V bisantiorum et ensem acceperunt, sunt testes: Brictius, Willelmus Beraldi, Albertus Lombardus; de juratis Jerusalem: Symon Rufus, Rainaldus Sicherius, Albertus Tortus, Guibertus Papais, Arnulfus, juratus de Mahumeria (Rozière, p. 246—247, No. 133; Migne, p. 1224—1225, No. 133; cf. Wauters II, p. 346). **273**

[1]) Aperte legendum est: Dominicus Patriarchae, qui memoratur in Rozière, p. 253, No. 138.

**1152** Febr. 5 (Iun. XXVI). — Robertus de casali S. Egidii et uxor Odula, se de redditu terrae de Emaus scilicet de D bisantiis ab Hospitalis fratribus annuatim solvendis Raimundo, ejusdem domus magistro, C remisisse, confirmant, pro his vero C bisantiis Raimundum M bisantios in emptione casalis de Teira prope Calanson siti Pisello de casali S. Egidii et Dudoni filio concessu Gualterii Maledocti et Milisendis uxoris dedisse, de quibus Pisellus istud feudum tenebat; hunc vero Pisellum cum uxore Arsen, Dudone et Johanne filiis, priorisque uxore Agnete praedictum casale de Teira coram Gualterio Maledocto et uxore Milisende Raimundo tradidisse. — Gualterius Maledoctus et uxor Milessendis, Pisellus de casali S. Egidii et Arsen uxor, Dudo filius et Agnes uxor, Godardus de Bufles et Orable uxor, Johannes, filius Piselli, Nicholaus de Arsur et Alaen de Arsur, Fulco Rufus de Laodicia, Robertus de casali S. Egidii et Odula uxor, Elisabeth filia, Stephanus de Napulis, Stephanus Audax, Ansquetinus Nortmannus, Lericus filius, Rainerius vicecomes. — His igitur actis Raimundus magister Robertum de casali S. Egidii et Odulam uxorem de praedicto casali quibusdam conditionibus vestit et saisit. — Gualterius Maledoctus, Godardus de Bufles, Guido, filius Nortmanni de S. Georgio, Rotbertus de Pinqueni, Erbertus de Arcu Judae, Guibertus Papah, Radulfus Bordin, Folco, nepos Bancelini, Petrus Sepiarius, Boimundus, frater Girardi de Acon, Gualterius, nepos Roberti de casali S. Egidii, R(obertus) de casali S. Egidii; de fratribus Hospitalis: Nicholaus, Stephanus,[1]) Petrus de Gap, Girardus Mainardi, sacerdotes; de laicis: Berengarius praeceptor, Geraldus thesaurarius, Enricus pincerna, Girbertus de Camera. Factum Fulcherio patriarcha, Balduino III rege (Delaville le Roulx, p. 86—89, No. 12 [cf. p. 15]; Prutz, p. 93—94, No. 11). **274**

[1]) de Neapoli.

**1152** Jun. 28, lun. XXVIII. Tripoli in ecclesia S. Mariae. — Maurinus coram Guidone, S. A. legato,[1]) et Balduino, archiepiscopo Caesariensi, quibusdam conditionibus domui Hospitalis per manum Raimundi magistri omnia bona sua praesentia ac futura donat (Delaville le Roulx, p. 89—90, No. 13 [cf. p. 15]; Prutz, p. 94—95, No. 12). **275**

[1]) de S. Chrysogono cardinali, qui secundo bello sacro interfuit (Guill. de Tyro XVII, c. 1; supra No. 250).

„ Sept. 23, ind. XIV. Hierosolymis. — Balduinus III, rex Hierosolymitanus, pro juvamine et consilio, quae ipsi in personis et rebus terra marique praestiterunt, praesertim quum ad succursum Esqualonae [1]) et Joppae III milia bisantiorum dederint, civibus Massiliae, quod dictum commune Hierosolymis et Accone possidet, scilicet rugam, ecclesiam et furnum necnon liberum aditum et exitum sigillo confirmat et castellum Rame, quod in divisione Esqualon et Joppae est, concedit. — Amalricus, frater regis, Philippus Neapolitanus, Raymundus, comes Tripolitanus, Roardus, Balduinus de Insula, Rainaldus de Sidon, Ulricus, vicecomes Neapolitanus, Balduinus, ejusdem filius, Bohemundus ejusque frater Constantinus, Petrus de Soppe (sic), Joscelinus de Sansac,[2]) Andreas de Miradel,[3]) Jacobus de Montgisac,[4]) Gualterius de Caimont. Datum per manum Radulfi cancellarii (Papon II, p. XVII—XVIII, No. 18 [cf. p. 225]; Ruffi I, p. 93; Méry I, p. 183—184; cf. Heyd I, p. 147). ‖ Hoc privilegium Clemens III et Innocentius IV confirmant (Ruffi, l. c.). **276**

[1]) De cujus captione cf. Röhricht, Amalrich I, p. 432—433. [2]) Alias: Samosac. [3]) Alias: Mirabel. [4]) Alias: Montgisart.

„ , ind. XV. — P(ontius), ecclesiae S. Salvatoris de Monte Thabor abbas, assensu G(uidonis), S. R. ecclesiae cardinalis et orientalis Legati, et monachorum dictae ecclesiae Tubaniam et Geluth Hugoni de Bethsa(n), (con)fratri suo, sigillo concedit, qui jura ecclesiae S. Salvatoris, scilicet decimam horum casalium, primo quidem abstulerat, sed nunc restituit et corpus suum ab heredibus suis in dicta ecclesia aliquando sepeliri jussit; si vero heredes in hoc defecerint, dicta casalia ad ecclesiam dictam reversura esse. — Romanus, Johannes, Robbertus, Raimundus, Johannes Petrus, Johannes cantor, Arnoldus Marcuda, Bertrannus, Ugo de Jherusalem, Girardus Pisanus, Petrus, Uguelinus, Stephanus Manzo, Iterius, Willelmus de Tripolim, magister Willelmus, canonicus Sydoniae, magister Georgius, Lancelinus, Willelmus de Avers, Alexius presbyter (Paoli I, p. 204, No. 160; cf. p. 537). **277**

„ , ind. XV. — Milesendis, regina Hierosolymitana, calumniam, quam canonicis S. Sepulchri de villanis casalis Bethsuriae, scilicet Selmen, filio Maadi, Hapderahmen (Habderahmen), Selim, Hasem,[1]) Nasen, Melpedem (Mekedem),[2]) Seleemen, Sade, Brahin, Kannet, Nazer (Nasser), Ariz,[3]) Mahmut, Zafer, Demsis,[4]) Resselem, Tameh,[5]) Rosec,[6]) Sahe, Salem, filio Sade, fecerat, consensu filiorum, regis scilicet Balduini III et Amalrici, comitis Joppensium, dimittit, dictos villanos reddit atque Surianos de Calandria Cosmas, Seimahian (Semhan), Samuel, Jhanna, Meferreg, Gerges, pro quibus stationem quondam Willelmi Bastardi et partes, quas habebant in II mensis nummulariorum ad novam in urbe Hierosolymorum rugam con-

Rozière p. 95: [1]) Alasem (Asem), [2]) Mekeden, [3]) Hariz, [4]) Zaferdemsis, [5]) Tameth, [6]) Rosech.

struendam reginae concesserunt, necnon Surianos de Ramethes scilicet Bolferag, Jacob, Brahim, Ysaac et vineam, quam Geltidis, uxor domini Rohardi, moritura dictis canonicis dedit, addit et sigillo confirmat. — Rohardus et nepos ejus Radulphus, Johannes de Valentienes (Valencienes),[7] Babinus, Fulco, Salem, Bencelinus, Thosetus (Tosetus); Roches (Rorches) de Nazareth, Ermenaudus, Helias, frater ejus, Nicholaus camerarius, Odo de Turcarme (Turcame), Radulphus Li (Le) Fanchenirs, Herbertus de Regiteste (Rozière, p. 87—89, No. 48; Lois [ed. Beugnot] II, p. 513—514, No. 31; Migne, p. 1136—1137, No. 48; cf. Wauters II, p. 358). **278**

[7]) Hujus et Johannis de la Rochelle, fratris Adae de la Rochelle, sepulcrum invenit et descripsit Clermont-Ganneau (Comptes-rendus de l'acad. d. inscript. 1876, p. 66—67; cf. Musée archéol. I, p. 259—266). An Joh. de V., dominus de Caypha, intelligendus est?

**1152.** — Mauricius, Montis Regalis dominus, Hospitali donat casale Benisalem cum pertinentiis, unum Surianum nomine Caissardum,[1]) filium Tamini,[2]) cum parentela et progenie sua, domum quandam, quae est inter domum Mauricii et vicecomitis Neapolitani, terram, quae est inter vineam Seguini et terram Guillelmi Asini[3]), ad plantandas vineas, item post decimationem B. Mariae decimam omnium terrarum et lucrorum a Sarracenis per ipsum acquirendorum et habendorum, praeterea in terra Moab, scilicet in terra Craci, casale Cansir,[4]) prope Cracum terram, quae est a parte sinistra, sicut intratur per portam castelli et barbacanam, inter II muros, sicut protenditur ab hac turri praedicta usque ad turrim S. Mariae, deinde concedit, ut dictis fratribus in navi et in transitu Maris Mortui absque omni censu et exactione ire et redire liceat, nisi in molis et in circulis, si illa deferre voluerint, naulum solvant, denique donat terram, quae est juxta vineam Johannis castellani, sicut dividitur inter magnum iter et vineam Mauricii. Factum Balduino quarto rege. — Johannes castellanus, Seguinus, Rabellus, Stephanus de Arens, Ayraldus, castellanus Montis Regalis, Martinus vicecomes, Johannes Tiberiadis, Assenardus, frater Templi Domini, Johannus Crassus, Gauterius Parmentarius, Simon de la Carta. Scripsit et dictavit Reinardus capellanus (Paoli I, p. 31, No. 29). || Hoc privilegium Renaldus, dominus Ebronis (1177) confirmavit (Delaville le Roulx, p. 15). **279**

Paoli, p. 62: [1]) Caissar, [2]) Tamin, [3]) Hasin, [4]) Canzil.

„ , ind. XV. — Martinus Caroana consensu filii Bonneti donationem, quam, prima uxore Teiza viva, ipse fecerat, totam scilicet suam substantiam post mortem libere possidendam canonicis S. Sepulchri concedens repetit et confirmat. — Petrus Peregorc, Petrus Bernardi, Brictius, Rainaldus Sicherius, Willelmus Normannus, Petrus Salomon et Constantinus, frater ejus, Radulfus burgensis. Factum Fulcherio patriarcha, Balduino III rege (Rozière, p. 216, No. 114; Migne, p. 1210—1211, No. 114). **280**

**1153** Febr. 26, ind. I. Accon. — Balduinus III, rex Hierosolymitanus, dona et conventiones, quae Girardus de Valentia cum Latinis ab eodem in casali Huberti de Paci locatis jussu regis habuit, scilicet tributa fructuum, furni, balnei, mensurationis et domorum solvenda necnon jura, quibus in molendino Ferge molentes, ementes et vendentes fruuntur, sigillo confirmat. — Humfredinus de Torono constabularius, Symon Tyberiadensis, Guido de Scandalione, Clarembaldus, vicecomes Acconensis, Petrus Aurifex, vicecomes Tyriensis. Datum per manum Radulfi cancellarii (Strehlke, p. 1   2, No. 1). **281**

**1153** Maj., ind. I. — Rainaldus, princeps Antiochenus, cum Constantia uxore, Boamundi junioris filia, Venetis fines Antiochiae transeuntibus et ibi manentibus consuetudines, quas principes Bohemundus primus et secundus, Tancredus et Raimundus [1]) donaverant, confirmat, portorium minuit, fidem ac tutelam promittit necnon liberam curiam S. Marci in funditio Antiocheno, exigente Dominico Bono Veneto, sigillo confirmat. Gaufridus, cancellarius principis scripsit. — Renaldus de Margat, Garento de Saona, Robertus, filius Gaufredi, Galterius de Surdavalle et Robertus, filius ejus, Archembaldinus constabularius, Hugo de Bolera, Tancredus Frenelli, Martinus de Margat, Leo Majopoli dux, Martinus Galnus, Petrus camerarius. — Gabriel Paulinus, notarius et ducalis aulae Veneticae cancellarius, vidit et corroboravit de mandato Jacobi Teupuli, ducis Venetici, anno MCCXLVI mense Majo indictione IV in palatio ducatus Venetiae (Tafel-Thomas I, p. 133—135, No. 55; cf. Archives d. miss. scientif. 1857, p. 351). **282**

[1]) Haec privilegia non exstant (Tafel-Thomas, No. 27, 31, 42).

„ Octob. 28. — W(illelmus) de Buris Hospitali plateam totam domui Hospitalis vicinam usque ad domum Petri, generi Johannis Veniciani, et Petrus Godefridus eidem domum suam Hospitali vicinam cum platea, domum et cortile Johannis Bufle et curiam Rosselli Buhceri donat. — Gromundus, Louis Burellus, Robertus de Turci, Guarinus de Belei, Ubertus, Aimericus de Porta, Albertus, Guolferius, Girardus de S. Jacobo, Vivianus, Balduinus de Rama, Esquare miles, Aimericus (Delaville le Roulx, p. 90—91, No. 14 [cf. p. 15]; Prutz, p. 95, No. 13). || In dorso legitur: Carta de bonis, quas (sic) dedit W. de Buris apud Tiberiadis nuper. **283**

„ , ind. XIII. (Hierosolymis?) — Robertus de Frandolio conventui S. Lazari ejusque magistro Bartholomaeo consensu Agnetis uxoris, Amaurisii, Galfridi, Alberici, Guidonis filiorum, Maxendae et Ysabellae filiarum vineam vineae dicti conventus conjunctam et ante ejusdem domum sitam jure hereditario possidendam sigillo patriarchae confirmat. — Alexander Apuliensis capellanus, Albertus Lumbardus, Galfridus de Turonia, Geraldus Aldenarius, Galterius de Fracta Mola, consanguineus domini Roberti, Hugo Bona Mente, Rainaldus de S. Georgio, Hugo de Aulano et fratres dicti conventus: Rainaldus Karettus, Guarinus Rufus, Gerardus Amorosus. Factum Fulcherio patriarcha et Balduino III rege (Archives de l'Orient latin II B, p. 131, No. 11). **284**

**1154** Jan., ind. I. — Guillelmus Niger, Martinus de Mauro, Guillelmus Lusius, consules Januensium, Ugoni Embriaco et Nicolao fratri eorumque heredibus, ut pro communi Januae a festo purificationis usque ad XXIX annos possideant, quod iidem in civitate Antiochiae tenent, ea conditione concedunt, ut singulis annis LXXX libras inde solvant (Liber jurium I, p. 172, No. 196; cf. Archives d. miss. scientif. l. c., p. 356). **285**

„ Jan., ind. I. — Iidem consules Januensium Guilelmo Embriaco totum Gibelletum et, quod commune habet «in Lezhiam», ea conditione a festo purificationis in XXIX annos concedit, ut singulis annis CCLXX bisantios et pallium unum, quod valet X bisantios, altari S. Laurentii det (Liber jurium I, p. 173, No. 197). **286**

„ Jan., ind. I. — Iidem consules Januensium Ugoni Embriaco et Nicolao fratri per idem spatium temporis, quod commune Januensium in

civitate Accon possidet, in XXIX annos similibus conditionibus concedunt (Liber jurium I, p. 173—174, No. 198). **287**

(**1154** Febr. ineunt.). — Elbulfadal Elaabes Eldaferi,[1]) vezirus chalifi Aegypti Daferi,[2]) postquam exposuit, cur mercatores Pisani anno praeterito in Aegypto capti et detenti fuerint, confirmat, compositionem tamen factam fuisse inter ipsum et Pisanos, quorum nomine Raynerius Bottaccius, filius (Bernardi), cum Enrico, filio Guidonis Caradonnae, Sacerdos, filius Balduinus [3]) (sic), et Ugo, filius Moretti, functi essent. Quum enim polliciti fuerint, Pisanos cum Francis neque pactum facturos neque solos Aegyptum aggressuros esse, se ipsum Alexandriae et Babyloniae eis fundacum, securitatem ac liberum commercium concessisse, et dictum legatum cum presbitere Arigo, filio Guidi, et Ugone Moretti solemni juramento fidem dedisse. Villanus presbyter scripsit (Amari, I diplomi arabi, p. 241—245, No. 2 [cf. p. 452—455]; Lami, Deliciae eruditorum, Florent. 1739, V, p. 222—229; cf. Heyd I, p. 392—394). **288**

[1]) Abu'l Fadhl al-Abbas Zafiri. [2]) Zafir. [3]) Idem ac Villanus presbyter, qui scripsit.

„ Febr. 17. — Epistola (ut videtur praefecti Alexandriae ad commune Pisanorum missa), qua praeter alia, quae pactum antecedens spectant, nuntiatur, Raynerium Botacium legatum [1]) XXV Pisanos e carcere liberatos et secum domum deducendos accepisse (Amari, I diplomi arabi, p. 246—249, No. 3 [cf. p. 455]; Lami, Delic. erudit. V, p. 214—220; cf. supra No. 288 et Heyd I, p. 394). **289**

[1]) De quo cf. Langer, Polit. Gesch. Genuas u. Pisas im XII. Jahrh., Leipzig 1882, p. 50—53.

„ Mart. 11, ind. II. Laterani. — Anastasius IV fratribus ecclesiae B. Mariae de valle Josaphat per manum Guidonis abbatis bona, quae privilegiis supra (No. 67, 92, 97, 107, 133, 134, 207) memoratis acceperunt, et alia privilegiis exstantibus non memorata confirmat. Tenent enim de donis episcoporum in territorio Caesariensi decimam casalis Betalla [1]), mediam partem decimae, quae de proprio labore monachorum vel subditorum procedunt in territorio Cayphae et casalis ejus Galgala, ecclesiam S. Georgii, quae est super Tiberiadem, in territorio Ramatensi casale Saphiria [2]) et mediam partem decimationis, in civitatibus Joppe, Accon, Caypha, Tyri, juxta Sydonem singulas ecclesias, in casalibus Betalla et Saphiria capellas (Delaborde, p. 63—67, No. 28; v. Pflugk-Harttung, Iter Ital., p. 250, No. 489, Acta pontif. III, p. 196—198, No. 183; Jaffé-Löwenfeld, No. 9847; cf. Röhricht in ZDPV. X, p. 212—221). **290**

[1]) Cf. No. 80. [2]) cf. No. 80.

(**11**)**54** April. 20, ind. XV (II). Tyri. — Balduinus III, rex Hierosolymitanus, precibus Guidonis, abbatis ecclesiae B. Mariae de valle Josaphat, privilegium Balduini II supra (No. 134) excerptum sigillo confirmat. — Petrus, Tyrensis, Balduinus, Caesareensis, archiepiscopi, Ebrardus, magister Templi, Andreas de Monte Barro, Radulfus de Patingiis, Symon Tyberiadensis, (Philippus) Neapolitanus, Hugo de Hibelino, Clarembaldus, vicecomes Achonensis, Paganus de Uch, vicecomes Hierosolymitanus, Balduinus de Insula, Sado marescalcus, Gocelinus, Pesellus. Datum per manum Radulfi, cancellarii regis (Delaborde, p. 67—70, No. 29). **291**

**1154** Maj. 10, ind. II. Antiochiae in palatio principis. — Raynaldus, princeps Antiochenorum, cum Constantia uxore ecclesiae S. Mariae et archiepiscopo Pisanae civitatis, consulibus ac senatoribus et communi, populo tam in Pisana provincia quam in Antiochena constituto et legato Butatae [1]) terram ad construendam domum in portu Laodiceae, quae terra extenditur subtus ecclesiam S. Helyae, scilicet ante domum Templi et domum magistri Ugonis usque ad mare, quod contra est, et extenditur per litus maris usque ad quandam teneriam et murum antiquum et in superiori parte usque ad fossatum, sigillo concedit; si vero judicio curiae terram recuperare possent, quam in praedicto portu Willelmus Embriacus possidet, in propriis usibus principis terram superius datam redituram esse. Insuper donat domum in civitate Antiochena, quae fuit dominae Odone de Tyro, et per totum principatum medietatem totius juris, quod per consuetudinem intrando vel exeundo, emendo vel vendendo dabant, eosque se velle defendere pollicetur; similiter naufragium passos et in principatu mortuorum res se protecturum esse. Si inter se querelam haberent, juxta sua statuta eos tractandos, et si de principis vel eorum hominibus querela fuerit, in curia ejusdem audiendos esse declarat. — Garento de Saona, Galterus de Surdavalle, Gaufridus constabularius, dominus Leonardus, Leo Majopolis dux, Martinus de Margaht, Arnaudus de Cafardam, Robertus de Surdavalle, Ugo de Volera, Isenbardus de Lenni, Petrus de Juvenaht. Datum per manum Gaufridi, cancellarii principis (G. Müller, p. 6, No. 4 [cf. p. 370—375]; Dal Borgo, p. 86—87; Tronci, Memorie storiche, p. 88, Annal. Pisani I, p. 264 —265; Ughelli III, p. 398; cf. Archives d. miss. scientif., p. 352). **292**

[1]) Qui supra (No. 289) vocatur Rainerius Bottaccius; cf. Heyd I, p. 393.

„ Jul. 30, ind. II. Accon. — Balduinus III, rex Hierosolymitanus, consensu Milisendis matris, quaecunque Hospitale unquam dono acceperat, concedit et sigillo confirmat: scilicet donum ducis Godofredi, quod fecit de casali Hessilia et II furnis in civitate Jherusalem, deinde dona Balduini I, scilicet casalia Bethafava et Moitana,[1]) cum terris ac domibus extra et intra Urbem Sanctam, hortum Anfredi presbyteri, unum divitem villanum Neapoli morantem et domos ejusdem villae cum molendino et bonum furnum Joppensem, domus et terras ejusdem civitatis et urbis Accon, deinde casale Sussia, quod dedit Gualterius Basumeth, Bethamis, quod dedit Vicecomes, casale Melius in territorio Ascalonitano, quod dedit Hugo de Puzath, aliud, quod dedit Anselmus de Turre David in terra de Azoto prope molendina, aliud, quod dedit Eustachius in territorio Caesariensi, terrasque juxta Cacho, quas ipse dedit, et villanos, quos ejusdem milites dederunt, item casale Dirberham in terra de Soeth, quod dedit Petrus de Lens, Capharmazre, quod dedit Arnulfus Loferencus, terras et villanos, quos dederunt Hugo et Gervasius Tiberiadis, III villanos, quos dedit episcopus Nazarenus, singulos, quos dederunt Paganus Vacca, Drogo, Dominicus, Girbertus de Salinis, Paganus de Caiphas cum terris et domibus in villa Caiphas et Capharnaum, Romanus de Podio, Balduinus Ramatensis cum domibus et terris in villa antedicta et domibus ab episcopo Lyddensi in villa S. Georgii datis, Hugo in Bethan, Bovus in Roma, Azio de Cirseth et II, quos dedit Gaudemarus Carpellinus, scilicet unum apud St. Abraham, alterum apud Hiericho. Praeterea concedit IV partes terrae in territorio Hierosolymitano scilicet in loco Beccafaba, quas Godefridus de Parentea dedit, et hortum

cum cisternis prope Turrim David, cui etiam ex utraque parte via decurrit, quarum utraque itur Bethlehem, item domum cum cisterna, quae infra est, quae domus juxta portam Templi, qua itur Josaphat, ante domum Guidonis de Miliaco sita est, quam domum dedit Adam de Ramis, domum Hierosolymitanam, quam dedit Elanus Bocherius, domum ante ecclesiam S. Martini Hierosolymitanam, quam Bernardus de Tolosa ejusque uxor Rufa dederunt, donum Alfani, qui semetipsum omnemque substantiam suam et domos in platea nummulariorum sitas dedit, casale Coketum Accon vicinum, quod consensu uxoris et liberorum dedit Barda Armenus, casale Recordana cum molendinis, quod Hospitale concessu regis ipsius et reginae necnon Philippi Neapolitani ejusque fratrum a Galone et uxore Agnete comparavit, donum Airaldi Barbae, qui casalis Lebetza medietatem dedit, cujus alteram medietatem addidit Aldeburgis, soror Lamberti cambiatoris, casale Calanzon in territorio Caesareensi situm, quod dedit Gofridus de Flajaco et cum eo Johannes de Bezan ejusque frater Hugo, casalia Bethiben et Gendas in territorio Lyddensi sita, quae Hugo de Ramis concessu Hugonis Joppensis tunc domini dedit, casale Adeka in territorio Caesareensi situm, quod Johannes de Bezan concessu Hugonis de Bezan vendidit. — Petrus, Tyrensis, Balduinus, Caesariensis, Letardus,[2]) Nazarenus, archiepiscopi, Fredericus, Achonensis, Osbertus, Tiberiadensis, episcopi, Amalricus, regis frater, Henfredus constabularius, Guido Berythensis, Girardus Sidonensis, Guillelmus Tiberiadis, Simon Tiberiadis, Guormundus Tiberiadis, Hugo Caesariensis, Mahengottus Tiberiadis, filius ejus Radulfus. Datum per manum Radulfi cancellarii (Paoli I, p. 32—33, No. 30; cf. p. 488—489). **293**

[1]) Quod Conder (Quart. Stat. 1890, p. 35) esse vult: el-muteiyen (sheet XIV).
[2]) De quo ZDPV. X, p. 14.

**1154** Octob. 21. Laterani. — Anastasius IV Hospitalis domus Hierosolymitanae protectionem suscipit possessiones ac privilegia confirmans (Mansi XXI, p. 780; Migne, Patrol. lat. CLXXXVIII, p. 1078; Jaffé-Löwenfeld, No. 9930). ‖ Similia privilegia cf. in Jaffé-Löwenfeld, No. 9931, 10872, 11586, 12775a, 13226, 14485, 14511. **294**

„ — Amalricus, prior S. Sepulchri, cum toto conventu coram Fulcherio patriarcha Benscelino ejusque uxori Godae domum Rogerii et Mariae S. Lazari, quae sita est inter domum Leodegarii molendarii et praedictae Godae in dextra parte plateae, qua itur ad Templum, quibusdam conditionibus concedit. — De canonicis S. Sepulchri: Amalricus prior, Arnaldus subprior, Giraldus praecentor, Godefridus thesaurarius, Nicholaus elemosinarius, Beltoldus, Petrus sepulcrarius, Stephanus praepositus, Constantinus, Petrus de Golgota, Petrus de Nazareth, Bernardus, Barduinus, Willelmus de Baruth, Hugo de Nigella, Johannes Pictaviensis, Willelmus de Yspania, Rainaldus, Petrus de Bolonia; de laicis: Oto de Verdun, Rainaldus Secher, Petrus de Peregorc, Willelmus Patron, Benedictus, Albertus Lombart (Rozière, p. 211—213, No. 110; Migne, p. 1208—1209, No. 110). **295**

„ Parisiis. — Ludovicus VII, rex Franciae, fratribus S. Lazari, post quam Hierosolymis moratus X libras annuales concessit, loco earum nunc Ballivacum donat et sigillo confirmat. — Guido buticularius, Matthaeus camerarius, Matthaeus constabularius. Datum per manum Hugonis cancellarii (Archives de l'Orient latin II B, p. 132, No. 12; cf. G. de Sibert, Hist.

d. ordres royaux de N. D. du Mont Carmel et S. Laz. de Jérusalem, Paris 1772, I, p. 65). **296**

**1154.** (Tiberiade?). — Ermengardis, vicecomitissa Tyberiadis, consensu filii Galteri, filiae Hodiernae (et Guillermi, domini Tyberiadensis) ecclesiae S. Lazari de Tiberiade II carrucatas terrae, quae dicitur Mahum, et villam Caliphum vocatam pro animae ipsius mariti Calonis, liberorum ac parentum salute donat. — Herbertus, episcopus Tyberiadensis, Guillermus, dominus Tyberiadensis, Mahengot, dominus de Gerin, Ivelors, Coscelinus, Balduinus de Tonins, Lodovvicus, Radulphus Romanus, Borellus, Robertus de Tosce, Helios de Baalum, Hugo Anglicus, Joannes vicecomes, Johannes Sutor. Factum Baldevvino III rege, Fulcherio patriarcha et Hicteri, fratre et magistro pauperum S. Lazari (Cibrario, p. 230; Ferrand, p. 23—24; Archives de l'Orient latin II B, p. 132—133, No. 13). **297**

„ , ind. II. — Alexander, filius Bernardi Scutiferi, consensu Muriellae uxoris, molendina (et quicquid sui juris in eis est), quae in urbe Antiochiae inter molendina principis et S. Pauli[1]) sita sunt, ecclesiae S. Johannis Hospitalis, Rainaldo, Antiochiae principe, et Constantia uxore consentientibus, concedit et principali sigillo apposito confirmat. — Gaufridus Jordanis constabularius, Gauterius de Surdavalle, Robertus, filius Gaufridi, Petrus camerarius, Martinus de Margat, W. Tyrellus[2]) et Symon, frater ejus, Boneth, qui fuit vicecomes, Leo Majopuli dux, W. Martini, Petrus Panitarius (Delaville le Roulx, p. 91—92, No. 15 [cf. p. 16]; Prutz, p. 95—96, No. 14). **298**

[1]) De hac abbatia cf. Wilbrand in Laurent, Quattuor peregr., p. 173; Potthast, No. 4651, 4665; Ursmar Berlière, p. 489—491. [2]) De gente Tyrel ejusque crucesignatis cf. Cuvillier-Morel d'Acy, Hist. généal. et hérald. sur la maison de Tyrel, Paris 1869, p. 33—50 et ejusdem Notice histor. et généal. sur les premiers sires de Poix, Paris 1868, p. 10—18 (ibid. de dominis de Podio crucesignatis s. v.).

**1155** (1156) Jan. 14, ind. IV. Accon. — Balduinus III, rex Hierosolymitanus, precibus Hugonis de Hybelino et consensu fratris ejus Balduini, sororis Hermengardis, dominae Tiberiadis, matris Helois (Elois), avunculorum scilicet Philippi Neapolitani, Guidonis Francigenae, Henrici Bubali et aliorum sigillo confirmat, eundem Hugonem canonicis S. Sepulchri VII milibus bisantiorum Vuetmoamel[1]) cum pertinentiis, exceptis Arabici militis casalibus Odabeb et Damersor,[2]) necnon De(r)sabeb,[3]) Corteis et quicquid juris pater ipsius Zibi[4]) et in civitate Bethel possederit, vendidisse, et huic venditioni praeter antedictos assentiri Hugonis cognatum Philippum de Cafran ejusque fratrem et Petrum de Tell(e)i,[5]) pro illis autem, qui infra annos sint, scilicet pro Barisano, Hugonis fratre, et ejusdem sorore Stephania,[6]) Hugonem ipsum, Balduinum fratrem, Philippum Neapolitanum, Guidonem Francigenam et Henricum Bubalum fidei jussores factos esse. — Let(h)ardus, archiepiscopus Nazarenus, Constantinus, episcopus Lyddensis, Gaufridus, Templi, Amilius, Latinae, abbates, Enge(l)rannus, Montis Syon, Rogerius, S. Abrahae, priores, Balduinus, archidiaconus Lidde; de fratribus Templi: Odo commendator, Galterius de Berito, Philippus, Lodovicus; de

Rozière: [1]) p. 105, 266: Odemamel, p. 135: Odomamel, p. 279: Hudemamel, p. 125: Huetmoamel, [2]) p. 105: Deirmusin (Deirmusun), p. 128: Deirmugsin, p. 266: Deirmusim, p. 117, 125: Darmesor, p. 279: Dermursur, p. 135: Dermusun, [3]) p. 105: Dehirsabeth, p. 266: Dehyrsabeth, p. 92: Dersabeth, p. 135: Dersabe, [4]) p. 117, 125: Zimi, [5]) p. 118: Teillei, [6]) p. 118: Theophanne.

baronibus regis: Humfredus [7]) de Toro (Torone) constabularius, Johannes Gothman, Hugo Caesariensis; de hominibus regis: Odo de S. Amando, Willelmus de Barra, Odo de Tholent, Hugo de Bezan, Vivianus de Cayfas (Cayphas), Gocelinus, Pesellus, Arnaldus de Crest, constabularius Tripolis, Arnulfus de Hisinguin,[8]) Willelmus de Monte Gisardi, Gocelinus de Samosac, Bartholomaeus Suessionensis,[9]) Arnulfus, vicecomes Jherosolimitanus; de burgensibus: Hugo saliens in bonum, Petrus Petragoricensis, Bricius, Gaufridus Turonensis, Willelmus Normannus, Rainaldus Sicarius,[10]) Petrus de S. Jacobo, Petrus Hugonis, Petrus de S. Lazaro.[11]) Datum est per manum Radulfi cancellarii (Rozière, p. 110—113, No. 56; Lois [ed. Beugnot] II, p. 518—520, No. 35; Duchesne, Hist. généal. de la maison de Bethune, preuv. p. 357; Migne, p. 1150—1152, No. 56; cf. Wauters II, p. 393). **299**

Rozière: [7]) p. 119: Henricus, p. 126: Henfredus, [8]) p. 119: Hysengihm (Hysengihn), p. 127: Ysengihm(n), [9]) p. 119 omittit. [10]) p. 119, 127: Siccarius, [11]) p. 127 addit: Andreas, filius Toseti.

**1155** (1156) Jan. 14, ind. IV (III). Accon. — Amalricus, comes Ascalonitanus, regis Balduini III fratris chartam supra (No. 299) excerptam repetit et sigillo confirmat. Testes ut supra No. 299 (Rozière, p. 117—120, No. 59; Migne, p. 1154—1156, No. 59; cf. Wauters II, p. 393). **300**

„ (1156) Jan. 14, ind. IV. Accon. — Hugo de Ybelino venditionem supra (No. 299) dictam sigillo comitis Amalrici munit. — Testes ut supra No. 299 (Rozière, p. 124—127, No. 62; Duchesne, Hist. généal. de la maison de Bethune, Paris 1639, preuv. p. 357—358; Migne, p. 1159—1160, No. 62). **301**

„ (1156) Febr. 11, ind. IV (III). — Fulcherio patriarcha et Balduino III rege cives Mahumeriae infra dicti S. Sepulchro ejusque conventui fidelitatem jurant: Johannes Guitardus, Andreas de S. Gauterio, Petrus Judaeus, Petrus de Alvernia, Rainaldus de Barlet, Gaufridus Claire, Humbertus de Josaphat, Arnulphus Jopensis, Aimericus Guitardi, Petrus Orgerius, Giraldus Rufus, Robertus Faber, Martinus Carpentarius, Arbertus Faber, Petrus Provintialis, Hugo de S. Helya, Helyas Lumbardus, Johannes Catalanus, Bartholomaeus, Robertus Malvais, Johannes Pissot, Willelmus de Fabrica, Frumentinus, Willelmus de Tuschet, Anselinus Lombardus, Girbertus Burgundio, Odo Francigena, Pontius Bonari, Willelmus Clericus, Giraudus Lamberti, Maurinus, Stephanus de Linedan, Majus, Bernardus Burgundio, Bruno Pictaviensis, Willelmus Provintialis, Aimericus Pictaviensis, Petrus Bonet, Godefridus Lombardus, Radulfus Senus Cementarius, Johannes Cortiliarius, Bernardus, Pontius Milii, Bernardus Corveser, Rainaldus Gaite, Girbertus, Robertus Plantavigna, Arnaldus Tardi, Bernardus de Josaphat, Petrus de Ramatha, Durandus Machon, Petrus Catalanus, Gallardus, filius Arnaldi, Bernardus Corveser, Galterius Machon, Christianus, Clementius Droco, Radulfus de Curia Babilonia, Willelmus Ruffus, Robertus, frater Guidonis Patriarchae, Bernardus, frater Rainaldi Gaite, Bernardus, frater Bartho(lo)-maei, Petrus Carpentarius, Petrus de Balneis, Stephanus, pater Gileberti, Stephanus, filius Garsendis, Robertus Francigena, Oliverius, frater Petri Boni, Bonus Valet, Durandus, Pontius Provintialis, Godoet, Gaufridus Monoculus, Laurentius, Willelmus Bucca Cava, Aimericus Magnus, Bruno, Valentinus, Johannes Provintialis, Theobaldus, Willelmus Boteller, Theobaldus Ruffus, Petrus de Alvernia, Bernardus, gener Bernardi de Gerim,

Willelmus Gasco, Stephanus Bituricensis, Bernardus Lombardus, Bernardus de S. Albino, Galterius Parvus, Bernardus de Monte Gaudii, Gauterius Dominicus de Monte Gaudii. Factum est in claustro et in capitulo S. Sepulchri, Amico decano juramentum determinante coram testibus: Rainaldo Sicher, Symone Ruffo, Petro Petragoricensi, Gaufrido Turonensi, Alberto Lombardo, Pontio Gaagne, Petro de S. Lazaro. — Umbertus Faber, Robertus de Neapoli, magister Lucas Veneticus, Segnoret, Albertus Francigena, Raimundus Tortus, Clementius Machon, Gibertus Machon, Willelmus de Pissot, Willelmus Turonensis, Martinus Gasco, Petrus Pictavinus, Stephanus, filius Petri Judaei, Andreas de Valle Cursus, Ainardus Cavaillum, Raimundus Teisserant, Pontius Borgoniensis, Petrus Bodinus, Stephanus, filius Andreae de S. Galterio, Ambrosius, Giraldus Forner, Otgerius de casali S. Egidii, Aldebertus, Gaufridus Bocher, Giraldus Corvesier, Arnaldus cum barba, Willelmus de casali S. Mariae, Rampnulfus, frater Petri Joppensis, Constantinus, Aimericus Pictaviensis, Petrus, filius Rainaldi de Barlet, Arduinus, Willelmus de casali S. Egidii, Umbertus Bituricensis, Jordanus, filius Petri, aurifabri, Johannes de Cava, Vincentius, Raembaldus, Bernardus cum testa, Radulfus, Girardus de Belinas, Petrus Lemovicus, Arnulfus, Constantius Bocher, Lambertus Borgoniensis, Galterius Carpentarius, Rainaldus de Monte Alberti, Lambertus Bituricensis, Pontius, Petrus Bituricensis (Rozière, p. 242—244, No. 131; Migne, p. 1222—1223, No. 131). **302**

**1155** Febr. 11, ind. III. Ascalon. — Amalricus, comes Aschilonis, fratribus S. Lazari de Jerusalem eorumque magistro Hugoni de S. Paulo casale Mejesie cum X carrucatis terrae et domum, quam habent in urbe Ascalonis, cum horto concedit et sigillo confirmat. — Hugo de Hibelino, Balduinus, frater ejus, Jozelinus de Samusach, Girbertus, vicecomes Aschalonis, Ghido, castellanus ejusdem, Rainaldus, vicecomes Joppensis, Adam, privignus ejus, Guilbertus Maradaldus, Johannes Vaccarius, Roardus de Joppe, Guillelmus de Tyro, Carinus de Bolonia, Rodbertus de S. Kariletto, Hurellus, Rogerius Galensis, Fulco Chataulanensis, Seifredus, senescalcus comitis, Stephanus, magister castelli Neapolis, Bartholomaeus Suessionensis. Datum per manum Radulfi cancellarii (Cibrario, p. 230—231; Ferrand, p. 24—25; Archives de l'Orient latin II B, p. 134—135, No. 15). **303**

„ Mart. 1, ind. III. Romae. — Adrianus IV papa Guidonis abbatis precibus ecclesiae vallis Josaphat omnia privilegia ac specialiter bona, quae habent in Sicilia et Calabria, confirmat (Delaborde, p. 72—78, No. 30, 31; v. Pflugk-Harttung, Iter Ital., p. 807, No. 1032; p. 253, No. 508; Jaffé-Löwenfeld, No. 10003, 10004). **304**

( „ Mart. 20). — Ebulaanrat Toleib [1]) Villano archiepiscopo et consulibus Pisanorum scribit, se veziri locum adeptum Abes ejusque filium ac socios fugavisse ac pace et amicitia firmata VIII Pisanos scilicet Bellum, filium Andreae, Villanum, filium Petri, Manfredum, filium Leonis, Obertum, filium Martini, Matthaeum, filium Benedicti, Geoan, filium Dominici, Giordanum, filium Ponzi, Carofol, filium Heldebrandi e carcere liberavisse, ut cum legato domum redirent (Amari, I diplomi arabi, p. 250—251, No. 4 [cf. p. 455—457]; Lami, Delic. erudit. V, p. 211—214; cf. Heyd I, p. 394). **305**

[1]) Abu'l Gharat Talaï ibn Ruzzaik, de quo Röhricht, Amalrich I, p. 437—438.

„ Jun. 27, ind. III. Hierosolymis. — Balduinus III, rex Hierosolymitanus, consensu Milisendis reginae et matris commutationem supra (No. 200)

laudatam sigillo confirmat. — Andreas de Monte Barro, magister Templi, Humfredus constabularius, Philippus Neapolitanus, Guido, frater ejus, Francigena, Hugo de Ybelino (Hybelino), Odo de S. Amando, Ysaac, castellanus turris David, Guillelmus de Barra, Galvanus de Rochia, Robertus Asinus, Thomas de Satorono. Datum per manum Radulfi cancellarii (Rozière, p. 93—95, No. 51; Lois [ed. Beugnot] II, p. 514—515, No. 32; Migne, p. 1139—1140, No. 51; cf. Wauters II, p. 385—386). **306**

**1155** Jun. 27, ind. III. Hierosolymis. — Balduinus III, rex Hierosolymitanus, privilegium supra (No. 278) laudatum sigillo confirmat. — Gaufridus, abbas Templi Domini, Engerannus, prior Montis Syon, Andreas de Monte Barro, magister Templi, Humfredus constabularius, Philippus Neapolitanus, Hugo, dominus Caesariensis, Hugo de Hybelino, Guido Francigena, Odo de S. Amando, Guillelmus de Barra, Johannes de Valentines (Valantines), Ysaac, castellanus turris David, Babinus. Datum per manum Radulfi cancellarii (Rozière, p. 95—97, No. 52; Lois [ed. Beugnot] II, p. 515—516, No. 33; Migne, p. 1140—1142, No. 52; cf. Wauters II, p. 386). **307**

„ Jul. 3, ind. III. Hierosolymis. — Amalricus, comes Ascalonitanus, casale Zaythar cum X terrae carrucatis, quas Philippus Neapolitanus, Ysabel(la) uxore, Stephania matre, Rainerio filio, Helena et Stephania filiabus, Guidone Francigena et Henrico Bubalo fratribus consentientibus, coram Balduino III rege et Amalrico, ipsius fratre, in obsidione urbis Ascalonis [1]) fratribus S. Lazari concesserat, nunc iisdem fratribus sub regimine Hugonis de S. Paulo constitutis confirmat et sigillo munit. — Hugo de Hibelino, Balduinus, frater ejus, Gilbertus, vicecomes Ascalonitanus, Cocelinus de Samosach, Baldwinus, frater ejus, Rainaldus, vicecomes Joppensis, Adam, privignus ejus. Donationis vero supradictae interfuerant testes: Rogerius, prior S. Abrahae, Andreas de Monte Barro, Templi magister, Seginus et Odo, Templi fratres, Johannes de Valentinis, Adam Niger, Fulco, frater ejus, Cocelinus Marinus, Guillelmus de Vendoma, Petrus de Miribello, Hugo Normannus, Nicholaus de Bethleem. Datum per manum Radulfi cancellarii (Cibrario, p. 231—232; Ferrand, p. 25—26; Archives de l'Orient latin II B, p. 133—134, No. 14). **308**

[1]) De qua videas Röhricht, Amalrich I, p. 433—434.

„ Jul. 13, ind. III. Accon. — Balduinus III, rex Hierosolymitanus, privilegia supra (No. 74, 75, 109, 121, 126, 142, 165, 174, 179, 180, 181, 200, 280) laudata sigillo confirmat. — Amalricus, frater regis et comes Ascalonitanus, Humfredus de Torono constabularius, Guido Beryt(h)ensis, Girardus Sydoniensis, Philippus Neapolitanus, Guido Francigena, Henricus Bufalus, [1]) Hugo Caesariensis, Balduinus de Insula, Odo de Tholenth, castellanus turris David, Odo de S. Amando, Guillelmus de Barra. Datum per manum Radulfi cancellarii (Rozière, p. 97—101, No. 53; Lois [ed. Beugnot] II, p. 516—518, No. 34; Migne, p. 1142—1145, No. 53; cf. Wauters II, p. 386—387). **309**

[1]) De quo Eracles p. 51 (Henri le Bufle?).

„ Aug. 18, ind. III. — Alois cum marito Girardo et filiis Rogerio, Alboim, Marco et filia Amelina conventui S. Sepulchri II stationes cum solario a parte orientis communi via, ab occidente atrio S. Sepulchri, a meridie domo Michaelis, a septentrione domo Guislae S. Abrahae terminatam CLXX bisantiis vendit, Fulcherio patriarcha, Baldoino III rege. —

Petrus Salomonis, Gibertus Papais, regis jurati, Albertus Lombardi, Giraldus Aldenarii, Robertus Cocus, Willelmus, nepos Aimerici, prioris Montis Oliveti (Rozière, p. 209, No. 108; Migne, p. 1207, No. 108). **310**

**1155** Aug. — Agnes, uxor Galii militis, modo fratris Hospitalis facti iisdem fratribus domos suas Acconenses donat ea scilicet conditione, ut sibi, quamdiu vivat, LXXX bisantios vel X marcas argenti annuatim solvant et nunc ad opus filiae suae Lauretae samitum tradant. Hoc est factum in manu Clarembaldi, vicecomitis Acconensis, Giraldi Hugonis, praeceptoris totius domus Hospitalis, fratris Giraldi, magistri de Accon, aliorumque fratrum scilicet Petri Amelii capellani, Antelmi, Berengarii, Pontii, custodis infirmorum, Petri de Limoges, Balduvino rege, Fulcherio patriarcha et Frederico, Acconensi episcopo. — Clarembaldus, vicecomes de Accon, Dorez Erevicus, Giraldus de Cunilz,[1]) Petrus Hugonis, Petrus Morezin, Bernardus Turpin, Rodlandus de Luches, Radulfus de Troja,[2]) Petrus de Chaureia, Petrus de Nimes, Andreas Genuensis, Willelmus Pecuge, Arnulfus de Corbeeinni,[3]) Raimundus de Nesinsi[4]) (Paoli I, p. 240, No. 195). **311**

[1]) Alias Cunillis. [2]) Alias Treies, Trecis. [3]) Alias Curbinhi. [4]) Id est Nefino, Nefinis.

„ Nov.-Dec. Beneventi. — Adrianus IV Balduino III, regi Hierosolymitano, praecipit, ut pecuniam et navem per ejus homines ablatas civibus Januensibus restitui jubeat et ut vicecomitatum Acconis aliaque jura, quae ad Januensium jus pertinere videantur, iisdem de cetero concedat et confirmet (Caffarus, Annales in Mon. Germ. SS. XVIII, p. 24, ed. Belgrano, p. 44—45; Migne, Patrol. lat. CLXXXVIII, p. 1440; Lünig, Cod. diplom. Ital. II, p. 2083—2084, No. 5—6; Jaffé-Löwenfeld, No. 10 107). ‖ Eodem dato iisdem fere verbis scribit (Raymundo), comiti Tripolitano,[1]) (Raynaldo), principi Antiocheno, et (Amalrico), patriarchae Antiocheno (Jaffé-Löwenfeld, No. 10 108—10 110). Mainfredus scilicet, canonicus S. Laurentii, officio Januensium a. 1155 Romanam curiam adierat, ubi (Fulcherium), patriarcham Hierosolymitanum, omnesque fere archiepiscopos, episcopos regni necnon Raymundum, magistrum Hospitalis, invenit ibique conquestus est, quod Balduinus III, rex Hierosolymitanus, comes Tripolitanus et princeps Antiochenus justitiam Januensium quotidie auferrent pronuntians de hominibus regni Hierosolymitani, qui cum galeis naves Januensium et pecuniam injuste abstulerint, porro de quibusdam Provincialibus scilicet Bernardo Attonis, vicecomite Nemausiensi ejusque sociis (Caffarus in Mon. Germ. SS. XVIII, p. 24, ed. Belgrano, p. 43—44). **312**

[1]) Ejusdem successori Urbanus III (13 Mart. 1186) mandat, ut tertiam partem Tripolis Januensibus subtractam restituat (Liber jurium I, p. 338, No. 355; Jaffé-Löwenfeld, No. 15558) et iisdem fere verbis (Aimerico), episcopo Tripolitano, scribit (Liber jurium I, p. 339, No. 356; Jaffé-Löwenfeld, No. 15 559).

„ (1156), ind. IV. — Melisendis, regina Hierosolymitana, venditionem supra (No. 299) dictam precibus regis Balduini III et Amalrici, comitis Ascalonis, filiorum necnon Hugonis de Hibelino, ejusdem fratris Balduini et Amalrici (Aimerici), patriarchae Antiocheni,[1]) sigillo sancit. — Rainerius,

[1]) De quo ZDPV. X, p. 3. Charta (c. 1150) episcopus Giraldus Lemovicensis «ob caritatem et reverenciam Aimerici, patriarchae Antiocheni, et precibus Thomae, fratris sui (cf. Paoli, p. 56: 1174) et Simonis archidiaconi» priori Aurelianensi ecclesiam Genestosae donat (Documents histor. concern. la Marche et le Limousin 1880, p. 135—136).

episcopus Sebast(i)ensis, Gaufridus, abbas Templi, Philippus Neapolitanus et Henricus, frater ejus, Ro(h)ardus de Neapolim. Datum per manum Guidonis, reginae clerici (Rozière, p. 92—93, No. 50; Migne, p. 1139, No. 50). **313**

**1155.** — Rainaldus, princeps Antiochenus, cum Constantia uxore Hospitali Antiocheno per manum fratris Raimundi Rane et fratris Willelmi, praeceptoris Antiocheni, casale Saloriam ab Adelina, vidua Tostanni parvi, donatum sigillo confirmat. Factum principatus anno III. — Bucardus cancellarius, Gua(rento) de Laona,[1]) Robertus de Surdis vallibus, Hugo de Boleria, Robertus, filius Gaufridi, Eschivardus dap(ifer), Petrus camerarius, Gaufridus Falzardus dux (Paoli I, p. 34, No. 31; cf. p. 490). **314**

[1]) Aperte corrigendum est: Saona.

„ , ind. III. — Robertus Porcarius de Mahumeria se suaque canonicis S. Sepulchri donat et concedit Fulcherio patriarcha, Balduino III rege. — Amalricus, S. Sepulchri prior, Arnaldus subprior, Giraldus praecentor, Radulfus Parisius, Willelmus Normannus, Godefridus thesaurarius, Nicholaus helemosinarius, Stephanus praepositus, Petrus sepulchrarius, Constantinus cellarius, Bertoldus, Bernardus camerarius, Balduinus, Mainerius, Petrus Clemens; de diaconis: Willelmus Beriti, Johannes Pictaviensis, Hugo, Petrus; de subdiaconis: Willelmus de Ispania, Rainaldus de Lochis, Petrus, Robertus de Antiochia; de fratribus: Robertus de Mahumeria, Henricus (Rozière, p. 247—249, No. 134; Migne, p. 1225, No. 134). **315**

( „ c.). — F(ulcherius) patriarcha et A(malricus), S. Sepulchri prior, omnibus sub titulo S. Sepulchri ubique terrarum constitutis mandant, ut possessiones et eleemosynas, quaecunque, antequam S. Sepulchri propriae factae sint, de jure Hospitalis fuerint, relinquant et dimittant (Rozière, p. 326—328, No. 183; Migne, p. 1258—1259, No. 183). **316**

( „ c.). — F(ulcherius), patriarcha Hierosolymitanus, et A(malricus), prior S. Sepulchri, omnibus chartam inspecturis sigillis confirmant, se de variis reliquiis locis sanctis desumptis crucem construxisse necnon particula verae crucis adornavisse, ut super priorem per Conradum canonicum translatam omnes christiani Theutonici preces effundere possint, qui paupertate, infirmitate vel aliis incommodis impediantur, quominus Terram et civitatem Sanctam ipsam adeant (Conradus, Chronic. Schirense ed. Christ. Joannes, Argentorati 1716, p. 91—93; Mon. Boica X, post p. 600, ubi crux depicta est et in tergo folii charta nostra exstat; cf. Knitl, Scheyern als Burg und Kloster, Freising 1880, p. 64—65). **317**

( „ c.). — R(aimundus), magister Hospitalis, omnibus sub dictae domus titulo ubique terrarum manentibus mandat, ut omnes possessiones et elemosynas, quae, priusquam ipsas acceperunt, de jure S. Sepulchri fuerunt, retinere minime praesumant (Rozière, p. 325—326, No. 182; Migne, p. 1252—1253, No. 182). **318**

( „ c.). — R(ainaldus), princeps Antiochenus, Ludovico VII, regi Franciae, nuntiat, christianos Terrae Sanctae ab ipso auxilium et succursum ardenter desiderare, eumque rogat, ut duabus Raimundi principis defuncti filiabus [1]) in Francia viros competentes nuptiali copula conjungat et sibi patrimonium injuste ac vi ablatum reddendum procuret; de ceteris Terrae Sanctae rebus Milonem de Nealphis [2]) militem ac nuntium ipsum narra-

[1]) Philippae et Constantiae. [2]) Cujus nomen in chronicis et in chartis non exstat.

turum esse (Bongars I, p. 1172—1173, No. 1; Duchesne IV, p. 580, No. 49; Bouquet XVI, p. 14—15, No. 67; Migne CLV, p. 1263—1264, No. 1). **319**

(**1156**) Febr. 2. — Ebilharat Taleio, vezirus Aegypti, archiepiscopo Villano et consulibus Pisanorum de variis querelis respondet, quas eorum legatus Eldebrando protulit, et confirmat, se XX Pisanos captos liberavisse, quorum nomina sunt: Bandinus, Villanus, Guido, Pandolfo, Calderino, Passarino, Ubertello, Erigo, Pitello, Girardo, Ugucione, Pandolfo, Alberto, Anselmo, Gerardino, Guillelmoto, Gerardo, Bernardaccio, Carbonero, Rabuloto (Amari, I diplomi arabi, p. 252—254, No. 5 [cf. p. 457—458]; Lami, Delic. erud. V, p. 208—211; cf. Fanucci II, p. 109—110; Heyd I, p. 395). **320**

„ Jun. 7, ind. IV. Accon. — Balduinus III, rex Hierosolymitanus, consensu Milisendis matris et fratris Amalrici, comitis Ascalonitani, Hospitalis Neapolitani fratribus omnia dona sigillo confirmat, quae acceperunt, in primis casale Letaria, quod cum C cantariis racemorum et vinea prope Neapolim sita consensu Morphyae [1]) reginae uxoris et IV filiarum Balduinus II dedit, Fulco vero rex cum Milisende regina confirmavit addens, ut regii bailivi praedicta cantaria in torcular Hospitalis afferri faciant; insuper concedit totam substantiam, quam peregrini a castello Beleismo usque ad Lubanum et a Perrone illo, qui terminus terram Cacho atque Malvarum dividit, usque ad dictum Lubanum in via et in civitate Neapoli intestati mortui reliquerint. — Fredericus, episcopus Achonensis, Hermannus, archidiaconus Achonensis, Humfredus constabularius, Guido Berytensis, Girardus Sydoniensis, Balduinus de Insula, Odo de S. Amando marescalcus, Guillelmus de Barra, Herbertus, Galvanus de Rochia camerarius. Datum per manum Radulfi in Bethlem electi regisque cancellarii (Paoli I, p. 34—35, No. 32; cf. p. 490—492; Lois [ed. Beugnot] I, p. 404, 518 not.). **321**

[1]) De qua Guill. de Tyro X, c. 24; XII, c. 4; Journ. asiat. 1888, XIII, p. 35.

„ Nov. 2, ind. V. Accon. — Balduinus III, rex Hierosolymitanus, consilio et consensu Milisendis matris cum Pisanis conventionem facit et sigillo confirmat. Pisani per se et suos homines querelas universas rerum omnium, quae ipsis vel ipsorum hominibus ablatae sunt, dimittunt, exceptis his, quas de honoribus suis contra patriarcham Hierosolymitanum, clericatum Caesareae, abbatem et monachos S. Mariae de Latina intendere possunt, et rex idem per se et suos promittit. Pisani regem salvum et fidum reddent ac protegent terra marique, et rex idem promittit Pisanis, sed excipit ferrum, lignamen, picem sive arma in Aegyptum portantes, quae eis auferentur pace non rupta. Insuper rex Pisanis donat Tyri vicecomitatum, qui in eorum propria curia Pisanos justificare debeat, curiae suae quaerimoniam traditionis mortis reservans, deinde V carrucatas Tyro vicinas inque civitate furnum et confirmat privilegium, quod Balduinus II avus [1]) Pisanis Tyri dederat, scilicet in ruga juxta portum V domos liberas ab omni tributo et liberum commercium ac constituit, ut, si qui Pisanus in regno Hierosolymitano obierit, res ejusdem sint liberae ejusque familiae reddantur. Postremo rex concedit Amalrico, fratri suo, ut cum Pisanis paciscatur. — Bertrannus de Brancaforti, magister Templi, [2]) Gaufridus Fulcherii, frater

[1]) Inter annos 1124—1131 (Müller, p. 377). [2]) Hujus precibus Alexander III a. 1163 et 1164 privilegia et bona fratrum Templi sub protectionem Sedis Apostolicae suscipit (Jaffé-Löwenfeld, No. 10807a, 11013; cf. 8478, 11458).

Templi, Giraldus Hugonis, praeceptor Hospitalis, frater Guilielmus de Grosseto, Amalricus, comes Ascalonitanus, Robertus de Porta, Rainaldus Falconarius. Datum per manum Radulfi, Bethlehemitae episcopi regisque cancellarii. — Ughicio, nepos Gallici, Hibignanus, Pisanae civitatis cancellarius, Albertus, Ildebrandus, notarii Friderici II viderunt, legerunt et subscripserunt (G. Müller, p. 6—7, No. 5 [cf. p. 375—381]; Dal Borgo, p. 87—89; Tronci, Memorie, p. 91, Ann. Pisani I, p. 269—270; cf. p. 266; Heyd I, p. 150—151). **322**

**1156.** — Canonici S. Sepulchri exponunt, fratres Montis Oliveti cum Aimerico priore, patriarcha Fulcherio Romam profecto,[1]) sibi diem Ascensionis Domini in ecclesia Montis Oliveti celebraturis atrociter restitisse, sed judicio Fulcherii reversi, archiepiscoporum P(etri), Tyriensis, B(alduini), Caesariensis, L(etardi), Nazareni, episcoporum R(adulfi), Bethleemitae, C(onstantini), Liddensis, R(einerii), Sebastensis, F(riderici), Acconensis, A(rberti), Tyberiadensis, A(dami), Paneadensis, A(malrici), Sydoniensis,[2]) M(ainardi), Beritensis necnon abbatum G(aufridi), Templi Domini, P(etri), S. Mariae Josaphat, A(milii), S. Mariae Latinae, R . . . ., S. Samuelis, H(erberti), S. Abacuc [3]) et priorum E(ngeranni), Montis Syon, H(ugonis), Templi Domini, R(adulfi), Sebasteni damnatos fuisse, ut omnes canonici dicti conventus Guido, Bonitius, Johannes, Berruier, Durandus, Odo, Zacharias cum priore Aimerico nudis pedibus a Monte Oliveto usque ad S. Sepulchrum venirent, atque privilegium renovatum fuisse, ut S. Sepulchri fratribus diem Purificationis in Templo, diem Ascensionis in Monte Oliveti, diem Pentecostes in Monte Syon, diem Assumptionis S. Mariae in Valle Josaphat, etiam absente patriarcha, ut antea, celebrare liceret [4]) (Rozière, p. 136—138, No. 66; Migne, p. 1164—1166, No. 66). **323**

[1]) A. 1155 (Caffari Annal. in Mon. Germ. SS. XVIII, p. 23—24; cf. ZDPV. X, p. 7—8). [2]) Antea abbas SS. Abacuc et Joseph (ZDPV. X, p. 30, 36—37); nummum episcopi nostri cf. in Ficoroni, De plumbeis antiquis, Romae 1750, p. 30. [3]) ZDPV. X, p. 36—37. [4]) De hoc privilegio cf. ibid. X, p 199; Giovene, Calendaria vetera, Neapoli 1828, I, p. 22 et epistolam Alexandri III (13 Nov. 1170—1180), quam illustravit Marquis de Vogüé, Les églises de la Terre Sainte, p. 218—219.

**1157** Jun. 2, ind. V. Ascalon. — Amalricus, comes Ascalonis, consensu fratris Balduini III regis, Villano, Pisanorum archiepiscopo, eorumque consulibus dimidium juris, quod ad Amalricum pertinet in civitate Joppensi, ibique plateam et locum, in quibus domos, patriarcha consentiente ecclesiam aedificent, concedit et sigillo confirmat. — Ferricus, episcopus Achonensis; de fratribus Templi: Gaufredus Fulcherii; de fratribus Hospitalis: Willelmus Grosseht; de hominibus comitis: Simon de Hosden, Rainaldus de Joppe, Jocelinus de Samulach, Albertus, Willelmus de Tyro, Willelmus de Tiberiade, Guido de Mirobello, Bartholomaeus Suassionensis, Gerbertus, Lambertus, Gerardus de Raminni, Lambertus de Joppe, Willelmus Ruffus. Datum per manum Radulfi cancellarii (G. Müller p. 8, No. 6 [cf. p. 381—382]; Dal Borgo, p. 89—90; Tronci, Memorie, p. 90, Annal. Pisani I, p. 268; Ughelli III, p. 398—399; Lünig, Cod. diplom. Ital. III, p. 1473; cf. Archives d. miss. scientif. 1857, p. 365; Heyd I, p. 339). **324**

„ Octob. 4, ind. VI. Accon. — Balduinus III, rex Hierosolymitanus, assensu Milisendis matris et Amalrici fratris, comitis Ascalonitani, laudat et sigillo confirmat, quae Humfredus de Torono, constabularius regis, voluntate filii Humfredi et filiarum Hospitali donaverat, scilicet medietatem

castelli Paneadensis,[1]) quae consensu Gualterii Berytensis, de cujus feodo est, et fratrum Guidonis atque Bernardi donata est, et Castelli Novi domos Alberehae de Torono, II vineas in territorio Toroni, quas Guido de Scandalione cum hospitali in Torono sito dedit. — Petrus, Tyrensis archiepiscopus, Fredericus, Achonensis, Adam, Paneadensis, episcopi, Girardus Sidoniensis, Guillelmus Tiberiadensis, Philippus Neapolitanus, Hugo Caesariensis, Guormundus Tiberiadensis, Guido Francigena, Henricus Bubalus. Data Achon per manum Radulfi, Bethleemitae episcopi regisque cancellarii (Paoli I, p. 36, No. 34; cf. p. 493—494). **325**

[1]) De historia hujus castelli cf. quae Joh. Gildemeister in ZDPV. X, p. 188—189, Clermont-Ganneau, Rec. d'archéol. orient. I, p. 241—242, 253—262 et Max de Berchem in Journal asiat. 1888, XII, p. 440—471 diligenter disseruerunt.

**1157** Nov. 13. Laterani. — Adrianus IV Samsoni, archiepiscopo Remensi, ejusque suffraganeis nuntiat, Balduinum III regem Bellinam ab hostibus obsessam liberaturum fugatum, B(ertrandum), magistrum Templi,[1]) cum LXXXVII fratribus captum, CCC vero alios milites partim captos partim trucidatos fuisse, paulo post eundem cum T(heoderico), comite Alsatiae,[2]) et Rainaldo de S. Valerico [3]) tunc appulsis hostes ab obsidenda dicta urbe repulisse et fratres Templi circa CCXXX Saracenos ad nuptias ituros cepisse vel occidisse (Bouquet XV, p. 681, No. 34; Jaffé-Löwenfeld, No. 10342). ‖ Haec epistola aperte ex epistola transmarina excerpta plurima offert, quae chronicis non inveniuntur. **326**

[1]) Guill. de Tyro XVIII, c. 14, qui 18 Jun. 1157 diem cladis memorat, addit: Hugo de Ibelin, Odo de S. Amando, senescalcus regis, Johannes Gothmann, Rohardus de Jaffa ejusque frater Balianus. [2]) Guill. de Tyro XVIII, c. 16. [3]) Quem Balduinus arci expugnatae Harem praefecit (Robertus de Monte in Mon. Germ. SS. VI, p. 508).

„ — Joeta,[1]) abbatissa S. Lazari de Bethania,[2]) consensu totius capituli Raimundo, magistro Hospitalis, totam decimationem, quam Hospitale habebat in casali de Bethania, concedit et sigillo confirmat pro concambio cujusdam vineae, quae affrontat ab oriente in vinea Hospitalis, a meridie in vinea S. Annae, ab aquilone in viam, quae ducit Neapolim et tenet de vinea usque in bivium S. Stephani. Deinde Avis, abbatissa S. Mariae Grandis, consensu suarum sanctimonialium scilicet Odolinae, Solis, Gudelenae aliarumque medietatem decimae, quam habebat in dicta vinea, coram Petro de S. Lazaro, Lamberto cambiatore, Stephano Umberto Hospitali donat. Eodem pacto Sebilia, abbatissa S. Annae, concessu Ermengardis et Giliae et ceterarum monialium alteram medietatem decimae, quam habebat in dicta vinea, coram Radulfo de S. Petro, Willelmo Ebraldi, Amisarno carnifice Hospitali donat. Factum Folcherio patriarcha, Balduino III rege in praesentia Milisendis reginae. — Oduline priorissa, Siguina Romana, Alamandina cantatrix, Helena et Agnes sanctimoniales (Paoli I, p. 204—205, No. 16; cf. p. 537). **327**

[1]) De qua (filia Balduini II) Guill. de Tyro XII, c. 4; XV, c. 26; XVIII, c. 27; XXI, c. 2; Fulcher. Carnot. ed. Paris., p. 473. [2]) De qua abbatia ZDPV. X, p. 37; Ursmar-Berlière, p. 485—486.

„ — Guillelmus Ebriacus, dominus Gibeletti, consensu uxoris Sansae et filii Ugonis domum in urbe Tripolis Maurino CCXL bisantiorum pretio vendit, quae ex una parte habet hortum S. Jacobi, ex alia domum Johannis Scutellae, ex alia clibanum comitis et domum Petri Humberti et ante fabri-

cas, in quibus sunt frena. — Guimgius, Guillelmus Aruer, Airaldus, Aimericus Belot,[1]) Guillelmus Baro, Galterius de Boterram.[2]) Scripsit Rubaldus cancellarius Guillelmi (Paoli I, p. 35, No. 33). **328**

[1]) Alias Beloc (Velox, Zelox?). [2]) Alias Buturran.

**1157**. — Rogerius Clericus medias domos juxta voltas Hospitalis in ruga S. Stephani manentes, coram quibus stationes novae S. Sepulcri assistunt, quas Rogerii mater Fraxena moriens ipsi dimiserat, in cambium pro domo Goffridi de Karitate in ruga Coquinati assistente Hospitali ejusdem sigillo apposito tradit et domum Pontii Gaannae retro in ejusdem occipi(ti)o et domum Willelmi Palmerii in ascensu rugae Parmentariorum a dextra sedentem et a sinistra domui Aimerici Guittardi de Maumeria assistentem describit. Has igitur medias domos Hospitali tradit et domum dicti Goffridi in cambium accipit, quod Amoramus thesaurarius, Willelmus de Bellomonte consilio Geraldi Hugonis, Hospitalis praeceptoris, fecerunt. — Stephanus Rufus, frater Johannes presbyter, frater Petrus de Opere, Ugo de Asinaria, Umbertus de Bar, Petrus Salomon, Guibertus Papais, Uldredus Aurifex, Willelmus de Bethleem, Willelmus de Palmerio, Palais Galicus. Factum Fulcherio patriarcha, Balduino III rege (Delaville le Roulx, p. 93—94, No. 16 [cf. p. 16]; Prutz, p. 96, No. 15). || In dorso: Carta de concambio facto Roderico Clerico. **329**

**1158** Jan. 25 vel **1159**. — Hugo Ybelini consensu Alvisae matris, Balduini et Barisani fratrum domui Hospitalis terram quandam inter molendina desubter Mirabellum et terram Spinae sitam, cujus possessionem sibi olim vindicaverat, confirmat et omnibus litibus, quas tam ipse quam pater suus contra Hospitale habuit, renuntiat. — Filippus de Cafran, Simon de Laay, Petrus de Laay,[1]) Libertus, Paganus de Rohais, Martinus Gazella, Renaldus de Tribus Molendinis, Petrus Hugonis, Renaldus Claudus de Tyberiade; de fratribus Hospitalis: Garinus de Melna praeceptor, A(moramus) thesaurarius, G. Accon(ensis), P. de S. Maria, Petrus Burgunnun. Factum A(malrico) patriarcha,[2]) Balduino III rege (Delaville le Roulx, p. 96—97, No. 18 [cf. p. 16]; Prutz, p. 96—98, No. 16 [ad 1158]). **330**

[1]) Alias Loja, Laja, Laay, Lahaix, Loges, Aja? [2]) Cf. ZDPV. X, p. 7—8; antea fuerat prior S. Sepulchri.

„ April. 21. Laterani. — Adrianus IV Amelio, abbati fratrum S. Mariae Latinae Hierosolymitanae, privilegia, jura et possessiones confirmat, quarum in numero ultramarinas vocat: stationes ecclesiae Latinae contiguas, furnum, palatium juxta portam S. Stephani a plaga australi, domos post illud palatium, supra murum urbis juxta idem palatium usque ad secundam turrem murorum et ex altera parte ecclesiam S. Stephani juxta viam, quae ab urbe Hierusalem ducit Neapolim, hospitale juxta eandem viam, hortum inter eandem ecclesiam et urbem, hortos et vineas in territorio urbis cum decimis, casale Belfair («vel fa circum cum vineis»), dimidium casale S. Euthymii juxta Bethlehem, casale in territorio Blanchegarda privilegio comitis Amalrici confirmatum, in urbe Lydda VI carrucatas terrae, domos, hortos, ecclesiam Latinam Joppensem cum domibus, horto et III carrucatis, turrem Latinae in territorio Caesareae et casale, quod fuit Eustachii, terram in Cocto (Cacto), possessiones, quas privilegio dominorum Caesareae possident, C bisantios Neapoli annuatim accipiendos, ecclesiam urbis Beryti cum hortis, ecclesiam in urbe Gibeleto et hortum, ecclesiam Latinam in Monte pere-

grinorum cum horto et terris, campum in urbe Tripolis et massariam (?), ecclesiam Latinam parochialem Laodiceae, ecclesiam S. Nicolai cum possessionibus, dimidiam partem theatri et horti, qui in eo est, casalia in territorio Antiochiae Leotreh et Soccam (Scotiethet et Jovan) cum molendinis juxta territorium illorum casalium et terras cum decimis, Latinam Antiochiae cum horto ejusque decimis, in suo (chice??) ecclesiam S. Johannis, hortum et terram, casale Faxias (Fardo), casale Valcorenum (Valtorentum), X libras piscium in piscaria agresti, XL solidos in portu Emmae singulis mensibus accipiendos, in urbe Sidon II casalia cum pertinentiis, in castello Arabiae IV carrucatas terrae et domus et in Geram (ingeros) VI carrucatas terrae et domos . . . (Ex archiv. civic. Panormitano 9 ed. R. Röhricht in N. Archiv XIV, p. 202—205; cf. ejusdem explanationes geographicas in ZDPV. XII, p. 33—34, et Berlière, p. 124—130, 263—265; Comte Riant, La donation, p. 178—179). || Hoc privilegium confirmavit Alexander III (8 Mart. 1173) fere iisdem verbis Riccardo abbati, quod ex antedicto archivio collatum reperias in N. Archiv l. c.; varias lectiones inde desumptas et uncis inclusas textui nostro injunximus. Memoria dignum est, quod Jan. 1186 Bernardus, dux Saxoniae et comes Ascellariae, monasterio S. Mariae latinae possessiones a fratre suo Theoderico peregrinante concessas confirmat (Cod. diplom. Anhalt. I, p. 475—476, No. 648) et (10 Febr. 1267) Otto I et Henricus III, comites Aschariae, eidem ecclesiam de Asterendorp a patre Henrico II concessam confirmant (ibid. II, p. 235, No. 323). De ecclesia S. Mariae Latinae Siciliae cf. Pirrus, Sicilia sacra II, p. 1244—1247. **331**

**1158** post Sept. 1, ind. VII. — Amalricus, comes Ascalonis, precibus Hugonis de Hybelino et consensu fratrum ejus Balduini et Barisani, sororis Hermengardis, matris Alois, avunculorum Philippi de Neapoli, Guidonis Francigenae, Henrici Bubali sigillo confirmat, eundem Hugonem III millibus bisantiorum casalia Huetdebes et Deirmuesim cum omni plenitudine, quam ex dono piae memoriae patris ejus Barisani Muisse Arrabit ejusque filius Georgius habuerunt, postquam dictus Arrabit ad suam voluntatem pro dictis casalibus cambium acceperit, captivitatis redemptione compulsum canonicis S. Sepulchri vendidisse scilicet consensu supra dictorum et cognatorum Philippi de Caphran (Cafran) ejusque fratris et Petri de Teillei [1]) necnon pro aetate minoribus (Stephania, Hugonis sorore, et nonnullis heredibus dicti Arrabit) constitutorum scilicet Hugonis de Ybelino (Hybelino), Balduini, fratris dicti Muisse Arrabit ejusque filii Georgii, Simonis de Aia (Haia), Ordeleti ejusque filii Stephani, Adami de Orgeol, Nicholai de Hibelino (Hybelino), Hosmundi, Radulfi, fratris ejus, Leberti, Pagani de Rohais, Philippi de Caphran (Cafran). — (Ricardus), episcopus Andriae, Gaufridus, abbas Templi, Gunterius, prior Montis Syon; de hominibus regis: Adam Niger ejusque frater Fulcho, Robertus de Retest; de hominibus Amalrici: Simon de Hosdenc, Jocelinus de Samusach (Samusac) ejusque frater Balduinus, Gerbertus, Guibertus, Albertus, Guillelmus de Tiro (Tyro), Guillelmus de Tiberiade (Tyberiade), Leveraldus, Giraldus (Girardus) de Rum(m)inhi; de stipendiariis Amalrici: Galterius de Haino, Guillelmus de Rumhe, Albertus de Guarch, Robertus de S. Kavileffo, Fulco; de burgensibus regis: Hugo saliens in bonum, Goffredus Turonensis (Rozière, p. 120—123, No. 60; Migne, p. 1156—1157; cf. Wauters II, p. 411). **332**

[1]) Roziere, p. 129: Teilli.

(**1158** post Sept. 1), ind. VII. — Hugo de Ybelino venditionem supra (No. 332) dictam iisdem fere verbis facit et sigillo confirmat. — Constantinus, Liddensis episcopus, Absalon episcopus, Gaufridus, abbas Templi, Rainaldus, prior Latinae, Petrus de Calvario; de fratribus Hospitalis: Petrus Bertrandi et Willelmus Acer; Azo, capellanus casalis Balneorum, Radulfus, capellanus Ramarum, Paletel, vicecomes Ybelini; de burgensibus regis: Humbertus de Bar, Symon Ruffus, Bricius, Gaufridus Turonensis, Guillelmus Normannus, Johannes Raimundi, Guibertus Papais, Petrus Burdinus, Petrus de S. Jacobo, Hugo saliens in bonum, Radulphus Burgensis, Petrus de S. Lazaro, Johannes vitrarius, Everunimus (Everinunus), Anschetinus, Johannes, filius Rainaldi, Pictavus (Rozière, p. 128—130, No. 63; Migne, p. 1160—1162, No. 63). **333**

„ Nov. 14. Ascalon. — Amalricus, comes Ascalonis, canonicis S. Sepulchri per manum Hugonis dicti de Tharso, decani Joppensis, II petias vineae ab ortu solis juxta vineam S. Sepulchri sitas, quas de Naïm Suriano emerat, concedit necnon tertiam ejusdem vineae partem et quicquid juris Amalricus in vinea Menferreti Suriani habet, C bisantiis acceptis donat et sigillo confirmat. — Jocelinus de Samusac ejusque frater Balduinus, Garcio, Jordanus Bestia, Raphael, Pontius, Thomas Turchiae ejusque sororius Herbertus, Lambertus Galiota. Datum per manum Radulfi cancellarii (Rozière, p. 123—124, No. 61; Migne, p. 1158, No. 61). **334**

„ , ind. VI, epact. nulla. — Radulfus miles de captivitate Turcorum rediens, ut pretium redemptionis solvere possit, consensu Mariae uxoris partem gastinae, quae Zonia dicitur et casali Degerboam adjacet, necnon caput casalis Cala dicti ecclesiae B. Mariae vallis Josaphat per manum Villelmi abbatis vendit, et hanc venditionem Hugo Hybelini, dominus Rodulfi, cum matre sua Heluisa et fratribus Balduino et Baresano necnon sororibus Ermenjart et Stephania confirmat et antedictam ecclesiam possessorem sigillo Ramatensi apposito tueri pollicetur. — Ex parte Hugonis: Petrus, capellanus ejus, Georgius, pater antedictae Mariae, ejusque filius Johannes, Petrus et Henricus Arrabi, Adam de Orio, Jordanus de Hybelino, Holmundus, Lambertus, Paganus de Rohais, Andreas Anjevins, Simon de Lahaix, Garinus de Armonvilla, Rahel, Henricus Magnus, Willelmus de S. Amando; ex parte monachorum: Stephanus prior, Galterius de Sepulcro, Arnaldus monachus, Johannes subprior, Petrus de Am, Galterius Provincialis, Alardus monachus, Petrus elemosinarius, Willelmus monachus, cellararius, Stephanus Francigena, frater Petrus de Syloe, frater Johannes, frater Stephanus, frater Ricardus, Petrus de Peregort, Robertus Cocus, Pisellus Rex, Robertus Cementarius. Factum Balduino III rege, Amalrico patriarcha (Delaborde, p. 78—79, No. 32). **335**

**1159** Mart. 13, ind. VII. Accon. — Balduinus III, rex Hierosolymitanus, precibus Milisendis matris ecclesiae B. Mariae de valle Josaphat per manum Willelmi abbatis casale Casracos prope Ascar situm cum adjacentiis excepta particula tantum cuidam turcopulo data a Milisende olim concessum sigillo confirmat. — Humfredus de Torone constabularius, Galterius de S. Audemaro castellanus, nunc dominus Tyberiadensis, Gormundus Tyberiadensis, Guillelmus, marescalcus regis, Guillelmus, marescalcus Tyberiadensis, Odo de S. Amando, Ottho de Risberge, Galterius de Guella. Datum per manum

Stephani, Radulfi, Bethlehemitae episcopi regisque cancellarii, in hoc officio vice fungentis (Delaborde, p. 80—81, No. 33). **336**

**1159** Octob. 15, ind. VIII. Terracinae. — Alexander III papa fratribus S. Sepulchri per manum Arnaldi prioris privilegia ab antecessoribus concessa confirmat et concedit, ut nemini liceat vitae canonicae ordinem commutare et, si opus sit, Sedem Apostolicam libere appellare (Rozière, p. 68—70, No. 35; Jaffé-Löwenfeld, No. 10593). **337**

„ , ind. IV.[1]) — Milisendis, regina Hierosolymitana, consensu Balduini III regis filii conventui leprosorum S. Lazari gastinam Bethanam, quae est de divisione Mahomeriae Geraudi cognomine Regis, utpote Rohardus, (vicecomes) Hierosolymitanus, metas posuit, usque ad divisionem fratris Angeranni concedit et sigillo confirmat, ab hac enim divisione, sicut via protenditur usque ad cavam, quae est in opposita parte. — Gerardus, episcopus Laodicensis, Rainaudus de S. Valerio, Philippus Neapolitanus, Hugo Caesariensis, Guermundus Tyberiadensis, Balduinus Bubalus, vicecomes Neapolitanus, Gerardus Passerellus, Robertus Rigitestensis, Fulco Niger, Hugo, prior Dominici Templi, Marinus canonicus, Willelmus Normannus, Symon judex, Herbertus Tortus, Geraudus Rex de Mahomeriola (Cibrario, p. 232—233; Ferrand, p. 27; Archiv. de l'Orient latin II B, p. 135, No. 16). **338**

[1]) Corr. VI vel VII.

„ Accon. — Gaufridus Tortus leprosis S. Lazari de Jerusalem consensu uxoris Flandrinae et heredum suorum, sicut pater ipsius concesserat, XX bisantios annuales coram rege Balduino III donat ejusque sigillo confirmat. — Rainaldus de S. Valerio, Hemfredus de Torreum,[1]) Guido de Barbito puer, Clarembaldus vicecomes, Hoto de Rimberge, Garnerius scriba, Petrus de Caors. Datum in manu Fulcius Glael (sic) (Archives de l'Orient latin II B, p. 136, No. 17). [1]) Legas: Turono. **339**

( „ c.). — Arnaldus, prior S. Sepulchri, se Mahumeriae has fecisse commutationes, confirmat. Primam scilicet cum Gui(t)berto Papasio consensu ejusdem uxoris Usannae fecit de vinea ecclesiae Montis Gaudii vicina ejusque cimeterio adhaerenti pro quadam parte vineae certis metis designata, quae vineae ejusdem Guiberti jungitur, unde decimam et terraticum dat. Secundam fecit cum Gauterio Carpentario de vinea antedictae vineae conjuncta, tertiam cum Ainardo Cavallom de parte vineae juxta partem vineae Gauterii sita, quam Ainardus nimia paupertate compulsus et consensu uxoris Martino Carpentario Montis Gaudii vendidit, quartam cum filiabus Pontii Faverii earumque conjugibus de terra XXX jugerum in territorio Kalandriae sita, pro qua dedit II petias vineae in valle S. Mariae, quae fuerunt Petri de Rametis; dedit quoque Stephano Pastinace vineam, quae fuit fratris Arnaldi. Quintam commutationem fecit cum Helya et Amico, genero ejus, de quadam parte horti berquilio vicina, pro qua dedit quandam partem terrae incultae, quam terrae Helyae confinem canonici super concordia Roberti de Retest adepti erant, sextam cum Hospitali, quod est Mahumariae, de quadam parte horti, quae tenet a berquilio Sepulchri usque ad berquilium ejusdem Hospitalis, pro qua dicto Hospitali II jugera vineae dedit, quae fuit fratris Stephani Ortalis. Deinde prior antedictus narrat, se, quum olim Mahumeriae versaretur, baculo tradito a fratre Roberto Porcario ejusdem possessiones accepisse, sed eidem, quoad viveret, custodiendas reddidisse.

Robertum scilicet terram conjunctam terrae Roberti Ungari a Giraldo, priore S. Sepulchri, accepisse cum uxore, quae prius desponsata fuerat Umberto, aliam terram a Petro priori, postea archiepiscopo Tyrensi facto, eidem Roberto datam fuisse pro terra olim de Galterio Bela emta, denique aliam ab eodem Petro, ut inde terraticum et decimam solveret. Postremo prior Arnaldus confirmat, sibi et Roberto de Retest Mahumeriae versantibus a Saraceno Pede Torto nominato fines terrarum suarum monstratos fuisse, Petro elemosinario, Bernardo Antiocheno, fratre Pisano, Petro Judaeo, Johanne interprete, Arberto, Stephano et filio praedicti Roberti testibus (Rozière, p. 238—241, No. 129; Migne, p. 1219—1221, No. 129. In linguam germanicam vertit et notis illustravit G. Rosen in Wochenblatt der Johanniter-Ordensballey Brandenburg 1863, p. 122—123, No. 20). **340**

**1160** Jan. 28, ind. III (corr. VIII). Sydoniae. — Balduinus III, rex Hierosolymitanus, Johanni de Caypha, filio Gambre, et heredibus custodiam et drogomanachgium [1]) omnium pertinentiarum castelli regii Mhalia [2]) tam cultarum quam colendarum, quarum priores vocantur Capharsenie, Benna, Carcara, Jalin, Balaton, Torsia, Aithire, Tabaria, Jazon necnon procurationem ipsi et equitaturae ipsius, quamdiu cum rege in expeditione et exercitu versatur, et scribaniam [3]) cum omni jure suo concedit et sigillo confirmat. — Odo de S. Amando, vicecomes et castellanus Hierosolymitanus, Pontius de Caypha, Rabellus de Monte Regali, Marsilius miles, Bernardus Bamqueth, Giraldus de Cunillis, Johannes, filius dominae Osannae, Bonetus, filius Garini Parvi, Rainaldus, socius Andreae, Bernardus de Anegnia, Michael scriba. Datum per manum Stephani, Radulfi, episcopi Bethleemitae regisque cancellarii, vicefungentis (Strehlke, p. 2—3, No. 2). **341**

[1]) Prutz, Culturgesch., p. 402. [2]) In margine alia manu: castrum regis (cf. Marinus Sanutus, Gesta, p. 249). De hoc feudo cf. De Mas Latrie, De quelques seigneuries de Terre Sainte (Revue histor. 1878, VIII, p. 110); alia feuda fuerunt: Arabie et Zekanin, Asbais, Azotus, Beaufort, Besmedin, Gibel Akkar, la Chamberlaine, Sebebe, Chateau Neuf, Montfort, Daron, le Genido, le Grangerin, Manuet, Maron, Soudin, Souf el-Djezzin, Mergecolon et Gedir, Mirabel, Radouf, Ravendal, St. Georges de Lebaene, le Bouquiau, le Saor (ibid. p. 109); cf. ibid. p. 112—116: Les seigneurs de St. George, du Bouquiau et du Saor (p. 112—113: Henri le Buffle, filius Guidonis I de Milliaco [1179], p. 117: Joscellin III [1182], Otto de Henneberg [1220]). [3]) De jure et officio scribarum cf. Lois (ed. Beugnot) II, p. 219—220; Prutz, Culturgesch., p. 145, 152.

„ Jan. — Hugo, dominus Caesariensis, pro remedio patris et avi in ecclesia S. Mariae Latinae sepultorum eidem ecclesiae libertatem emendi et vendendi in terra sua concedit per manum abbatis Reinaldi sigillantis terram, «quae est inter montem . . . . . . fontem S. Annae, quae fuit Nicolai Azopardi, quae etiam modo temporis est Adelasiae, uxoris Stephani Baratae»; quam terram Hugo olim dederat ecclesiae Latinae, pro ipsa vero Stephano Baratae cambium et recompensationem pollicitus, interim vero Stephano (mortuo), viduae XX bisantios loco cambii dedit et terram hoc pretio emptam dictae ecclesiae tradidit possidendam. — Eustachius Escoflel, Manasses, Amalricus, Gervasius vicecomes, Bertinus, (Aëris) de Area, Albertus Harabitus [1]) et alii (Paoli I, p. 205—206, No. 162). Hoc privilegium (1248?) Robertus, patriarcha Hierosolymitanus, Henricus, archiepiscopus Nazarenus, et G(alterius II), episcopus Acconensis [2]) precibus Hugonis, magni praeceptoris Hospitalis, se vidisse, sigillis confirmant (Paoli, l. c.). **342**

[1]) Arrabit? [2]) De quo ZDPV. X, p. 21; Joinville, § 415; Berger, No. 4354.

**1160** Mart. 4. — Nicholaus, prior S. Sepulchri, domum, quam Bernardus Bursarius tenuit, Ricardo Jaferino ejusque heredibus censu XIV bisantiorum annuali tenendam concedit. — Nicholaus prior, Arnulphus subprior, Bernardus cantor, Godefridus thesaurarius, Ebrardus, Ilbertus, Petrus de Sepulchro, Petrus Clemens, Achilles, Hugo de Nigella, Petrus de Latina, Petrus Lumbardus, Rainaldus de Ochis, Robertus Antiochiae; de laicis: Pisellus aurifaber, Baldoinus Borne, Petrus Salomonis, Robertus Cocus, Uldredus aurifaber, Giraldus Salomonis, Petrus Petragorc (Rozière, p. 205—206, No. 105; Migne, p. 1205, No. 105). **343**

„ Mart. 16, ind. VIII. In obsidione Blahasent.[1]) — Balduinus III, rex Hierosolymitanus, sigillo confirmat, Rainaldum Falconarium sibi concessisse, ut de flumine Acconensi Belo, quotquot et quocumque velit, alveos ad faciendas cannas mellis deducat, et de lucro ex cannis facto quintam partem Rainaldo necnon de omnibus molendinis in civitate vel confinio Acconis aedificatis vel aedificandis tale jus talemque consuetudinem, qualem in molendinis de flumine Acconensi molentibus et juxta Accon sitis prius habebat, dare pollicetur. Haec omnia rex assensu Theodorae reginae et Amalrici fratris, comitis Ascalonitani, Rainaldo et Lucianae uxori tali modo concedit, ut si post eorum mortem heredes in mutuis conventionibus de cannis mellis inter eosdem et regem factis ullum jus ostendere possint, illud habeant. — Humfredus de Torono constabularius, Galterius, dominus Tiberiadensis,[2]) Philippus Neapolitanus, Hugo, dominus Caesariensis, Gormundus Tiberiadensis, Guido Francigena, Henricus Bubalus, Rohardus Neapolitanus. Datum in obsidione Blahasent per manum Stefani, episcopi Bethlehemitae regisque cancellarii, in hoc officio vicefungentis (Paoli I, p. 50—51, No. 50; cf. p. 501). **344**

[1]) Prope Sidonem (Guill. de Tyro XIII, c. 25; cf. Röhricht in ZDPV. X, p. 216, not. 3). Obsidionis supra dictae chronicis mentio nulla fit. [2]) De quo castellano S. Audomari et principe Tiberiadensi cf. Giry in Bibl. de l'école des chartes 1874, p. 343—345.

„ Mart. 21. — Nicholaus, S. Sepulchri prior, Suardo ejusque heredibus domum Mahumeriae, quam Petrus de Sepulchro ab Acardo ejusque uxore Bella emerat, sub censu VIII bisantiorum annuali possidendam concedit. — Nicholaus prior, Arnulphus subprior, Godefridus thesaurarius, Ebrardus,[1]) Ilbertus, Petrus de Sepulcro, Petrus Clemens, Achilles, Reinerius, Hugo de Nigella, Petrus de Latina, Rainaldus,[2]) Petrus Lombardus (Rozière, p. 255—256, No. 139; Migne, p. 1228, No. 139). **345**

Rozière: [1]) p. 251, 253: Ebrardus, [2]) p. 253 et 254: de Lochis.

„ Mart. 25. — Nicholaus, prior S. Sepulchri, Guidoni Camelario, Giraldo Caprello et Hugoni de Joppe in casalis Ramathes loco, qui dicitur Nova Villa, plateas ad domos aedificandas et terram ad vineas et arbores plantandas, sicut illis ostensae sunt a Petro de Sepulchro, necnon carrucatas terrae, magnam oliveti partem, quod Willelmus Beritensis plantavit, furnum, molendinum et alias consuetudines secundum Mahumeriae usum, denique vineam S. Sepulchri Ramathae sitam quibusdam conditionibus concedit. — Testes ut supra No. 345, sed accedit Bernardus cantor [1]) (Rozière, p. 251—252, No. 136; Migne, p. 1226—1227, No. 136). **346**

[1]) Rozière, p. 253 et 254: Antiochiae.

**1160** Mart., ind. VIII. — Rainaldus, princeps Antiochenus, consensu uxoris Constantiae, junioris Boamundi filiae, fratribus Templi concedit et sigillo confirmat, quae Rainaldus II, dominus Margati, Rainaldi Masuerii filius, concessu uxoris Agnetis, Tripolitani comitis filiae, ac filii Thomae D bisantiis vendit scilicet gastinam Bolferis, quae sita est in montana super Valeniam, cum omnibus pertinentiis praeter gastinam, quae vocatur Magaytemme, et praeter molendina, quae sunt in flumine, quod descendit a castello Laycas. Deinde donat domum hospitalis Valeniae cum vinea, horto et terra, quae antea possederat, necnon molendinum, quod est inter Ericium et mare; servitium videlicet hujus supradicti doni Rainaldus, filius Masuerii, super se, heredes et feodum suum curiae Antiochiae faciendum retinuit. Datum per manum Gaulterii, capellani principis. — Eschivardus dapifer, Tancredus Fraisnellus, Willelmus Tirellus, Gaufridus Falsardus, dux Antiochiae, Paganus de Castelut,[1]) Robertus . . . . ., (Johannes) de Salquin, Garinus Malmut marescalcus (Paoli I, p. 206—207, No. 163; cf. p. 538; Delaville le Roulx, Docum., p. 11—12, No. 2; Lois [ed. Beugnot] I, p. 353 not.; II, p. 98). **347**

[1]) Alias Castelin, Castellud, Castelluz.

„ Mart. — Hugo de Corboil consensu uxoris Heloydis, Hugonis et Reginaldi filiorum domui S. Lazari de Jerusalem XXX litras vini, quamdiu vivit, et L post ipsius mortem annuatim recipiendas donat et sigillo Leuthbrandi, abbatis S. Georgii, confirmat. — Leuthbrandus abbas, Hugo et Reginaldus, filii Hugonis, Paganus de Castelin, Bavo de Trars (Archives de l'Orient latin II B, p. 137—138, No. 19). **348**

„ April. 2. — Nicholaus, prior S. Sepulchri, domum, quam Petrus de Sepulchro a Nicholao ejusque uxore Pontia emerat, Stephano Pasnaiae sub censu V bisantiorum annualium tenendam concedit. — Testes ut supra No. 346, sed accedit Robertus Antiochenus (Rozière, p. 252—253, No. 137; Migne, p. 1227—1228, No. 137. In linguam germanicam vertit et notis illustravit G. Rosen in Wochenblatt der Johanniter-Ordensballey Brandenburg 1863, p. 53, No. 9). **349**

„ April. 3. — Nicholaus, S. Sepulchri prior, Dominico, qui vocatur Patriarcha, domum Mahumeriae, quam Petrus de Sepulchro emerat de femina Armellina, sub censu VI bisantiorum annuali concedit. — Testes ut supra No. 349 (Rozière, p. 253—254, No. 138; Migne, p. 1228, No. 138). **350**

„ Jun. 8. — N(icholaus), prior S. Sepulchri, discordiam inter eundem conventum et Bonetum, filium Martini Caroenae, de domibus ab ipso Martino donatis diu ventilatam dirimit. — Arnulfus subprior, Godefridus, thesaurarius, Eurardus, Petrus Clemens, Petrus de Sepulcro, Achilles, Bernardus cantor, Rainerius, Hugo de Nigella, Petrus de Latina, Rainaldus de Lochis, Petrus Lombardus, Robertus Antiochensis; de laicis: Albertus Lombardus, Arbertus Tortus, Robertus Cocus, Robertus de Pinqueniaco, Willelmus Normanni (Rozière, p. 217—218, No. 115; Migne, p. 1210—1211, No. 115). **351**

„ Jul. 25, ind. VIII. Accon. — Balduinus III, rex Hierosolymitanus, venditionem supra (No. 332) laudatam sigillo confirmat. — Testes ut infra No. 353 (Rozière, p. 113—115, No. 57; Migne, p. 1152—1153, No. 57). **352**

**1160** Jul. 25, ind. VIII. Accon. — Balduinus III, rex Hierosolymitanus, controversiam, quae inter ipsum et canonicos S. Sepulchri de quibusdam Surianis versabatur, disceptat et aliam inter Milissendam reginam et eosdem de villanis casalis Sepulchri, quod dicitur Bethsuri, olim exortam nunc diremtam esse, sigillo confirmat; nomina vero Surianorum sunt: de casali Ramatha: Cosmas et filius ejus Baraqueth (Barachet), Hubeit, frater Cosmae et Teodros (Theodros), frater ejus, Ysaac, frater Cosmae, Yusef et filius ejus Petros, Ubeit et frater ejus Elias, Meneia venator et Salem senex ejusque filius Ubeit, Janna ejusque filius Saac et alius filius Elias (Helias), Samu(h)el, filius Georgii, ejusque frater Faet, Janna, filius Munsor, Petros, filius Phara, ejusque frater Samuel (Samuhel); de casali Bethelegel: Salem, filius Azar (Aazar), et frater ejus Janna, Saba, filius Sarsor, et fratres ejus Aaron et Jacob, Helias, frater Coer et Brahin (Brahyn), filius ejus, Oies, Georgius, filius Zorech, et fratres ejus Feeth et Hetnon, Aias et Pharas, frater ejus, Georgius, filius Sayth, Tedros (Thodros), filius Brain (Brayn), ejusque fratres Ubeit et Basilius et Elias moniculus, Helias, filius Jumel, Janna, filius Rofehe, ejusque frater Salem, Petros, filius Georgii, ejusque frater, Georgius, filius Japhar, et filius ejus Brahin et Saac, frater ejus, Georgius et filius ejus Saba, Elias cimetarius et Elias, filius Japhar; de Aithara: Salem, filius Messalem, et Saac [et] frater ejus Elias, Braim (Braym), filius Georgii, Martinus, filius Ayza (Aiza), Salomon et filius ejus Cosmas, Thodros et Joanna, filius ejus, et Ysaac (Saac); de Canlandria: Cosmas, Semaan et filius ejus Georgius, Braym, filius Cosmae, Samuel, filius Baraquet(h), et fratres ejus Fimi et Nichola, Meferut (Meferrut), filius Chame, Saac, filius Georgii, et frater ejus Geuset(h), Janna et filius ejus Geuseth et alius filius Georgius et alius filius Elias, Camis, filius Bolpharage et Elias, frater ejus, Serget, filius Antoni, Belcaira, filius Monsor (Munsor), Brahim, filius Georgii, Georgius, frater Salomonis, de Bolferage filius, soror et fratres ejus Brahim (Braym), Jacob, Elias, Brahim, filius Georgii, ejusque frater Botros, Munferreth et frater ejus. — Letardus, archiepiscopus Nazarenus, Ric(h)ardus, episcopus Andriensis, Arnulphus, canonicus Nazarenus, Philippus, regis capellanus, Stephanus, regiae cancellariae secretarius, Radulfus,[1] archiepiscopi Nazareni clericus; de baronibus et hominibus regis: Amalricus, comes Ascalonitanus, Henfredus de Torono constabularius, Guigo (Guido) Francigena, Guillelmus marescalcus, Abraham, vicecomes Nazarenus, Oitho[2] de Risberge, Guigo (Guido) de Maneriis, Albertus[3] de Retesth, Godescalcus, Petrus foresterius. Datum per manum Radulfi, Bethleemitae episcopi regisque cancellarii (Rozière, p. 107—110, No. 55; Migne, p. 1149—1150, No. 55). **353**

Rozière: [1]) p. 114: Anglicus, [2]) p. 115: Otto, [3]) p. 115: Arbertus.

„ Jul. 26, ind. VIII. Accon. — Balduinus III, rex Hierosolymitanus, privilegium antecedens et alia supra (No. 299 et 309) laudata canonicis S. Sepulchri sigillo confirmat. — Petrus, Tyrensis, Ernesius (Arnesius), Caesariensis, Letardus, Nazarenus, archiepiscopi, Constantinus, S. Georgii, Rainerius, Sebast(i)ensis, Osbertus, Tyberiadensis, Fredericus, Achonensis, Adam, Paneadensis, Amalricus, Sidoniensis (Sydoniensis), Mainardus, Berithensis (Berythensis), episcopi, Gaufridus, Templi Domini, Rainaldus de Latina, abbates, Gunterius, Montis Syon, Aimericus, Montis Oliveti, priores, Guillelmus, senescalcus commilitonum Templi, frater Gaufridus Fulcherii; de baronibus et hominibus regis: Amalricus, comes Ascalonitanus, Henfredus

de Torono (Torone) constabularius et filius ejus Henfredus, Galterius, Tiberyadensis dominus, Guormundus Tiberiadensis, Girardus Sidoniensis, Hugo Caesariensis, Philippus Neapolitanus, Galterius Berithensis, Guido Francigena, Henricus Bubalus, Hugo de Ybelino (Hybelino) et frater ejus Balduinus, Guillelmus marescalcus, Odo de S. Amando, castellanus Jherosolimitanus. Datum per manum Radulfi, Bethleemitae episcopi regisque cancellarii (Rozière, p. 102—107, No. 54; Lois [ed. Beugnot] II, p. 521, No. 36; Migne, p. 1145—1148, No. 54; cf. Wauters II, p. 423). **354**

**1160** Nov. 29, ind. VIII. Hierosolymis. — Balduinus III, rex Hierosolymitanus, Hospitali ejusque magistro Otegerio [1]) donat L tentoria beduinorum, illorum scilicet, qui neque sibi neque praedecessoribus unquam servierunt, sigillo confirmat. — Bertrannus de Blancaforti, Templi magister, Guillelmus de Guerchia, ejusdem domus senescalcus, frater Gaufridus Fulcherii, Amalricus, comes Ascalonitanus, Humfredus de Torono constabularius, Gualterus, dominus Tiberiadensis, Girardus Synodiensis (sic), [2]) Galterius, dominus Beritensis, Philippus Neapolitanus, Hugo, dominus Caesariensis, Guormundus Tiberiadensis, Guido Francigena, Henricus Bubalus, Guillelmus marescalcus, Odo de S. Amando, vicecomes Hierosolymitanus, Simon de Hosdent. Datum per manum Stefani, Radulfi, Bethlemitae episcopi regisque cancellarii, in hoc officio vicefungentis (Paoli I, p. 37—38, No. 36; cf. p. 494—496; Lois [ed. Beugnot] I, p. 404, not.). **355**

[1]) Qui in Chronol. magistrorum Hosp. (Archives d. miss. scientif. 1857, p. 26) vocatur: Augier de Balben. [2]) Corrigas: Sydoniensis.

„ Nov. 30, ind. IX. Joppae. — Amalricus, comes Ascalonitanus, consensu fratris regis Balduini III et matris Milisendis canonicis S. Sepulchri pro expensis, quas ad Ascalonem capiendam fecerunt, casale Geliadia (Geladia) cum XVI carrucatis terrae, domum urbis Ascalonis et II carrucatas in casali Baineolbederan in cambium cujusdam mahumeriae, quae in dicta urbe sita et Cathara id est Viridis nuncupata olim data sed ab iis assensu A(malrici) patriarchae regi reddita est, praeterea IV carrucatas terrae, quae super flumen ante Joppen est, necnon gardinum, vineam vicinam et aliam vineam ibidem sitas donat et sigillo confirmat. — Gunterius, Montis Syon, Aimericus, Montis Oliveti priores, Rainerus cancellarius, Radulfus, archidiaconus Jherusalem, Simon (Symon) de Hosdenc (Osdenc), Jocelinus de Samusac, Bertram (Bertrandus) marescalcus, Rohardus de Joppe et frater ejus Barisanus, Raynaldus (Rainaldus) de Joppe, Gerbertus, Albertus, Lambertus, Pilatus (Pylatus), Guillelmus Rufus, Gillebertus castellanus. Datum per manum Radulfi cancellarii (Rozière, p. 115—117, No. 58; Lois [ed. Beugnot] II, p. 522, No. 37 [1 Dec.]; Migne, p. 1153—1154, No. 58; cf. Wauters II, p. 423). **356**

( „ ). — Amalricus, patriarcha Hierosolymitanus, Alexandro III scribit, ecclesiam orientalem, Victore IV schismatico reprobato, ipsum verum pontificem in Synodo Nazarena, cui interfuerunt (Petrus), Tyrensis, et (Letardus), Nazarenus, archiepiscopi et alii praesules unanimi voluntate agnovisse [1]) (Bouquet XV, p. 763—764, No. 21; Tengnagel, Veter. mon., p. 410; Labbe, Concil. X, p. 1404; Mansi, Concil. XXI, p. 1145—1146; cf. Guill. de Tyro lib. XVIII, c. 29). **357**

[1]) Quod Alexander III (20 Jan. 1161) archiepiscopo Salisburgensi Eberardo nuntiavit (Jaffé-Löwenfeld, No. 10645); cf. Reuter, Alexander III, I, p. 108—110; III, p. 561—562, 568.

**1160**, ind. VIII. In ecclesia S. Joseph. — Herbertus, SS. Joseph et Abacuc(h) abbas, Hugoni de Ybelino, domino Ramathensi, commutat et reddit, quaecunque pater ejus Barisanus dicto conventui apud Bethel dederat, scilicet Bethel et Beze, quod dicitur Bazirim,[1]) cum II carrucatis terrae, V jornatas atque turrim, capella vero de mandato A(malrici) patriarchae N(icolao), S. Sepulchri priori, tradita. Haec omnia dictus Hugo coram fratribus SS. Joseph et Abacuc necnon Balduino, archidiacono S. Georgii, Gisleberto, ejusdem ecclesiae cantore, magistro Anschetino, fratre Roberto de Git, Marsirio et Andrea Andegavensi militibus et Alberto Lombardo, S. Sepulchri canonicis, scilicet per manum Bernardi cantoris et magistri Achillis in ipsa ecclesia S. Joseph concedit et Herberto ejusque fratribus pro commutatione antedicta partem Turonii, quod est sub Mirabello ad surdos fontes, et ejusdem territorii II carrucatas donat ac sigillo confirmat. — Herbertus abbas; de fratribus: Bonetus, Nicholaus, Martinus, Harduinus, Martinus, Robertus, Lambertus, Laurentius (Lauriencius), Petrus, Guillelmus, Raymundus (Raimundus), Albertus, Ebroinus, Umbertus, Johannes, Garinus (Guarinus), Anselmus, Bernardus, Christianus, Gerardus, Johannes, Saberandus (Siberandus), Galandus. — Apposita sunt sigilla domini Constantini, episcopi Ramathensis, et ecclesiae SS. Joseph et Abacuc. Factum Balduino III rege (Rozière, p. 131—133, No. 64; Migne, p. 1162—1163, No. 64). **358**

[1]) Rozière, p. 133: Bazarim.

„ , ind. VIII. — Milisendis, regina Hierosolymitana, assensu filii, Balduini III regis, ecclesiae B. Mariae de valle Josaphat per manum abbatis Willelmi casale Casracos casali Aschar vicinum praeter quandam particulam terrae cuidam turcopulo donatam concedit et sigillo confirmat. — Amalricus patriarcha, Gerardus, episcopus Laodicensis, Amalricus, comes Joppensium, Rohardus Neapolitanus, Balduinus, vicecomitis Neapolitani filius, Balduinus Bubalus, vicecomes Neapolitanus, Johannes de Valentienes, Johannes Vacarius, Gerardus Passerellus, magister Stephanus, Gislebertus de Funda. Datum per manum Guidonis (Delaborde, p. 81—82, No. 34). **359**

„ , ind. VIII. — Hugo de Ybelino, dominus Ramathensis, pro magno ipsi in captionis liberatione beneficio collato fratribus S. Sepulchri per manum N(icholai) prioris coram Amalrico patriarcha, Constantino, episcopo Ramathensi, consensu fratrum Balduini et Barisani necnon sororum Ermengardae et Steph(an)iae commutationem supra (No. 358) laudatam sigillo Balduini, avi sui, primi Ramathensis domini, confirmat. — Philippus Neapolitanus, Radulfus, archidiaconus Hierosolymitanus, Bernardus monachus, Johannes, decanus S. Georgii, Balduinus archidiaconus, Gislebertus (Gillebertus) cantor, Franco, magister Anschitinus, Azo, Radulfus, Erchenbertus (Erchembaldus) capellani; Rainaldus de S. Gallerico (Valerico), Marsirius de Ramatha, Andreas Andegavensis, Albertus Lombardus, Umbertus de Bar, Symon Ruffus, Herbertus Tortus, Johannes Raimundi. Barisanus confirmat, fratrem suum Hugonem de Ybelino casalia Odomamel, Dersabe, Corteiz, Hodabet, Dermasun canonicis S. Sepulchri vendidisse. Hujus vero venditionis et confirmationis accedunt testes: Ordelez (Ordeletz), Philippus de Caphran(o), Paganus de Rohais, Georgius Arrabit (Arrabiz), Adam Dorniel, Osmundus, Paganus de Isengrin (Hisengrino), Garinus, Jordanus de

Ybelino (Hybelino), Radulfus et Petrus capellani. Factum Balduino regnante, Constantino, episcopo Ramathensi, sigillante (Rozière, p. 133—135, No. 65; Migne, p. 1163—1164, No. 65; Duchesne, Hist. de Bethune, p. 359—360). **360**

**1160**. (Caesareae?) — Hugo, dominus Caesareae, assensu uxoris Ysabel(lae), filiae Johannis Gothmanni, domui S. Lazari de Jerusalem pro animabus parentum et ipsius necnon pro amore fratris sui Eustachii, qui ejusdem domus frater est, viridarium, quod Stephanus de Loripes tenuit, et domum, quae fuit antedicti fratris, necnon aliam supradictae cohaerentem domum, quae est Arnaldi Galae, fratris ejusdem domus, quibusdam conditionibus concedit et sigillo confirmat. — Enguibertus Encoflel, Henricus de Camisecua, Macharius, Manasses, Amauricus domini, Petrus Costa, Bertinus, frater dominae Agnae, Robertus de Corbia, Reinaldus de Belguade, Aerig Dariae, Rainerius de Galenia, Rogerius Guales, dominus Gervasius, Rainerius, filius Stephani de Gibeleth. Factum Amaurico patriarcha et Arimis, archiepiscopo Caesariensi, Balduino III rege (Cibrario, p. 232—234; Ferrand, p. 28—29; Archives de l'Orient latin II B, p. 136—137, No. 18). **361**

( „ c.). — Arnaldus, prior S. Sepulchri, coram Amalrico patriarcha hominibus Mahumeriae vineas Hugonis de Horso et Radulfi Parisiaci quibusdam conditionibus concedit. — Arnaldus prior, Nicholaus subprior, Godefridus thesaurarius, Gamaliel, Ilbertus, Petrus Sepulcri, Achilles, Bernardus Antiochiae, Petrus Clemens, Hugo Nigellae, Petrus Latinae, Petrus Lombarz, Rainaldus de Lochis, Robertus Antiochiae; de hominibus Mahumeriae: frater Pisanus, dispensator domus, frater Ungarus, Robertus, Arnulfus, Johannes Guitardus, Petrus Judaeus, Andreas de S. Galterio, Hugo de S. Helia, Martinus de Monte Gaudii, Ambrosius, Robertus Iners (Rozière, p. 249—250, No. 135; Migne, p. 1225—1226, No. 135. In linguam germanicam vertit et notis illustravit G. Rosen in Wochenblatt der Johanniter-Ordensballey Brandenburg 1863, p. 127—128, No. 21). **362**

( „ c.). — Bertrandus, magister Templi, fratribus S. Sepulchri per manum Nicholai prioris medietatem omnium decimarum, quas in locis ad dictam ecclesiam pertinentibus fratres de Templo possident, concedit et sigillo confirmat. — Testes ut infra (No. 364) (Rozière, p. 152—153, No. 76; Migne, p. 1164—1165, No. 76). **363**

( „ c.). — Bertrandus, magister Templi, coram Amalrico, patriarcha Hierosolymitano, fratribus S. Sepulchri per manum Nicholai prioris illos CL bisantios, quos Templo annuatim solvere tenebantur, sigillo Templi apposito remittit, tribus casalibus Bubin, Caphardin,[1]) Bet(h)elcanzir in cambium acceptis. — Willelmus senescalcus, fratres: Gaufridus Fulcherii, Thomas Hermoini, Berengarius de Castello Perso, Galterius Beritensis, Odo de Avalone, Bonetus, Mainardus, Amalricus de Berno, Gaufridus capellanus, Johannes capellanus, Radulfus Tyberiadis (Tyberiadensis), Hugo de Corbelio, Leo, Stephanus de Jherusalem, Hugo de Vaudemon, Willelmus de Filisteda, Bricius, Hysmio [2]) (Rozière, p. 150—152, No. 75; Migne, p. 1163—1164, No. 75. In linguam germanicam vertit et notis illustravit G. Rosen in Wochenblatt der Johanniter-Ordensballey Brandenburg 1863, p. 52—53, No. 9). **364**

Rozière: [1]) p. 262: Keffred(d)il, Bethchamzir, [2]) p. 153: Ysmio.

(**1160** c.). — Canonici S. Sepulchri et monachi S. Mariae Magdalenae Jacobitae [1]) controversiam, quae inter utrumque conventum de terris Ramathae et Hadessae diu versabatur, sublatam esse, confirmant. — Arnulfus vicecomes, frater Leo Templi, Adam Niger, Fulco, frater ejus, Robertus de Retest, Petrus Harmenius, Johannes Raimundi, Robertus Banchelini, Salem, Arbertus Lombart, Abertus Tortus, Petrus Petragoricensis, Rainaldus Siccarius (Rozière, p. 221, No. 119; Migne, p. 1213—1214, No. 119). **365**

[1]) Ab hac ecclesia S. Mariae Magdalenae Alemannorum discernenda est, a sanctimonialibus possessa, quam praeter St. Mariae ecclesiam «secus ecclesiam S. Resurrectionis» vocat Albericus in Mon. Germ. SS. XXIII, p. 819; cf. Vogüé, Les églises, p. 303—304.

**1161** Jul. 31, ind. IX. Nazareth. — Balduinus III, rex Hierosolymitanus, consensu Theodorae uxoris, Amalrici fratris, comitis Ascalonitani, Raimundi, comitis Tripolitani, ejusque sororis Milisendis, futurae imperatricis Constantinopolitanae, et consilio Hodiernae, matris ipsius, comitissae Tripolitanae ac regis materterae, Philippo Neapolitano ejusque heredibus Montem Regalem cum omni terra, Crach castellum et Ahamanth cum pertinentiis necnon castellum Vallis Moysis cum tota terra Balduini, filii Hulrici, vicecomitis Neapolitani, insuper servitium Johannis Gomanni, quod pro terra illa ultra Jordanem sita regi debebat, donat. Hanc igitur totam terram, Montem Regalem, Crach et Ahamant, ubicunque in longum sive in latum protenditur a Zerca usque ad Mare Rubrum, eadem integritate, qua Paganus, regis pincerna, quoad vixit, eam tenuit, necnon castellum [1]) Vallis Moysis et totam terram, quam dictus Balduinus trans Jordanem habuit et rex ab eo concambio obtinuit, cum omnibus Surianis, Saracenis sive villanis, quibus tantum excipiuntur illi, quos Balduinus, filius Hulrici, in terra sua ad ignem et focum hospitatos die concambii retinuit, cum servitio Johannis Gomanni dicto Philippo et heredibus, salvo tamen servitio, quod pro honore Montis Regalis regi fieri debet, salvis beduinis, qui de terra Montis Regalis nati non sunt, salvis denique regis caravanis, quaecunque de partibus Alexandriae et totius Aegypti in urbem Baldach et e converso transeunt, concedit atque sigillo confirmat. In concambium vero hujus totius terrae Philippus antedictus consensu Helizabet uxoris, Rainerii filii, filiarum ac fratrum, scilicet Guidonis Francigenae et Henrici Bubali regi totum feodum a Rohardo et Gisla, uxore ejus, olim acceptum (praeter casale Adelemia vocatum et possessiones, quas in Montibus Bassis retinet), insuper feodum patris sui Guidonis de Mile, feodum Guidonis Francigenae, quod in montanis Neapolitanis prius de domino Rohardo, postmodum de fratre suo Philippo Neapolitano tenuit, feodum Henrici Bubali, fratris sui, et Gaufredi Torti, denique Maronem et totum illud, quod in montanis Tyri et Toroni habuit, retribuit et munit. — Petrus, archiepiscopus Tyriensis, Fredericus, Acconensis, Girardus, Laodicensis, episcopi, Humfredus de Torono constabularius, et filius ejus Humfredus, Gualterius de S. Audemaro, castellanus et Tyberiadis dominus, Gormundus Tyberiadensis, qui dominus est de Bezans, Hugo, Caesariensis dominus, Gualterius, Berithi dominus, Arnaldus de Crest, Hugo sine censu, constabularius Tripolitanus, Guillelmus Porcelet, Vivianus de Caypha et filius ejus Paganus, Guillelmus marescalcus, Odo de S. Amando, castellanus et vicecomes Hierosolymitanus, Clarembaldus, vicecomes Acconensis,

[1]) In margine (p. 5, not. 2) alia manu: Petrocii comitis.

Paganus de Voch, Girardus de Pogi, Gaufridus Tortus,[2]) Gocellinus Pessellus, Rohardus Neapolitanus, Balduinus de Gebal, Johannes de Valentinis, Gomerius [3]) de Neapoli, Hibertus. Datum per manum Radulfi, episcopi Bethleemitae regisque cancellarii (Strehlke, p. 3—5, No. 3; cf. Altpreuss. Monatsschr. 1882, XIX, p. 637, No. 1). || Hoc privilegium H(enricus), archiepiscopus Nazarenus, et G(auterius II), episcopus Acconensis, se legisse (Accon 22 Febr. 1249) confirmant (Rey, p. 27—28; cf. Altpreuss. Monatsschr. 1882, XIX, p. 640, No. 32). **366**

[2]) De eo cf. Lois (ed. Beugnot) I, p. 422. [3]) Corrigas: Garnerius. Hanc cartam et similes notis geographicis et historicis illustraverunt Comes de Mas Latrie: La terre au delà du Jourdain (Bibl. de l'école d. chartes 1878, p. 416—420, 588), Les seigneurs du Crac de Montréal appelés d'abord seigneurs de la Terre au delà du Jourdain (Arch. Veneto 1883, XXV, p. 475—494) et E. G. Rey: Note sur les territoires possédés par les Francs à l'est du lac de Tibériade, de la Mer Morte et du Jourdain (Mém. des antiq. 1880, XLI, p. 86—94.

**1161** Aug. 9, ind. IX. Accon. — Teodora, regina Hierosolymitana, Manuhelis imperatoris neptis, Ricardo Anglico, hostiario suo, ejusque heredibus domum palatio Humfredi constabularii a septentrione contiguam donat et sigillo confirmat, quam idem Humfredus reginae olim donaverat, et inter portam S. Mariae et palatium Humfredi sitam. — Giraldus Passerellus, Dionisius miles, Ricardus, Galluani frater, Michael Grifo panetarius, Mala Pinus, Stephanus Pernus. Datum per manum Stephani Lugdunensis (Archives de l'Orient latin II B, p. 138—139, No. 20). **367**

„ Nov. 21, ind. IX. Accon. — Balduinus III, rex Hierosolymitanus, sigillo confirmat, Johannem Gothmannum, concedentibus uxore Amandala, filio Anscherio, ejusque uxore Stephania, filia Helisabeth, uxore Hugonis, domini Caesariensis, et ipso Hugone pretio MCCCC bisantiorum canonicis S. Sepulchri casalia Bethahatap (Bethaatap),[1]) Derhassen,[2]) Derxerip, Culi, Vastinam Leonis vendidisse. — Amalricus, comes Ascalonitanus, Humfredus de Torono constabularius, Philippus Neapolitanus, Hugo de Hybelino (Ybelino), Hugo Caesariensis, Balduinus de Insula, Galterius de S. Audemaro, castellanus et Tiberiadis dominus, G(u)ormundus Tyberiadensis, Clarembaldus, vicecomes Acconensis, Guillelmus de Hursa, Guido de Maneriis. Datum per manum Stephani, Radulfi, Bethlemitae episcopi regisque cancellarii, in hoc officio vicefungentis (Rozière, p. 195—196, No. 99; Migne, p. 1199—1200, No. 99; cf. Wauters II, p. 452). **368**

Rozière: [1]) p. 197: Bethaap, p. 266: Beitatap, p. 279: Betatap, [2]) p. 197: Derassen, p. 279: Derasen.

„ Dec. 3, ind. IX. — Johannes Gothmannus, urgente necessitate videlicet redemptione de paganorum captivitate venditionem supra (No. 368) laudatam facit et Balduini regis consensu factam ejus sigillo confirmat. — Odo de S. Amando, castellanus Turris David, Marmio, Radulfus Bornio, Adam Niger et frater ejus Fulco, Thomas Patricius, Petrus Hermenius, Baharam, Gaufridus Turonensis, senescalcus Amalrici patriarchae, Briccius (Brictius), Rainaldus Sicherius, Geraldus Aldenarius, Albertus Lombardus, Willelmus Beraldus, Arbertus Tortus, Willelmus Normannus (Rozière, p. 197—199, No. 100; Lois [ed. Beugnot] II, p. 523, No. 38; Migne, p. 1200 —1202, No. 199; cf. Wauters II, p. 432). **369**

„ , ind. IX. — Petrus, archiepiscopus Tyrensis, ecclesiae S. Sepulchri per manum Nicholai prioris decimam casalis Derina et cujusdam viridarii,

quod est clausum per se cum berquilio inter murum Tyri et antemurale, necnon ecclesiam B. Mariae, quae Tyri prima fuit sedes, concedit. — A(malricus) patriarcha, Amicus, S. Sepulchri praepositus, Gotofredus (Gottifridus) thesaurarius, Renaldus, Girardus, Willelmus, canonici Tyrenses (Rozière, p. 140, No. 68; Migne, p. 1167, No. 68). **370**

**1161.** — Lethardus, archiepiscopus Nazarenus, controversiam inter ecclesiam Nazarenam et vallis Josaphat de decimis casalium Ligionis et Tannoc diu agitatam pacto quodam sigillo apposito tollit. — Amalricus, patriarcha Hierosolymitanus, Ervesius, archiepiscopus Caesariensis, Constant(i)nus, Ramatensis, Reinerius, Sebastensis, Fredericus, Acconensis, Herbertus, Tyberiadensis, Johannes, Paneadensis [1]), episcopi, Reginaldus, abbas de Latina, Nicolaus, S. Sepulchri, Gunterius, Montis Syon, priores; de canonicis Naz(arenis): Stephanus prior, Ernulsius, Bernardus de Cana, Sanson, Odo, Pontius thesaurarius, Guillelmus de Buria, Giraudus, Reginaudus, Bertramus, Giraudus de Cana, Willelmus de Gibesward (Delaborde, p. 82—83, No. 35). **371**

[1]) De quo Röhricht in ZDPV. X, p. 29. Sigillum cujusdam Petri, episcopi Paneadensis, (sine anno) cf. in Musée archéol. II, p. 316, No. 16.

„ (1166), ind. IV (X), concurr. V. [1]) — Guilelmus, quartus episcopus Acconensis, [2]) et ejusdem ecclesiae capitulum Mansoni et Sergio, Leonis Curialis filiis, et Amalfitanis, qui in civitate Accon obierint, locum quendam in cimeterio S. Nicolai in usum sepulturae sigillo concedit, in quo praedictus Manso carnarium ad ossa mortuorum reponenda propriis sumptibus construxit et tumbam desuper aedificavit. — Fridericus, Tyrensis archiepiscopus, [3]) Renertus, Lidensis episcopus, Hugo, abbas Templi Domini, Hermannus archidiaconus, Jonatas et Michael, canonici et presbyteri, Petrus Frances . . . . . ., canonici et diaconi, Petrus Cataulensis, canonicus et subdiaconus. Factum Willelmi anno III (Matt. Camera, Mem. storic. diplom. I, p. 200; Pansa I, p. 91; II B, p. 54—55; Ughelli VII, p. 203). **372**

[1]) Datum corrigendum est in: 1166, ind. XIV, concurr. V. [2]) De quo Röhricht in ZDPV. X, p. 20; antea fuit archidiaconus Tyrensis. [3]) De quo ibid. X, p. 17.

„ — Hugo, dominus Caesareae, assensu uxoris Helisabeth in assisiam XXV bisantios in redditu cisternae Chaquo per singulos annos mense Augusti recipiendos Jacobo cuidam, praeterea ipsi ejusque homini et duabus equitaturis domi forisque procurationem et amissorum restaurationem et, si uxorem duxerit, XXV bisantios et dictae procurationi V alios bisantios necnon XX modios tritici superaddere pollicetur et sigillo confirmat. — Eustachius Scoflel, Henricus de Cemeseques, Amauricus, Petrus Costa, Balduinus Costa, Macharius Rogigales, Rainerius de Gibbelleto (Paoli I, p. 241, No. 196). **373**

( „ c.). — Gilbertus, magister Hospitalis, a Ludovico VII, rege Francorum, petit, ut eleemosynis dictum Hospitale manutenere et adjuvare studeat (Bongars, Gesta Dei, p. 1177—1178, No. 12; Duchesne, SS. rerum Gall. IV, p. 693—694, No. 354; Bouquet XVI, p. 28—29, No. 93; Paoli I, p. 308—309; Migne, Patrol. lat. CLV, p. 1270—1271, No. 11). **374**

**1162.** — Petrus, archiepiscopus Tyrensis, concordiam inter se ipsum, quondam S. Sepulchri priorem, et G(ilduinum), abbatem S. Mariae vallis Josaphat, de quadam terra casalis Feniculi factam, nunc coram B(alduino II),

archiepiscopo Caesariensi,[1]) renovatam confirmat; homines enim ab utraque parte electi terram a palmo usque ad carrobletum (a carrobleto usque ad cannetum), a canneto usque ad flumariam recta linea et concorditer perambulaverunt. Itaque praedictus Petrus praedicto abbati terram a canneto in ultra, quae quasi lingua est, concedit, ita ut a canneto per transversum ad flumariam divisa stabilis et firma fiat. — Manasses, Gervasius, Aeris de Area, Emelinus miles, Arnaldus curta cappa, Georgius Herminius, Rainaldus Belgrant. Factum anno archiepiscopatus Petri XIII (Rozière, p. 141—142, No. 69; Migne, p. 1167—1168, No. 69). **375**

[1]) Qui anno 1162 jam mortuus fuit (ZDPV. X, p. 12), quo Ernesius fuit archiepiscopus Caesariensis, itaque aut pro B(alduino) E(rnesius) legendum aut charta nostra falsa habenda est; tertius decimus vero annus archiepiscopatus Petri supradicti fuit 1163 (ibid. X, p. 17).

**1162**. — Petrus de Volpes, prior ecclesiae Nazareth, vicarius ejusdem archiepiscopi Roberti,[1]) quae ecclesia possidet citra mare, enumerat (Paoli I, p. 458—459). **376**

[1]) De quo ZDPV. X, p. 14. De translatione Sedis Nazarenae in urbem Barolitanam cf. Ughelli VII, p. 769—773, Comte Riant in Arch. de l'Orient latin I, p. 707.

( „ c.). — Rogerius de Caïfa ejusque frater Johannes canonicis S. Sepulchri III terras citra flumen de Cayfa prope fontanas et III ultra finem supra ripas sitas, quantum VI paria boum laborare possint, scilicet III ad seminandum et III ad garantandum donat. — Hernesius, archiepiscopus Caesariensis, Bonefacius, Caesareae canonicus et Cayphae capellanus, Willelmus, regis marescalcus, Willelmus de Montegisart, Johannes, frater ejus, Henricus de Gilebeleth, Kogh, filius Manasse, Hunbertus, miles Pagani, Vivianus vicecomes, Clemens, dapifer domini Cayfae (Rozière, p. 229, No. 125; Lois [ed. Beugnot] II, p. 526—527, No. 42; Migne, p. 1217, No. 125). **377**

**1163** Jan., ind XI, lun. XI. — Guillelmus de Mareclea cum Beatrice uxore consensu Guillelmi Rainuardi patris, fratrum Rainuardi et Raymundi, Giberto, magistro Hospitalis,[1]) castellum Eixserc cum pertinentiis et juribus et vallem de Luchen MCCCC bisantiis, quos Guillelmus jam accepisse confirmat, et LX bisantiis, quos dictus magister Beatrici tribuit, necnon casali in territorio Tortosano sito nomine Nubia datis, vendit. — Oliverius de Nephin, Gasto de Nephin, Bertrannus de Insula, Petrus Gombaldus, Guillelmus de Mareclea, (qui addit, hanc emptionem a Raimundo III, comite Tripolitano, sigillo[2]) munitam esse, Nubia in feodum accepta et Guillelmum R(ainuardum) assensisse). Hugo sine Censu, Petrus Girardus, Petrus du Suiura. Venditio facta est in manus fratrum Raimundi de Tiberiade, Ernaldi Lombardi, Eschifardi, Nicolai, Audini,[3]) Raginaldi arbalestier (Paoli I, p. 39—40, No. 38). || Hoc privilegium (c. 1250) Petrus, episcopus Valeniae, precibus Nicolai, castellani Margati, et Bohemundi V, principis Antiochiae, se vidisse confirmat (Delaville le Roulx, p. 16). **378**

[1]) De quo accuratissime disseruit Herquet in Wochenblatt der Johanniter-Ordensballey Brandenburg 1883, No. 17—22 et ZDPV. VI, p. 211—213. [2]) De quo Delaville le Roulx in Mém. des antiq. de France 1886, XLVII, p. 230—231. [3]) Alias Audinus, Odinus.

„ Mart. 6, ind. IX (leg. XI). — Adam, ecclesiae S. Abrahae prior, Petro Jai confratri ejusque heredibus casale, quod dicitur Naharia et juxta puteum situm est, in via videlicet, qua de urbe Antiochia itur ad pontem

Farfaris, cum II domibus Antiochiae, quarum una S. Mariae Rotundae,[1]) altera domui comitissae de Cereph vicina est, quibusbam conditionibus et salvo jure uxoris Willelmi Hostiarii ejusque solius heredis coram Amalrico patriarcha vendit. Factum Amalrico I rege. — Nicholaus, S. Sepulchri prior, Arnulfus subprior, Godefridus thesaurarius, Amicus; de canonicis S. Abrahae: Odo de Golgota, Petrus diaconus, Stephanus, Guischardus, Vivianus, Nicolaus, Paganus, Johannes Lumbardus, Petrus Arvernensis, Robertus, magister Hugo; de aliis: Amalricus, thesaurarius S. Georgii, Johannes de Arsur, magister Paganus, Aitardus, Alo, Conradus, magister Hugo, Petrus Amfredus, Burgundio, Willelmus Beraldi, Johannes Raimundi, Johannes Turonensis, Raimundus, Petrus Bernardi et nepos ejus Bartholomaeus, Bernardus (Delaville le Roulx, p. 97—99, No. 19 [cf. p. 16]; Prutz, p. 97—98, No. 17 [ad 1162]). **379**

[1]) De aliis ecclesiis Antiochenis cf. Wilbrand, p. 172—173; Gauterius Cancell. in Rec. d. hist. d. croisad., aut. occid. V, p. 85.

**1163** Jun. 15. — Raemundus III, filius Raimundi, comes Tripolitanus, Landulfo, filio Johannis Comitis Mauronis, Manso Curiali, Lucae Floro, Leoni Falangolae, Bohemundo, filio Johannis Marchisani, et aliis Amalfitanis consensu Homodei Mimol et ejus uxoris Sibiliae, filiae Guillelmi Guersi, domos quasdam Laodiceae tenendas sigillans reddit, quarum termini sunt domus vicecomitis et quondam Stephani de Nimen, Oliverii, patris Carbonelli, vicus et via, quae a mari ducit versus domum domini Rainoardi. — Hugo Sineconta constabularius, . . . . de Montepratoso marescalcus, Hugo de Gibelet, filius Hebriaci, Reinoar de Neficis,[1]) Guillelmus de Craco, Araczeus Bernardi de Magdalo, Rufinus miles, Alandus de Bulara, Petrus de Losina, Rainoardus de Mentedei, illustris vicecomes, et Johannes, ejusdem filius, Pontius de Leura, Johannes, filius ejus, Petrus Gerardi, Arnaldus de Lobes, Bonetus, Maurus, filius ejus, Gerardus Armonarius, Pontius S. Aegidii, Americus Beloc,[2]) Armericus Troncus, Petrus de Valentia. Datum per manum Alberici cancellarii (Camera I, p. 202—203; cf. Heyd I, p. 148). || Hoc privilegium et privilegium Amalrici I regis Alexander IV Amalfitanis 26 April. 1256 confirmat (Camera II, p. XLIII, No. 29). **380**

[1]) Corrigas Nefinis; cf. Eracles, p. 314—315. [2]) Alias: Velox, Zelox.

„ Aug. 6. — Anterius, episcopus Valeniae,[1]) cum canonicis suis et Bertrannus de Blanceff, militiae Templi magister, cum fratribus confirmant, talem inter utrosque factam esse concordiam, ut de omnibus, quae fratres Templi citra mare decimant, videlicet de vinea Hospitalis Valeniae et virgultis et bonis a fratribus in episcopatu possessis, quorum decimam ecclesia tenuit, antequam fratres acquisierint, ipse episcopus medietatem habeat, alteram fratres. Insuper Anterius consensu canonicorum Gualterii et Helyae magistro Templi, quicquid antecessor suus Giraldus episcopus in eadem diocesi possidendum concesserat, confirmat. — Anterius, Valeniensis, Petrus, Antaradensis, episcopi, Gualterius, Helyas, canonici de Margato, Helyas et Fulcerius, canonici Antaradenses, Willelmus, vicecomes Tripolensis, Bernardus de Medelon, Bernardus interpres, consul de Bigorre; Bertrannus, magister Templi, frater Galo de Insula, Galterius Brusebarre et Willelmus Ricardus, Salo, capellanus, qui chartam scripsit, fratres (Templi) (Paoli I, p. 40—41, No. 39 [cf. p. 497]; Delaville le Roulx, Docum., p. 12, No. 3). **381**

[1]) De quo ZDPV. X, p. 34.

(**1163** Sept. sub fin.). — Amalricus I, rex Hierosolymitanus, Ludovico VII, regi Francorum, nuntiat, se apud Bulbais Aegyptios fugavisse et in crastino die urbem ipsam oppugnavisse neque tamen, flumine Paradisi ex improviso interveniente, capere potuisse (Bongars, p. 1182, No. 23; Duchesne IV, p. 699, No. 366; Bouquet XVI, p. 59—60, No. 194; Migne CLV, p. 1278, No. 22; cf. Röhricht, Amalrich I, p. 440). **382**

( „ Sept.-Octob.). — B(ertrandus) de Blancesfort, magister Templi, Ludovico VII, regi Francorum, miserabilem Terrae Sanctae statum exponit, quum R(ainaldus), princeps Antiochiae, captus [1]) et paulo post, castellis terrae motu eversis, Balduinus III rex mortuus sit,[2]) supplicans, ut Terrae Sanctae succurrat; singula malorum, quae christiani Terrae Sanctae patiantur, latorem epistolae fratrem Templi enarraturum esse (Bongars I, p. 1176 —1177, No. 10; Duchesne IV, p. 692—693, No. 352; p. 697, No. 361; Bouquet XVI, p. 38, No. 123; Migne, l. c. p. 1269—1270, No. 8; cf. Röhricht, Amalrich I, p. 434). **383**

[1]) 23 Nov. 1160 (Guill. de Tyro XVIII, c. 28). [2]) 10 Febr. 1162 (Röhricht, Amalrich I, p. 433).

( „ Sept.-Octob.). — Amalricus I, rex Hierosolymitanus, Ludovico VII, regi Francorum, scribit, paulo post, quam Rainaldus, princeps Antiochiae, captus fuerit, in civitate Antiochiae et terris vicinis terrae motum factum fuisse necnon Balduinum regem obiisse et, ut Terrae Sanctae subveniat, petit latorem epistolae archiepiscopum Mamistranum commendans (Bongars I, p. 1173—1174, No. 4; Duchesne IV, p. 689, No. 346; Bouquet XVI, p. 37—38, No. 122; Migne CLV, p. 1265—1266, No. 3; cf. Röhricht, Amalrich I, p. 434). **384**

„ Tyri. — Petrus, archiepiscopus Tyrensis, canonicis S. Sepulchri per manum Nicholai prioris privilegium supra (No. 370) memoratum repetens confirmat et decimam IV carrucatarum terrae, quam Balduinus II rex dictae ecclesiae prope casale Derina sitam donavit. — Mainardus, episcopus Beritensis, Gualterius decanus, Willelmus archidiaconus,[1]) Aimo, Rainaldus thesaurarius, Mathaeus, Odo, Philippus, Willelmus, Girardus, canonici Tyrenses. Datum per manum Alberti, cancellarii ecclesiae Tyrensis (Rozière, p. 230—231, No. 126; Migne, p. 1217—1218, No. 126). **385**

[1]) Postea archiepiscopus Tyrensis (ZDPV. X. p. 17).

„ Hierosolymis. — R(adulfus), episcopus Bethleemitanus, se MCCXI bisantiis mutuo acceptis casale Romandet et domos suas Acconenses domibus Templi vicinas communi Massiliae pigneravisse, sigillo confirmat. — De canonicis Bethleemitanis: David prior, Simo cellararius, Godefridus thesaurarius, Armandus Bartholomaeus, Guillelmus Grossus, Nicolaus de Gibelet; de diaconis: Guarinus de Cremet, Garnerius Juvenis; de laicis: Jocelinus miles, Ludovicus senescallus, Johannes de Bethleem, Raynaldus de Joppe, Anselmus Robertus de Rames. Datum per manum Simonis cellararii (Rey, p. 21—22; Bibl. de l'école d. chartes 1873, p. 656—657; cf. p. 313; Ruffi, Hist. de Marseille, p. 93; Heyd I, p. 155). **386**

„ — Boamundus III, princeps Antiochenus, Hospitali privilegium Raimundi patris insertum [1]) et sequentia sigillo confirmat, scilicet in civitate Laudiciae, quaecunque Rainaldus princeps et alii dederunt, scilicet balnea

[1]) Supra No. 253.

ante domum Hospitalis, gastinas Danielis et Ugonis Bernardi, quarum alteram Robertus de Surdavalle attribuit, deinde pro cambio III estaconomorum, quae Laodiceae sunt in littore maris, donat hortum Hospitali vicinum et XL bisantios assisiae de taneria per singulos annos recipiendos, praeterea in territorio Gibelli turonum de Beauda cum pertinentiis et III gastinis eidem turono vicinis, insuper hortum infra muros Laodiceae, et vineam concedit ultra fontem sitam, quam dedit Robertus Manselli, et III carrucatas proximas, in territorio Gibelli V carrucatas terrae et hospitale ejusdem civitatis cum pertinentiis et redditibus, unde fratres Hospitalis per singulos menses XIII marcibanos frumenti habeant oleique IV litras, et praecipit, ut per singulos annos totum frumentum in areis recipiatur similiter oleum in masseriis. Denique in assisiam per singulos annos Laodiceae LIII bisantios et XI denarios de taneria, totidem bisantios de tenturreria et totidem bisancios de oleo fossimanni [2]) recipiendos donat. Traditum Hospitali per manum Girberti magistri. — Raemundus, comes Tripolitanus, dominus Silvester,[3]) Robertus de Surdavalle, Robertus Manselli Bethleem (?), Willelmus de Logis. Datum per manum Bernardi cancellarii (Paoli I, p. 38 —39, No. 37; cf. p. 496—497). **387**

[2]) Corrigas: sussimani (olei sesami orientalis sive albi); cf. Heyd I, p. 177—178. [3]) Alias vocatur: cognatus principis.

**1163**. — Boamundus III, Raemundi principis filius, princeps Antiochenus, Laodiceae et Galadi dominus, ecclesiae Dei et S. Andreae de Malphia cunctisque Malphitanis medietatem suarum consuetudinum ac jurium, liberum commercium et in civitate Laodiceae III estracones, quorum fines sunt: ab occidente portus maris, a meridie ecclesia S. Petri de Platea, ab oriente via, a septentrione domus Suriani, qui vocatur Asset, per manum Landulfi Comitis Mauro et Lucae de Floro MCCC bisantiis acceptis concedit et sigillo confirmat. — Dominus Silvester, Robertus de Surdavalle, Willelmus de Logis, Guiscardus de Nazareth, Wilelmus, frater Cammarii, et ejus frater Johannes, Galterius Doella, Bernardus Cavallarius, Robertus de Verdun, Arnaudus de Lambos, Bernardus, Andreas, Petrus, Anecel, Petrus de Becar (Camera I, p. 202, Ughelli VII, p. 203—204; cf. Pansa I, p. 94—95; Heyd I, p. 147, 153). **388**

„ Accon. — Raimundus, comes Tripolitanus, sigillo confirmat, inter Bernardum,[1]) abbatem Montis Thabor, cum capitulo et Petrum de Nimenes necnon fratrem ejusdem nominis in domo Giraldi de Conilz Acconensi talem conventionem factam fuisse, ut Bernardus Petro ejusque fratri ejusdem nominis, quicquid dicta ecclesia haberet infra ambitum civitatis Tripolitanae, casale etiam Betahamum in territorio Montis Thabor situm et reliqua omnia, quae possideret in toto comitatu Tripolitano, ad XXV annos possidenda concederet, quo spatio transacto casale cum praedictis ad Montis Thabor ecclesiam rediturum esse; emptores vero abbati DCCCC bisantios solvisse et in unaquaque solempitate paschali XXV annorum C bisantios reddere debere, sed a solutione liberos esse, si hostes domos, vineas, hortos et oliveta omnino devastaverint. Factum Amalrici I regis anno I. — Garinus, prior dictae ecclesiae, Jacobus subprior, Dominicus cantor, Geraldus, Gervasius, Lancelinus, Ademarus, Nicolaus, Petrus, Stephanus, Rainerius, Johannes, Hugo, Arnulfus cellararius, Johannes, Hugo, Martinus, Marcus

[1]) De quo (postea episcopo Lyddensi) cf. ZDPV. X, p. 39.

monachi; de laicis fratribus: Johannes, Odo, Radulfus de Turcopolis,[2]) Petrus baptizatus et filius ejus, Gofridus, Martinus Daragun[3]) et nepos ejus, Stefanus, Odo, Galo, Durannus, Petrus de Cafarset, Pontius, Tancredus et filius ejus, Godofridus, Giraldus aliique quam plures cum Galcherio de Nazaret; ex parte vero Petri de Nimenes et fratris ejus Petri: Raimundus, comes Tripolitanus, Hugo sine censu, constabularius Tripolitanus, Willelmus Porcelet, Salamanc, Pipinus de Vignoles, Willelmus Ervei,[4]) Petrus de Luneres, Ripertus Malsanc, Ridellus, Montis Peregrini castellanus, raiz[5]) Escandar,[6]) Bernardus S. Nazarii, frater Raimundus Escatius, Hugo; de fratribus Hospitalis: Willelmus, Jordanus Davignus, Pontius Caiphae, Pontius S. Egidii (Paoli I, p. 208—209, No. 165). **389**

[2]) De Turcopulis cf. Paoli, p. 499—500; Del Turcopeliento dell'ordine Gerosolimitano in Nuova Raccolta di opuscoli di autori Siciliani 1778, I, p. 28—146; Henri de Curzon, Règle des Templiers, § 169; Alwin Schultz, Das höfische Leben II, p. 169—170; Prutz, Culturgesch. d. Kreuzzüge, p. 186, 261. [3]) De Aragon? [4]) Alias Arvei. [5]) De his regulis beduinorum vel senioribus (arab. reis) cf. Lois (ed. Beugnot) I, p. 26; II, p. XXIV, p. 377; Prutz, l. c. p. 250—253, 547; E. G. Rey, Les colonies franques, p. 241—246. [6]) Alexander.

**1163.** — Balduinus, dominus Marasii, voluntate Agathae uxoris et Hugonis de Rupe «cujus . . . di locus est, de quo sunt locuturi», necnon «Joccae domini Vanaverii vicini ejusdem loci» Hospitali per manum fratris Raimundi de Palacio locum Plattam cum divisis duarum leucarum circumquaque donat et sigillo confirmat. Datum per manum Arturii, capellani et cancellarii. — Simon de Roseto, Gaufridus, capellanus Cissonis, Guiscardus de Lovilla, Brittellus, Reginaldus de Seusia, Remigius, Fulco de Arniis, Raul de Archimonte, W(illelmus) de Petra, Guiscardus, dapifer comiti(s), Terrisius, dominus de Varterin, Foccea (?) Vanaverii, Balduinus, dominus Marasiae, Agata uxor, Hugo (de Rupe). Subjungitur conditio privilegii, ut fratres a pentecosti usque ad annum locum supradictum muniant, alioquin eundem Balduino remansurum esse (Paoli I, p. 41, No. 40; cf. p. 497). **390**

„ , ind. XI. — Eustachius et Agnes uxor, Adam Niger et Osmunda uxor filiique Bertinus et Robertus, filiaque Maholdis, uxor Stefani, Hospitali per manum Gisberti magistri, D bisantiis acceptis, concedunt terram prope S. Stephanum, quae vicina est terrae Hospitalis Hierosolymitani et adjacet duabus viis, «una quarum intrantibus et exeuntibus portam civitatis Jherusalem, quae dicitur S. Stefani, est patula, altera ad Vallem Josaphat tendens habet juxta se cisternam terrae praefate pertinentem, quae aperit os communem haustum praebens viantibus». Factum Almarrico patriarcha, Almarrico I rege. — De Hospitali: Petrus, magister clericorum, et frater Perusinus sacerdotes, Wyllermus diaconus, Guido de Moun[1]) praeceptor, Giraldus thesaurarius, qui dictus est de S. Andrea et solvit praefatos bisantios, Piota, custos infirmorum, Bernardus de Asinaria, Albertus Lombardus; de militibus: Rohardus, castellanus de Turre David et vicecomes Hierosolymitanus, Balduinus Bubalus, Babinus, Petrus Armenus, Thomas Patricius et Eustachius, frater ejus, Brahinus, Fulco Niger, frater praedicti Adami; de juratis Hierosolymitanis: Petrus Bordinus, Rinaldus Lisachir,[2]) Jofridus de Tors, Johannes Ramundus, Lambertus Cambiator, Willelmus Norman., Robertus de Bagencei,[3]) Hugo de Tolosa, Petrus Salomon; praeterea interfuerunt:

[1]) Alias Mauni, Mahone. [2]) Alias: Sicher(ius), Siccarius, Seghir (arabice: zaghîr, parvus). [3]) Alias Belgenci, Balgenci (Beaugency).

Petrus de S. Lazaro, Petrus de S. Jacobo, Stephanus Humberti, Rodulfus de S. Petro, Roardus, filius Toseti, Manasses, frater ejus, Willelmus Patrun (Paoli I, p. 207, No. 164 [cf. p. 538]; Prutz, p. 98—99, No. 18). **391**

(**1163** Aug.—**1164** Aug.). — B(oemundus III), Rainaldi, quondam Antiochiae principis, filius, Ludovico VII, regi Francorum, miserabilem principatus statum exponit (Bongars I, p. 1183, No. 25; Duchesne IV, p. 701, No. 371; Bouquet XVI, p. 27—28, No. 91; Migne, p. 1280, No. 24; cf. Röhricht, Amalrich I, p. 434). **392**

( „ —**1164**). — F(idericus), archiepiscopus Tyrensis, Hugoni, archiepiscopo Rothomagensi, sigillo confirmat, Robertum, dominum de Monteforti coram se, Hugone de Ibelino, Odone de S. Amando, Garnerio de Langis, Johanne de Chause, fratre Roberto de Gornai, latore praesentium, et fratre Rainerio fratribus S. Lazari, priusquam in urbe Accon obierit, varias decimas concessisse (Paris, Arch. nation., S. 4890, No. 28; de sigillo cf. Douët d'Arcq, No. 11812; Musée archéol. 1877, p. 306—307, No. 9). **393**

(**1164** ineunt.). — A(malricus) I, rex Hierosolymitanus, Ludovico VII, regi Francorum, nuntiat, ex quo archiepiscopus Mamistrensis in partes occidentales iverit, quotidie imperatorem Constantinopolitanum exspectari, et supplicat, ut eidem praeveniat, ne Antiochia in Graecorum manus incidat; de cetero se et omnes alios dicti regis jussui obtemperare velle (Bongars, p. 1176, No. 19; Duchesne IV, p. 692, No. 352; Bouquet XVI, p. 39—40, No. 126; Migne CLV, p. 1269—1270, No. 8; cf. v. Kap-Herr, Die abendländ. Politik Kaiser Manuels, Strassburg 1881, p. 75). **394**

„ Mart. 18, ind. XII. (Beryti.) — Gualterius Brisebarram, dominus Berrithi, domui S. Lazari de Jerusalem medietatem cujusdam vineae, quam tenet magister Lambertus, donat. — Paganus Altatesta, Richardus de Rembaham, Gualterius Ardel vicecomes, Obertus de Balneo, Lecius, Robertus de Ancore, Girimsdus, Petrus de S. Albino Wiannensis et omnes milites et burgenses (de) civitate Berriti (Cibrario, p. 234—235; Ferrand, p. 29—30; Archives de l'Orient latin II B, p. 139, No. 21). **395**

( „ ) April. 8. Ad fontem Sephoriae. — A(malricus I), rex Hierosolymitanus, Ludovico VII, regi Francorum, nuntiat, Balduinum III, regem Hierosolymitanum, in die S. Scholasticae (10 Febr. 1162) obiisse seque ipsum regnum accepisse, sed totam Terram Sanctam, principe Antiochiae capto et pluribus principatus urbibus et castellis praeterito mense Augusti terrae motu subversis in summo discrimine positam esse, supplicans, ut Terram Sanctam quam celerrime adeat (Bongars, p. 1178, No. 13; Duchesne IV, p. 694, No. 355; Bouquet XVI, p. 36—37, No. 121; Migne CLV, p. 1271—1272, No. 12; cf. Röhricht, Amalrich I, p. 433—434). **396**

„ April. 25, ind. XII. Hierosolymis. — Amalricus I, rex Hierosolymitanus, ecclesiae S. Lazari de Jerusalem, quae claustro civitatis contigua est, de omni expeditione, cui ipse vel ipsius vexillum intersit, unde X esclavi vel plures suae portionis sint, I esclavum, nisi miles sit, concedit et sigillo confirmat. — Radulfus, cancellarius regis et episcopus Bethleemita, Fredericus, archiepiscopus Tyrensis, Umfredus, constabularius regis, Philippus de Neapoli, Baldwinus de Insula, Rogerius de Monbrai, Hugo de Caesarea, Odo de S. Amando, Robertus de Monteforti, Willelmus marescallus, Girardus de Pogi, Petrus de Cresech, Otto de Rimbec. Datum per manum

Stephani, Radulfi, episcopi Bethleemitani regisque cancellarii, in hoc officio vicefungentis (Cibrario, p. 235; Ferrand, p. 30—31; Archives de l'Orient latin II B, p. 140, No. 22). **397**

(**1164** April.-Maj.). — G(aufridus) Fulch(erii), Templi conservus humilis, Ludovico VII, regi Francorum, nuntiat, se sanum Accon appulisse et annulum singulis locis sanctis impositum transmittit (Bongars I, p. 1183, No. 26; Duchesne IV, p. 702, No. 372; Bouquet XVI, p. 38—39, No. 124; Migne, p. 1280—1281, No. 24). **398**

( „ April.-Maj.). — Bertr(andus) de Blancafort, magister Templi, eidem regi gratias agit pro honorificentia G(aufredo) Fulch(erii) ab ipso exhibita miserrimum principatus Antiocheni statum exponens (Bongars I, p. 1181 — 1182, No. 22; Duchesne IV, p. 699, No. 365; Bouquet XVI, p. 39, No. 125; Migne, p. 1277—1278, No. 21). **399**

„ Jul. 15, ind. XII. Ascalon. — Amalricus I, rex Hierosolymitanus, canonicis S. Sepulchri privilegium Balduini III (No. 74) repetit et supra (No. 354, 356, 364, 368, 377) laudata confirmat, sed quaedam deperdita memorat, scilicet de jardino Mainardi de Portu, quod filius ejus Raimundus in conversione sua factus frater S. Sepulchri dedit[1]), de terra inter septa Jerusalem sita ac domibus et stationibus Martini Caraoanae, in quibus canonici, quicquid velint, facere valeant, nisi quod regi ipsi liceat, quicunque vero cambiatores, mercatores vel alicujus artificii actores libere et quiete officium suum peragant. — Johannes, Paneadensis, Ricardus, Andriensis, episcopi, Radulfus, prior Sebastensis (Sebastenus), Galterius, princeps Galilaeae, Humfredus de Torono constabularius, filius ejus Umfredus, Girardus Sydoniensis, Philippus Neapolitanus, Hugo, dominus Caesariensis, Guido Francigena senescallus, Fulco Tyberi(a)densis, Gormundus Tyberiadensis, Henricus Bubalus, Odo de S. Amando pincerna, Willelmus marescalcus, Ro(h)ardus Neapolitanus, Balduinus, vicecomes Neapolitanus, Anselmus de Brie, Ro(h)ardus Joppensis, Paganus de Voh, Jocelinus Pe(s)sellus, Ottho de Risberge. Datum per manum Radulfi, Bethlehemitae episcopi regisque cancellarii (Rozière, p. 262 —268, No. 144; Lois [ed. Beugnot] II, p. 524, No. 39; Migne, p. 1232— 1236, No. 144; cf. Wauters II, p. 453). **400**

[1]) Rozière p. 278 (1168) idem privilegium citatur.

„ Aug. 16. — Maria, domina Beriti, conventui S. Lazari de Jerusalem X bisantios regalis monetae annuatim de casali Musecaqui (Mureraqui) recipiendos concedit. — Maynardus, episcopus Beritensis, Helias praecentor, Petrus canonicus, Paganus Cum Testa, Baldwinus de Maraant, Robertus de Ancort, Letius et Gauterius Hardel milites (Cibrario, p. 235; Ferrand, p. 30; Archives de l'Orient latin II B, p. 141, No. 23). **401**

„ Aug., ind. XII. Rivoalti. — Vitalis Michael, Venetiae dux, per manum Leonardi Fradelli, procuratoris ecclesiae S. Marci de Tyro, rugam olim Venetis Tyri concessam, sed postea propter aedificationem ecclesiae S. Marci dimissam donat, quae ruga juxta portam magistram ad introitum ejus prope portum ad latus sinistrum est et firmat uno capite in ruga magistra et protenditur usque ad divisionem regis ab utroque latere, insuper darum et furnum Tripolitanum et CCC illos bisantios concedit, quos commune Balduini privilegio de funda regis, postea de catena Acconensi annuatim accipiebat, sed Fulco rex a tempore Rolandi Contareni retinuit et Leonar-

dus Fradellus requirat ad opus S. Marci expendendos (Tafel-Thomas I, p. 140—144, No. 59; cf. Heyd I, p. 156). **402**

(**1164** Aug. exeunt.). — G(aufridus) Fulcherii, procurator Templi, Ludovico VII, regi Francorum, nuntiat, mense Julii praeteriti A(malricum) I et magistrum Templi Aegyptum invasisse, sed interea Noradinum castellum Harem obsedisse, XII die Augusti Boemundum III, principem Antiochiae, fugasse et cepisse, deinde antedictum castellum expugnavisse et Antiochiam obsidione cinxisse (Bongars I, p. 1179, No. 15; Duchesne IV, p. 695, No. 357; Bouquet XVI, p. 60—61, No. 195; Migne, p. 1273—1274, No. 14; cf. Röhricht, Amalrich I, p. 442). **403**

( „ Aug. exeunt.). — Gauf(ridus) Fulcherii, praeceptor Templi, Ludovico VII, regi Francorum, accuratius de clade Bohemundi III, principis Antiochiae, a Noradino accepta, de expugnatione castri Harem, de rebus ab Amalrico I rege in Aegypto gestis et periculo Terrae Sanctae scribit et, ut eidem celeriter succurrat, supplicat (Bongars I, p. 1182—1183, No. 24; Duchesne IV, p. 761, No. 370; Bouquet XVI, p. 62—63, No. 197; Migne, p. 1279—1280, No. 25; cf. Röhricht, Amalrich I, p. 441—442, 444). **404**

( „ Aug. exeunt.). — Amalricus, patriarcha Antiochenus, Ludovico VII, regi Francorum, nuntiat, Amalricum I regem Berbesio potitum, sed castellum Harem a Noradino captum esse, principibus christianorum victis, eumque ut auxilio veniat, exorat (Martène, Ampl. Coll. I, p. 869—870; Bouquet XVI, p. 61—62, No. 196; Migne CCI, p. 1403—1407; cf. Röhricht, Amalrich I, p. 440). **405**

( „ Nov.). — Bertrannus, minister Templi, Ludovico VII, regi Francorum, nuntiat, Amalricum I regem in Aegypto victoriam reportavisse sed de perturbatione terrae Antiochenae certiorem factum in Terram Sanctam paene desolatam rediisse, et latorem praesentium fratrem Galterium commendat (Bongars I, p. 1184, No. 27; Duchesne IV, p. 702, No. 373; Bouquet XVI, p. 80—81, No. 245; Migne, p. 1281—1282, No. 26; cf. Röhricht, Amalrich I, p. 441). **406**

( „ Nov.). — B(ertrandus) de Blanc(afort), magister Templi, Ludovico VII, regi Francorum, scribit, christianos urbe Aegypti Berbesio potitos esse, sed interea Paneadem (17 Octob. 1164) per traditores in manus hostium incidisse, deinde latorem fratrem Templi Walterum, quem loco Heustani Canis fratris nunc ad ipsum destinet, commendat (Bongars I, p. 1178—1179, No. 14; Duchesne IV, p. 694—695, No. 356; Bouquet XVI, p. 79—80, No. 244; Migne, p. 1272—1273, No. 13; cf. Reuter, Alexander III, III, p. 572; Röhricht, Amalrich I, p. 446). **407**

( „ c.). — H., quondam prior Montis Thabor, (Ludovicum VII), regem Francorum, rogat, ut ad imperatorem Constantinopolitanum scribat, ut ipsum in Franciam redire dimittat, idque ipsius propinquos G(uillelmum) et R(ainaldum) de Merlo a rege expetere (Bongars I, p. 1180, No. 17; Duchesne IV, p. 696, No. 359; Bouquet XVI, p. 82—83, No. 250; Migne CLV, p. 1275, No. 16). **408**

( „ c.). — Miletus, ecclesiae S. Sabae abbas, gastinas Kafarrus,[1] Vetus Betor [2] et Deirfres,[3] quam M(elisenda) quondam regina ecclesiae S. Sabae

Rozière: [1] p. 266, 279: Cafaruth, [2] p. 279: Vetus Bethoron, [3] p. 266, 279: Derfres.

tradiderat, canonicis S. Sepulchri per manum Nicholai prioris CCCCLXXX bisantiis vendit, quorum pretio statim ab Amalrico I rege casale Thora emit (Rozière, p. 256, No. 140; Migne, p. 1228—1229, No. 140). **409**

(**1164** Nov. — **1165** ineunt.). — A(malricus), patriarcha Hierosolymitanus, archiepiscopis, episcopis, abbatibus et universis ecclesiae filiis, postquam miserabilem Terrae Sanctae statum exposuit, Gibertum, magistrum Hospitalis, auxilium christianorum occidentalium imploraturum commendat et omnibus auxilium laturis indulgentiam confirmat (Archives de l'Orient latin I, p. 386—387, No. 2; cf. Herquet in ZDPV. 1883, p. 209—210; Röhricht, Amalrich I, p. 446). **410**

(**1165**) Jan. 14. Antiochiae. — A(malricus I), rex Hierosolymitanus, Ludovico VII, regi Francorum, scribit, Noradinum, principem Saracenorum, Bohemundum III, principem Antiochiae, vicisse, cepisse et urbem Belinas [1]) expugnavisse (Bongars I, p. 1179—1180, No. 16; Duchesne IV, p. 696, No. 358; Bouquet XVI, p. 79, No. 243; Migne, p. 1274—1275, No. 15; cf. Reuter, Alexander III, III, p. 573; Röhricht, Amalrich I, p. 446). **411**

[1]) Quae cum urbs crebrioribus Saracenorum ictibus allideretur, Alexander III Henrico, archiepiscopo Remensi, orientalis ecclesiae nuntios eleemosynas petituros commendavit (Bouquet XV, p. 813—814, No. 123; Jaffé-Löwenfeld, No. 11 105).

„ Mart. 15, ind. XIII. Accon. — Amalricus I, rex Hierosolymitanorum, Pisanis spatium illius terrae, quod supra portum Tyri inter civitatis domos et aquam portus est, concedit et sigillo confirmat, in quo Pisani domum Petri, senescalci archiepiscopi, aedificatam sed destruendam CCCC bisantiis emerunt. — Fredericus, archiepiscopus Tyri, Henfridus constabularius, Gerardus de Sydonia, Philippus de Monte Regali, Henricus Bubilus, Hugo Caesariensis, Gurmundus de Tiberiade, Guillelmus marescalcus, Otto de Risberg, Arnoldus de Andast, Guido de Meinere, Arnoldus, vicecomes Tyri, Petrus Ugonis, vicecomes Acconensis, Johannes de Moneta de Accon, Johannes de Guide. Datum per manum Radulphi, episcopi Betlem regisque cancellarii. — Bonaccursus q. domini Johannis de Admiraliis, Henrici VI imperatoris judex, exemplavit (G. Müller, p. 11, No. 9 [cf. p. 383—384]; Dal Borgo, p. 90—91; Tronci, Memorie, p. 117, Annal. Pisani I, p. 309—310; Scheid, Origin. Guelf. III, p. 518—520, No. 68; Lünig, Cod. diplom. III, p. 1473—1474; cf. Archives d. miss. scientif., I Sér. II, p. 367; Heyd I, p. 150—151). **412**

„ April. 7, ind. XIII. Hierosolymis. — Amalricus I, rex Hierosolymitanus, Hospitali per manum Giselberti magistri casale Semma, vulgo Casale Episcopi nuncupatum, sicut a Guillelmo regisque ceteris hominibus et fratribus Hospitalis divisum est, in cambium de Faluge concedit et sigillo confirmat. — Walterus, princeps Galilaeae, Gurmundus de Tiberiade, Hugo Caesariensis, Rohardus Joppensis, Rohardus, castellanus turris David, Guillelmus Rufus, vicecomes Ascalonae, Arnulfus, castellanus de Blancagarda, Robertus de Balbencurt. Datum per manum episcopi Radulfi Bethleem regisque cancellarii (Paoli I, p. 241, No. 197). **413**

„ (1166) April. 28, ind. XIII, epact. XVII, lun. XV. — Gauterius, Galilaeae princeps et S. Audomari castellanus, consensu uxoris Eschivae et filii Hugonis Hospitali sigillo confirmat casalia Delehaoa et Desaut cum pertinentiis per manus Girberti magistri, Guignonis [1]) praeceptoris et Rai

[1]) De Mauni, Mahone.

mundi marescalci, domus Tiberiadis magistri. — Fulco constabularius, Willelmus marescalcus, Lodovicus, Laurentius, Willelmus de Sueta, Hugo Felon, Donnus Casal, Hugo de Combis, Gormundus, frater Hivonis Ursi, Simon Cheurun, Radulfus Bool,[2] Gauterius vicecomes, Guirodus de Chesneio,[3] Balduinus Gazella, Acarias, frater Hodrius de Templo, Philippus, frater Ludovici (Paoli I, p. 42, No. 41; cf. p. 498; Lois [ed. Beugnot] II, p. 89). **414**

[2]) Arabice: Baul (Paulus). [3]) Alias Geroldus de Chetnei (Chesne, Quercu).

**1165** Maj. 13. Biturici. — Alexander III precibus Vitalis Ducis per manum Leonardi, procuratoris operis S. Marci Venetorum Tyrensis, S. Marci de Tyro et Accon ecclesias Venetianorum et omnia eorum privilegia confirmat (Cornelius X, part. I, p. 219—222; Tafel-Thomas I, p. 145—147, No. 60; Migne CC, p. 362; Archives d. miss. scientif. II, p. 360—361; Jaffé-Löwenfeld, No. 11189). **415**

„ Aug. 17, ind. XIII. Accon. — Amalricus I, rex Hierosolymitanus, domos inter murum Acconis et mare sitas ab Arnulfo de Corbinhi [1]) DCCC bisantiis venditas Hospitali sigillo suo confirmat. — Galterius,[2]) princeps totius Galilaeae, Hugo de Caesarea, Gormundus de Tiberiade, Guillelmus marescalcus, Guido de Maneriis, Hubertus de Acohn, Petrus Nemausensis, Johannes Guido, Vivianus. Datum per manum Radulfi, episcopi Bethleemitani regisque cancellarii (Delaville le Roulx, p. 101, No. 21 [cf. p. 17]; Prutz, p. 99—100, No. 20). **416**

[1]) In tergo: Curbi. [2]) de St. Audemaro.

„ — Gualterus, princeps Galilaeae consensu Eschivae uxoris privilegium supra (No. 142) memoratum sigillo confirmat. — Herbertus, episcopus Tyberiadis, Giraldus thesaurarius, domnus Fulco, Garmundus,[1]) W(illelmus) marescalcus, Galterius vicecomes, Ivo, Lodevicus, Balduinus de Cunilz,[2]) Fulco de Petrona, Willelmus de Sueka, Vivianus, Johannes, Rodbertus Neapolitanus,[3]) Hugo Grassinus. Factum Amalrico patriarcha, Amalrico I rege (Rozière, p. 227—229, No. 124; Lois [ed. Beugnot] II, p. 524—525, No. 40; Migne, p. 1216—1217, No. 124). **417**

Rozière: [1]) p. 226: Guarmundus, [2]) p. 227: Culnilz, [3]) p. 227 omittit.

„ — Vivianus, dominus de Cayfa,[1]) ejusque filius Paganus, canonicis S. Sepulchri in villa deserta inter Cayfam et Palmaream sita, scilicet ab antiqua porta villae ex parte Palmareae juxta superiorem viam usque ad lapidem ultra medietatem villae pro termino fixum et ab eodem lapide usque ad lapidem super carublerium crucesignatum atque inde per collem usque ad fundum cavae, relictis antiquis sepulchris, intra eorum terminos (terram vel casale)[2]) donat. Insuper concedit totam terram et planitiem integram a praedicta villa secus viam publicam usque ad II carublerios, abhinc planitie relicta non multa per duplicem et antiquum invium et per spinam et carublerios densiores usque ad magnam caveam, cujus aquae fluunt Palmaream; ab hac cavea usque in alteram, quae est desertae villae et earum aedificationi vicina, usque ad superiora cacumina montium, recta linea eorum termini hac donatione concluduntur. Denique hortum cum II cisternis Palmareae situm ac liberum commercium concedit. — Amalricus patriarcha, Hernesius, archiepiscopus Caesariensis, Bonefacius, capellanus Cayfae, Ro-

[1]) De quo Lois I, p. 425. [2]) Deest in textu sed aperte supplendum est; ceterum cf. Schumacher in Quart. Stat. 1888, p. 139—140.

gerius de Cayfa et Johannes, frater ejus, Willelmus, regis marescalcus, Giraudus de Conins, Henricus de Gilebelet, Balduinus, consanguineus Rogerii, Clemens Rufus, dapifer domini Cayfae, Vivianus vicecomes. — Vivianus, dominus Cayfae, cum uxore Beatrice et filio Pagano ejusque uxore Hodierna sigillo chartam confirmat (Rozière, p. 231—232, No. 127; Lois [ed. Beugnot] II, p. 525—526, No. 41; Migne, p. 1218—1219, No. 127). **418**

**1165.** — Balduinus de Mirabella, filius Barisani, in praesentia et consilio uxoris R(ichildis) et fratris Barisani domui Hospitalis petiam terrae in territorio Mirabellae ejusdem Hospitalis vineae contiguam concedit, cujus uni lateri adjacet terra S. Lazari, alteri via, quae ducit ad casale Roardi et specialiter ad vineam. — Galterius, vicecomes Mirabellae, Aimericus, frater Filippi de Caphrano, Jordanus Ybelin, Osmundus, Hancherius, Mozart. — Eidem Hospitali Balduinus, quicquid juris in vinea habet, quam dedit Menardus ejusque uxor, et in vinea, quae fuit Huberti Patriarchae, consensu Jordani de Ybeli(n), Barisani fratris et R(ichildis) uxoris concedit et confirmat. — Guilelmus de Caphrano, Nicolaus de Ybelino, Gualterius vicecomes, Osmundius, Ancherius. Factum tempore fratris Oldini.[1] (Delaville le Roulx, p. 99—100, No. 20 [cf. p. 16]; Prutz, p. 99, No. 19). **419**

[1]) Oldinus Rollant, praeceptor Spinae, intelligendus est.

( „ c.). — Walterus, princeps Galilaeae, sigillo confirmat, discordiam, quae aliquamdiu inter canonicos S. Sepulchri et Guidonem, filium Arnulfi Monachi, agitabatur, sublatam fuisse; Guidonem enim casale Gibul in montanis situm, cui vicina sunt ab occidente casalia Hubelet, Dersoet, Derlauha, Kafra, a septentrione Coquet, C bisantiis acceptis dictis canonicis remisisse. Testes ut supra (No. 417), sed deest Rodbertus Neapolitanus (Rozière, p. 226—227, No. 123; Lois [ed. Beugnot] II, p. 529—530, No. 45 [ad c. 1170]; Migne, p. 1215—1216, No. 123). **420**

( „ c.). In tabula S. Sepulchri censoria enumerantur bona: In vico Montis Sion domus, quas habent Willelmus Angevin, Maria Lechevere, Johannes Libisonorum, Turoz, Mahafe, Litart, Johannes Raimont, in vico S. Martini: Ricardus Capons, Petrus, Baron, Guillelmus Tortus, Stephanus de Kaors; Seyr Surianus, Bulfarage medicus, in vico Girardi Lissebonette: S . . . . ., Petrus, in vico Templi: Bernardus Benasis, Odo de Sparnay, Bernardus Muletez, Bernardus Bruhet, Dame Gode, Petrus de Joppen ante palatium patriarchae, in vico de Repoes: Stephanus Mazun, Selam Mazum, Brain drogeman et unus furnus retro; istae domus fuerunt Martini Karaone et filii ejus Bonet. Uxor Petri de Yspania olim soror S. Sepulchri in ejusdem horto Acconensi mortua dimisit domum, quae Hierosolymis sita est in ruga Marescalky vel in ruga S. Anastasiae, item Bernardus Bedevvin vicarius et confrater eidem conventui dimisit domum suam in vico S. Anastasiae domui Alberti Lumbardi vicinam. Haec sunt nomina singulorum furnorum: in vico David, ante portam S. Jacobi, ante domum Roardi castellani, ante ecclesiam S. Martini, in domo, quae vocatur Gileberti de Pingeny, de vico Montis Syon, ante ecclesiam S. Thomae Alemannorum, furnus S. Egidii in vico Templi, ante bocheriam, de la Tannerie, Rainaldi in vico Kocatrice, Anastasiae, de Repois, de Judairia ante portam S. Helyae, in Judaria retro S. Agnetis versus Orientem, novus in Judaria, Martini Karaoan, ad caput vici Girardi de Lissebone, in vico de Tresmailes, de vico S. Stephani, de Columba, de Ruffeide juxta S. Kariton, ante portam S. Sepulchri, de Cae

cilia, S. Pastoris (Rozière, p. 329—331, No. 185; Migne, p. 1260—1262, No. 185). ‖ Accuratissimam descriptionem Urbis Sanctae topographicam (c. 1180), qua charta nostra illustratur citat Röhricht, Bibl. geogr. Pal., No. 103. Delineationes topographicas cf. in Pilgrim's Text. Soc. 1888, VIII et 1890, XII et a nobis editas in ZDPV. 1891, XIV. **421**

(**1165**? c.). — G(ilbertus?), magister Hospitalis, archiepiscopum Tranensem rogat, ut christianos moneat, ut fratribus dicti ordinis contra hostes fidei pugnantes beneficia largiantur (Prologo, Le carte .... nello archivio del capitolo ... di Trani, Barletta 1877, p. 256—257, No. 124). **422**

(**1166**) April. (29). Rammulae. — Balduinus de Ybelin, dominus Mirabelli, consensu Amalrici I, regis Hierosolymitani, Hugonis de Ybelin et Baliani fratrum, Richeldis uxoris, quicquid Hospitale Neapoliz de eleemosina patris, matris et praedecessorum suorum habet, videlicet domos, vineas, terras cultas et vastas, quae de jure et pertinentiis Hospitalis Mirabelli sunt, et domus Neapolis, redecimationem Mirabelli, Luceriae, Marescalciae, Rentiae et Casreherrae, quoniam episcopus S. Georgii primam et Hospitale secundam decimam recipit, eidem domui confirmat. — Nicholaus de Jbelin, Osmundus, frater ejus, Morardus, Gualterius, vicecomes Mirabelli, Symon, filius Marsilii, Johannes Arabi, Ernaldus Mercator, Petrus Tyberiadis. Factum est tempore magistri (Girberti Hospitalis et fratris Guigonis de M)auni, praeceptoris et fratris Oldini Rol(lant, praeceptoris de Spina) (Delaville le Roulx, p. 103—104, No. 23 [cf. p. 17]; Prutz, p. 102—103, No. 24 [ad 1167]). ‖ Hoc privilegium (c. 1250) J., abbas S. Sepulchri, et Adam, archidiaconus Acconensis, se vidisse confirmant (Delaville le Roulx, p. 17). **423**

„ post Sept. mens., ind. XV. — Boamundus III, princeps Antiochenus, sigillo confirmat, Bartholomaeum de Moissac bona Petri Gayi burgensis, quae aere alieno oneratus moriens reliquerat, nomine Hospitalis cum socio suo VI millibus et CC bisantiis emisse. Haec vero hereditas est gastina S. Basilii, quae fuit de hereditate Michaelis Magni, Georgii Raiz et Theodori, notarii ducis, pro qua gastina Petrus Gayus Michaeli IV, Georgio II et Theodoro II bisantios annuatim solvebat. Gastina vero affinis est vineis de Boordiz, gastinae S. Machabaeorum et S. Simeonis, quam Aimericus Richerius hoc tempore possidet; adjacent quoque huic gastinae petia terrae, quae fuit de hereditate Michaelis Magni, quam dividit fluvius ab occidente, et vineae S. Georgii, Hugonis Darenae [1]) et Alexandri de Porta. — Silvester, cognatus principis, Bernardus cancellarius, Robbertus, filius Gaufridi, Eschivardus senescalcus, Willelmus Baufre, dux Antiochiae, Bonablus,[2]) Gaufredus Falsardus,[3]) Vassilius vicecomes, Petrus de Melfa, Borrellus, Terricus de Tornai, Aimo Mathaeus, Andreas Lombardus, Boninus. Factum anno principatus III (Delaville le Roulx, p. 104—106, No. 24 [cf. p. 17]; Prutz, p. 100—101, No. 21). **424**

[1]) de Harenc (Harem)? [2]) Alias Bonabulus. [3]) Alias Falsart.

„ (post Sept. 1), ind. XV. — Hugo, dominus Caesareae, consensu uxoris Ysabel, Petro II, S. Sepulchri priori,[1]) montana horto de Feissa vicina, ubi fons de conductu oritur, donat et sigillo confirmat. Incipit autem ex altera parte divisio terrae hujus a via, quae venit de Braicaet versus casale S. Sepulchri, et vadit versus orientem per caveam, quae est inter II montes,

[1]) De quo ZDPV. X, p. 43.

per torrentem videlicet, qui in hieme fluit, quousque venitur ad parvum montem inter praedicta montana et montana de Broiquet situm, et sic ab alvo torrentis versus parvum montem supradictum et per crepidinem illius parvi montis, ut cruces designant, vadit supradicta divisio usque ad monticulum, qui calcis fornax appellatur, et exinde versus meridiem usque ad alium monticulum non longe hinc, ubi antiquus calcis fornax fuit, divisio ista protenditur et sic per devexum montis recta linea versus spinam in planitie sitam, quae terram casalis S. Sepulchri Faisse et Sabarim Hospitalis dividit, terminatur. Insuper divisionem, quam canonici S. Sepulchri cum Georgio ejusque filio Balduino fecerunt, concedit necnon donum avi sui Eustachii et patris sui Galterii et liberum commercium in tota sua terra. Haec omnia CCCC bisantiis acceptis ea conditione sigillo confirmat, ut sibi ipsum fontem de antiquo conductu ad casale Bubalorum ad canamellas faciendas deducere liceat ita tamen, ut de una macera singulis annis dimidium quintale et, si amplius, praefatae ecclesiae integrum quintale persolvat. — Rainerius, episcopus Sebastensis, Radulfus praepositus, Johannes, cantor Caesariensis, Symon canonicus, Arnulfus subprior, Petrus Lombardus, frater Adam, frater Vitalis, Petrus de Mahumeria, Petrus Costa vicecomes, Engilbertus de Aria, Carolus Hamelinus, Rodbertus de Cassia, Georgius, Balduinus, filius ejus (Rozière, p. 276—278, No. 155; Lois [ed. Beugnot] II, p. 527, No. 43; Migne, p. 1238—1239, No. 155. In linguam germanicam vertit et notis illustravit G. Rosen in Wochenblatt der Johanniter-Ordensballey Brandenburg 1863, p. 109—111, No. 18). **425**

**1166**, ind. XIII. — Hugo, dominus Caesareae, consensu uxoris Isabellae domui Hospitalis per manum Giberti, prioris Hospitalis magistri, casale Hadedun [1]) cum pertinentiis, II millibus bisantiorum acceptis, donat, quod «videlicet a regione occidentis habens dunas (.. civitate vero casale) domini Hugonis Feustelli, a septentrione, sicut flumaria protenditur, per quoddam berchile vetus terminatur S. Michaelis (et alio) casali (domini) Engelberti, ab oriente per quoddam berchile terminatur cum casali Templi Domini, a meridie per torone(m) Bufali terminatur (cum casali domini Amalrici et) cum Seraphie terra archiepiscopi usque ad magnum lacum». Insuper addit curtile, quod fuit olim Urrici Tendille [2]) et salinam turris (?) Gervasii cum petia terrae, in qua sal plenarie potest fieri et domus aedificari; denique Petrus Perrez ejusque uxor Maria et liberi Paganus et Mathalia dictum casale pro assisia, quam Hugo de Caesarea dederat, cum omni jure suo abrenuntiant. Factum Amalrico I rege et Amalrico patriarcha. — Petrus Costi, vicecomes Caesareae; domini: Robertus de Cozi, Bertinus, Rainerius de Galenie, Carlus, Rogerius Gualez, Ernaldus, filius Heri, Petrus de Fossato, vicecomes de Calenzun, Paganus de Calenzun, Gervasius Caesareae, Rohardus Rufus, Petrus de S. Germano, Johannes Costi (Delaville le Roulx, p. 102—103, No. 22 [cf. p. 17]; Prutz, p. 101—102, No. 22). **426**

In tergo: [1]) Abedun, [2]) Ulricci Tentule.

„ Mart. 14—**1179**. Laterani. — Alexander III N(icolao), priori S. Sepulchri, ejusque fratribus ecclesiam S. Egidii concedit, quae Romae portae Aureae et ecclesiae S. Petri adjacet, cum hospitalis domo contigua (Rozière, p. 272—273, No. 150; Jaffé-Löwenfeld, No. 13 184). **427**

**1167** Jan., ind. I (XV), epact. XXVIII. — Boamundus III, princeps Antiochenus, Hospitali per manus Girberti magistri, sigillo donat et concedit

Rochefort cum abbatia, Cavam, Levoniam, Tala, Bachfela, Gaigon, Glorietam cum fonte, qui adaquat hortos, casale S. Egidii cum torone de Belda, medietatem Rogiae et aliam medietatem, simulatque eam a Reinaldo Masverio ejusque heredibus liberaverit et aquitaverit, Arcicant, Farmith, Femiam cum lacu, Logis, Bochabes cum casali de Pailes aliasque dominationes et liggiancias, quas Femia habet in Syria, Berssaphut,[1]) castellum de Lacoba et Totomata. Praeterea pollicetur, neque se neque homines suos dictis fratribus invitis cum Sarracenis pacem facturos esse; quod si forte fieret, iisdem treugas tenere vel rupere licere. Insuper fratribus, ut quaecunque bello ceperint, retineant cum nemine partientes, concedit et immunitatem a Raimundo principe jam concessam confirmat. — Silvester, consanguineus principis, Rainaldus Masoer, Robertus Mansel, Rotbertus, Gaufredi filius, Bonabulus, Roggerius de Surdavalle, Eschivardus, Petrus camerarius, Johannes de Salquino, Gaufredus Falsardus, dux Antiochiae, frater ejus Guido Falsardus, Paganus de Castellud, castellanus Antiochiae, Radulfus de Furno, Radulfus de Neun, Willelmus de Tirel manescalcus (sic), frater ejus Simon, Petrus de Melfa vicecomes, Terricus de Tornai, Boninus. Factum per manum Bernardi cancellarii anno principatus IV (Paoli I, p. 43—44, No. 43; cf. p. 498). **428**

[1]) Legas: Bassarfut (Röhricht, Beiträge I, p. 340).

**1167** Febr. 16. — Petrus, monasterii S. Pauli Antiocheni abbas, et Leo, ejusdem prior, Hospitali casale Avotha in territorio Laodicensi situm ea conditione sigillo concedunt, ut, si Deus Alapiam christianitati dederit, casale habitatum et cultum, salvis propriis carrucis domus Hospitalis sine objectu ad conventum redeat (Paoli I, p. 42—43, No. 42). **429**

„ Mart., ind. XV, epact. XXVIII. — A(malricus), patriarcha Hierosolymitanus, fratres Hospitalis domos quasdam, quae in quarterio patriarchae supra lacum Balneorum sitae sunt, de Roberto Medico emisse, sigillo confirmat. — Factum est tempore Girberti, magistri Hospitalis, Guigonis praeceptoris, Casti thesaurarii, Raimundi, marescalci Tyberiadensis, Pioti, custodis infirmorum; de clericis: Rainaldus de Cappellis, Rotbertus de Lochis diaconus; de laicis: Petrus Lombardus, Gaufridus Turonensis, Rotbertus de Piquegni, Willelmus Normannus, Willelmus Ebraut, Petrus de S. Jacobo, Lambertus Cambitor, Pelerinus, Petrus de S. Lazaro, Petrus Porchet, Johannes Turonensis. Datum per manum Amalrici cancellarii (Delaville le Roulx, p. 107—108, No. 25 [cf. p. 17]; Prutz, p. 103—104, No. 26). Cf. supra No. 170. **430**

„ Mart., ind. XV, epact. XXVIII. — Amalricus, patriarcha Hierosolymitanus, consensu Petri, S. Sepulchri prioris, domui Hospitalis terram sigillo apposito concedit, cujus fines sunt ab oriente domus Petri Clerici, ab occidente et aquilone porcharia patriarchalis et monasterium Graecarum monialium, a meridie domus Rotberti Medici et monasterii S. Georgii, necnon bisantii unius censum donat, qui pro domibus Rotberti Medici reddebatur. In hujus autem terrae et bisantii cambium patriarcha domos quasdam accipit, quae fuerunt Rainaldi de Monte Laudato, vicos Coquinati et Parmentariorum interjacentes scilicet in angulo illo, quo itur ad Sepulchrum Domini. — Rainaldus capellanus, Rotbertus de Lochis diaconus, Rotbertus de Thesauro diaconus, Petrus clericus, Johannes, clericus de Capella; de laicis: Fulcomar, frater Tetbaudi, Gaufridus dapifer, Rotbertus de Pinquegni,

Audebertus pincerna, Arn(aldus) marescalcus, Aubertus Lombardus, Poncius, gener ejus, Willelmus Ebraut, Rotbertus de Baugenci, Johannes Turonensis, Fulco aurifaber, Petrus de S. Lazaro, Petrus, ejus filius. Datum per manum Amalrici cancellarii (Delaville le Roulx, p. 109—110, No. 26 [cf. p. 14 et 17]; Prutz, p. 102, No. 23). **431**

**1167,** Octob., ind. XV. In curia juratorum Caesareae. — Isabellis, Caesareae colona, «apothecam, quae vulgari vocabulo statio nuncupatur», domui quo(n)dam Johannis de (Hos)pitali contiguam XXX bisantiis et XII nummis Alberto clerico, praefati olim Johannis filio, vendit. — Petrus de S.Germano, Ugo Turonensis, Herbertus cambiator, Engelerius, Spinabellus, Heldebrandus, Bartholomaeus cordoenarius, Johannes Francei, Hugo, senescalcus domini (Delaville le Roulx, p. 110—111, No. 27 [cf. p. 17]; Prutz, p. 103, No. 25). **432**

„ ind. I (XV). — Balduinus de Mirabell consensu Ugonis de Ibelino, domini sui, et Barisani fratrum necnon Agnetis comitissae, uxoris Hugonis, Richoldis, uxoris suae, et dominae Stephaniae Hospitali per manum Giberti magistri pro III millibus bisantiorum casale, quod appellatur S. Mariae et territorio Bellifortis contiguum est, excepta terra S. Mariae de Bethlehem [1]) in praedicto territorio sita, tali vero conditione et sigillo Hugonis fratris apposito vendit, ut dicti fratres Balduino CC bisantios annuatim inde persolvat. Factum est Amalrico I rege, A(malrico) patriarcha. — Guillelmus Tullensis miles, Radulfus, miles de Esenguia, Isaac de Naalein, filius Johannis Vacharii; de burgensibus Ramar (sic)[2]): Bernardus parmentarius, Guillelmus Arnaldi, Tancredus, Gerardus de Esenguia; de burgensibus Hierosolymitanis: Johannes Raimundi, Guillelmus Patronus, Guillelmus de Ponz, Petrus Magnus de Calenzone, Luvellus, miles de Serre, Ansaldus de Brie, Balduinus de Rohaz, Johannes de Vallencennes, Fulco Niger, Guido Dauratus, Balduinus de Lisabona et plures alii (Paoli I, p. 213—214, No. 171; cf. p. 539). **433**

[1]) Sic vocabatur ecclesia cathedralis Bethlemitana, idem nomen habuit Hospitale illud Londoniense (Monasticon Anglicanum VI, p. 623—626). [2]) Legas: Ramatensibus.

„ , ind. XV. — Boamundus III, princeps Antiochenus, Venetis medietatem vectigalium, quae mercatores dare solebant in civitate et territorio Antiochiae, remittit necnon liberum commercium et liberam curiam in fundicio S. Marci Antiocheno Domenico Bono Venetiano exigente sigillo concedit. — Silvester, consanguineus principis, Reinaldus de Margato, Robertus, filius Gaufridi, Eschivardus senescalcus, Petrus camerarius, Guillermus Tirelli marescalcus, Petrus de Hasar, Rotgerius (Rotgenus) de Surdavalle, Bonablus Baufredus (Baufrae Dux), Petrus de Melfa vicecomes. Datum per manum Bernardi cancellarii anno principatus IV. — Gabriel Paulinus etc. ut supra No. 282 (Tafel-Thomas I, p. 148—149, No. 61; cf. Archives d. miss. scientif. II, p. 351; Marin III, p. 188; Chron. Danduli, p. 292). **434**

( „ c.). — Willelmus, episcopus Acconensis et ab A(lexandro III) papa delegatus, confirmat, controversiam, quae inter canonicos S. Sepulchri et monachos de Latina de decimis casalis Montoble jam tempore Fulcherii patriarchae et Amelini, abbatis de Latina, ventilata fuerat, nunc judicio suo disceptatam fuisse. — Hernesius, archiepiscopus Caesariensis, Jubaldus, Bibliensis electus, Daniel cantor, Rufinus thesaurarius, magister Monachus,

magister Rogerius, Guido canonicus, Willelmus et Petrus presbiteri, Girardus, Robertus, Bernoldus, Fulco diaconi; Guido de Meniers, Manesserius de Caesarea, Rorgus de Nazareth, Godecallus, Amalricus de Caesarea, Aicaldus, Raimundus, Pandulfus Pysanus (Rozière, p. 260—262, No. 143; Migne, p. 1237—1238, No. 143). **435**

(**1167**? c.). — Gibertus, magister Hospitalis, a Ludovico VII, rege Francorum, petit, ut malefactores, qui terram Guillermi de Donpetra Hierosolyma profecti combusserunt, puniat (Bongars I, p. 1173, No. 2; Duchesne IV, p. 678, No. 315; Bouquet XVI, p. 145, No. 438; Migne, p. 1264—1265, No. 2). || Epistolam Guillelmi de Domperra ad regem Francorum scriptam videas in Bouquet XVI, p. 53, No. 170. **436**

( „ ? c.). — B(ertrandus de Blancafort), magister Templi, eadem, quae Gibertus, magister Hospitalis, antedicta epistola petiverat, a Ludovico rege petit (Bongars I, p. 1177, No. 11; Duchesne IV, p. 693, No. 353; Bouquet XVI, p. 145, No. 439; Migne, p. 1270, No. 10). **437**

„ Octob. 12—**1169**. — Alexander III Amalricum I, regem Hierosolymitanum, monet, ut inscriptionem aureis litteris insculptam,[1]) in ecclesia S. Sepulchri positam et ab ipso obliteratam restituat Januensibus, usibus et consuetudinibus in ea descriptis uti fruique concedens (Liber jurium I, p. 228—229, No. 254; Giorn. Ligust. 1883, p. 164, No. 1 [cf. p. 163]; Jaffé-Löwenfeld, No. 11441). || Idem 13 Octob. 1167—1169 Amalrico, patriarchae Hierosolymitano, archiepiscopis, episcopis, abbatibus regni Hierosolymitani, magistro Templi, mandat, ut Amalricum I regem hortentur de Januensium litteris aureis reformandis (Liber jurium I, p. 229, No. 255; Jaffé-Löwenfeld, No. 11442; cf. Heyd I, p. 149). In eundem modum Alexander III (26 April. 1179) Balduinum IV, regem Hierosolymitanum (Liber jurium I, p. 309, No. 322; Jaffé-Löwenfeld, No. 13402) et Urbanus II (12 et 13 Mart. 1186) Balduinum V, regem Hierosolymitanum, Raymundum, comitem Tripolitanum ac regni procuratorem, deinde (Heraclium), patriarcham Hierosolymitanum, (Letardum), archiepiscopum Nazarenum, (Gerardum de Ridaforte) Templi et (Rogerium de Molinis) Hospitalis, magistros, denique canonicos S. Sepulchri adhortatur (Liber jurium I, p. 331—335, No. 345—350; Jaffé-Löwenfeld, No. 15549—15550, 15553, 15556—15557). **438**

[1]) Cf. supra No. 45.

**1168** Febr. 8, ind. I. Beneventi. — Alexander III papa Amalrico, patriarchae Hierosolymitano, decimas ecclesiarum Jerico, Daron et Neapolis et locorum diocesis, ubi episcopi olim fuerunt, sed modo non sunt, cum omnibus bonis ac juribus confirmat (Rozière, p. 319—322, No. 180; Jaffé-Löwenfeld, No. 11379). **439**

„ Febr. 15. Beneventi. — Alexander III Petro II, S. Sepulchri priori, scribit, se fratribus Hospitalis praecepisse, ne decimas quasdam S. Sepulchro subtrahere attemptent, et in civitate Joppae sine consensu patriarchae et prioris ecclesiam de novo aedificare vetuisse, quum ibi jam ecclesiam haberent, eisque mandavisse, quum urbs Joppae pro quibusdam maleficorum excessibus interdicto fuerit supposita, ne in ecclesia sua campanas pulsarent neve excommunicatos et nominatim interdictos ad divina officia reciperent (Rozière, p. 286—287, No. 159; Jaffé-Löwenfeld, No. 11383). **440**

**1168** Febr. 15. Beneventi. — Idem Petro II, S. Sepulchri priori, scribit, se patriarchae Amalrico mandavisse, ne invito priori canonicos facere praesumat (Rozière, p. 283—284, No. 157; Jaffé-Löwenfeld, No. 11 381). **441**

„ Febr. 15. Beneventi. — Idem eidem scribit, se ejusdem confratres P. et G. benigne accepisse et eorum precibus commotum Amalrico patriarchae mandavisse, ut ab iis nonnisi tertiam partem cereae, quae ad ecclesiam eorum deferretur, requireret, ut si aliquam civitatem intrasset et in eundo et redeundo ab expeditione ibidem moram fecisset, universas oblationes, quae ad eandem post secundum diem offerrentur, iis concederet neve vetaret, aut corpora defunctorum ante altaria eorum deferri aut cruces in die parascevae coram eisdem teneri et fratres Hospitalis admonitos nuntiat, ne, quum aliquam contra eos querelam habuerint, decimas iis subtrahere praesumant (Rozière, p. 284—285, No. 158; Jaffé-Löwenfeld, No. 11 382). **442**

„ Febr. Beneventi. — Alexander III (Amalrico), patriarchae Hierosolymitano, interdicit, ne abbates, abbatissas vel alias personas ecclesiasticas sine assensu et consilio prioris et canonicorum S. Sepulchri instituere vel destituere praesumat (Augustini Tarr. Opp. IV, p. 157; Mansi XXII, p. 433; Decret. Gregor. lib. III, tom. 10, c. 4; Jaffé-Löwenfeld, No. 11 384). **443**

„ Mart. 2. Beneventi. — Idem canonicis S. Sepulchri per manum Petri prioris privilegia supra (No. 75, 142, 180, 332, 356, 368, 370, 377, 409) laudata confirmat et deperdita memorat, terram scilicet quandam Neapolitanam, quam Amalricus I rex in novo burgo donavit, et ecclesiam concessione Amalrici patriarchae ibidem aedificatam, ecclesiam et decimas terrae ab Rotgerio et Johanne militibus ac fratribus donatae, quam Ern(esius), archiepiscopus Caesariensis, concessit, II carrucatas terrae, quas dedit Giraldus de Cunin . . . ., domum et terras in Calcalia sitas, quas Fed . . . ., frater S. Sepulchri, donavit et Bartholomaeus, villae dominus, carrucatam addens confirmavit, domum, quam archiepiscopus Tyrensis vendidit. Deinde Alexander concedit, ut dicti canonici stationes Templi Domini, Montis Oliveti, Montis Syon et vallis Josaphat in festivitatibus visitare [1]) et, absente patriarcha, eorum prior missam in eis celebrare possit, ut malefactores suos et specialiter decimas auferentes parrochiales, patriarcha absente, interdicti vel excommunicationis sententia condemnare valeant, ac statuit, ne patriarchae sive priori res ecclesiae nisi de communi vel sanioris partis canonicorum consilio distrahere, alienare vel impignorare liceat, sine assensu vel consilio capituli aliquem canonicum ad aliquam obedientiam cismarimam dirigere, ab officio suspendere vel a canonicorum consortio removere nisi culpa manifesta, neve confratribus, nisi excommunicatis vel interdictis, corpus Domini et sepultura negetur, ne quid de rebus S. Sepulchri patriarcha a concanonicis vel confratribus per obedientiam illegitime exigere, neve ullus de novalibus vel nutrimentis animalium S. Sepulchri decimas exposcere audeat, ne post patriarchae mortem alius proponatur nisi a dictis canonicis canonice electus, neve quis praefatam ecclesiam perturbare, possessionibus spoliare vel vexationibus fatigare praesumat (Rozière, p. 278—282, No. 156; Jaffé-Löwenfeld, No. 11 385; Reuter III, p. 562—563). [1]) Cf. supra No. 323. **444**

„ Mart. Gibelleti. — Hugo Embriacus, dominus Gibelleti, Januenses merces inducentes a quibusvis vectigalibus immunes esse sigillo declarat. — Landfrancus Albericus, legatus Januae, marchio Enricus Guercius, Jacobus

Sarmauria, Jacobus de Calamandrana, Ubertus de Virucel, Guillielmus Leo, Nicola Guillielmus scriba, Rubaldus, cancellarius domini Hugonis Embriaci (Liber jurium I, p. 230, No. 256; Archives d. miss. scientif., l. c. II, p. 356—357; cf. Heyd I, p. 321). **445**

**1168** April. 27, fer. V, lun. V, anno Amalrici regis IV (corr. VI), Amalrico patriarcha (Hierosolymis). — Bertrandus, magister Templi, Othoni, palatino majori, per manum Friderici, palatini comitis, fratris ejus, praediumOthmanshart et Liuchenthal tradit et sigillo confirmat. — Fratres: W. de Guirchia, Walterius de Berito, Hugo de Corbuil, Petrus Bellus oculus, Bonifacius, Lombardiae praeceptor, qui venditionem fecit.... (v. Lang, Reg. Boic. I, p. 264; Wiener Jahrbücher XL, p. 123; v. Hormayr, Gold. Chron. von Hohenschwangau II, p. 7; Huschberg, Gesch. d. Hauses Wittelsbach, p. 312, No. 18; p. 321, Not. 1; v. Löher, Archival. Zeitschr. 1878, III, p. 294—295; Graf Hundt, Bayr. Urkunden, No. 92; Manfred Mayer, Die Burggrafen v. Regensburg, München 1883, p. 33; cf. Adler, Herzog Welf VI, Hannover 1881, p. 153, No. 113; Beiträge II, p. 321). **446**

„ April., lun. XX. — Galterus, princeps Galilaeae, cambium, quod Fulco, constabularius Thabariae, et Paganus de Caypha coram ipso fecerunt, sigillo munit. Paganus enim Fulconi Gybesovart et II Gobias, Mogar, Gatregalee, Galafiee,[1]) Romane, Sellem necnon totam terram illam, quam a Galterio tenebat, dedit, et Fulco dicto Pagano DCCCL bisantios sarracenatos [2]) annuales tali modo retribuit, ut Amalricus rex D bisantios annuales de macello Acconensi daret, quos rex dicto Fulconi pro castro ejus Saphet nunc a rege Templo donato [3]) assignaverat, et fratres Templi CCCL bisantios annuales de DCC illis bisantiis darent, quos ipsi annuatim solvere deberent Fulconi propter sartum ab ipso acceptum; Paganus vero, se Galtero de illis DCCCL bisantiis in bellis idem servitium ac de dictis casalibus facere teneri scilicet unum militem, confirmat. Factum est coram Amalrico, rege Hierosolymitano, assensu G(alterii), principis Galilaeae, E(schivae) uxoris, qui testantur, se pro iam dictis DCCCL bisantiis plegios fieri Pagano, hos vero, si defecerint, Legione et pertinentiis extrahendos esse. — Amalricus rex, G(alterius) princeps, frater G. Fulco, frater R. de Tabaria, Jocelinus de Samesac, G. de Tabaria, Guillelmus marescalcus, Ivo Ursus, G(arinus) de Belzy, Vivianus de Cayphas, Johannes de Monte, Ludovicus, Jaquelinus, Guillelmus de Chivilli, Guillelmus Patrie (Strehlke, p. 5—6, No. 4). **447**

[1]) Quod Conder (Quart. Stat. 1890, p. 37) idem esse vult ac Ikhneifis in Mappa Terrae Sanctae anglica (sheet V). [2]) De byzantinis sarracenatis, quorum singuli tunc valebant XXIV carublos, cf. Lois (ed. Beugnot) II, p. 173; Heyd, Hist. du commerce I, p. 352; Dulaurier in Journal asiat. 1861, XVIII, p. 338; Desimoni in Archives I, p. 437—440; Henri Lavoix, Monnaies à legendes arabes, Paris 1877, p. 47—52; Blancard, Le besant d'or pendant les croisad., Marseille 1880, p. 15—19 et Le gros tournois est imité du sarrazin chrétien d'Acre in Revue numismat. franç. 1883, III Sér., I, p. 166—169; Schlumberger, Numismat. de l'Orient latin, p. 132—139, Additions 1882, p. 8—11, cujus testimonio bisantius sarracenatus valorem interiorem habebat 8,50—9 francorum, tripolatus vero (cf. Blancard, p. 37) fere 7 francorum modernorum. [3]) De cujus constructione seu reaedificatione (a. 1240) videas: De constructione Saphet in Baluze, Miscell. ed. Mansi I, p. 238 — 240 et Röhricht in Forsch. 1886, p. 82.

„ April. — Galterus, dominus Tiberiadis et princeps Galilaeae, consensu uxoris Eschivae [1]) et filii Hugonis Giberto, magistro Hospitalis, castel-

[1]) De qua Eracles, p. 32.

lum Coquet alias Belvear nuncupatum, illud scilicet, quod Ivo Velos ejusque heredes dictae domui MCCCC bisantiorum pretio vendiderant, Loberiumque, quod Gormundus M bisantiis vendiderat, Losserin et casale de Cherio a Simone Cheveron MCCC bisantiis vendita, Hubeleth a Balduino Gazella M bisantiis venditum concedit et confirmat, Derilahohan vero et Derisauth Galterus ipse addit cum pertinentiis. — Radulfus, episcopus Tiberiadis, Hugo, Caesareae Palaestinae dominus, Fulco, comestabulus Tiberiadis, Gormundus Tyberiadis, Galterus, vicecomes Tyberiadis, Lodovicus Tyberiadis, Laurentius Tyberiadis, Anselmus Tyberiadis, confrater Hospitalis, Paganus Tyberiadis, confrater Hospitalis, Arnulfus de Razun, Philippus, frater praefati Ludovici, dominus Johannes de Azoto, Gaufridus de Qualquelia,[2]) Johannes Costa, Robertus de Neapoli, Theobaldus, frater ejus, Hanfredus, homo Hospitalis, Wyllelmus medicus, Gerardus scriba. Factum Amalrico I rege, Amalrico patriarcha (Paoli I, p. 47—48, No. 46; cf. p. 499). **448**

[2]) Alias Calcalia.

**1168** Maj. 18, ind. I. Accon. — Amalricus I, rex Hierosolymitanus, communi Pisanorum pro bono servitio, quod in obsidione Alexandriae [1]) sibi exhibuerunt, petiam terrae juxta ecclesiam S. Annae supra portum Acconis sitam, quae habet in longitudine secus viam XVI cannas, in latitudine autem versus portum plus una canna quam reliquae portus domus, ut ecclesiam aedificent, donat et curiam contra omnes homines, rege excepto, et ad justificandos omnes Pisanos praeter illos, qui homines regis sunt ac mansiones, redditus et possessiones stabiles habent in regno, et exceptis homicidio, mortidatione, traditione, furto, raptu et talibus forisfactionibus, propter quas justitia hominem ad demembrandum sive interimendum abjudicet, quae omnia ad regis tantum justificationem pertinent, concedit et sigillo confirmat. — Fredericus, archiepiscopus Tyri, Guillelmus, episcopus Acconensis, Bertrandus, Templi, Gilbertus, Hospitalis, magistri, fratres: Philippus de Neapoli, Gaufridus Fulcherii; Galterius, princeps Galilaeae, Hemfridus constabularius, Hugo de Caesarea, Milo dapifer, Hugo de Hibellino, Balduinus et Barisanus, fratres ejus, Gormundus de Tyberiade, Guillelmus marescalcus. Datum per manum Radulfi, episcopi Bethlemitani regisque cancellarii. — Bonacursus etc. (G. Müller, p. 14, No. 11 [cf. p. 385—395]; Dal Borgo, p. 91—92; cf. Archives d. miss. scientif., l. c. p. 360, 367; Heyd I, p. 396). **449**

[1]) De obsidione Alexandriae cf. Röhricht, Amalrich I, p. 453—454, 470. Privilegia, quae Amalricus I Pisanis anno 1165 et sequentibus confirmavit, praemia fuerunt servitiorum, quae iidem regi contulerunt, quod privilegia Januensium inimicorum annihilaverat (Röhricht, Amalrich I, p. 453; cf. Langer, Polit. Gesch. Genuas und Pisas im XII. Jahrh., Leipzig 1882, p. 153—155).

„ Aug. 9, ind. I. Hierosolymis. — Amalricus I, rex Hierosolymitanus, concordiam inter ecclesiam B. Mariae vallis Josaphat et Balduinum, vicecomitem Neapolitanum, de casali Casarcos, quod Milisendis, bonae memoriae regina, eidem ecclesiae dederat cum terra, quae descendit usque ad aquam de Cavea, et aliis pertinentiis, sigillo hac conditione factam confirmat, ut Balduinus dictum casale possideat, sed dictae ecclesiae annuatim LXXX bisantios solvat. — Galterius, princeps Galilaeae, Hemfridus constabularius, Hemfridus, filius ejus, Gormundus de Tyberiade, Reinerius de Neapoli, Radulfus de Girvis, Rohardus de Joppe, Gaufridus de Turs, Robertus de Pinkeni, magister Stephanus de Neapoli, Gilbertus Nucius, Guido Nucius.

Datum per manum Radulfi, episcopi Bethle(emitae regis)que cancellarii (Delaborde, p. 83—84, No. 36). **450**

**1168** (Sept. ante), ind. I. — Boamundus III, principis Raimundi filius, Guidoni Falsart, homini suo ligio, concedit et sigillo confirmat nonam partem DCC bisantiorum, quos ipse habet in assisiam infra Antiochiam, quam scilicet partem principi dare tenebatur pro terra illa et pro ipsius proprio, quod princeps dederat Templo et Hospitali, insuper gastinam Dendemam confirmat ab uxore sua Clementia donatam, deinde terram, quae est inter antedictam gastinam et viam publicam ad pontem Ferri ducentem (quae via est ibi meta et divisio); ab alia parte, quae respicit Antiochiam, eam dividit collis continuus a via praedicta usque ad fluvium Ferri. Haec utique est de pertinentia gastinae Putei. — Eschivardus dapifer, Willelmus Tyrel marescalcus, Petrus camerarius, Bonalbus, Gaufridus Falsart dux, Paganus de Castelluz, Helyas de la Forest. Datum per manum Bernardi cancellarii anno principatus V (Delaville le Roulx, p. 111—112, No. 28 [cf. p. 18], Docum., p. 12—15, No. 4; Prutz, p. 39—40, No. 11). **451**

„ Octob. 11, ind. II. Hierosolymis. — Amalricus I, rex Hierosolymitanus, Hospitali per manum Giberti magistri donat et concedit Bulbesium [1]) cum pertinentiis, quas civitatis incolae possident, et terras cultas et incultas, quae protenduntur a viciniori parte Bulbesii versus Syriam et mare, unde C millia bisantiorum anno reddantur, praetera L millia bisantiorum scilicet quina millia ex X aliis Aegypti civitatibus annuatim provenientia, quarum nomina sunt: Babilon,[2]) Thanes,[3]) Damiata, Insula Māll.,[4]) Alexandria, Chus,[5]) Suana,[6]) Whē,[7]) Ahideph,[8]) Fun,[9]) deinde in omnibus terrae civitatibus palatium et, si thesaurus Mulani [10]) et aliarum civitatum in manus regis venerit, tam de thesauro Caharii quam aliarum civitatum decimam integram et constituit, ut, si terra et terrae thesauri vi capti fuerint, secundum militares justitias magister et fratres tam de thesauris quam de aliis rebus partes suas, postquam rex medietatem de omnibus extraxit, priores obtineant et, si forte terra pecunia se redimerit, iidem nihilominus easdem accipiant. Pro his omnibus magister in hac expeditione prima D milites et totidem turcopulos bene armatos habere et apud Larriz marescalco vel comestabulario regis monstrare debet, si vero minus vel plus monstrat, dicti redditus minuentur aut augebuntur, denique fratres Hospitalis spolia et praedam belli, in quo versantur cum aliis, indivisam accipient, nisi expeditioni rex ipse interest. — Fridericus, Tyrensis, Aitardus, Nazarenus, archiepiscopi, Rodulfus, Bethleem, Willermus, Aconensis, episcopi, Gualterius, princeps Galilaeae, Hugo, dominus Ibelini, Umfredus, dominus de Torone, Willelmus marescalcus, Milo de Plancei, Gormundus de Tiberiade, Guago de Novavilla, Godefridus de Bremai, Gui de Maneriis. Datum per manum Radulfi, Bethlemitani episcopi, regis cancellarii (Paoli I, p. 48—49, No. 47; cf. p. 499; Röhricht, Amalrich I, p. 460—461). **452**

[1]) Bilbais. [2]) Misr. [3]) Tanis. [4]) Mahalla. [5]) Kus. [6]) Ignotum. [7]) Ignotum. [8]) Ignotum. [9]) Fua. [10]) Chalifae (e genere Fatimidarum) Aegypti.

„ Octob. 20, ind. II. Ascalon. — Amalricus I, rex Hierosolymitanus, Amalfitanis domos (supra No. 380), quas Raymundus, comes Tripolitanus, dederat, sigillo confirmat. — Gualterius, princeps Galilaeae, Henfridus constabularius, Milo dapifer, Germundus de Tiberiade, Guillelmus

marescalcus, Guido de Maneriis, Atto de Marla, Balduinus, vicecomes Neapolis, Gocelinus de Betlem, Simon, frater ejus, Manasses de Caesarea, Pontius Marranus, Manso Curialis, Ursus Palaz, Mannus de la Gravi, Manso Sesinalis. Datum per manum Radulfi, regis cancellarii (Camera I, p. 203—204; Ughelli VII, p. 204—205; Pansa I, p. 97). || Hoc privilegium Alexander IV 26 April. 1256 confirmat (Camera II, p. XLIII, No. 29). **453**

**1168** Nov. 18, ind. I (II). Craci. — Galterius, dominus Montis Regalis, consensu Guidonis fratris et Beatricis filiae suae pro anima Helenae uxoris fratribus S. Lazari de Jerusalem XL bisantios de suo concambio Berritensi annuatim recipiendos donat et sigillo confirmat. — Guerricus, ecclesiae Petracensis primus archiepiscopus latinus,[1]) Seherinus de Mamedone, Seherinus de Waise, Siguinus, Girardus de Beteras, Guarinus de Hobelet, Girardus de Spineto, Inguanius, Petrus de Hasard, Osmundus de Belnaco, magister Martinus, magister Raimundus, Herricus de Leodio, Herricus, ejus filius. Datum per manum Laurentii, Galteri capellani, Amalrico I regnante (Archives de l'Orient latin II B, p. 142, No. 24; cf. Cibrario, p. 236; Ferrand, p. 31). **454**

[1]) Fuerat canonicus S. Sepulchri (cf. Röhricht in ZDPV. X, p. 16).

„ Hierosolymis. — A(malricus), patriarcha Hierosolymitanus, Petro II, S. Sepulchri priori, precibus Amalrici I regis necnon consensu Hugonis, Templi Domini abbatis, ecclesiam Neapolitanam, quae ab eodem rege data ad titulum Dominicae Passionis et Resurrectionis aedificata fuerat, cum juribus variis concedit et sigillo confirmat. — Amalricus rex, Radulfus, Bethleemita, Rainerius, Liddensis, Rainerius, Sebastensis, episcopi, Rodulfus, Sebastensis, Hamericus, Montis Oliveti, priores, Guilricus, decanus Neapolis, Rodulfus archidiaconus, Amalricus cancellarius, magister Eraclius,[1]) Robertus de Pinchinec, Gaufridus Turonensis, Balduinus, vicecomes Neapolys, magister Stephanus. Datum anno a captione Jerusalem LXIX (Rozière, p. 287—289, No. 160; Migne, p. 1240—1241, No. 160). **455**

[1]) Postea archiepiscopus Caesariensis et denique patriarcha Hierosolymitanus (ZDPV. X, p. 7—8).

„ Hierosolymis. — Amalricus, patriarcha Hierosolymitanus, Petro II, S. Sepulchri priori, ecclesiam S. Nicolai, quae extra muros Joppae a parte septentrionali in aggere S. Nicolai supra mare constructa est et ex dono regis Amalrici I ad titulum Dominicae Passionis et Resurrectionis pertinere dinoscitur, cum pertinentiis ac juribus concedit et sigillo confirmat. — Radulfus, Bethleemita, Rainerius, Liddensis, Rainerius, Sebastensis, episcopi, Radulfus, Sebastensis, Haimericus, Montis Oliveti, priores, Radulfus archidiaconus, Amalricus cancellarius, magister Eraclius, Hugo de Jherusalem, Robertus de Pinchinec, Gaufridus Turonensis. Datum anno a captione S. Civitatis LXIX (Rozière, p. 289—290, No. 161; Migne, p. 1211—1212, No. 161). **456**

„ — Gibertus, magister Hospitalis, auctoritate omnium fratrum juxta concessionem praedecessoris Raimundi ad mansiones faciendas et laborandam terram in civitate Bersabeae Juda alias Begebelinus vocata burgensibus donat, quorum nomina sunt: Petrus Alumnensis, Bernardus, Guilelmus, frater ejus, Sanctius Gasco, Stephanus Lombardus, Johannes de Corseniana, Guido, gener ejus, Petrus de Rohas, Gerardus Bornifer, Lam

bertus Pictavis, Petrus de Lesmeses, Richardus de S. Abraham, Adalardus de Ramis, Elias de Milac, Petrus, vitricus ejus, Lambertus Sutor, Petrus Cathalanus, Martinus, gener ejus, Raimundus Gasco, Johannes de Corozana, Helyas de Burdel, Brun Burgundiae, Stephanus Alumnensis, Guillelmus de Ramis, Gerardus Flamingus, Stephanus Carpentarius, Gilabertus de Carcasona, Bernardus Pictagoricensis, Bernardus Malasis, Pontius Camelarius, Ugo Latro, Bernardus de Josafat, et ceteris omnibus, qui venturi sunt et venerunt ante captionem Ascalonis. His Gibertus tribuit praeterea binas carrucas a Begebelino usque ad toronum, quod dicitur Tamarin,[1]) unde annuatim terragium et decimas exceptis oleribus soluturi sunt judicia Jerusalem observantes; de praeda vero Saracenis ablata Hospitali juxta consuetudinem Lithde, alias Ramas dictae, reddent. Quicunque vero terram vel domum vendere voluerit, eam primum ministro Hospitalis uno robuino minus, quam alius dare velit, offerre debet; in adulterio capti seu captae publice verberabuntur ac deinde ejicientur e tota terra. In hac donatione fuerunt cum domino Raimundo Petrus Guuillelmi, cancellarius ejus, Bertrandus sacerdos, Stephanus, frater ejus, Radolfus sacerdos, Stephanus de Cappella, Robertus Comes et frater ejus Gilabertus, Gerardus, Ugo et Odo de Calmunt,[2]) Garnerius, Desiderius, Petrus Gasco, Robertus Pincerna, Petrus Cocus, Bernardus Gasco, Bernardus Aimar, Guuillelmus Cocus [3]) et alii, quorum consilio haec charta scripta est. De cetero omnibus, salva tamen Hospitalis justitia, quibuscunque velint, exceptis religionibus et militibus, vendere et invadiare licet et pro venditione carrucae Hospitali singuli bisantii etsi minus vel amplius, quam unam carrucam vendiderint, ad rationem unius bisantii de carruca, de domo vero ac de vinea singuli robuini solvendi sunt. — Guigo praeceptor, Castus thesaurarius, fratres Piotus, Petrus de Crato, Amoranius,[4]) Aimo, tunc praeceptor Hospitalis Gibelini; de hominibus Gibelini: Raimundus, filius Stephani Lombardi, Johannes Burgundiae, Petrus de Fabrica, Morin Paschalinus, Petrus de Jerusalem, Andreas Lornus, Petrus de Fores, Durandus, filius Petri de Fores, Petrus Montonus. Factum Amalrico patriarcha, Amalrico I rege anno liberationis Jerusalem LXIX (Paoli I, p. 46—47, No. 45: Lois [ed. Beugnot] II, p. 528 — 529, No. 44; cf. p. 223 et 255 not.; Prutz, Culturgesch., p. 246 et ZDPV. IV, p. 173—174). **457**

[1]) Conder in Quart. Stat. 1890, p. 39 putat, hoc esse tumrah (sheet XIX). [2]) Alias: de Calvo monte. [3]) Eracles 27: Guillaume le Queu. [4]) Alias Amoramus.

(**1168** c.). — Gibertus, Hospitalis magister, sigillo confirmat A.,[1]) ducem Hungariae, Dalmatiae et Croatiae, cum uxore in Terram Sanctam peregrinaturum, Hospitali X millia bisantiorum tradidisse et per hominem suum Retchab ac fratrem Bernardum mandavisse, ut inde casalia et terras emerent, quorum redditibus post mortem ipsorum vel recessum e peregrinatione dicti fratres fruantur. Quum vero prope urbem Hierosolymitanam terrae venales inveniri non potuissent, Hospitalis fratres vicina casalia castellum Emaus, Aquam bellam, Belveer et Saltum muratum eorumque fructus duci et uxori in Terra Sancta versantibus concessisse, nisi mallent in civitate Accon palatium quondam Giraldi de Cuniculis,[2]) domos IV Fulconis Mone-

[1]) Fejer l. c. legere vult: Belam (III). [2]) Alias: Cunillis, Cunilz, Conilz, Conins.

ae, extra urbem pomarium et casale unam leucam ab ipsa distans, e quibus a fratribus pretio VI millium bisantiorum de antedicta pecunia emtis annuales redditus MC bisantiorum proveniant, hanc vero emptionem Acconensem ab A(malrico I) rege nondum confirmatam esse. — Fratres: Petrus de Crato, clericorum magister et ecclesiae custos, Guigo de Mahone, praeceptor Hospitalis, Castus thesaurarius, Piotus, Stephanus, Bernardus, sacerdos praedicti negotii internuntius (Paoli I, p. 44—45, No. 44; Fejer, Cod. diplom. V A, p. 285—287). **458**

(**1168** c.). — Amal(ricus I), rex Hierosolymitanus, Ludovico VII, regi Francorum, fratres Templi commendat (Bongars I, p. 1181, No. 21; Duchesne IV, p. 698, No. 364; Bouquet XVI, p. 157, No. 469; Migne, p. 1277, No. 20). **459**

( „ ? c.). «I.[1]) Dei gratia et ordinatione episcopus Hierosolymitanus» Hildegardi, magistrae de Monte S. Roberti Pingensis, ejusque precibus se commendat (Ep. S. Hildegardis, No. 22 a). || Eadem antedictum patriarcham Hierosolymitanum multis laboris vexatum consolatur (ibid. No. 22 b; cf. Schmelzeis, Das Leben und Wirken der heil. Hildegardis, Freiburg 1879, p. 199—200, No. 200). **460**

[1]) Corrigas: Amalricus, qui sedit 1158—1179. Hildegardis fuit abbatissa annis 1147—17 Sept. 1179.

„ —**1169** Aug. 5. Beneventi. — Alexander III Petro, S. Sepulchri priori, scribit, A(malricum) patriarcham et A(malricum) regem non debere impediri, quominus ecclesiae Joppensi dignitatem cathedralem et cetera, quae paganorum jamdudum violentia et occupatione perdiderat, opportunitate nunc habita reddant, attamen a se patriarcham admonitum esse, ut dignam honestamque iis recompensationem inveniat (Rozière, p. 291—292, No. 162; Jaffé-Löwenfeld, No. 11568). **461**

**1169** Mart. 16. — Episcopus Valeniensis et fratres de Templo Tortosae congregati omnes querelas, quae de rebus Galterii canonici, de villanis, de casali ejus fracto inter utramque partem exstiterant, ab episcopo dimissas fuisse confirmant. — P(etrus), episcopus Antaradensis, Kalo, ejusdem ecclesiae archidiaconus; fratres: Galterus de Berito praeceptor, Willelmus de Guirchia, Berengarius de Castello Perso, Thomas de Marolio, frater Theobaudus de S. Scolastica, Falco (Delaville le Roulx, p. 112—113, No. 29 [cf. p. 17], Docum., p. 15—16, No. 5; Prutz, p. 40, No. 12). **462**

( „ Maj.). — A(malricus), patriarcha Hierosolymitanus, Ludovico VII, regi Franciae, J(ohannem), episcopum Paneadensem [1]), de novo constitutum commendat, qui, ut in dicta civitate ecclesiam ab hostibus destructam reaedificare possit, ab ipso juvamen et auxilium petere velit (Bongars I, p. 1174—1175, No. 6; Duchesne IV, p. 691, No. 348; Bouquet XVI, p. 151, No. 453; Migne CLV, p. 1267—1268, No. 5). **463**

[1]) Qui Parisiis mortuus et in ecclesia S. Victoris sepultus est (Röhricht, Amalrich I, p. 467, not. 4).

( „ Maj.). — Amalricus I, rex Hierosolymitanus, H(enrico), archiepiscopo Remensi, miserabili Terrae Sanctae statu exposito scribit, se (Amalricum), patriarcham Hierosolymitanum, (Ernesium), archiepiscopum Caesari-

ensem, et (Willelmum), episcopum Acconensem,[1]) cum Templi et Hospitalis fratribus in occidentales partes destinasse, sed eosdem naufragio rejectos fuisse itaque se nunc F(ridericum), archiepiscopum Tyrensem, (Johannem), episcopum Paneadensem, et A(rnulfum) de Landast militem [2]) cum fratribus Hospitalis [3]) mittere, qui auxilium a christianis ferendum expetant (Martène, Ampl. Collect. II, p. 803—804, No. 210; Bouquet XVI, p. 187—188, No. 120; cf. Röhricht, Amalrich I, p. 466—467). **464**

[1]) Hunc ejusque socios Alexander III (29 Jul. 1169) universis Christi fidelibus necnon Henrico, archiepiscopo Rhemensi, commendat (Bouquet XV, p. 878—881, No. 254—255; Jaffé-Löwenfeld, No. 11637—11638; Reuter, Alexander III, III, p. 577—578). [2]) De quo Gilbertus Montensis in Bouquet XIII, p. 573. [3]) Inter quos vocatur G., praeceptor Hospitalis (Jaffé-Löwenfeld, No. 11637), sive Guido de Mahone et non Gilbertus, qui hoc tempore magisterio fungebatur.

**1169** Aug. 13, ind. XI (corr. II). Neapoli. — Amalricus I, rex Hierosolymitanus, Pagano de Caypha, genero Jozelini Peselli, quaecunque a Balduino III rege, ipsius fratre, acceperat, sigillo confirmat scilicet M et CC bisantios sarracenatos in catena [1]) Acconensi annuatim recipiendos pro servitio II militum et primum feodum XX militum seu minus ad voluntatem Jozelini et heredum, insuper feodum C militum in urbe Babyloniae Deo adjuvante capienda [2]) et DC bisantios, quos Balduinus, frater regis, donavit dicto Jocelino et Amalricus in funda [3]) Acconensi IV terminis anni recipiendos nunc concedit. Insuper rex eidem Pagano illos D bisantios, quos Fulconi Tiberiadensi pro castro Saphet nunc fratribus Templi donato dederat, Fulco vero pro cambio Gibosevart dedit, in macello Acconensi IV terminis anni recipiendos assignat.[4]) — Humfredus de Torono constabularius, Galterius de S. Audemaro, castellanus et dominus Tyberiadensis, Philippus Neapolitanus, Baldoinus de Insula, Guillelmus marescalcus, Clarambaldus, vicecomes Acconensis, Gaufridus Tortus, Paganus de Voh, Odo de S. Amando. Datum per manum Stephani, Radulfi, Bethleemitae episcopi regisque cancellarii, in hoc officio vicefungentis (Strehlke, p. 6 7, No. 5). **465**

[1]) De catena (la chaîne) sive curia catenae cf. Lois (ed. Beugnot) II, p. 43 et Heyd, Hist. du commerce I, p. 336—337. [2]) Röhricht, Amalrich I, König von Jerusalem in Mitth. d. österr. Instituts f. Geschichtsforsch. 1891, XII, p. 468—469. [3]) De funda, fundaco sive foro generali cf. Lois II, p. 171; Heyd in Sitzungsber. d. königl. bayr. Academie d. Wissensch., hist.-phil. Classe, 1880, p. 617—627 et Hist. du commerce I, p. 337; II, p. 430. [4]) Cf. supra No. 447.

„ Aug. 20, ind. II. Accon. — Amalricus I, rex Hierosolymitanus, per manum Giberti magistri Hospitali Bulbesium cum pertinentiis, unde CL et millia bisantiorum annuatim reddantur, ea conditione donat et sigillo confirmat, ut habitatores christiani de omni servitute excipiantur. — Radulfus, episcopus Bethleem, Philippus, magister Templi, Gualterius, senescalcus Templi, fratres Radulfus Boch, Ermio de Asio; Unfredus, comestabilus regis, Milo de Planci, senescalcus regis, W(illelmus), marescalcus regis, Gormundus de Tiberiade, Guido de Scandalione, Gerardus de Pogeio, Rohardus, tunc temporis castellanus Jerusalem. Datum per manum Radulfi, episcopi Bethleemitani regisque cancellarii (Paoli I, p. 49—50, No. 48; cf. p. 501; Lois [ed. Beugnot] I, p. 616, not. et supra No. 452). **466**

„ Sept. 17, ind. II. Accon. — Amalricus I, rex Hierosolymitanus, communitati Pisanorum donat libertatem de omni jure negotiationis per totam terram, quam occupaverit in Aegypto, et curiam in urbe Babylonis,

ecclesiam, domum, furnum, molendinum et balnea juxta fundam mercatorum, eadem apud Cahiram in platea Belbecanti et apud Rassit, deinde M bisantios in funda regali sive Babylone sive Cahirae singulis annis sine servitio, quosque de omnimodo jure negotiationis ipsum commune acquietaverit Alexandriae, Damiatae et Tani, concedit et sigillo confirmat. — Bernardus, Liddensis,[1]) Guillelmus, Acconensis, episcopi, Philippus, Templi, Gilebertus, Hospitalis, magistri; Galterius, princeps Galilaeae, Hemfridus constabularius, Milo dapifer, Guillelmus marescalcus, Gaufridus Tortus. Datum per manum Radulfi, episcopi Bethlehemitani regisque cancellarii. — Albertus, Ubhicio, (Hibignanus) et Ildebrandus etc. ut supra No. 322 (G. Müller, p. 15, No. 12; Dal Borgo, p. 92—93; Muratori, Antiq. [ed. fol.] II, p. 907—908, [ed. 4$^0$] VI, p. 265—268; Ughelli III, p. 406; Lünig, Cod. diplom. III, p. 1475; cf. Archives d. miss. scientif., l. c. p. 367; Fanucci II, p. 50). **467**

[1]) De quo Röhricht in ZDPV. X, p. 28.

„ Sept., ind. III. — Goifredus Tortus Garino, S. Salvatoris in Monte Thabor abbati, XII bisantios in pascha apud domum ipsius Acconensem de zuccare casalis sui Manueth annuatim recipiendos donat tali videlicet tenore, ut consensu totius capituli villanum constitutum in loco, qui dicitur Cassia, quem Rogerius, pater Goifredi, ecclesiae Montis Tabor eleemosinam praebuit, sibi restituat. — Lanzulinus prior, Dominicus subprior, Girardus cantor, Ugo Pisanus, Petrus de Podio, Martinus, Stephanus, Marcus, Dominicus monachi; Simon de Laa, Rau de Batailla, Egidius, Helias, Petrus de Savaingni, Odo, Godofridus Turcopuli de Buria, milites (Paoli I, p. 209—210, No. 166; cf. p. 538—539). || Hoc privilegium Rinaldus (corr. Mainardus; cf. ZDPV. X, p. 23), episcopus Berytensis, se vidisse sigillo confirmat c. 1175 (Paoli I, p. 538). **468**

„ Hierosolymis. — (A)malricus, patriarcha Hierosolymitanus, canonicis S. Sepulchri per manum Petri II prioris plurima privilegia confirmat et incognita memorat scilicet magnum altare, quod est in choro S. Sepulchri, carcerem et altare, altare S. Petri et S. Stephani, inventionem cum altari, altare, quod est ad caput S. Sepulchri, parochiale, cathedram, quae est post magnum altare, et omnia, quae ibidem vel in quocunque praescriptorum altarium missam patriarcha celebraverit, ad ejus manum sive pedem offeruntur, omnes oblationes compassi, quod in medio choro S. Sepulchri est, plateam, quae est inter portam ecclesiae et columnas, plateam inter easdem columnas sitam et Hospitale S. Johannis, sicut in longum et latum protenditur, domos, stationes, terras et quicquid in quarterio ecclesiae et patriarchae dicti canonici possident, aliasque possessiones in Sancta Civitate vel extra eandem sitas et prae ceteris furnis furnum, quem patriarcha dictus a dictis canonicis commodatum tenuit sed reddidit testimonio Petri, archiepiscopi Tyrensis, ecclesiam et cimeterium extra portam David juxta viam sita, qua itur Bethleem, villas, quas aedificaverunt, ut Magnam et Parvam Mahumeriam, Bethsuri et alias, quas aedificabunt et Latini habitabunt. — Letardus, Nazarenus, Hernesius (Hernerius), Caesariensis, archiepiscopi, W(illelmus), Acconensis, Bernardus, Liddensis, Absalon, quondam Ascalonensis, episcopi, Renaldus, Montis Syon, Raimundus, Templi Domini,[1])

[1]) De quo ZDPV. X, p. 41. Sigillum cujusdam Rogerii, abbatis Templi, cf. in Revue numismat., III Sér., VI, p. 468—469.

Guido, S. Mariae de Latina, abbates, Bernardus, prior Montis Oliveti, Eraclius, archidiaconus Jerusalem, Arnulfus capellanus, Gaufridus dapifer, Robertus de Pinkegni (Rozière, p. 301—305, No. 167; Migne, p. 1244—1247, No. 167; cf. Wauters II, p. 503; de Vogüé, p. 217). **469**

**1169**, ind. II. — Raimundus, abbas Templi Domini, conventionem per Richardum et Rainerium canonicos cum Bertrando, archiepiscopo Tranensi, de ecclesia S. Mariae Magdalenae Barolitana factam confirmat (Arcangelo di Gioacchino Prologo, Le carte . . . . nello archivio del capit. metropolitano della città di Trani, Barletta 1877, p. 132—133). **470**

„ , ind. II. — Boamundus III, princeps Antiochenus, Januensibus privilegia a Boamundo, Roberti Guiscardi filio, in Antiochiae, Laodiceae et Suidini civitatibus donata sigillo confirmat. — Silvester, principis cognatus, Robertus, filius Gaufridi, Exchivardus dapifer, Willielmus de Moci pincerna, Willielmus Tyrel marescalcus, Johannes de Falquin, Bonaldus, Rogerius de Surdeval, Willielmus Balfrei dux, Rodulfus de Neun, Willielmus de Croisi, Gaufridus Falsam. Datum per manum Bernardi cancellarii anno principatus VI (Liber jurium I, p. 249—250, No. 276; Mon. hist. patr., Chartae I, p. 857—859, No. 544; Ughelli IV, p. 871—872; Lünig, Cod. diplom. Ital. II, p. 2087—2088, No. 8; cf. Archives d. miss. scientif., l. c. II, p. 352; Mém. de l'acad. d. inscript. 1818, III, p. 105; Serra IV, p. 148; Heyd I, p. 174; Langer, p. 156—157). **471**

„ Hierosolymis. — Hugo de Hibelino confirmat, Rainerium bonae memoriae, avunculum suum, fratribus S. Lazari de Jerusalem quandam terram in territorio Ramatensi sitam designasse, viros vero designare jussos majorem, quam debeant, partem tradidisse; hanc partem superabundantem quondam receptam se nunc concessu Agnetis uxoris, Balduini et Barisani fratrum necnon consilio Bernardi, episcopi Liddensis, et etiam pro via S. Jacobi ab ipso vota dictis fratribus reddere cum terra, quam habuerunt de domina Eva, et sigillo munire. — A(gnes) comitissa, Baldevinus, Barisanus, B(ernardus), episcopus Liddensis, Radulfus, capellanus Ramatensis, de canonicis S. Georgii: Gillebertus cantor, Jolbertus, Petrus capellanus, Johannes; de militibus Ramatensibus: Nicholaus de Beroard, Balduinus de Roais, Philippus, Odo Ruphus, Bernardus Provencal, Willelmus Arnaldi, Willelmus Faber, Martinus Gazele, Terricus de Inferno, Robertus de Corbie, Willelmus de Ponz, burgensis de Jherusalem. Factum Amalrico patriarcha, Amalrico I rege (Archives de l'Orient latin II B, p. 142—143, No. 25; cf. Cibrario, p. 236; Ferrand, p. 31). **472**

**1170** Jul. — Rogerius, dominus Seonae, assensu uxoris Aviciae et fratrum Garentonis et Joscelini Hospitali casale Tricheria cum pertinentiis donat et sigillo confirmat. — Joscelinus, frater Rogerii, Willelmus Trigala, Rainaudus de Landauran, Tancredus Dasart [1]) (Paoli I, p. 50, No. 49). **473**

[1]) Alias de Hasardo, Azart.

„ Sept. 9, ind. III. Verulis. — Alexander III ecclesiae S. Sepulchri per manum Petri II prioris et Amalrici patriarchae possessiones ultramarinas ab Amalrico patriarcha confirmatas et cismarinas munit (Rozière, p. 296—300, No. 166; Jaffé-Löwenfeld, No. 11831). **474**

„ , ind. III. — Amalricus, episcopus Sidoniensis, quum Hierosolymis S. Sepulchrum visitans a Petro, ecclesiae B. Mariae vallis Josaphat, cum

canonicis suis in consortium orationum et beneficiorum fratrum dictae ecclesiae ea conditione receptus fuerit, ut memoria sua in vita et mortis dies eorundem calendario ascribatur, in recompensationem dimidiam partem decimae de omnibus, quae dicti fratres in diocesi Nazarena possident, sigillo apposito relaxat. — Bernardus cantor, Jordanus canonicus, Paguanus canonicus, Richardus canonicus, Willelmus subprior, Guibertus celerarius, Arnaldus sacrista, Johannes monachus (Delaborde, p. 84—85, No. 37). **475**

**1170,** ind. III. Accon. — Willelmus, episcopus Acconensis, coram Amalrico I rege et Amalrico, patriarcha Hierosolymitano, necnon E(rnesio), Caesariensi, L(etardo), Nazareno, archiepiscopis, R(adulfo), Bethlemitano, B(ernardo), Lyddensi, R(adulfo), Tiberiadensi, R(ainaldo), Ebronensi episcopis Stephano, Cluniacensis ecclesiae abbati, ut in parochia sua claustrum et ecclesiam aedificare possit mediante Theobaldo, ejusdem ecclesiae monacho et Crispiacensi priore aedificare possit, concedit (Bibl. Cluniac., p. 1431). **476**

„ , ind. I.[1]) — Amalricus I, rex Hierosolymitanus, Tripolis comitatum procurans Hospitali per manum Giberti magistri castella Archas et Gibelacar terrae motu funditus eversa cum pertinentiis donat et tradit restauranda tali modo, ut, quicquid inibi est dominii regis vel comitis necnon militum, cum juribus possideant. Praeterea concedit, ut vexillum Hospitalis in comitatu Tripolitano, nisi ipse adsit rex, omnia spolia bello acquisita cum nemine partiatur, et promittit, si comes e captivitate [2]) liberatus dicta castra fortasse recipere vellet, ut dictos fratres defendat, si vero comitatus regi vel ejus heredibus hereditarie obtigerit, ut haec donatio irrevocabilis habeatur. Denique pollicetur, se comitem Deo volente liberatum rogaturum esse, ut donationem ipse confirmet, et quaecunque Raimundus comes captivatus ejusque antecessores dictis fratribus donaverant, sigillo munit. — Gumbaldus, electus Tripolitanus, Raimundus Provincialis, praeceptor ecclesiae Tripolitanae, Seierius, castellanus Tripolitanus, Bertrannus Porculi, Erradius, Guillelmus, vicecomes Tripolitanus, Arbertus de Montiniaco, Pontius de Suiura, Raimundus de Suiura, Ridellus, Guerricus de Archis; de baronibus terrae Hierosolymitanae: dominus Barisanus, Hugo Mimart,[3]) Guido de Maneriis, Philippus Rufus (Paoli I, p. 51—52, No. 51; cf. p. 501—502; Herquet in ZDPV. VII, p. 212). **477**

[1]) Corrigendum esse videtur III (ante 1 Sept. 1170) vel IV (post 1 Sept. 1170 —1 Sept. 1171), quum terrae motum charta memoratum 29 Jun. 1170 factum esse constet; cf. Röhricht, Amalrich I, p. 471. [2]) Captus fuit comes Raymundus Tripolitanus cum Bohemundo III, principe Antiocheno, 11 Aug. 1164 (ibid. p. 442 —443), quorum alter sequenti anno (ibid. p. 444), prior paulo ante a. 1174 (cf. infra 1174, Dec.) liberatus est. [3]) De quo Lois (ed. Beugnot) I, p. 424.

„ — Boamundus III, Raimundi filius, princeps Antiochenus, consensu uxoris Orgollosae ecclesiae S. Mariae et archiepiscopo Pisanae civitatis tum in Pisana provincia quam in principatu manenti chartam supra (No. 292) memoratam repetit et sigillo confirmat. — Guiscardus de Insula, vicecomestabulus, Rogerius de Surdavalle, Willelmus de Lobjs, Guafridus de Dordan, Johannes de Salgin, Guiscardus de Nazareht, Henricus de Loges. Datum per manum Bernardi cancellarii anno principatus VII (G. Müller, p. 15—16, No. 13 [cf. p. 395—396]; Dal Borgo, p. 93—94; Muratori, Antiq. II [ed. fol.], p. 907—908, [ed. 4°], p. 267—270; Ughelli III, p. 406 —407; Lünig, Cod. diplom. III, p. 1475; cf. Tronci, Annal. Pisan. I,

p. 333). || Charta nostra fere verbo tenus eadem est, quam supra (No. 292) excerpsimus (Langer, l. c. p. 157—158). **478**

**1170**, ind. III. — G(alterius), princeps Galilaeae, consensu uxoris E(schivae) et filiorum ecclesiae S. Lazari de Jerusalem VIII bisantios de funda Tabariae annuatim recipiendos concedit et confirmat. — G. de Bailoil, G. vicecomes, Willelmus marescallus, Willelmus de Sueca, Giraldus de Caisneio. Factum Amalrico I regnante (Archives de l'Orient latin II B, p. 144, No. 26; cf. Cibrario, p. 236; Ferrand, p. 31). **479**

( „ autumno). — Conventus Hospitalis Alexandrum III certiorem facit de renuntiatione Gisberti magistri. Hic enim regi confirmaverat, se magisterio deposito in solitudinem se recipere velle, et frustra ab eo commonitus paulo post absque licentia regia redire paravit. Priusquam vero rediit, (Guido de Mahone) praeceptor et (Guillelmus de Forgia?), procurator infirmorum, cum multis fratribus ac litteris marescalci (Raimundi Tiberiadis?) et conventus eum adierunt, ne contra jus fasque in proposito remaneret, neque vero eum flectere potuerunt. Paulo post praeceptor consilio procuratoris infirmorum, castellanorum (Garnerii?) Gibelini et Bellimontis ac multorum fratrum (Heraclio) patriarchae, (Radulfo I) Bethlemitano et (Bernardo) Liddensi, episcopis, necnon (Petro II), abbati vallis Josaphat, rem nuntiarunt, quibuscum ipse ad caveam Gisberti profectus est, sed quum horum admonitionibus obedire noluisset, patriarcha sub vinculo excommunicationis ei mandavit, ut ad magisterium rediret. Nunc quidem magister cum dictis domum suam reversus est, sed quum subsequenti die patriarcha in palatio magistrum renuntiare et fratres alium magistrum eligere vetuisset, ille cum praeceptore et aliis sibi faventibus fratribus Romam appellavit. Altera die Gisbertus cum archidiacono Hierosolymitano et procuratore infirmorum a patriarcha petiverunt, ut poenam excommunicationis tolleret, sed quum hoc efficere non potuisset, in caveam rediit. Nunc fratres iterum eum adierunt precibus, ut magisterium retineret, et postularunt, ut in plerisque actus suos corrigeret, ne in confinibus Turcorum castella et munitiones susciperet, ne supervacaneis expensis domum gravaret neve clam capitulo et fratribus negotium tractaret, sed ille respondit, se pecuniam domus retinere nec potuisse nec voluisse, et confirmavit, a nullo magistro profusiores expensas quam a se factas fuisse. Frater Pontius Blancus denuo mandavit, ne renunciaret, sed ille omnes fratres ab obedientia absolutos, ut alium magistrum eligerent, adhortatus est et XII electores secum ducens secessit, qui novum magistrum elegerunt, quo facto fratres cum Garino in capitulum redierunt, sed quum interrogavissent, num consentirent, omnes tacuerunt, qui aderant. Praeterea praeceptor cum priori clericorum, marescalco, priori Apuliae, priori Messanae et fratre Pioto Romam scripserunt. Quattuor vero mensium spatio intermisso alii fratres novum magistrum acceperunt, alii rejecerunt, qua de discordia certior factus Gisbertus de cavea rediit et confirmavit, se Romam iturum esse. Paulo post cum milites de Francia in Terram Sanctam venissent,[1]) Amalricus I rex precibus (Heraclii) patriarchae (Bernardi) Liddensis et (Raynaldi) Ebronensis, episcoporum necnon abbatis Montis Sion et prioris S. Sepulchri in capitulum Hospitalis, ut pacem reformaret, ingressus hanc totam controversiae et discordiae

[1]) Aestate 1168 (Röhricht, Amalrich I, p. 456, 486). [2]) De quo ZDPV. X, p. 26.

materiam collegit, ut papae eam dijudicandam committeret. — Almaricus patriarcha, Almalricus I rex, Radulfus, Betlem, Bernardus, Liddensis, episcopi, Reinaldus, Montis Sion, Petrus, Vallis Josaphat, abbates, Petrus, prior S. Sepulchri (Paoli I, p. 229—232, No. 186; cf. p. 544—545; Herquet, Chronologie, p. 10; Wochenblatt der Johanniter-Ordensballey Brandenburg 1880, No. 6; ZDPV. VI, 1883, p. 211—214; Delaville le Roulx in Revue hist. Maj. 1880, p. 183). **480**

(**1170**? Octob. c.). — L(etardus), archiepiscopus Nazarenus, Henrico, archiepiscopo Remensi, Willelmum presbyterum pro negotiis ecclesiae Nazarenae in Franciam missum commendat (Martène, Ampl. Collect. II, p. 864—865, No. 300; Bouquet XVI, p. 192—193, No. 156). || Itaque Alexander III (8 Dec. 1170) universos Christi fideles Franciae rogat, ut civitatibus Terrae Sanctae terrae motu dirutis, praesertim ecclesiae Nazarenae subveniant, cujus casale magnum Saraceni, clericis et incolis captis, occupaverunt, ita ut canonici paupertate et inopia premerentur (Bouquet XV, p. 893—894, No. 281; Jaffé-Löwenfeld, No. 11952). **481**

( „ c.). — Hugo Etherianus Aimerico, patriarchae Antiocheno, per manum Rainaldi principis librum suum de processione S. Spiritus transmittit (Martène, Thesaur. I, p. 479; Migne, Patrol. lat. CCII, p. 230; cf. v. Kap-Herr, Die abendländ. Politik Kaiser Manuels, p. 86). **482**

( „ c.). — Hugo, magister de Asinaria, censum domus Hospitalis composuit, in quo enumerantur hi tributarii: Guido de Beteran, Boamundus de Podio de domibus, quae retro sunt molendinum olivarum in ruga S. Stephani, filia dominae Cabreriae in ruga subtus Roman de Podio, Jacobus Surianus in ruga de Josaphat de subtus domum dominae Stephaniae, Jacopinus Tesceranus del curtil de Belvehir, quaedam vidua de subtus Jacopinus Tesceranus (sic), Helias ante domum Philippi de Neapoli prope S. Martinum, Anschitinus desuper domum Brahini sitam prope S. Martinum, Rainaldus, filius Arduini, desuper domum praedicti Anschitini, II Suriani in domo Rainaldi, Roardus Rufus desuper praedictum Rainaldum, Joan Barata de retro domum Anschetini, Arnaldus de S. Martino ante domum S. Martini, Willelmus Campaner de curtili juxta S. Martinum, quaedam mulier in muro civitatis de Belcaire juxta I curtil de Sansaba, Ugo Campium in herminaria de curtili, Gunsulin Mazun de domo in herminaria, Rogerius Anglicus de una volta in ruga Templi juxta Julianum Corveser, Petrus Cabrarius de domo ante buflariam, Pelai de domo ante Raul Burges, Raul Burges in ruga S. Stephani, Guiber Papas ante furnum de Latina, Fortis Guascun in ruga parmentariorum de domibus Alfani, Constantinus in parmentaria juxta stationem S. Annae, abbatissa S. Mariae Pitittae de volta una in parmentaria de subtus domum Roberti Galatinae, Guido de S. Cosma de domibus, quae fuerunt Rainerii Lombardi juxta S. Cosmam, II voltae, quae fuerunt Roberti, mariti Aluis baptizatae, ante domum Arnaldi S. Martini, Henricus de Legi in una ruella de subtus parmentaria, Richerius Corveser juxta domum Heliae Templi, Gaufridus Beruer juxta domum Heliae Templi, Azelinus juxta portam Templi et viam vallis Josaphat, Petrus de Hospitali in ruga Josaphat, Giraldus Belver in eadem ruga, Giraldus de Paris in eadem, Guarnerius de Paris ante vetus berchile de Templo, Herbertus ante probaticam piscinam, Amilina, uxor Petri Mazonis, ibidem, Erbertus Lombardus de curtili ante parmentariam sito, Durant Carpenter de eodem curtili,

in statione ante domum Giliberti de Pinkigni, Henricus in ruga de Lauremer in statione Anselmi, canonici de Monte Sion de terra, quae est in Monte Gaudii (Paoli I, p. 235—236, No. 190; cf. p. 545—546). **483**

**1170** Octob. 20—**1180**. — Alexander III (Letardo), archiepiscopo Nazareno, (Radulfo I), Bethlemitano, (Joscio), Acconensi, et (Rainerio), Liddensi, episcopis, mandat, ut Palmaream fratribus ordinis Cluniacensis concedant (Jaffé-Löwenfeld, No. 13 516; cf. Ursmar Berlière, p. 489—490; Röhricht in ZDPV. X, p. 207—208). **484**

„ Nov. 12—**1180**. — Alexander III (Petro II), priori S. Sepulchri, ejusque successoribus concedit, ut post archiepiscopos et episcopos inter abbates et priores patriarchatus Hierosolymitani primum locum in conventibus et officiis ecclesiae teneant (Rozière, p. 270—271, No. 147; Jaffé-Löwenfeld, No. 13 524). **485**

„ Nov. 13—**1180**. — Idem abbatibus (Raimundo) Templi Domini, (Rainaldo?) de Monte Sion, (Petro II?) de valle Josaphat et priori Montis Oliveti praecipit, ut in praecipuis solempnitatibus ecclesiarum, si forte patriarcha Hierosolymitanus absit vel aegrotet, vel si ecclesia Hierosolymitana vacaverit, priorem ejusdem ecclesiae cum fratribus ad solemnem processionem recipiant et in ecclesiis solemnem missam vice patriarchae eos cantare permittant[1]) (Rozière, p. 269—270, No. 146; Jaffé-Löwenfeld, No. 13 525). **486**

[1]) Cf. supra No. 323, 444.

**1171** Febr. 4, ind III. Hierosolymis. — Amalricus I, rex Hierosolymitanus, domui S. Lazari de Jerusalem juxta muros sitae LXXII bisantios de porta David annuatim recipiendos donat et sigillo confirmat, quorum L designantur pro singulis leprosis ab rege constituendis, X in elemosinam conceduntur, quos Odo de S. Amando eis dederat de assisia pincernatus regii, et XII pro domo prope macellum Hierosolymis sita, quam regi dederunt. — Hanfredus constabularius, Rainaldus Sydoniensis, Willelmus marescallus, Milo dapifer, Giraldus de Pogi, Amalricus de Franli, Anselmus de Brigida, Roardus de Joppe, Barisanus, frater ejus, Johannes de Valencinis, Adam Niger, Fulco, frater ejus. Datum per manum Radulfi, episcopi Bethleemitani regisque cancellarii (Archives de l'Orient latin II B, p. 144—145, No. 27; cf. Cibrario, p. 236; Ferrand, p. 31). **487**

„ Mart. 14, ind. IV. Tripoli. — Amalricus I, rex Hierosolymitanus, Suriano(s) de Turcho scilicet de casali S. Sepulchri eorumque heredes a redditibus ad portam David solvendis liberos esse sigillo suo declarat. — Hanfridus constabularius, Milo de Placi, Rohardus castellanus, Anselmus de Passu, Guido de Maneriis, Johannes de Valancinis, Adam Niger, Fulco Niger, Amalricus de Franliu, Thomas Patricius, Girardus Passerel, Arnulfus vicecomes, Amalricus, filius ejus, Robertus de Pinkeni, Gilbertus de Pinkeni, Willelmus Normannus, Herbertus Tortus, Willelmus Patronus. Datum per manum Radulfi, episcopi Bethleem regisque cancellari (Rozière, p. 328—329, No. 184; Migne, p. 1259—1260, No. 184; cf. Wauters II, p. 519). **488**

„ Jun. 13 (1204—1214). Accon. — Albertus, patriarcha Hierosolymitanus,[1]) Brocardo et ceteris eremitis, qui sub ejusdem oboedientia juxta

[1]) De quo (antea episcopo Vercellensi) cf. ZDPV. X, p. 8—9; Potthast, No. 2418, 2419, 2564, 2637—2643, 2731, 2755, 2994, 2998, 3265, 3296, 3314, 3448, 3454—3455,

fontem in Monte Carmeli morantur, regulam [2]) praecipit (Bullarium Carmelitanum I, p. 2—4). **489**

3685, 3716, 4247—4279, 4306, 4363, 4605, 4612, 4642, 4650, 4858; Acta SS. April. I, p. 764—799 (ubi etiam de historia fratrum Carmeli agitur); a. 1213 concilio XII oecumenico Romano ipse interfuit, patriarchae vero Antiocheni vices gessit B., episcopus Tortosanus (cf. ZDPV. X, p. 31). In: Compendio istorico dello stato antico e moderno del Carmelo, Torino 1780, p. 176 (cf. p. 174) narratur, supradictum Brocardum a. 1213 de mandato Alberti patriarchae Damascum ivisse et a soldano, postquam eum ex lepra sanarit et ad christianam religionem converterit, impetrasse, ut christianis pacem concederet. Eodem anno Wolfgerus, patriarcha Aquilejensis, ad eundem soldanum, ut captivos christianos redimeret, misisse dicitur (Röhricht, Studien, p. 12, Not. 4). [2]) Regulam et varia privilegia concedit ac confirmat supradictis fratribus Montis Carmeli Honorius III 30 Jan. 1226 (Potthast, No. 7524). Innocentius IV 26 Jul. 1247 intervenit precibus pro fratribus insultibus Saracenorum vexatis (Potthast, No. 12623; Berger, No. 3279), 1 et 4 Oct. 1247 regulam mitigat et corrigit (Potthast, No. 12701, 12711; Berger, No. 3287—3288; cf. No. 5563), quam successores ejus 3 et 9 Febr. 1256 (Potthast, No. 16225, 16243), 22 Maj. 1262 (Potthast, No. 18334) et 1 Jul. 1289 (Potthast, No. 22991) confirmarunt, regulam novam 1 Sept. 1248 explicat (Potthast, No. 13009). Alexander IV 25 Febr. 1256 privilegia concedit (Potthast, No. 16262) et fratres in protectionem suscipit 8 Mart. 1261 (Potthast, No. 18062—18063), fratribus Accone morantibus concedit 25 Mart. 1261, ut ibi oratorium, ecclesiam cum campanili et juxta eandem cimeterium construant (Potthast, No. 18075). Urbanus IV 8 et 17 Maj., 1—5 et 28 Aug. 1262 privilegia auget (Potthast, No. 18306, 18326, 18391—18392, 18397; cf. 19304, 19424). Fratres nostros Accone in Montem Carmeli reversos et ibidem monasterium reaedificare coepisse, apparet ex epistola Clementis IV 10 Febr. 1263 (Potthast, No. 18493), sed idem bellis sequentibus paulo post dirutum esse notum est. Denique Honorius IV (6 Mart. 1286) eosdem sub protectionem Sedis Apostolicae suscipit (Potthast, No. 22387; Prou, No. 305).

**1171**, ind. IV. — Bernardus, episcopus Liddensis, coram Amalrico patriarcha, Heraclio, tunc temporis archidiacono Hierosolymitano, et magistro Monacho, [1]) patriarchae cancellario, mediantibus, cum Petro, S. Sepulchri priore, de decimis casalium Bermenayn(m), Capharuth, Git, Kephrecylta et Porfilia a Rogerio quondam episcopo donatorum conventionem facit. Factum Amalrico patriarcha, Amalrico I rege. — De capitulo S. Sepulchri: Ugo de Nigella, Reinaldus de Lochis, Petrus Calvus, Petrus cantor, Arnulfus subprior, Balduinus thesaurarius, presbiteri, Dalmatius, Savinus, Rogerius diaconi, Odo, Ingerradus, Petrus subdiaconi; de capitulo S. Georgii: Gislebertus cantor, Franco, Petrus praeceptor, sacerdotes, Willelmus, Petrus Testa diaconi, Gerurfus, Johannes, Papion, subdiaconi; Rainaldus, episcopus Ebron, Eraclius, archidiaconus Jerosolimitanus, magister Monachus, cancellarius patriarchae (Rozière, p. 322—325, No. 181; Migne, p. 1256—1257, No. 181; cf. Wauters II, p. 519). **490**

[1]) Postea patriarcha Hierosolymitanus factus (ZDPV. X, p. 8—9, 12—13; cf. Potthast, No. 501, 1987; P. Riant, De Haymaro Monacho, Lugduni 1866).

( „ c.).—Aimericus, patriarcha Antiochenus, Hugoni Etheriano [1]) gratias agit pro libro ejus de processione S. Spiritus misso, alios libros ab eo postulat et argenteam cuppam donat (Martène, Thesaur. I, col. 480—481; Migne, Patrol. lat. CCII, p. 230—231). [1]) Cf. supra No. 482. **491**

( „ c.). Accon. — Bernardus, ecclesiae Ascensionis Dominicae minister, Hospitali per manum Josberti magistri casale Cafran cum territorio suo olim per (Pontium) de Sure, principem scilicet Galilaeae, Monti Olivarum donatum ea conditione concedit, ut eidem ecclesiae domus et stationes tradantur: domus Petri Fabri, statio Stephani de S. Jacobo, domus Giraldi (de Cunilz) in

quadrivio, Petri Guasconis domus ante S. Anastasiam, filii Willelmi Mercerii voltae, quae sunt subtus domos Roberti Ungari, domus Roberti Ungari, Nicolai .... in vico Coquinati, statio subtus domos Constantii Torti, domus Soardi de Mahomeria, quae sunt juxta domos Alberti ....., Herbeloti, quae sunt juxta S. Martinum, Bertrandi Alumnelli. Factum coram Amalrico patriarcha et consilio Amalrici I regis. — Hernesius, archiepiscopus Caesariensis, Radulfus, episcopus Bethlehemita et regis cancellarius, Bernhardus, Liddensis, Willelmus, Acconensis, episcopi, Petrus, prior S. Sepulchri, Eraclius, archidiaconus Jerosolymitanus, ..... Monachus, patriarchae cancellarius; de baronibus: Balduinus Ramatensis, (Gormundus) Tiberiadensis, Roardus, castellanus Hierosolymitanus, Anselmus de Pas; de juratis: dominus Symon, Gaufridus Turronensis, Gillebertus de Pinguigni, Robertus de B(elgenci), ................, Pesellus Rex, Johannes Briccius, (Guillelmus) Beraldi, Guillelmus Patronus, Guillelmus de Pons, Bartholomaeus Luscus, Balduinus ......, ............., ............, Petrus de S. Jacobo, Petrus de S. Lazaro, Adelbertus, pincerna patriarchae (Paoli I, p. 233—234, No. 188; cf. p. 545). **492**

**1172** Sept., ind. VI, epact. IV, concurr. VI. — Boamundus III, princeps Antiochenus, consensu uxoris Orgellosae pro excambio domorum, quae fuerunt Barutel, XC bisantios apud Lauditiam in fundo fructus Hospitali donat et sigillo munit. — Guiscardus de Insula constabularius, Silvester, cognatus principis, Petrus camerarius, Johannes de Salquin, Willelmus Baufredi, Zaccarias, filius Eschivardi. Datum per manum Willelmi cancellarii anno principatus IX (Paoli I, p. 242, No. 198; cf. Du Cange-Rey, Les familles, p. 194). **493**

„ (Hierosolymis). — Henricus, Bavariae et Saxoniae dux, III lampades constituit, quarum prima coram S. Sepulchro, secunda in Calvariae loco ante Dominicam passionem, tertia ante vivificum S. Crucis lignum arsura sit, et D bisantiis emptas domos Michaelis Turbitoris muro S. Sepulchri ecclesiae contiguas assignat, unde XX bisantii annuatim provenientes oleo lampadum emendo sufficiant. — A(malricus), patriarcha Hierosolymitanus, P(etrus), S. Sepulchri prior, subprior et plures alii canonici. — Appendent Amalrici regis, Amalrici patriarchae et canonicorum S. Sepulchri sigilla (Scheid, Origines Guelf. III, p. 516—517; V, p. 18—19; cf. p. 107; Mader, Antiquit. Brunsv., p. 123 — 125, No. 9; Rehtmeier, Braunschw. Chron. I, p. 338 — 339; cf. Mecklenb. Urkundenb. I, p. 102, No. 103; Röhricht, Beitr. II, p. 109—116). **494**

( „ c.). — A(malricus) I, rex Hierosolymitanus, Al(exandrum) III papam, qui ipsum monuerat, ut ecclesiam Palmareae fratribus Cluniacensibus concederet, rogat, ut, quum abbas primus defunctus, secundus vero «abbas non adeo sollicitus in congregandis, prout expedit, ecclesiae rebus» sit, Gorimundi, dicti abbatis advocati, precibus indulgeat et abbatem congruum vel priorem cum tribus vel quattuor fratribus Cluniacensibus ad dictam ecclesiam Palmareae transmittat (Du Cange-Rey, Les familles, p. 837; cf. Mabillon, Annal. saec. VI, part. I, § 2, No. 11 et supra No. 484. **495**

**1173** Mart. 26, ind. XI.[1]) Accon. — Amalricus I, rex Hierosolymitanus, domui Theutonicorum pro pannis infirmorum CCCC bisantios de funda

[1]) Corrigatur: VI.

Neapolitana necnon pro infirmis IV casalia Deldol et Seri(i)e, Rehap et Ardelle, quorum primum et secundum in partibus S. Abrahae, tertium et quartum in partibus Bethan situm est, et de unaquaque carruca totius terrae Hierosolymitanae et Neapolitanae regiae et omnium casalium singulas robbas frumenti et hordei annuales sigillo concedit easque, si deficiant, intus vel extra Neapolim et de funda Acconis recipiendas esse declarat. — Guido,[2]) comes Joppensis et Ascalonitanus, Rainaldus Sydonis, Milo, dominus Montis Regalis, Ainfridus, constabularius regni, Jozcelinus de Samosac, dominus Balianus Neapolis,[3]) de Ybelino, Balianus, frater eius, Milo de Planci, Bertrandus de Joppen, Henricus de Gerino, Galterius de Berito, Guillelmus de Tyro, Gualterius de Mirabel, Nicholaus de Huderic, Guilibertus de S. Dionisio. Datum per manum Radulfi, episcopi Bethleemitae regnique cancellarii (Strehlke, p. 7—8, No. 6; cf. p. 122). **496**

[2]) Qui demum 1180 per nuptias infra paschalia cum Sibylla contractas comes Joppensis et Ascalonitanus factus est (Guill. de Tyro XXII, c. 1; cf. c. 25), qua de causa privilegium nostrum jam Strehlkio spurium esse videbatur, sed idem errat cum Guill. de Tyro (XXI, c. 4) dicens, Milonem de Planci Octob. 1173 jam mortuum fuisse, qui April. 1174 chartae regis testis est (Paoli I, p. 244, No. 201).
[3]) Supplendum est: Balduinus, ut recte notavit Strehlke.

(**1173** aestate). — (Amalricus I), rex Hierosolymitanus, H(enricum), archiepiscopum Remensem, rogat, ut paci inter Angliae et Franciae reges reformandae intendat, quorum prior litteris et per nuntios confirmaverit, se, nisi hanc turbationem anticipasset, jam diu Terram Sanctam adiisse, et latores (Bernardum), episcopum Lyddensem, et subpriorem S. Sepulchri commendat (Martène, Ampl. Collect. II, p. 996, No. 478; Bouquet XVI, p. 198, No. 197; cf. Röhricht, Amalrich I, p. 479, in ZDPV. X, p. 28; Reuter, Alexander III, III, p. 581). ‖ De eadem re Alexander III eidem (23 Dec. 1173) scripsit antedictos nuntios commendans (Bouquet XV, p. 938—940, No. 365; Jaffé-Löwenfeld, No. 12 247). **497**

( „ aestate). — Amalricus, patriarcha Hierosolymitanus, Henricum, archiepiscopum Remensem, rogat, ut christianos ad subsidium Terrae Sanctae ferendum excitet, cujus exterminium Salahadinus et Noradinus anhelent, quorum alter in proximo futuro pascha Antiochiam invasurus esse dicitur, deinde latores B(ernardum), episcopum Lyddensem, et R . . . ., subpriorem S. Sepulchri, commendat supplicans, ut Angliae et Franciae regibus reconciliandis operam exhibeat (Martène, Ampl. Collect. II, p. 997—998, No. 479; Bouquet XVI, p. 198—199, No. 198; Röhricht, l. c.). **498**

( „ aestate). — P(etrus II), prior S. Sepulchri, H(enricum), archiepiscopum Remensem, rogat, efficiat apud regem Franciae, ut S. Sepulchri ecclesia mansionem aliquam in dicto regno habeat, et A(imericum) subpriorem commendat (Martène, Ampl. Collect. II, p. 998, No. 480; Bouquet XVI, p. 200, No. 200; cf. ZDPV. X, p. 44). **499**

„ Sept. 25. Babilloniae. — Saladinus rex Pisanis per manum Aldeprandi [1]) legati liberum commercium ac securitatem in toto regno Aegypti concedit et confirmat. — Marcus,[2]) patriarcha de Alexandria, Babillonia, Nubia et Saba,[3]) Michael, episcopus della Barbacana,[4]) Homodei, presbiter prior de Cairo. Scripsit Bulcaira[5]) filius presbyter Homodei (Amari, I diplomi

[1]) Alias Ildebrandi vocati. [2]) Patriarcha Jacobitarum (1164—1188). [3]) Jemen, sive Arabia felix. [4]) Nescimus, qui locus, quae regio intelligi possit. [5]) Abu'l Kheir, «pater fortunae».

arabi, p. 257—261, No. 5 [cf. praef. § XXXII, p. 458—459]; Lami, Delic. erudit. V, p. 194—201; cf. Fanucci II, p. 90—94; Heyd I, p. 397). **500**

**1173** Octob. — Josbertus, Hospitalis magister, per manum fratris magistri (asinariae) Bernardi (Ar)ioni Jacobino domum et terram vacuam Hierosolymis vicinam scilicet in curtilio Belueer [1]) quibusdam conditionibus concedit et sigillo confirmat. Factum Amalrico patriarcha, Amalrico I rege. — De fratribus: Guar(inus) de Melna praeceptor, Stephanus thesaurarius, Willelmus de Forgia, custos infirmorum, Petrus, custos operis; (de laicis:) Guncelinus Castelli, Robertus, nepos Radulfi drogomanni, Petrus Tornator (Delaville le Roulx, p. 115—116, No. 31 [cf. p. 18]; Prutz, p. 105—106, No. 29). **501**

[1]) In tergo p. 116: Belueet.

„ (Hierosolymis). — Josbertus,[1]) magister Hospitalis, Meleto Suriano, Surianorum et Graecorum Gazam et Jabin habitantium archiepiscopo, monasterium S. Georgii sive Bersabae alias Gybelinum dictum, quoad vivit, sed tali conditione possidendum concedit, ut post ipsius mortem in jus Hospitalis redeat cum melioramentis, et dictum Meletum in confraternitatem Hospitalis receptum fuisse, confirmat. — Josbertus magister, G(arinus) de Melnis praeceptor, Stephanus thesaurarius, Garnerius, castellanus Gybelini, Guillelmus Dacerio, Oldinus, castellanus Bellivideri, Bonitus (qui chartam scripsit) fratres; Μέλετος, ἀρχιεπίσκοπος πόλεως Γάζης καὶ Ἐλευθεροπόλεως, Θεόκτιστος, πρωτοπαπᾶ καὶ δοῦλος τοῦ ἁγίου τάφου τοῦ κυρίου Ἰ.Χρ., Ἰωάννης, ἱερεὺς καὶ δευτεράριος τῆς ἁγίας Χριστοῦ ἀναστάσεως, Γεόργηος, προτοδῆάκονος, Στέφανος, εἱερεὺς τῆς ἁγίας ἀναστάσεως, Ἀβράμιος, διάκονος της ἁγίας αναστὰσεως (Delaville le Roulx in Archives de l'Orient latin I, p. 413—415, No. 3; Paoli I, p. 54, No. 53; cf. ZDPV. 1883, VII, p. 215—216). **502**

[1]) Qui apud Vadum S. Jacobi (9 Jun. 1179) captus et fame in carcere mortuus esse falso dicitur (Bened. de Peterbor. II, p. 131; Rog. de Hovedene II, p. 133, sed cf. Herquet, Chronologie, p. 11). De regula ab ipso edita cf. Paoli, Dell' origine, append. p. XLIII—XIV et Delaville le Roulx in Bibl. de l'école d. chartes 1887, p. 348.

„ [1]) — Constantia, bonae memoriae L(udovici VI), regis Galliae, filia et S. Egidii comitissa, ut magister Hospitalis R(ogerius) de Molinis [2]) se consororem in ipsorum cimeterio sepeliendam recipiat, casale Betheras in planis Ascalonae situm tali conditione sigillo apposito donat, ut dicti fratres comitissae, quoad vivit et in terra Orientis moratur, D bisantios annuatim solvat, si vero trans mare iverit et ibidem obierit, pro illis D bisantiis XII marcas et dimidiam argenti meri ad pondus Trojae ad pentecosten in capitulo de Ceresers, vel ubi capitulum translatum fuerit, ipsi vel ipsius mandato reddant, illi vero bisantii, quos in civitate Hierosolymitana habere debeat, prorsus cadant, post obitum vero fratres teneantur, ut ipsam in cimeterio suo sepeliant et annuale celebrent casale autem Betharas in perpetuum possessuri. — Dominus R(ainaldus) de Sidone, dominus P(etrus) de Creseto,[3]) castellanus de Jerusalem, Willelmus de Molebech, Anselmus,

[1]) Herquet, Chronologie, p. 12—13 censet, hanc chartam a. 1177 editam fuisse; cf. Delaville le Roulx, p. 18. [2]) Cujus de sigillo cf. Delaville le Roulx in Mém. d. antiq. de France 1880, XLI, p. 69 et regula Delaville le Roulx in Bibl. de l'école d. chartes 1887, p. 349; Paoli, Dell' origine, p. XLV—L; Prutz, Culturgesch., p. 605—607. Chartam, quam Guillelmus, rex Siciliae, fratribus Hospitalis precibus Rogerii magistri concessit, cf. in Paoli I, p. 227—228, No. 18. [3]) Alias Creset, Cresec(ca), Cresera.

filius Gibelini, Rainaldus Litaldus, Amalricus de Franco loco, Anselmus Babin, Robertus Niger, Nicolaus Manzur, Robertus de Pinkeni,[4]) Joffridus de Turs, W(illelmus) Ebraldi, Johannes Brecci, Ernulfus de Blancagarda, Petrus de S. Lazaro, Odrez, Bernardus Proez, Robertus de casali S. Aegidii, Soffridus Dissodun,[5]) Tiebaldus de Canci, magister Lambertus, qui scripsit (Paoli I, p. 52—53, No. 52 [cf. p. 502—503]; Vaissète, Hist. de Languedoc [ed. 2] VIII, p. 299—301, No. 17). **503**

[4]) Alias Pinkinguin, Pinquenni, Pinquin(i), Pinque(i)gni et similiter (Picquigny in Picardia). [5]) de Issoudun.

**1173.** Hierosolymis. — Hodeardis, quondam Otonis de Verduno uxor, consensu Henrici et Guidonis filiorum et filiarum Isabellis, Johannis Aschetini uxoris, Benedictae, Joffridi, filii Simonis Judicis, uxoris, et Jaszae, Henrici Balistarii uxoris, curtile, quod inter vias ad civitatem Bethlehem et Acheldamach ducentes necnon lacum Germani [1]) et hortum Hospitalis situm est, eidem domui per manum Josberti magistri, DCCLX bisantiis acceptis, in curia regis Amalrici I ejusque consensu tradit. — Hernulfus de Blanca Guarda vicecomes, qui venditiones inde accepit jure regio, magister Gonscelinus, Symon juratus, Joffridus......., Gillebertus de Pinkeni, Lambertus Patriarcha, W. de Ponz, Johannes Briceii, Bartholomaeus, juratus......, (Gaufrid)us Tortus, Petrus de S. Lazaro, Jacobus, gener Gilleberti de Pinkeni, Rice......... (Delaville le Roulx, p. 113—115, No. 30 [cf. p. 18—19]; Prutz, p. 104—105, No. 28). **504**

[1]) A Germano, cive Hierosolymitano, effossa fuit (Eracles, p. 10—11, 502).

( „ aut.). — Josbertus, magister Hospitalis, H(enricum), archiepiscopum Remensem, rogat, ut fratres Hospitalis eorumque bona tueatur et in diocesi sua aliquod receptaculum iisdem provideat (Martène, Ampl. Collect. II, p. 1000—1001, No. 484; Bouquet XVI, p. 199—200, No. 199). **505**

( „ aut.). — A(malricus), patriarcha Hierosolymitanus, cum Petro priore et capitulo S. Sepulchri Ludovicum VII, regem Francorum, rogat, ut S . . canonico et latori epistolae hospitale quoddam in honorem S. Sepulchri concedat (Bongars I, p. 1180—1181, No. 19; Duchesne IV, p. 697—698, No. 362; Bouquet XVI, p. 167—168, No. 491; Migne CLV, p. 1276, No. 18). **506**

( „ aut.). — A(malricus), patriarcha Hierosolymitanus, Ludovico VII, regi Franciae, pauperes leprosos Hierosolymitanos eorumque fratrem latorem epistolae commendat (Bongars I, p. 1174, No. 5; Duchesne IV, p. 690, No. 347; Bouquet XVI, p. 168, No. 492; Migne CLV, p. 1266—1267, No. 4. Epistola nostra exstat quoque in codd. Bruxellensi, No. 9823—9824, Duacensi, No. 838, Romano, Reg. Christ., No. 122, s. XIII). **507**

( „ ) Nov. — Saladinus rex consules Pisanos per manum legati sui Achagii [1]) Optimen [2]) rogat, ut Ruggeronum Januensem nomine Scensedin,[3]) fratris Saladini, allumen venditurum et res necessarias emturum e carcere, in quem conjecerint, liberent eique allumen totum reddant (Amari, I diplomi arabi, p. 262, No. 8 [cf. p. 459—460]; Lami, Delic. erudit. V, p. 203—205; cf. Fanucci II, p. 84—86). **508**

[1]) Id est al-hadschî (peregrinator). [2]) Othman. [3]) Seif ad-dîn mâlik al-Adil.

(**1173**?) Nov. — Omar,[1]) filius Sceneste, fidelis Saladini, consulibus Pisanorum idem de eadem re scribit (Amari, I diplomi arabi, p. 263, No. 9 [cf. p. 460]; Lami, Delic. erudit. V, p. 205—206; cf. Fanucci II, p. 86—87). **509**

[1]) Takî ed-dîn Omar ibn Schahinschah, nepos Saladini.

( „ [?]—**1243** c.). — Eleemosinae, emptiones, confirmationes, commutationes et privilegia, quae domus S. Mariae Theutonicorum in Terra Sancta accepit neque tamen in chartis nobis notis invenias. — (1) Apud castrum Regis vinea domini Jacobi Tripolitani, quae sita est juxta vineam domini Boonecasae antiqui contra viam de Buchel, (2) II frusta terrae de domina de Amerun emta, quorum unum situm est super vineam domini Andreae in via de Tertille,[1]) alterum juxta vineam de novo plantatam domini Bernardi Divitis super cavam, domus ab eadem domina emta et prope domum archiepiscopi de Nazareth sita, (3) frustum terrae de uxore Odonis de Furhun emta, quod situm est juxta terram domini Guidonis de Renay[2]) in terra Alba, et propugnaculum sive barbacana, quod contiguum est barbacanae Guidonis de Renay, cisterna aquae, quae est ante domum Ferrei-brachei, domus cum cisterna, quae in domo est juxta domum domini Symonis Galiothae sita, (4) tota ejusdem Simonis Galiothae hereditas, (5) III petiae terrae ab uxore domini Wernerii de Paris venditae, quarum prima sita est infra terram Rauli militis et Joseph dominorum, secunda apud fontem villae Terschia dictae et terrae S. Sepulchri contigua, tertia in divisa villae Sivenete dictae super viam de Accon juxta terram Guidonis de Renay sita, hortus ab eadem domina emtus cum cisterna, qui super hortum Brachs-de-ferre situs est, et domus juxta veterem curiam sita, (6) vinea a domina Dulcia vendita et inter vineas episcopi et cujusdam balistarii sita necnon II frusta terrae, quorum primum situm est super terram domini Petri Markise in via villae de Fenes, alterum super vineam rufam Bernardi Divitis, (7) II domus, quarum prior destructa cisternam habet, altera sita est inter archiepiscopi et domini Henrici domos, (8) vinea a filia Hugonis Merlin vendita, quae inter balistarii et Petri de Schalun vineas sita est, II frusta terrae, quorum prius sub vinea Martini, alterum super vineam rufam Bernardi Divitis situm est, et domus, quae est retro domum Galterii contra domum Stephani, (9) domus a domino Abraam Furnir vendita, quae inter Martini domum et hortum Guillelmi Malinger sita est, et post eandem domum hortus parvus, quo insunt II cisternae, (10) hortus a domina Guncelina venditus et ultra hortum domini Petri Marchise situs, (11) frustum terrae ab Johanne, filio Marini de Jader, venditum et ultra vineam Jacobi de Triple situm, (12) vinea ab Henrico, dispensatore episcopi, vendita et in via Suphie sita vineaeque Galterii contigua, necnon domus contra domum archiepiscopi sita et post eandem hortus et cisterna prope hortum Rogerii situs et III petiae terrae, quarum prima apud ecclesiam S. Mariae Magdalenae, secunda super vineam uxoris domini Martini, tertia sub vinea archiepiscopi sita est, (13) domus a domina Juliana[3]) vendita et prope domum leprosorum sita, (14) II frusta terrae a domina Margarita vendita, III domus et hortus, (15) II vineae a Guillelmo Tabach venditae, hortus apud Therum et alius hortus apud turonum suspensorum necnon domus, (16) vinea a Robelino, filio Guillelmi sutoris, vendita, (17) medietas molendini a pueris Bernardi Divitis et Reinaldo, sororio

[1]) Aperte corrigendum est Terfil(l)e. [2]) Alias Ronay vocatus. [3]) Caesariensi? Cf. Strehlke, p. 32—33, No. 40: Febr. 1206.

eorum, vendita, (18) domus ab Johanne Rosa vendita, (19) vinea a Pontio, filio magistri Roberti de Janie, vendita, hortus, domus, cisterna totaque ejusdem hereditas, (20) hortus a Rodulfo, milite Theutonico, venditus et ante hortum puerorum fratris Franci prope villam situs, (21) hereditas Bonicasi ab uxore ejusdem, domino Andrea Burguino ejusque uxore necnon Henrico filio vendita, (22) petia terrae Joppensis apud fornacem et curiam Theutonicorum sita et a quadam domina vendita, (23) petia extra eandem civitatem posita per manum fratris Roberti emta, (24) domus a Guiot, Alberto, Rudulfo et uxore ejus emta extra portam civitatis (Accon) sita, (25) V carrucatae terrae Saphet a domina Hensalme, soceri (sic) domini Menebof, venditae et volta, (26) hortus Tyri super arenam et (27) petia terrae ibidem sita, quae tenet V carrucatas, (28) curia Acconensis ab Johanne Strakei et Guilion, hominibus Templi, vendita et post seleriam sita, (29) domus Acconensis post palmanteriam sita, (30) curia Acconensis a monialibus de Tyro vendita et juxta infirmariam Theutonicorum sita, (31) domus Acconensis ab archiepiscopo Jacobinorum vendita et prope curiam Theutonicorum et domum antedictam sita, (32) curia post palatium Theutonicorum Acconense sita et Chisseria vocata, quae fuit Nicolai et fratris ejus scriptorum, (33) domus Acconensis post curiam magistri sita et a Raimundo scriptore vendita, (34) domus Acconensis in ruga dicti Raimundi sita et a Petro Corvisario vendita, (35) petia Acconensis terrae, quae est ante barriam (barciam) domini Aymonis, (36) petia terrae Sidoniensis a rustico vendita, quae est in vinea Theutonicorum (Strehlke, p. 120—128, No. 128). **510**

**1174** Jan. 7. — Boamundus III, princeps Antiochenus, CC bisantiis et cuppa III marcharum argentis acceptis, consensu Orguilosae uxoris Petro de Melfia, homini suo ligio ac vicecomiti, partem, quam ipse habebat in molendino Scomodar videlicet medietatem octonarii, salva tamen altera medietate monachis S. Symeonis annuatim solvenda concedit et sigillo confirmat, deinde medietatem suam de vineis molendini et pertinentiis usque ad divisionem de Maraban necnon de vineis de Saranjac, de petia, quam liberi Boneti tenent, de alia, quae fuit Hervei Parvi et est sanctimonialium Ferri, de alia, quae ab eodem de Melfia possessa sed in contractu matrimonii filiabus data est, de aliis denique petiis, quae fuerunt Adae de Rua Obscura, Andreae Cambiatoris, Pagani, filii Basilii, et Sibillae, uxoris Petri de Avinum (Avionun). — Huduinus (Huduimus) de Marroles (Marrot), Silvester, consanguineus principis, Rogerius de Surda valle, Guiscardus de Insula, Simon Burgevinus, dux Antiochiae, Johannes de Salquino. Datum per manum Alexandri, Apamiae canonici, anno principatus XI (Rey, Recherches p. 22—23; Altpreuss. Monatsschr. XX, p. 386—387, No. 1). **511**

„ Febr. 24, ind. VII. Accon. — Amalricus I, rex Hierosolymitanus, ecclesiae S. Lazari juxta muros Jerusalem XL bisantios in redditu catenae Acconensis et de ipsa assisia Galteri de Berito, domini Albae Custodiae, a rege pro Berito in concambium data annuatim recipiendos donat et sigillo confirmat. — Guerricus, archiepiscopus Petracensis, Renaudus, episcopus Ebronensis, Enfredus constabularius, Milo de Planceio, Roaldus, castellanus Hierosolymitanus, Amalricus de Caesarea, Ansellus de Pas, Johannes de Valencenis, Willelmus Hernaud, Giraldus Passerer. Datum per manum Radulfi, episcopi Bethleemitani regisque cancellarii (Archives de l'Orient latin II B, p. 145—146, No. 28; cf. Cibrario, p. 236; Ferrand, p. 32). **512**

**1174** Mart. (1175?). — Aimericus, patriarcha Antiochenus, sigillo confirmat, Geraldum, Apameensem archiepiscopum, et Garinum, Hospitalis praeceptorem, de II casalibus Tricaria et Homedino diu litigantes tandem eo convenisse, ut prius Josbertus, Hospitalis magister, alterum vero cum juribus, quae ibi habebat Hospitale, et chartis, quas idem accepit a Roggerio de Seona, Geraldus teneret ea tamen conditione, ut frater capellanus Tricariae Deo et fratribus serviens de ministerio suo archiepiscopo nullatenus respondeat, de vicario vero capellani consuetudo valeat, quae in ceteris Hospitalis vicariis ubique solet observari. — Gaufridus, abbas Fossaenovae, tunc temporis S. A. legatus, Thomas, frater patriarchae, Aimericus et Rainaldus, canonici S. Petri, Anselmus canonicus, magister Johannes, legis peritus, magister Bartolomaeus, Rogg(er)ius, capellanus patriarchae; de canonicis Apameensibus: Ernaudus decanus, Alexander archidiaconus, Sergius thesaurarius, Johannes Theodoricus, Petrus, cappellanus archiepiscopi; ex parte Hospitalis: Garinus praeceptor, Roggerius de Molendinis,[1]) Hernaudus Lumbardus, Odoinus, magister Petrus, Gibelinus, qui tunc erat praeceptor domus Hospitalis Antiochenae (Paoli I, p. 56—57, No. 55; cf. p. 503). **513**

[1]) Idem, qui postea Hospitalis magister factus et apud casale Roberti (1 Maj. 1187) occisus est (Röhricht, Beiträge I, p. 118; Gestes, p. 12).

„ April. 18, ind. VII. Accon. — Amalricus I, rex Hierosolymitanus, fratribus Hospitalis per manum Josberti magistri concedit et sigillo confirmat omnia, scilicet terras, vineas et hortum cum pertinentiis, quae ab Johanne Lombardo Tyri pro DCCC bisantiis emerunt. — Raimundus, comes Tripolis, Odo, Templi magister,[1]) frater Berengarius, Hemfridus constabularius, Milo, dominus Montis Regalis, Balduinus, dominus Ramarum, Balianus, frater ejus, Gormundus de Tyberiade, Gerardus, marescalcus et camerarius, Johannes de Arsur, Rohardus de Joppe, Gocelinus de Sumesac,[2]) Amalricus de Franliu, Amalricus de Caesarea. Datum Accon per manum Radulfi, episcopi Bethleemitani regisque cancellarii (Paoli I, p. 244, No. 201). **514**

[1]) Qui a. 1172 magister Templi factus, sed (9 Jun. 1179) a Saladino captus et in carcere mortuus est (Görgens, Arab. Quellenbeitr. I, p. 10—11). Hujus precibus Alexander III a. 1173 et 1179 fratribus Templi jura et privilegia confirmavit (Jaffé-Löwenfeld, No. 12241, 13684; cf. 14549 β et γ). [2]) Alias Semmosac (Samosata, nunc Sumeisât).

„ Jun., ind. VII. Nazareth. — Geraldus, episcopus Tiberiadensis, Garino, abbati Montis Tabor, coram Lethardo, archiepiscopo Nazareno, ejusque toto capitulo, ut decimae casalium Hecdix, Heulem, quas ecclesia Montis Tabor concordia in praesentia P. Lucii bonae memoriae facta obtinuerat, et Saka, quod situm est inter torrentem Cison et Capharmadam, eidem ecclesiae remaneant, suo et dicti archiepiscopi sigillo concedit. — De Nazareth: Hernulfus prior, Rainaldus cantor, Gerardus, Andreas, Nicolaus, Heraldus thesaurarius, Johannes de Podio cellararius, Arnaldus, Petrus, Tibaldus, Galterius capellanus, Johannes de Coriz, Geraldus Passerel canonici; de canonicis ecclesiae Tiberiadensis: Robertus cantor, Leo, Johannes de S. Homero,[1]) Johannes Tiberiadensis, Petrus de Templo (Paoli I, p. 57, No. 56; cf. p. 504). **515**

[1]) S. Audemaro.

„ Jun. — Amalricus I, rex Hierosolymitanus, Hospitali et ecclesiae S. Mariae Majoris viam concedit, quae erat inter domum Hospitalis et domum praefatae ecclesiae, cujus introitus a ruga palmariorum erat respi-

ciens ad septentrionem in opposita parte faciei ecclesiae S. Sepulchri ingrediens ad meridiem inter utramque domum videlicet Hospitalis et S. Mariae, ducens etiam infra domos Hospitalis usque ad exitum in rugam balneorum patriarchae. De hac via conventio fit, ut ab introitu antedicto usque ad quendam arcum pariete clausum sit ecclesiae S. Mariae, ubi in longitudine licet aedificare neque vero amplius in altitudine, quam usque ad pedem signorum S. Crucis, quae in parietibus Hospitalis apparent pro meta, quam sanctimoniales aedificando non transcendant. A praedicto vero arcu pariete clauso inter ecclesiam Hospitalis et domos sanctimonialium vacuum remaneat (ac neutri parti aedificare liceat), in quod spatium sanctimoniales neque exitum neque fenestram habeant, inde vero usque ad rugam balneorum patriarchae territorium Hospitalis liberum sit. Factum Amalrico patriarcha. — De fratribus: Garinus de Melna praeceptor, Stephanus thesaurarius, Garnerius, castellanus Gibelini, Bernardus, magister asinariae; de sanctimonialibus: Stephania abbatissa, Richeldis de Jerusalem, filia Milonis Clerici, Mahaldis de Neapoli, Mahaldis de Ramis, Amelot; de viris Hierosolymitanis: Harnulfus vicecomes, Robertus de Pinquineo, Goffridus de Turonis, Lambertus Patriarchae, Albertus Lonbardus, Johannnes Bricius, Willelmus de Punz, Thomas Patriz, Reinaldus de Belgrant de Caesarea, Petrus de S. Lazaro, Constantius Tortus, magister Guncelinus (Paoli I, p. 243—244, No. 200; cf. p. 546—547; M. de Vogüé, Les églises, p. 252). **516**

**1174** Jul. 3, ind. VII. Hierosolymis. — Amalricus I,[1]) rex Hierosolymitanus, Philippo Ruffo [2]) et heredibus legitimis casalia Arabiam et Zakanin necnon pertinentia et gastinas: Derhenne, Mezera, Misklin cum villanis: Manket, Helel, Bulmali, Buchalet fratribus et Zelzel, Nabe, Chazeraz fratribus et Tharet, Bufares, Zacran, Aili, Raphaha, Ebisserur, Buder, Tarcan, Phaheit, Nazer, Megeti, Bulmene, Phet, Zieia, Zabaa, Sep, Numeir, Haus cum uxoribus et liberis in concambium illorum M bisantiorum, quos de rege in urbe Accon olim tenuit, sigillo concedit, et servitium singulorum militum inde exposcit, pro illis vero DCCC bisantiis, quos de funda Acconensi recipiendos rex Philippo concesserat, ab eodem binos milites mittendos esse declarat. — Berengarius, senescalcus Templi, Garinus, praeceptor Hospitalis, Hemfridus constabularius, Milo, Montis Regalis dominus, Rainaldus, Sydonis dominus, Guido, Caesareae dominus, Gualterus, frater eius, Gormundus de Tyberiade, Atto, filius eius, Rohardus de Joppe, Johannes de Arsur, Amalricus de Caesarea, Arnulfus de Blancagarda, Amalricus, filius ejus, Tirricus de Asper, Jordanus de Ripelmunde. Datum per manum Petri, vicecancellarii regis (Strehlke p. 8, No. 7). **517**

[1]) Quum Amalricus I 11 die Jul. 1173 obiisse dicatur, Strehlke hoc privilegium spurium rejecit, sed dictum regem 11 Jul. 1174 mortuum esse, in Mitth. d. k. k. österr. Instituts 1891, p. 434—435, demonstravimus. [2]) Cf. Lois (ed. Beugnot) I, p. 425.

„ Dec. 13, ind. VIII. Hierosolymis. — Balduinus IV, rex Hierosolymitanus, Balduinum Ramarum MDCC bisantiis acceptis Hospitalis fratribus per manum Josberti magistri CC bisantios, quos annuatim de casali S. Mariae solvere tenebantur, remisisse, sigillo confirmat. — Odo, magister Templi, Berengarius, Templi senescalcus, Raimundus, comes Tripolis, Heinfridus constabularius, Balianus de Hibelino, Aimericus de Lisenian,[1]) Petrus de Cre-

[1]) Alias Lusignan.

secca, Anselmus de Pas, Atto de Marla, Roardus de Joppe, Amalricus de Caesarea, Robertus de Pinkeni. Datum Jherusalem per manum Guillelmi, Tyrensis et Nazareni archidiaconi regisque cancellarii (Paoli I, p. 245, No. 202; cf. supra No. 432). **518**

**1174** Dec. — Raimundus, comes Tripolitanus, fratribus Hospitalis per manum Josberti magistri et fratris Arnaudi Lombardi, qui liberationem e manu Turcorum ipsius fideli nisu perquisierant, quaecunque pater ejus et antecessores unquam donaverunt, laudat et sigillo confirmat necnon portionem, quae dicitur vexilli, dimittit, videlicet medietatem spoliorum bello factorum, quam pater Raimundi, cuicunque bello ipse intererat, sibi reservaverat. — Romanus, episcopus Tripolitanus, Josbertus magister, Arnaudus Lombardus, Seguinus Ruffus, Bernardus, Bonellus capellanus, fratres; Anfredus de Toron(o) constabularius, Hugo de Biblio, Raimundus, frater ejus, Raimundus de Nephin(o), Guillelmus Dorel, Arbertus Saraman(ni), Arradus, Bertramus Porcelet, Rustagnus de S. Montano, Guillelmus vicecomes, Johannes, filius ejus, Hugo Days, Poncius de Suura, Guillelmus Berengarii, Petrus de Lezignan, Raimundus de Monteoliu,[1] Guilielmus de Caumont, Johannes de Suura, Guillelmus Fortis, frater ejus B., Bertramus de Pontarudes, Balduinus Roman(us), Petrus Bernardi, Aribertus de Montiniaco, Raimundus de Curt, Guillelmus Firmini, Jacobus, Guillelmus Bidoz, regulus [2]) Simon, regulus Georgius, regulus Mafa, magister Matthaeus cancellarius, cujus opera hoc privilegium factum est (Paoli I, p. 54—56, No. 54; cf. p. 503). **519**

[1]) Alias Montolivo, Montolif. [2]) Sive raizius (arab.: reis); cf. infra No. 521.

„ — Hugo, dominus Biblii, Raimundus frater et Hugo, filius ejus, consensu Raimundi, comitis Tripolitani, Hospitali per manum Arnaudi Lombardi, Montis Peregrini praeceptoris, sigillo concedit terram in territorio casalis Bechestin, quae vulgo appellatur Jardinum de la Nonua et his terminis circumcluditur: a montanis contigua est cuidam fossato, sicut itur via, quae tendit ad vadum mortui fluminis et ab eadem parte versus meridiem et occidentem contermina est terris ipsius Hugonis de Biblio, deorsum versus Montem Peregrinum terris Rusteni de S. Montano, a II aliis lateribus terris Hospitalis adjungitur. — R(aimundus) comes, Guillelmus de Marreclea, Bertinus Porcel, Arbertus Sarania,[1]) Arradus, Engel,[2]) Guillelmus de Caumonte, Arbertus de Montiniaco, Ogerius Furnarius, Henricus de Biblio, Rainaudus de Biblio, Sais, Guillelmus Catalanus (Paoli I, p. 210, No. 167). **520**

[1]) Alias Saraman(nus). [2]) Alias Engelerius, Angelerius.

„ — Rainaldus Masueri, filius Rainaldi Masueri, consensu Bertrandi filii domui Hospitalis ejusque magistro Josberto per manum Guarini de Mesna, ejusdem praeceptoris, donat et concedit casalia Tyron et Corveis cum pertinentiis praeter districtum et, quod eodem continetur versus castellum de Margato, necnon gastinam de Meois, hortum ante portam Hospitalis Valeniae situm et pratum ante casale Tyron. Insuper iisdem fratribus confirmat donum, quod Abdelmessie, raiz [1]) de Margato, fecit, videlicet III partes casalis Meserafe, ita tamen, ut cum Georgio, dicti raiz genero, qui ejusdem casalis tenet quartam partem, bona futura partiantur et, quod Martinus de Nazareth dedit, scilicet tertiam partem casalium Belusae, Archamiae et Cordiae. —

[1]) Vox arabica, quae significat principem gentis («regulum»), sive tribus indigenarum Syriae (Lois [ed. Beugnot] I, p. 26; Prutz, Culturgesch., p. 250—252, 547).

Gilius de Alaint,[2] Hugo Rufus, Alverus, castellanus de Margato, Amelinus de Thevila,[3] Martinus de Nazareth, Basilius, magister Rainerius, Georgius, raiz de Margato, Dros de Curia (Delaville le Roulx, p. 116—117, No. 32 [cf. p. 19]; Prutz p. 106—107, No. 31). **521**

[2]) Alias Allant. [3]) Alias Chevilla, Chevila, Chivilli?

**1174,** ind. IX.[1]) — Eschiva, domina Tabariae, pro anima Galterii mariti una cum Hugone filio, Hospitali in manum Josberti magistri sigillo concedit turronem inter parvam palmeriam et Tiberiadem situm, quod Sarracenice vocatur Lacomedia,[2]) et totam terram, quam praedictus mons usque ad mare Galilaeae continet, et de littore, quantum vir lapidem levem in mare potest jacere. Factum Amalrico I rege. — Giraudus, episcopus Tabariae,[3]) Petrus de Crescentia, Ivo Ursus, Geroldus de Chetnei,[4]) Simon Cleurun,[5]) Robertus Rufus, Heymericus Chañg (Paoli I, p. 243—244, No. 199). **522**

[1]) Quum Amalricus I charta memoratus 11 Jul. 1174 obierit (Röhricht, Amalrich I, p. 480), privilegium nostrum ante hoc datum scriptum et ind. IX corrigenda est in VII. [2]) Quod Conder, Quart. Stat. 1890, p. 36 esse censet chirbet elkaneitrîja septentrionem versus de Tiberiade. [3]) De quo Röhricht in ZDPV. X, p. 30; sigillum ejus describit G. Schlumberger in Revue numismat., III Sér., VI, p. 465—466. [4]) Alias Chesneio. [5]) Alias Cheurun.

**1175** Febr. — Boamundus III, princeps Antiochenus, domui Hospitalis et Josberto magistro per manum Garini de M(elna) praeceptoris donum, quod Garentonus, dominus Saonensis, fecit, scilicet Tricaria [1]) casale et, quicquid juris ejusdem habet, consensu Orgollosae uxoris et filiorum sigillo confirmat necnon Surianum quendam Bon Mossor nominatum et in urbe Gabuli constitutum cum liberis et rebus suis concedit, insuper Judaeum, qui a Latinis Garinus vocatur et Laodiceae habitat. — Silvester, cognatus principis, Johannes de Salquino, Hodoinus de Merrolis, Eschivardus, Guischardus de Insula, Guillelmus de Cavea marescalcus, Paganus de Castelin, Garinus Guegnart, Symon Burgevins, dux Antiochiae. Datum per manum Constantini, clerici principis anno principatus XI (Delaville le Roulx, p. 121—122, No. 35 [cf. p. 19]; Prutz, p. 106, No. 30 [ad 1174]). **523**

[1]) In tergo p. 122: Trecherie.

„ Mart. — Boamundus III, Raimundi filius, princeps Antiochenus, consensu uxoris Orgolosae, Hospitali ejusque magistro Josberto per manum fratris Garini praeceptoris praedium, quod appellatur S. Egidii, prope urbem Gabuli situm pro IV millibus bisantiorum, quos ipse Hospitali debebat, tradit et sigillo confirmat. — Silvester, consanguineus principis, Guiscardus de Insula, Johannes de Salquino, Balduinus constabularius, Hugo de Logis, Rogerius de Surdavalle, Guitardus de Borc, Gervasius, filius Eschivardi, Gaufridus de Dordan, Thomas, filius Roberti Mansselli, Simon, dux Antiochiae. Datum hoc privilegium per manum Constantini clerici (Paoli I, p. 58—59, Nr. 58). **524**

„ Jun. 26, ind. VIII. Nazareth. — Balduinus IV, rex Hierosolymitanus, Baruto cuidam ejusque heredibus drugomanagiam de casalibus Cabur, Turone, Coket, quam Ivetta, avia Rohardi, et filius Petrus filiolus Baruto dederunt et nunc ipse Rohardus consensu uxoris Delinae in curia regali Acconensi CCXXV bisantiis acceptis concessit, cum omnibus juribus accurate expositis sigillo confirmat. — Petrus de Cresecca, Aimericus de Lisenian, Rohardus de Joppe, Amalricus de Caesarea, Gervasius, filius ejus, Philippus

Rufus, Amalricus de Franliu, Stephanus Ammiratus, Urricus, Arnaldus de Suessione, Radulfus de Nela, Raimundus de Tolosa, Petrus de Moneta, Rannulfus Bannir, Pontius Marranus, Raimundus Marranus, Albertus Sellarius, Odo de Bugi, Johannes Princeps. Datum per manum Petri, regis vicecancellarii (Paoli I, p. 245—246, No. 203; cf. p. 547). **525**

**1175** Jun., ind. VIII. Rivoalti. — Sebastianus Ziani, Venetianorum dux, per manum Stephani Barocii, procuratoris operis S. Marci Tyriensis, eidem ecclesiae privilegium Vitalis Michaelis ducis confirmat et tertiam Tyri partem in V annos exceptis tamen his, quae a praedecessore duce concessa fuerunt, videlicet ruga, quae stat ad introitum portae juxta portum revolvente a latere sinistro ab uno et ab alio latere usque ad rugam S. Marci et usque ad partem regis, et exceptis CCC bisantiis, quae in illa continentur, exceptis uno de melioribus molendinis, II casalibus et uno de melioribus jardinis et exceptis his, quae concessa sunt episcopatui Equili et Torcellano. Praeterea concedit redditus de portu et introitu portarum, platearum, de fonticis, balneis, furnis, stateris, rubis et mensuris vini et olei, de molendinis, de vitro et aliis, praesertim quum ad subventionem Venetorum de captivitate imperatoris Constantinopolitani liberatorum et cum nave Romani Mairani Acconem appulsorum de pecunia operis S. Marci MD bisantii dati fuerint (Tafel-Thomas I, p. 167—171, No. 63; cf. supra No. 402). **526**

„ Jul. 17, ind. VIII, concurr. II, epact. XXVI, luna XXVI. Tripoli. — Postquam Alemandina, uxor quondam Rollandi de S. Muntando, obiens testamento X bisantios annuales de hereditate sua accipiendos domui Hospitalis dimisit, Johannes, vicecomes Tripolitanus [1]), ejusque uxor Wilelma, filia dictae Alemandinae, ad quam ista hereditas pertinet et post dominum Rostandum reverti debet, praelibatam elemosynam sigillo confirmant. — Pontius de Sura,[2]) Raimundus de Sura, dominus Saissus,[3]) Willelmus Catalani, Rolandus Dauria [4]), Pontius Bos, Willelmus de Bez(on)s, Willelmus de Antiochia.[5]) Traditum est per manum Arnaudi Lombardi, tunc praeceptoris Hospitalis Montis Peregrini; Stephanus, sacerdos vicecomitis, scripsit (Delaville le Roulx, p. 122—123, No. 36 [cf. p. 19]; Prutz, p. 107—108, No. 32). **527**

[1]) Cujus sigillum videas in Musée archéol. II, p. 320—321, No. 19. [2]) Alias Sui(u)ra. [3]) Alias Saisius, Saxius. [4]) De Auria. [5]) De eo cf. Lois (ed. Beugnot) I, p. 425.

„ Aug., ind. VIII. — Amalricus, patriarcha Hierosolymitanus, domui Hospitalis precibus Josberti magistri et Garini praeceptoris censum, quem habebat de domo, quae fuit Roberti de Belgenci, donat et sigillo apposito concedit, ut si praedicti fratres dictam domum et domos Willelmi Patroni, abbatissae S. Lazari, Petri Sellarii et Parsani adepti fuerint, quae omnes in vico sitae sunt a porta David descendente, aedificia construere liceat. In recompensationem vero a dicto magistro Amalricus patriarcha censum accipit, quem fratres habebant de domibus Odonis de Barulo et Henrici Alemanni, quae contiguae sunt vico, qui ducit ad portam S. Stephani in quarterio patriarchae, et habent a septentrione domos de censu Hospitalis, a meridie vero contiguantur cuidam voltae, quae est de censu Hospitalis et super se habet domum cujusdam Suriani. Insuper accipit censum in statione Lamberti Patriarchae, quam in vico Coquinatorum sitam canonici S. Sepulcri fratribus in concambium terrae vacuae dederunt ante portam S. Helenae sitae, prae-

terea censum I bisantii pro eodem concambio a praedictis canonicis annuatim solvendi. — Petrus, prior S. Sepulcri, Johannes Pictavus, Hugo de Nigella, Reinaldus de Lochis, Constantinus, Petrus praecentor, Bernardus de Antiochia, Baldoinus thesaurarius, omnes presbyteri; de diaconis: Odo, Petrus, Petrus Bithuricensis; de subdiaconis: Petrus de Machumeria, Rotbertus de Roma; de clericis patriarchae: Eraclius archidiaconus, Dalmatius canonicus, tunc bajulus patriarchae, Girardus capellanus, Petrus clericus; de laicis patriarchae: Galfredus dapifer, Aldebertus pincerna, Petrus Lombardus, Arnaldus mareschalchus. Datum per manum Monachi cancellarii (Delaville le Roulx, p. 124—125, No. 37 [cf. p. 19]; Prutz, p. 108—109, No. 33). **528**

**1175** Octob. 17, ind. VI (IX). — Petrus, prior S. Sepulchri, et ecclesiae conventus cum Garino, abbate Montis Tabor, consensu Letardi, archiepiscopi Nazareni, prioris Lancelini et totius ecclesiae, sigillo apposito S. Sepulchri eo conveniunt, ut hi ecclesiam suam apud casale S. Aegidii cum medietate decimarum ejus et aliorum videlicet Turbasaym [1]) et Dere, quae ex concessione quondam patriarchae Willelmi ab ipsis censuali jure pro unius rotae cereo tenebant, expensis praegravati S. Sepulchro reddant, vineas vero, domos et mobilia II millium bisantiorum pretio vendant annuatim III rotas incensi et cereum I rotae in festo transfigurationis accepturi. — Letardus, archiepiscopus Nazarenus, Radulphus, Sebastensis episcopus, Johannes, prior ejusdem ecclesiae, Petrus, cantor Tyrensis ecclesiae; de canonicis S. Sepulchri: Johannes Pictaviensis, Ugo de Nigell, Rainnaldus de Lochis, Constantinus et Petrus cantor, sacerdotes, Oddus [2]) et Gaufredus diaconi, Petrus Maumeriae et Robertus Romae subdiaconi; de monachis Montis Thabor: Lancelinus prior, Petrus de Podio thesaurarius, Martinus, Johannes Hispanus, Stephanus cantor, Aimericus, Dominicus, Johannes de Nazaret, Lenardus,[3]) Pandulfus, W(illelmus) Provincialis, Marcellinus; de clericis Nazarenis: Geraldus [4]) archidiaconus, Tibaldus, canonicus Sydoniensis, Johannes, canonicus Nazarenus, Kalterius [5]) de Capella, Johannes Corithensis, Gibertus, capellanus archiepiscopi, Jordanus Mercator (Paoli I, p. 211, No. 168 [cf. p. 539]; p. 246—247, No. 204, unde variae lectiones sequentes). **529**

[1]) Turbalaym. [2]) Oddo. [3]) Enardus. [4]) Gerardus. [5]) Galterius; cf. chartam sequentem.

„ Octob. 17, ind. VI (IX). — Garinus, abbas Montis Thabor, consensu Letardi, archiepiscopi Nazareni, prioris Lancelini et totius capituli Montis Thabor Petro, S. Sepulchri priori, ecclesiam casalis S. Egidii cum pertinentiis, scilicet medietatem decimarum casalium S. Egidii et aliorum duorum Turbasaim (Turbasym) et Dere, quae ex concessione felicis memoriae Willelmi patriarchae possidebat, reddit, vineas vero et domos pretio M (duorum M) bisantiorum vendit. — Letardus, archiepiscopus Nazarenus, Radulfus, episcopus Sebastensis, [1]) Johannes, prior ejusdem ecclesiae, Petrus, cantor ecclesiae Tyrensis; de canonicis S. Sepulchri: Johannes Pictavensis, Ugo de Nigella, Rainaldus de Lochis, Constantinus, Petrus cantor, sacerdotes, Odo et Gaufridus diaconi, Petrus Mahumariae (Mahomariae) et Robertus Rome subdiaconi; de monachis Montis Thabor: Lancelinus prior, Petrus de Podio thesaurarius, Martinus, Johannes Yspanus (Hyspanus),

[1]) De quo Röhricht in ZDPV. X, p. 29.

Stephanus cantor, Aimericus, Dominicus, Johannes de Nazaret, Enardus, Pandulfus, Willelmus Provintialis, Marcellinus; de clericis Nazareth: Geraldus, archidiaconus Nazarenus, Tibaldus, canonicus Sydonensis (Sydoniensis), Johannes, canonicus Nazarenus, Galterius de Capella, Johannes Corit(h)ensis, Gibertus, capellanus archiepiscopi Nazareni, Jordanus Mercator (Rozière, p. 258—260, No. 142). **530**

**1175** Dec. 18, ind. VI.[1]) — Balduinus, dominus casalis S. Egidii consensu uxoris Stephaniae coram socero suo Roardo, castellano Hierosolymitano, Petrum, priorem S. Sepulchri, de abbate Montis Thabor domos ac vineas, quas idem conventus in dicto casali habuit, emisse confirmat. — Roardus, castellanus Hierosolymitanus, Anselmus de Brie, Symon de Bethleem, Andreas de Caypha milites; Gaufridus Turonensis, Robertus de Pinken(iaco), Johannes Raimundi, Willelmus Patronus, Radulphus, frater Willelmi, archiepiscopi Tyrensis, Bernardus Proet, Arnulfus de Mahomeria, G(u)arinus Neapolitanus de Templo, serviens dominae reginae Mariae (Rozière, p. 257—258, No. 141; Lois [ed. Beugnot] II, p. 531, No. 47; Migne, p. 1229—1230, No. 141). **531**

[1]) Indictio quadrat in 18 Dec. 1172.

„ , ind. VIII. — Jotius, episcopus Acconensis,[1]) et Josbertus, Hospitalis magister, controversiam inter ecclesiam S. Crucis Acconensis et Hospitalis de multis juribus ecclesiasticis versantem disceptant et disceptatam sigillis confirmant. — Rufinus archidiaconus, Bartholomaeus thesaurarius, Stephanus, Odo, magister Hugo, magister Monachus, magister Salomon; de fratribus Hospitalis: Bernardus prior, Garinus praeceptor, Willelmus de Acir, Willelmus, prior in Accon, frater Castaneus, frater Gerardus thesaurarius, frater Garnerius de Gibelin (Paoli I, p. 59—60, No. 59; cf. p. 504). **532**

[1]) De quo Röhricht in ZDPV. X, p. 20; sigillum ejusdem cf. in Revue numismat., III Sér., VI, p. 469. Antea fuerat canonicus Acconensis.

„ — Balduinus, dominus Ramensis, consensu uxoris Helisabeth et fratris Barisani, Hospitali per manum Josberti magistri Johannem Syrianum, quondam Cafferri cysternarium, cum omnibus suis utriusque sexus heredibus donat et sigillo confirmat. — Barisanus, frater Balduini, Aubertus, consanguineus Balduini, Jacobus, Caco vicecomes (Paoli I, p. 58, No. 57). **533**

„ — Petrus, filius Petri de Caors, assensu Rainaudi et Hugonis fratrum partem hereditatis suae Hierosolymitanae tam in domibus quam de quadam gastina, quae sunt in vico Montis Sion, fratri suo Clarembaldo L bisantiis vendit; domus autem istae his terminis circumsaepiuntur: ab oriente domo Willelmi Patron et gastina praedicta, domo Alberici Parvi, via publica interposita, a meridie domo Evae Plachariae (inter duas autem domos hujus emptionis interest domus, quae fuit Jordani Clerici), ab occidente domibus Boamundi Bufli, Obae Cementarii, Petri de Ve ejusque fratrum, a septentrione domibus Petri de Ve et fratrum ejusdem. Divisio autem gastinae talis est: habet enim ab oriente domos Rohardi Toset et viam arcus Judae in medio, a septentrione domos Willelmi Patron, a meridie Alberici Parvi, via interposita, ab occidente domos hujus emptionis et domum Jordani Clerici, via jam dicta Montis Sion interjacente. Haec vero venditio facta est in plena curia coram Rohardo, castellano Hierosolymitano, Bernardo Broet, castelli magistro, et juratis civitatis.— Robertus de Pinquenni, Gaufridus des Tors, Simon Judex, Lambertus Patriarcha, W. de Ponz,

Balduinus de Lions, Gaufridus de Issoudun, Pesellus Rex, Petrus Giberti, W. Patron, W. Ber(audi), Johannes de Tors, Johannes Brien, Holdricus. Factum Balduino IV rege et Amalrico patriarcha (Delaville le Roulx, p. 119—121, No. 34 [cf. p. 19]; Prutz, p. 109—110, No. 34). **534**

**1175.** — Gila, consensu filii Petri, Hospitali domum cum cisterna in vico David sitam, quae adjacet ab oriente domui Stephani Umberti, ab occidente domui Roberti de Baugencio, a meridie viae publicae, DCCCL bisantiis vendit et CCCCL inde accepisse confirmat; pro remanentibus vero CCCC bisantiis in cambium eidem fratres dare promittunt domum Petri Tornatoris, quae quondam fuit Karsie (?),[1]) bochariae et domui Alberti, patriarchae pincernae, viaeque publicae vici Templi et regis excorticationi collateralem. — Johannes Bricius, W. Beraudi, Johannes Dators, Pizellus li Rei, Simon Judex, Jofridus Bocherius, Petrus de S. Lazaro; de fratribus: Stephanus thesaurarius, cujus manu negotium fiebat, Garnerius, castellanus Gibelini, Bernardus de Asinaria, Godescalcus, Droes, Blomus, Josbertus candelarius (Delaville le Roulx, p. 118—119, No. 33 [cf. p. 19]; Prutz, p. 110, No. 35). **535**

[1]) Fortasse legendum est: Garsie.

**1176.** — Rainaldus, ecclesiae Montis Syon minister, vineam ad pedem Montis Syon sub domo, quae dicitur Germani, sitam ad lacum communi usui faciendum in concambium vineae donat et sigillo confirmat, quam juxta ecclesiam S. Procopeos sitam Amalricus I rex dederat, cui quandam vineolam illi vineae a meridie collateralem et in bivio juxta domum antedicti Germani sitam concesserant. — Petrus, Josaphat, Ribaldus, Latinae, Rogerius, Templi, abbates, Rohardus castellanus, Anselmus de Brie, Anselmus Babic (Rozière, p. 308—309, No. 170; Migne, p. 1249, No. 170). **536**

„ , ind. IX. Accon. — Balduinus IV, rex Hierosolymitanus, Hospitali per manum Josberti magistri laudat et concedit, quicquid pater suus Amalricus I rex de terra Aegypti acquirenda dedit, et XXX millia bisantiorum ex territorio Berbesii, si fieri possit, extrahendos addit; sin minus, se terram quam viciniorem terrae Belbesii poterit, assignaturum esse, sigillo confirmat. — Berengarius, militiae Templi senescalcus, Joicil.,[1]) regius senescalcus, Humfredus comestabilis, Rainaldus, dominus Sydonis, Roardus, castellanus Jherusalem, Ugo de Mimarc̄,[2]) Petrus de Corsēt,[3]) Malpinus. Datum Accon per manum Lamberti capellani (Paoli I, p. 60—61, No. 60). **537**

[1]) Joscellinus. [2]) Mimarcio, Mimars. [3]) Male pro Creseto, Cresecca?

„ , ind. X. Joppen. — Balduinus IV, rex Hierosolymitanus, Guillelmo Lovelle, quoad vivat, capellaniam capellarum suarum in civitate Joppe existentium videlicet S. Crucis et B. Laurentii cum redditibus et oblationibus, sicut bonae memoriae rex Amalricus I concesserat, sigillo confirmat et redditus annales enumerat, quibus frui eidem liceat. — Gaufridus de Blois, Joppensis decanus, Rohardus, castellanus Jerusalem, Henricus, castellanus in Joppen, Petrus de Creseca, Gauterius Malpini, Rannulfus dapifer. Datum per manum Lamberti, regis capellani (Delaborde, p. 85—86, No. 38). **538**

„ , ind. IX. — Balduinus, dominus Ramatensis, consilio et voluntate Baliani fratris sui filiarum Eschivae et Stephaniae earumque maritorum Hemerici et Amalrici, vicecomitis Neapolitani, ex petitione Johannis Arrabiti, Petri et Henrici fratrum coram rege Balduino IV Constantiae, sorori regis

Franciae, S. Egidii comitissae, venditionem casalis Bethduras sigillo confirmat, quod dictus Balduinus a rege et Balianus a fratre Balduino, Johannes Arrabitus a Baliano feudum habuerat et Arrabitus nunc comitissae V millium et DCCC bisantiorum pretio vendidit nullo retento servitio nisi scribanagio Georgii de Betheri. — Eraclius, Caesariensis, Letardus, Nazarenus, archiepiscopi, Bernardus, Liddensis, Joscius, Acconensis, episcopi; Odo, militiae Templi, Josbertus, Hospitalis, magistri, Berengerius, Templi senescalcus, Petrus, prior S. Sepulchri; princeps Renaudus, comes Joscelinus, Humfredus constabularius, Rohardus, castellanus Jerusalem, Guido Caesariensis, Garnerius, praeceptor Hospitalis, Hugo de Gibeleto, Hugo Mimarz, Renerius de Neapoli (Paoli I, p. 61, No. 61; cf. p. 504—505). **539**

**1177** Jan. — Josbertus, Hospitalis magister, Sibillae de Roma tradit domum, quae ab oriente est juxta capicerium ecclesiae S. Juliani, et domum Braini Syriani tali conditione concedit, ut II bisantios et medium in festo Omnium Sanctorum annuatim reddat. Factum Amalrico patriarcha, Balduino IV rege. — Fratres Hospitalis: Garnerius praeceptor, Goffridus thesaurarius, Stephanus hospitalis (sic), Bernardus, magister asinariae, cujus manu hoc factum est, Berardus, custos operis, Godescalcus, custos eleemosynae, Sancius eleemosynarius; de burgensibus Hierosolymitanis: Willelmus Beraldi, Goffridus Macellarius, Bernardus Cocus, Bertrandus Coquus, Bernardus Barberius (Paoli I, p. 212, No. 169; cf. p. 539). **540**

„ Jan. — Josep,[1] rex archiepiscopo et consulibus Pisanorum, qui legatum Aegyptum miserant et petiverant, ut mercatoribus suis faveret, se precibus eorum indulgere pollicetur (Amari, I diplomi arabi, p. 264, No. 10 [cf. p. 461]; Lami, Delic. erudit. V, p. 221—222; cf. Fanucci II, p. 111—112; Heyd I, p. 398). **541**

[1]) Jûsûf, praenomen Saladini. Eodem anno Januenses Rubeum de Volta de foedere acturum ad Saladinum miserunt (Ottobon. Annales in Mon. Germ. SS. XVIII, p. 98).

„ Febr. 20, ind. X. — Amalricus, vicecomes Neapolitanus, assensu uxoris Theophaniae et fratris Raginaudi ecclesiae B. Mariae vallis Josaphat a ponte per montanam usque ad planitiem Casresil et planitiem ejus gastinae scilicet Casresil sigillo concedit ac dimittit. — Boemundus de Neapoli, Ato juvenis de Marla, Martinus de Taphilia, Ugo de Gorrando, Bernardus Pelliparius, Guillibertus de Funda, Guido de Escar et ejusdem ecclesiae monachi, videlicet dongnus (sic) Petrus de S. Lazaro, dognus Willelmus de Sicilia, dognus Johannes de Escar, dominus Mathaeus Anglicus, dominus Willelmus de Tieta, dominus Ernaudus Gascus. Datum per manum Petri clerici (Delaborde, p. 86—87, No. 39). **542**

„ Jun., ind. VIII.[1] — Amalricus, patriarcha Hierosolymitanus, Petro II, S. Sepulchri priori, jurisdictionem, quam ipse habebat in vinea, quae fuit Petri de S. Jacobo, cujus portionem canonici emerant, concedit — quae vinea habet ab oriente et septentrionem vineam de Latina, ab occidente viam regiam, quae ducit a domo leprosorum S. Lazari versus lacum Legerii, a meridie viam, quae ducit ab ecclesia S. Stephani ad eandem viam — et quibusdam conditionibus sigillo apposito confirmat. Factum Balduino IV rege. — De canonicis S. Sepulchri sacerdotibus: Hugo de Nigella; Constan-

[1]) Indictio quadrat in annum 1175.

tinus diaconus, Odo, Rogerius subdiaconus, Robertus de Roma, Petrus Barchilonensis; de familia patriarchae: Galfredus dapifer, Girardus capellanus, Petrus clericus, Willelmus crucifer, qui chartam scripsit, Aldebertus pincerna, tunc temporis praeceptor domus patriarchae, Petrus Lombardus. Datum per manum Monachi cancellarii (Rozière, p. 305—307, No. 168; Migne, p. 1247—1248, No. 168). **543**

**1177** Sept. 27. Venetiae. — Alexander III Johanni, regi Indorum,[1] scribit, se jam diu quidem audivisse, ipsum legem christianam sequi, sed tum demum primum magistrum Philippum, medicum et familiarem suum, detulisse, eum fide catholica et apostolica disciplina erudiri velle, itaque eundem Philippum remittit ipsum veram religionem christianam accuratissime docturum (Jaffé-Löwenfeld, No. 12942; cf. Heyd in Zeitschr. für histor. Theol. 1858, p. 262; Zarncke, De epistola Alexandri papae III ad presbyterum Johannem, Lipsiae 1875, 20 pp., 4° et Der Priester Johannes in Abh. d. Königl. sächs. Gesellsch. d. Wissensch. 1879, XVII, p. 935—944; cf. p. 945—946). **544**

[1]) Aliam epistolam Alexander III ad soldanum Iconii, qui nuntiis et epistolis confirmaverat, se christianam religionem profiteri, direxisse fertur eum ad plenam cognitionem verae fidei catholicae adducturus (Petri Blesensis Opera ed. Giles II, append. XXI—XXXII; cf. Röhricht in Theol. Studien u. Kritiken 1891, p. 360).

„ (Sept.—Dec. 31), ind. XI (leg. X). Hierosolymis. — Balduinus IV, rex Hierosolymitanus, consensu Balduini, domini Ramatensis, Baliani, fratris ejus, Eschivae et Stephaniae filiarum, Constantiae, sorori regis Franciae et S. Egidii comitissae, scribanagium Bethduras casalis a Georgio de Betheri CCL bisantiis venditum sigillo confirmat. — Willelmus, archiepiscopus Tyriensis, Reginaldus princeps, Joscelinus de Semmosach, castellanus Ascalonensis, Bulduinus, frater ejus, Willelmus de Mont Corneit, Rohardus de S. Abraham, Robertus de Pinquigni, Gaufridus Turonensis. Datum per manum W., archiepiscopi Tyriensis regisque cancellarii (Delaville le Roulx, p. 127—128, No. 39 [cf. p. 13]; Prutz, p. 111, No. 37). || Hoc privilegium eodem anno ac mense iisdem testibus Sibylla, comitissa Joppae et Ascalonae, sigillo confirmat (Delaville le Roulx, p. 129—130, No. 41 [cf. p. 20]; Prutz, p. 111—112, No. 38). In dorso cartae legitur: Carta comitisse cassaliis Betharas. **545**

„ (Sept.—Dec. 31), ind. X. — Balduinus, dominus Ramatensis, consilio Baliani, fratris sui, et consensu (Eschiv)ae et Stephaniae filiarum Constantiae, sorori regis Franciae et comitissae S. Aegidii, scribanagium casalis Bethduras a Georgio de Betheri venditum coram rege Balduino, Sibylla, comitissa Joppae et Ascalonis, sigillo confirmat. — Rainaldus princeps, Joscellinus de Sen Mossach, castellanus Ascalonitanus, Willelmus de Mont Corneit, Rohardus de S. Abraham, Balduinus de Semossach, Balduinus de Jherusalem, Reginaldus le Flamenq, de Ybelin (Delaville le Roulx, p. 128—129, No. 40 [cf. p. 13]; Prutz, p. 111, No. 36; cf. supra No. 540). **546**

„ (Octob. ante mens.). Hierosolymis. — Josbertus, Hospitalis magister, infirmis Hospitalis per manum Stephani hospitalarii casalia S. Mariae et Caphaer concedit, unde infirmis panes albi dentur, et sigillo confirmat (Delaville le Roulx, p. 126—127, No. 38; Paoli, Dell' origine, p. XLI — XLII, No. 23 [gallice]; Prutz, Culturgesch. d. Kreuzzüge, p. 604—605; cf. Delaville le Roulx in Bibl. de l'école d. chartes 1887, p. 348). **547**

**1177** Octob. 17, ind. XIV.[1]) Hierosolymis. — *Amalricus I,[2]) rex Hierosolymitanus, domui Theutonicorum CCC bisantios sarracenatos annuatim ad portam David recipiendos, casalia Saffir (Saphir) et Kafarhone (Caphirhune) in territorio Neapolitano sita, III vineas in montania, quae vocatur de Abel, quarum in prima cisterna est sine aqua, in secunda cava de terra candida, in tertia vinea vicina, necnon varios redditus frumentarios ad portam David et zuccari de canamellis Neapolis pro infirmis Zaribel habendos denique franchisiam intrandi et exeundi, vendendi et emendi in toto regno concedit et sigillo sancit. — Eraclius, S. Resurrectionis electus, Guido, Joppensis et Ascalonis comes, Anfridus, constabularius regni, Rainaldus, Sydonis dominus, Balianus Neapolis, Balduinus de Ybelin, Balianus, frater eius, Milo de Plance, Galterus de Berito, Anselmus de Brie, Galterius de Mirabel vicecomes. Datum per manum Radulfi, episcopi Bethleemitae regnique vicecancellarii (Strehlke, p. 9, No. 8; cf. p. 122—123). **548**

[1]) Corrigendum esset: X. [2]) Hoc privilegium spurium esse recte demonstravit Strehlke.

„ Octob. — Raimundus, comes Tripolitanus, cum uxore Eschiva Hospitali et magistro Rogerio Castrum Rubrum necnon casale alias vocatum Turrem Bertranii Milonis, quod ipse in vadimonio de domino Rainuardo habebat, donat et sigillo confirmat. — Ugo, dominus Biblii, Ugo, ejusdem filius, Raimundus de Biblio, Bertranus Porcelet, Arbertus Saramanni, Astafortis, Ugo Senzaver, Raimundus, mariscalcus Tripolis, Rustenus de S. Montano, Guillelmus Berenger, Albericus de Rancorolis, Johannes de Suura, Raimundus de Suura, Raimundus Constantinus, Petrus Monacus, Sais,[1]) Ugo Moresinus, Matthaeus cancellarius, qui scripsit (Paoli I, p. 213—214, No. 170). **549**

[1]) Alias Sayxius, Saissius; cf. Eracles, p. 187.

„ Nov. 29. — Boamundus III, princeps Antiochenus, sigillo confirmat, coram se suaque curia, M bisantiis acceptis, heredes Petri Gay, scilicet Salvagium filium et Milessent filiam ejusque maritum Stephanum calumniam, quam fecerant domui Hospitalis scilicet de gastina Naria ad pontem Ferri sita, quam domus dicta tenebat a S. Abraham, necnon de vineis ab dicto Hospitali possessis, de gastina S. Basilii, quae fuit Mychaelis Magni, Georgii Rayz et Theodori, notarii ducis, cum II canutis et omnibus, quae Petri Gay fuerunt, de eis scilicet, quae Hospitale possidet, in pace dimisisse et absolute quitavisse. — Guiscardus de Insula, Johannes de Salquin, Richerius de Lerminat, Rogerius de Surdeval, Gaufredus Dordan, Garinus Guegnart, Odo de Maire, Symon,[1]) dux Antiochiae. Datum per manum Johannis cancellarii anno principatus XIV (Delaville le Roulx, p. 130—131, No. 42 [cf. p. 20]; Prutz, p. 112, No. 39; cf. supra No. 424). **550**

[1]) Burgevin.

„ Nov. — Rainaldus, quondam Antiochiae princeps, nunc vero Hebron(s)ensis et Montis Regalis dominus,[1]) consensu Stephaniae uxoris ejusque filiorum Hospitali privilegium a Mauricio, domino Montis Regalis (supra No. 279), editum sigillo confirmat scilicet in terra Montis Regalis casale Benisalem cum pertinentiis, in vico Montis Regalis Caissar, filium Tamin, cum heredibus, terram, quae est inter vineam Seguini et Guillelmi Hasin, in Monte Regali domum, in terra Petracensi casale Canzil cum per-

[1]) De quo De Mas Latrie in Arch. Veneto 1883, XXV, p. 488—490.

tinentiis et gastina Hable vicina, in Petrac domum cum pertinentiis, terram juxta vineam, quae fuit Johannis castellani et nunc est archiepiscopi, et navem ad libere transportandas res Hospitalis. Praeterea donat parvum hortum et terram, quam Tebaldus de Betun [2]) adhuc vivus tenebat in Valle Ripariae. — Frater Ascenardus, Seguinus, Martinus vicecomes, Johannes Tiberiadensis, Eraudus castellanus, Martinus de Melida, Balduinus de Taroana, Garinus de Hobelet, Johannes Mahomet, magister Raimundus, magister Martinus et alii de Monte Regali et Petra; qui testes fuerunt privilegii a Mauricio dati et hanc cartam iterum subscripserunt praeter Seguinum, Martinum vicecomitem, Johannem Tiberiadensem et Eraudum castellanum jam mortuos. His accedunt testes: Guerricus, primus Latinorum archiepiscopus Petracensis, dominus Godescalcus, Evenus castellanus, Seherius, Rangotus, Girardus de Betarrasa, Johannes de Terroda, Balduinus, frater ejus. Datum per manum Willelmi, capellani nostri (Paoli I, p. 62—63, No. 62; cf. p. 505; Lois [ed. Beugnot] II, p. 147 not.). **551**

²) Alias Beth(s)an, Bessan (Beisân), an Bethune?

**1177**, ind. X. Hierosolymis. — Balduinus IV, rex Hierosolymitanus, Petro, S. Sepulchri priori, II quintarios racemorum in vineis suis, quae prope ecclesiam S. Crucis sunt, in concambium decimae vineae, quae prope secundum (Sanctum?) Procopios est — quam Amalricus I rex ecclesiae Montis Syon pro lacu Germani dederat usibus totius civitatis communi — concedit et sigillo confirmat. — Willelmus Marchisius, comes Ascalonensis et Joppensis, Johannes de Assur, Anselmus de Bria, Roardus, castellanus Jerusalem, Petrus de Creseca, Anselmus d'Abim, Willelmus Patrum. Datum per manum Lamberti, regis cancellarii (Rozière, p. 307—308, No. 169; Lois [ed. Beugnot] II, p. 531—535, No. 48; Migne, p. 1248—1249, No. 169). **552**

„ , ind. X. — Sibilla, Amalrici I regis filia, Joppes et Ascalonis comitissa, pro salute mariti sui Willelmi comitis Rodrico Comiti et ceteris ejusdem ordinis fratribus turrem puellarum in urbe Ascalonis, hortum eidem turri oppositum et II alias turres inter praedictam turrem et ecclesiam S. Mariae sitas, alteram versus mare in turris puellarum alio latere necnon C bisantios reddituum ad portam singulis annis hereditario jure IV terminis recipiendos concedit et sigillo confirmat. Factum Amalrico patriarcha, Balduino IV rege. — Rainaldus, princeps Antiochenus, Jocellinus comes, regius senescalcus, Balduinus de Rames, Jocelinus de Semunsac, Balduinus, frater ejus, Guillelmus Rufus vicecomes, Geraldus de Rumeilei,[1]) Guillielmus Tyrensis (Paoli I, p. 63, No. 63). **553**

¹) Alias Rumminhi, Ruinhaco, Raminni, Remille.

„ — Concilium Tarsense propter ecclesiae concordiam celebratum jussu Armenorum patriarchae Gregorii et regis Leonis (Mansi, Concil. XXII, p. 197—206). **554**

**1178** Febr. 5 (corr. 1179), ind. XII. — Boamundus III, Raimundi principis filius, princeps Antiochiae, Joscelino, filio Joscelini, Edessani comitis, homini suo ligio, et heredibus in feodo et jure hereditario caveam et abbatiam, quae dicitur Granacherie, et casale caveae Livoniae, Baqfala et Gaigum et quantumcunque terrae Guillelmi de Croisi tenebat, scilicet Sefferie, Bequoqua, Vaquer, Cofra, insuper III millia bisantiorum in assisia in III villarum suarum singulis annis habendos, grippum liberum in lacu et

III millia listrarum vini ad S. Symeonem quibusdam conditionibus concedit et sigillo confirmat. — Rainaldus de Margat, Bartholomaeus, filius comitis, Guillelmus, marescalcus Antiochiae, Petrus de Asart, Richerius de Lerminat,[1]) Philippus de Logis, Garinus Guengnart, Guido Falsart, Rogerius Corbel, Symon Burgevin. Datum per manum Johannis cancellarii principatus Boamundi anno XV (Strehlke, p. 10, No. 9). **555**

[1]) Alias R. del Erminet, de Lerminat (Eracles, p. 207—208, 214).

**1178** April. 1, ind. XI. Jerusalem. — Balduinus IV, rex Hierosolymitanus, Petro de Creseca XXX quintaria vindemiae suae de territorio Bethecartas et Ramessae et guastinae, quae Sarracenice vocatur Theire, latine vero casale Gaufridi de Portu, concedit et sigillo confirmat. — Rainaldus, abbas ecclesiae Montis Sion, Balianus, castellanus Hierosolymitanus, Willelmus Patrum, Willelmus Beraldus, Johannes Briccii, Radulfus Raimundi, Willelmus Pontii, Symon judex, Galterius Malpini. Datum Jherusalem per manum Willelmi, Tyrensis archiepiscopi regisque cancellarii (Paoli I, p. 248, No. 206; cf. Lois [ed. Beugnot] I, p. 404 not.). **556**

„ April., ind. XI. Panormi. — W(illelmus), rex Siciliae, precibus Petri prioris S. Sepulchro omnes possessiones regni sui sigillo confirmat (Rozière, p. 309—310, No. 171; Migne, p. 1250, No. 171). **557**

„ Maj. — Rogerius, Hospitalis magister, Willelmo Baptizato de Blancha Custodia et uxori ejus Johannae domos quasdam, quas a Johanne Fulcone et ejus uxore Gilia XCVII bisantiis emerunt, salvo censu annuali I bisantii sigillo confirmat. Hae vero domus in vico Belcarii juxta muros civitatis prope Portam Novam sitae ab oriente adjacent domui Gerardi, a septentrione domui Galterii de Betinubilo et dividuntur ab Hospitali via, qua itur a magna via versus orientem. — Factum Balduino IV rege, Amalrico patriarcha. De fratribus: Raimundus de S. Michaele praeceptor, Goffridus thesaurarius, Stephanus hospitalarius, Godescalcus, custos elemosinarum; de curia Hierosolymitana: Balianus, regius castellanus, Guillaume Beraldi, Guillelmus Patrii, Huldricus Baptizatus, Johannes Bricii, Guillelmus de Ponz, Arnulfus de Blanca Custodia, Robertus Niger, Bernardus Proet. Datum per manum fratris Jacobi, custodis asinariae (Delaville le Roulx, p. 136—137, No. 47 [cf. p. 20); Prutz, p. 112—113, No. 40). **558**

„ (Maj. c.), ind. XI. — Johannes Fulco consensu Gislae uxoris Willelmo Baptizato de Blanca Garda II domos, quae, quadam via mediante, a parte orientis ad Portam Novam de Balcayra vocatam sitae sunt, salvo censu Hospitalis scilicet I bisantii, XCVII bisantiis vendit; harum vero domuum prior jungitur ab orientali parte domui Girardi, a meridionali parte muro civitatis, altera a parte septentrionis domui Galterii de Betenuble. — Balianus, castellanus Hierosolymitanus, Arnulfus de Blancagarda, Robertus Niger, magister Bernardus, Willelmus Beraldus, Willelmus Patruus, Lambertus Patriarcha, Gaufridus Bocherius, Uldricus Baptizatus, Willelmus de Ponz. Factum jussu Baliani castellani et juratorum (Delaville le Roulx, p. 135—136, No. 46 [cf. p. 20]; Prutz, p. 114, No. 42). **559**

„ Aug. 31. — Rainaldus de Margat [1]) consensu filii sui Bertrandi et Boamundi III principis Hospitali et Rogerio de Molins, ejusdem magistro, per manum fratris Nycholai de Guzanz (Gosanz) casale Bearida [2]) concedit

[1]) Sive Masuerius II. [2]) p. 138 in dorso: Beaune.

et sigillo confirmat. — Boamundus III, princeps Antiochiae, Bertrandus, filius Rainaldi, Hugo de Loisgis, Rogerius de Surdeval, Petrus de Hasart, Richerius de Lerminat, Hugo R(ad)ulfus de Margat, Gilo Daillant. Datum per manum Constantini, clerici principis, cancellarii loco vacante (Delaville le Roulx, p. 137—138, No. 48 [cf. p. 20]; Prutz, p. 113, No. 41). **560**

**1178** Sept. 8, ind. XI. — P(etrus), ecclesiae S. Sepulchri prior, magistro Roterico et fratribus ipsius habitu Cisterciensibus proposito militaribus in terra Hierosolymitana habitare volentibus quandam terram, quae est juxta tolum [1]) patriarchae a sinistris viae magnae Mathomariae [2]) pro X bisantiis annualibus coram Amalrico patriarcha concedit. Haec vero terra terminatur ab oriente terra S. Eliae, ab occidente et meridie via, quae ipsam dividit et terram patriarchae, a septentrione tolo patriarchae et terra Nicolai Scribae et Willelmi Megelei. Insuper sub praedicto censu tradit aliam petiam terrae cisternae ab occidente vicinam, quae fuit cujusdam Angeler, et sigillo confirmat. — De canonicis: Constantinus, Arnulphus subprior, Balduinus, Bartholomaeus cantor sacerdotes, Rogerius, Gaufridus de Novo vico, Bonifacius diaconi; Petrus, Guido, Matthaeus subdiaconi; de laicis: Gaufridus Turonensis, Robertus de Pinquenni, Johannes Raimundi, Willelmus Beraudi, Willelmus de Pontz (Paoli I, p. 247—248, No. 205; cf. p. 547). **561**

[1]) Tolonum (Toronum)? [2]) Legas: Mahomeriae (magnae, nunc al-bîrah).

„ Nov. 17, ind. XII. Apud Vadum Jacob. — Balduinus IV, rex Hierosolymitanus, Hospitali per manum Rogerii de Molinis magistri casale Siletam in territorio Neapolitano situm et omnes beduinos eorumque heredés, quos Amalricus, vicecomes Neapolitanus (ejusque pater bonae memoriae Balduinus dono Mellisendis reginae), possederat, sed nunc cum dicto casali consensu Mariae reginae, Baliani de Ibelino (tempore concessionis domini Neapolitani), Stephaniae uxoris et ejusdem patris Balduini Ramatensis, Isabellae matris ac fratrum Renaldi, Johannis, Rogerii, Raimundi, Baliani, sororum Milissendis, Gislae et Agnetis V millibus et D bisantiis vendidit, concedit et sigillo confirmat. Haec autem sunt nomina praedictorum beduinorum de genere Benicarguas: Saraf Hamet, filius Homet, Turqui, filius Nohel, Mahomot, filius Homet, Hahata, filius Caurien, Nede, filius Haun, Geber, filius Gerar, Semes, filius Mefereh, Hataya, Cavam, Rumma, de genere Benicelge in summa X tentoria; Ozia, filius Holihan, Ozzi, filius Hahazi, Salem, filius Cahalin, Salmen, filius Cahalin, Mensor, filius Menaeb, Sacre, filius Hyahis, Fehet, filius Hassen, Bedre, filius Haub, Heuz, filius Hassen, Haneb, filius Hassen, Hahanob, filius Assen, Hassen, filius Hous, Hataye, filius Gemil, Gemma, Mansor, filius Gemma, Solta, filius Hassen, Zyede, filius Haneb, Rahafe, filius Sereta, Syble, filius Hanassen, Hahata, filius Gemil, Hahassen radix — hi sunt de genere Hahassen, filii Mahan, in summa XXI tentoria; Sarquam, filius Rafa, Sahatlahabil, Hali, filius Zet, Marahob, Haatem, filius Sarquam, de genere Marahob in summa V tentoria; Ziede, filius Zyede, Hiessir, filius Zyede, Zeiet Mefereg, filius Matar, Hali, filius Lahantar, Salta, filius Aloi, Meissor, filius fratris Bedre, Hahamer, filius Secleb, Socre, filius Mehelec, Bedre, filius Cossa, Mobesser, filius Zyede — de genere Bedre filii Cossa in summa XI tentoria; Hasser, filius Haloen, Guatfel, Rodaem, filius Cab, Tergem, filius Maumet, Sebib, de genere Sebib Lahagerfe in summa VII tentoria; Saleme, filius Elforsie, Soar, filius Senen, Sora, filius Sohar, Fela, filius Senen, Hahamer, filius

Mofatzar, Selmen, filius Selin, Guadir, filius Hahazis, Turqui, filius Fazale, Gzace, filius Olien, Bedre, filius Habie, Haisse, filius Bedre, Hermes, Fahazel, frater Belfadle, de genere Beniflel Beilfbzle (sic) radicis, in summa XIV tentoria; Cahnus, filius Mahazel, Sem, Mathar, filius Mothaer, Haris, filius Motaer, Sale, filius Mothaer, Hahamede, filius Seair, Hali, filius Mefareg, Selmen, filius Hali, Targem, filius Selmen, Sehel, filius Sehem, Selim, filius Messellem, de genere Mothaer, filii Mathar in summa XII tentoria; Mere, filius Hamt, Guahh, filius Hamt, Savar, filius Hamt, Sehebet, filius Hamt, Sacra, filius Gebil, Saraf, filius Gemil, Mahumet, filius Gemil, Hazem, filius Socre, Solta, filius Metcol, Rabia, filius Zafar, de genere Serif, insuper Serif radix, in summa XI tentoria; Hasser, filius Hennoine, Fazle, filius Ali, Haloi, filius Almen, Nahale, filius Olien, Hoies Olien, Merdes, filius Sohea, Hahamer, filius Ha, Obet, filius Assaquer, Aloi, filius Assaquer, Solta radix, Gatfel, filius Alaha (huic generi crevit Sept, filius Camis), de genere Solta in summa XII tentoria. Hi duo albi filius Cap Hede, filius Mahumet, sunt de praedicto genere Sebib Lahagerfe. Omnium autem tentoriorum est summa CIII. — Jaucelinus, Edessani comitis filius et regius senescalcus, Reinaldus, Sydoniensis dominus, Baldoinus, Ramathensis dominus, Balianus, Abilinae dominus, Galterius de Beryto, Hugo Mimarz, Baldoinus Francigena, Johannes de Belesme, Petrus de Creseca, castellanus Jherusalem. Datum per manum Willelmi, Tyrensis archiepiscopi regisque cancellarii (Paoli I, p. 65—66, No. 65; cf. p. 505). **562**

**1178.** — Letardo, Nazareno archiepiscopo et Joscio, Acconensi episcopo, mediantibus, Geraldus, episcopus Tiberiadensis, et Johannes, B. Mariae vallis Josaphat abbas,[1] quibusdam conditionibus de ecclesia B. Georgii in diocesi Tiberiadensi sita conveniunt. — Letardus, Nazarenus archiepiscopus, Joscius, Acconensis, Geraldus, Tyberiadensis, episcopi, Johannes, B. Mariae vallis Josaphat abbas, Tetbaldus, canonicus Nazarenus, Durandus thesaurarius, Robertus, cantor Tyberiadensis, Leo, Guido monachus, Arnaldus Gasco (Delaborde, p. 87—88, No. 40). **563**

[1]) De quo Röhricht in ZDPV. X, p. 38. Sigillum abbatis nostri videas in Revue archéol. 1878, XXXVI, p. 185—186 et Bullet. d. antiq. 1878, XXXIX, p. 181—182.

( „ ). — Rogerius de Molinis, magister Hospitalis de victoria, quam christiani [1]) de Saladino apud Montem Gisardum [2]) feliciter reportaverunt, accuratius refert (ed. Ficker in Zeitschr. f. kathol. Theol., Münster 1852, p. 171; Röhricht, Beitr. II, p. 127—128, Not. 45). **564**

[1]) 25 Nov. 1177 (Benedict. de Peterbor. II, p. 130—131; Rog. de Hovedene II, p. 132—133; Gervasius Cantuar. I, p. 274; Sigeb. Gemblac. in Mon. Germ. SS. VI, p. 417; Rad. de Diceto I, p. 423—424; Wilh. Andrens. in Mon. Germ. SS. XXIV, p. 713; Rob. de Torigni ed. Delisle II, p. 72 [apud St. Georgium de Rama]; Ernoul, p. 43—44; Annal. de Terre Sainte, p. 432; Ibn el-Atîr [Rec. d. croisad., aut. arabes I], p. 619—620; cf. K. Herquet, Die Doppelschlacht von Ramle-Montgisard [1177]) nach einer urkundl. Darstellung des Grossmeisters R. de Molins (Wochenblatt der Johanniter-Ordensballey Brandenburg, Berlin 1882, No. 43). [2]) Hoc tell el-djezer versus meridiem et orientem de Ramla esse, primus Clermont-Ganneau (Acad. d. inscript. et de belles lettres 7 Sept. 1888, Rec. d'archéol., Paris 1888, I, p. 351—391) luculenter exposuit.

„ , ind. XIII (XII?). — Amalricus, vicecomes Neapolitanus, filius Balduini vicecomitis bonae memoriae, Hospitali per manum magistri Rogerii de Molinis casale Seleth, quod in territorio Neapolitano situm et conter-

minum est: casali S. Samuel [1]) versus orientem, casali Fundecomiae versus meridiem, casali Hospitalis, quod dicitur Lathara, versus occidentem, casali de Loja versus aquilonem, pretio II millium et DCCC bisantiorum consensu regis Balduini IV, reginae Mariae, Baliani, domini Neapolitani, Stephaniae uxoris et ejusdem patris Balduini Ramatensis, Isabellae matris et fratrum scilicet Rainaldi, Johannis, Ramundi, Rogerii et Baliani necnon sororum Mellisent, Gillae, Agnetis sigillo suo apposito vendit. Factum Amalrico patriarcha, Balduino IV rege. — Balduinus Ramatensis, Balianus, frater ejus, Balduinus Francigena, Rainerius de Neapoli, domini; Hugo de Mimarz, Guido Raicius, Gislebertus Radix, Bernardus Pellipartus (Paoli I, p. 64, No. 64). **565**

[1]) Quod Clermont-Ganneau (Rec. d'archéol. I, p. 331) esse vult kubebet eldhahûr meridiem versus de Sîle.

**1178**, ind. XII. — Amalricus, comes Neapolitanus, filius quondam Balduini, fratribus Hospitalis per manum Rogerii de Molinis quandam petiam terrae inter Tare et Seletes, casalia eorum, et Loie, [1]) casale suum, sitam donat et sigillo confirmat. — Bernardus Parmentarius, Henricus, filius domini Dodonis, Suelardus, ejus frater, Amicus, frater domini Guidonis, Henricus Murschet, Johannes Anglicus (Prutz, p. 104, No. 27 [ad 1168]; cf. Delaville le Roulx, p. 17—18 [ad 1178]). **566**

[1]) Quod Conder, Quart. Stat. 1890, p. 35: nebî lanîn, Clermont-Ganneau (Rec. d'archéol. I) 331 idem ac Loja vel lâwi esse putat; cf. Archives de l'Orient latin I, p. 598.

„ , ind. XIII (leg. XI, vel XII). Hierosolymis. — Amalricus, vicecomes Neapolitanus, filius Baldevini vicecomitis bonae memoriae, domui Hospitalis per manum Rogerii de Molinis magistri omnes suos bedevinos de genere Benekarkas et alios III millibus et D bisantiis vendit et, Balduino IV rege, Maria regina, Baliano, domino Neapolitano, Stefania, uxore ejus, Balduino de Rames dictae patre, Hysabella, matre ejus, Rainaldo, Johanne, Remundo, Rogerio, Baliano fratribus, Melisenda, Cilla, Agnete sororibus consentientibus, sigillo apposito confirmat. — Factum Balduino IV rege, Amalrico patriarcha. Balduinus de Rames, Balianus, frater ejus, Balduinus Francigena, Reinerius de Neapoli, Hugo Meinars, [1]) Guido Raicius, Gislebertus Radix, Bernardus Parmentarius (Delaville le Roulx, p. 132—134, No. 44 [cf. p. 20]; Prutz, p. 114, No. 43). Cf. supra No. 562. **567**

[1]) Alias Mimars, Mimarcius, Mimarz.

„ — Renaudus III Mausoerius fratribus Templi per manum Odonis de S. Amando magistri medietatem Brahin, quod vocatur Castellum, cum pertinentiis, medietatem casalium Albot, Talaore, quorum villanos ipsius pater dispersit, et Besenen necnon casalium, quae ultra cavam inter Brahin et Matronem sunt, et medietatem de Soebe consensu Boamundi III principis, Bertrandi filii et (Bermondae) uxoris concedit et sigillo confirmat. — Magister Morellus (Merellus), Amelinus, Gilo de Allant, Philippus Fremillons, Renerius, Guido, Adam, Martinus (Delaville le Roulx, p. 134—135, No. 45 [cf. p. 20]; Docum., p. 17—19, No. 6; Prutz, Malteserurk., p. 41—42, No. 19). **568**

„ , ind. XI. — Balduinus Rufus cum uxore Artemilia, P(etro), S. Sepulchri priori, et magistro Roberto concanonico, medietatem domus suae, sicut est ex parte S. Johannis superius et inferius, post ipsorum mortem

libere tenendam concedit. — Henricus sacerdos, frater Raimundus, Bernardus Mercator, Stephanus Corvesarius, Saxo, Raimundus Provintialis, Rollandus (Rodlandus), Gerbinus Pisanus, domina Calva (Rozière, p. 311—312, No. 173; Migne, p. 1251, No. 173). **569**

(**1178—1180**). — Balianus, dominus Neapolitanus, consensu Balduini IV regis et Sibyllae comitissae assisiam M bisantiorum, quam in civitate Ascalonis tenet, per biennium habendam Hospitali sigillo apposito invadiat, donec fratres praedicti ex eadem II millia bisantiorum receperint. — Joscelinus de Samosac, castellanus Ascalonis, Rogerius de Verduno, Berardus de Rimeilleio (Delaville le Roulx, p. 132, No. 43; cf. p. 21). **570**

**1179** Febr. 15 (italice). — Spada della fede (Saphadinus)[1]) vices Saladini gerens archiepiscopo et consulibus Pisanorum scribit, se preces Rodolfi Castrato legati adimplevisse (Amari, I diplomi arabi, p. 265—266, No. 11 [cf. p. 461—462]; Pagnini, Della decima II, p. 201—203; cf. Heyd I, p. 398). **571**

[1]) Seif ad-dîn Mâlik al-ʿAdil, frater Saladini.

„ Febr., ind. XI (XII). — Odo S. Amancii, magister Templi, Rogerius de Molinis, magister Hospitalis, per admonitionem Alexandri III papae multas querelas inter utramque domum ventilatas concordia disceptant, scilicet querelas Templariorum de Crato, de malefacto Montis Ferranti, de quadam praedatione beduinorum Templi facta a turcupolis Gibelini, de terra Marriciorum, quae pro commercio hujus concordiae dividitur inter Templum et Hospitale secundum jus, quod Hospitale in ea debet habere, de tribus casalibus: Terra Galifa, Banna, Bertrandimir, quorum primum et secundum Hospitali remaneant, tertium Templo; ex querelis Hospitalis vocantur de Gazza, Castello Arnaldi, Aman, de domo Baroli, quae omnes nunc dimissae sunt. Si vero aliae lites exorirentur, quomodo disceptandae sint, fusius exponitur. — Balduinus IV rex, Boumundus III, princeps Antiochiae, Raimundus, comes Tripolitanus, qui sigillis utriusque magistri sua apponunt, Adelbertus, comes Marche, Joicilinus, regius senescalcus, Balianus, Rainaldus Sidoniensis, Humfredus, regius comestabulus, Balduinus Ramathensis (Paoli I, p. 66—67, No. 66; cf. Delaville le Roulx, Docum., p. 19, No. 7). **572**

„ Febr., ind. XII. — Odo S. Amantii, Templi, et Rogerius de Molinis, Hospitalis, magistri coram Boemundo III, principe Antiocheno, et Raimundo, comite Tripolitano, necnon aliis baronibus utriusque ordinis sigillis confirmant, se pacem et concordiam factam conservare ac fovere velle (Memorias da academia de Lisboa 1854, I A, p. 78—80, No. 7; Rymer I A, p. 44). **573**

„ Febr., ind. XI (XII). — Boumundus III, princeps Antiochenus, sigillo confirmat, se interfuisse compositioni inter Odonem S. Amancii et Rotgerium de Molinis, Templi et Hospitalis magistros, factae et pacem de terra Marriciorum laudat, quae de pertinentia Caesareae Magnae inter utramque domum Templi et Hospitalis divisa fuit. — Rainaldus de ....., connestabulus Antiochiae, Bartholomaeus, filius comitis Gislaberti, Willelmus, Caveae marescalcus, Rig(erius) de Lerminato, Simon Buriavis, dux Antiochiae (Paoli I, p. 68, No. 67; cf. Delaville le Roulx, Docum., p. 19—20, No. 8). **574**

„ Mart. 5—Mart. 19. — Concilio Lateranensi interfuerunt: Guillelmus, Tyrensis, Eraclius, Caesariensis, archiepiscopi, Joscius, Acconensis,

Romanus, Tripolitanus, Radulfus, Sebastensis, Albertus, Bethlemitanus, V. Ga(m)bulensis, episcopi et Petrus II, S. Sepulchri prior, vices gerens (Amalrici), patriarchae Hierosolymitani (Mansi, Concil. XXII, p. 215 [cf. p. 462]; d'Achery, Spicileg. I, p. 637; Reuter, Alexander III, III, p. 767; Guill. de Tyro XXI, c. 26). **575**

**1179** Mart. 19. Laterani. — Alexander III Johanni, abbati ecclesiae Montis Sion Hierosolymitanae, antecessorum exemplum sequutus privilegia, jura et possessiones confirmat, quarum in numero vocat ultramarinas: totum Montem Sion cum pertinentiae integritate, qua dux Godofredus dedit, angulum civitatis, qui est ad dexteram et sinistram intrantibus Iherusalem, ex parte Sion, quem primus rex Balduinus contulit, tabulas cambii, hortos, balnea et domos, quas infra muros civitatis et extra ecclesia possidet, cum apertione muri ad faciendam portam, terram burgesiae extra Acheldemac cum vineis versus meridiem sitis, terram Asquatim in Sorbael, vineam, quam dedit Anselmus de Parenti, terram Machomeriae, terram fontis subtus positi, cum ipso fonte, quem dedit Guido de Milli a Cedo (?), casale Martini, casale, quod fuit Hugonis de Gorron, Dersophath et terram vicinam, quam dedit Anselmus, casalia et gastinas, quas fratres emerunt ab Almerico de Francoloco, scilicet Gebea, Ubeth, Dormibedi, Kariateri, Genesim, Casert, Tyberie cum pertinentiis, Caphason, Aneth et Amieth, Farafronte, in territorio Ascalonitano casale Cartafas cum medietate decimarum, casale Romenbre cum pertinentiis et integris decimis, domos et machomeriam Ascalonis, in Joppensi territorio terram, quam dedit Wido, comes Joppensis, consensu uxoris, viridarium cum terra, quam dedit Lambertus Galioth, in urbe Neapoli domos et in territorio ejus Burin, Caphastrum, Gul,[1] Gerable [2]) cum pertinentiis et integris decimis ab Jherosolimitanis patriarchis concessis et confirmatis, in territorio Sebastiensi casalia Fame et Age cum pertinentiis et medietate decimarum, in territorio Caesariensi casalia Sida, Caforana,[3] Canet cum pertinentiis et medietate decimarum, domum urbis Caesareae liberam, in Ligione II carrucas terrae et molendinum, II jardina cum medietate decimarum, domum Ligionis, in territorio Acconitano casale Miary, terram, vineam et hortos, ecclesias S. Leonardi et S. Romani, domos cum pertinentiis in eadem civitate et integris decimis, in territorio Turensi casale Messoria cum pertinentiis et II carrucas vicinas et II alias carrucas terrae in casali Sardenas cum pertinentiis et medietate decimarum, in civitate Tyri ecclesiam S. Leonardi et domos cum pertinentiis, in civitate Gibeleti XXV bisantios, Antiochiae domum, in ejusdem territorio domum, in villa de Amis casale Miserach et quandam vineam Miserach nomine Cafariam et casalia Bussudan, Felix et Cuccava cum pertinentiis et medietate decimarum, ecclesiam juxta castrum Dominum sicut in casali, quod vocatur Bexa, in territorio Turasiacensi navem in flumine liberam et casale Eroi cum pertinentiis et medietate decimarum ..... Praeterea confirmat concordiam de decimis totius Judaeae et Jerusalem et omnibus finibus ejus perpetuo ecclesiae dictae concessis, unionem ecclesiarum Hierosolymitanarum cum eadem ecclesia factam S. Mariae videlicet Montis Oliveti, S. Johannis de Sebastia, S. Eliae et S. Abrahami existentium in Sicilia, Apulia et Calabria cum bonae memoriae W(illelmi), quondam patriarchae Hierosolymitani, consilio et assensu

---

1) El-kûleh (Conder in Quart. Stat. 1890, p. 34). 2) jerâbah (ibid.).
3) kafr ʿana (ibid.).

capituli S. Sepulcri ..... (Pirri, Sicula sacra II, p. 1326; Rey, Les colonies franques de Syrie, Paris 1883, p. 281—284; Bulletin d. antiq. de France 1887, XLVIII, p. 38—52; Jaffé-Löwenfeld, No. 13 333; ZDPV. X, p. 221—224; XII, p. 141). **576**

**1179** April. 1, ind. XII. Apud Vadum Jacob.[1] — Balduinus IV, rex Hierosolymitanus, Alelmo de Garrenflos III carrucatas terrae, aream prope casale Album necnon domum ibidem sitam, a Johanne camerario regis comparatas, sigillo confirmat. — Hunfridus, regius constabularius, Balduinus, dominus Ramatensis, comes Joscelinus, regius senescalcus, de quo Alelmus praedicta jure hereditario possessurus est, Radulfus de Gerino, Amalricus de Francoloco, Abraham de Nazareth, Gerardus de Pogi, Gazelus Tyrensis. Datum per manum Willelmi, archiepiscopi Tyrensis, regisque cancellarii (Delaville le Roulx, p. 140—141, No. 50 [cf. p. 20]; Prutz, p. 117—118, No. 48). **577**

[1]) Castellum Templi apud Vadum Jacob aedificatum (Görgens, Arab. Quellenbeitr. I, p. 5—6). De pugnis eodem anno inter christianos et Saracenos (10 April. et 9 Jun.) prope Belfort et Paneadem commissis cf. ibid. I, p. 6—7, 10—11; in priore ceciderunt Abraham de Nazareth, Godescalcus de Turolte, constabularius regis Honfredus de Turono, in altera capti sunt Odo, magister Templi, Rogerius, magister Hospitalis, Hugo II Gabulensis, Raymundus II Tripolitanus, frater ejus, Hugo Tiberiadensis, Balianus II de Ibelino, Balduinus Ramatensis, dominus de Djinnin, castellanus Joppensis et filius domini de Maraclea (Guill. de Tyro XXI, c. 27, 28—29; Ernoul, p. 49, 52—54; Ibn el-Atîr in Rec. d. hist. d. croisad., aut. arab. I, p. 634—636).

„ April. 1 vel **1180** April. 19. Hierosolymis. — Henricus, comes Trecensis, ecclesiae Ebronensi LX libras annuales concedit et sigillo confirmat (Mém. de la soc. d'agriculture de l'Aube, II Sér., VIII, p. 109—110; d'Arbois de Jubainville, Hist. d. comtes de Champagne III, p. 381, No. 313; cf. ibid. III, p. 107—109 de peregrinatione ultramarina comitis supradicti). **578**

„ April. 2, ind. XII. Apud Vadum Jacob. — Balduinus IV,[1]) rex Hierosolymitanus, Joscelino, Joscellini Edessani comitis filio, avunculo et senescalco suo domos Johannis, regii camerarii, Acconenses et casalia, quae idem in territorio Acconensi de feodo camerariae regiae possidebat scilicet: Lanahie,[2]) Casale Album, Ancre, Clie et Ambelie, et consensu uxoris suae Isabellae, Rohardi de Cabor et fratrum suorum VII millibus et D bisantiis vendiderat, sigillo confirmat. — Humfridus, regius constabularius, Balduinus, Ramatensis dominus, Radulfus de Gerino, Amalricus de Franco loco,[3]) Abraham de Nazareth, Gerardus de Pogi, Gazelus Tyrensis, Petrus de Cresera, Gosihuinus Boccus, Symon de Bethleem, Johannes de Herenc, Robertus de Pinqueigni, Laurentius de Franco loco, Guillelmus Patron, Guillelmus Raimundi, Radulfus Iterii, Rannulfus Vicecomes, magister Bernardus. Datum per manum Willelmi, Tyrensis archiepiscopi regisque cancellarii (Strehlke, p. 10—11, No. 10). **579**

[1]) Strehlke, hoc privilegium spurium esse, censet, quum Guillelmus, archiepiscopus Tyrensis, a mense Septembris 1178 usque ad mensem Maj. 1180 Romae et Constantinopoli fuerit, sed, eundem cancellarium regis quamquam absentem in chartis authenticis praesentem pro forma citari, demonstravit Prutz in N. Archiv f. ältere deutsche Geschichtswerke VIII, 1882, p. 103, not. 5. [2]) Fortasse (alias Lanahie) el-janûh in Mappa Terrae Sanctae anglica (Conder in Quart. Stat. 1890, p. 36). [3]) De quo, alias Franliu vocato, cf. Lois I, p. 423.

„ April. 25. Laterani. — Alexander III Ugoni, domino Gibelleti, mandat, ut archiepiscopo et canonicis Januensium de feudo suo tributum,

quod recusaverat, solvat (Liber jurium I, p. 308—309, No. 321; Rey, Recherches, p. 23—24; Jaffé-Löwenfeld, No. 13401). Idem 26 April. ejusdem anni de eadem re Balduino IV, regi Hierosolymitano, scribit (Liber jurium I, p. 307—308, No. 320; Jaffé-Löwenfeld, No. 13402). De eadem re Urbanus III (11 Mart. 1186) Hugoni, domino Gibelleti, scribit mandans, ut ecclesiae et civitati Januensium juramentum fidelitatis exhibeat, quod avus pro Gibelleto ab eisdem accepto exhibuisse dinoscatur, et censum annualem solvat (Liber jurium I, p. 336—337, No. 351; Rey, Recherches, p. 24—25; Jaffé-Löwenfeld, No. 15546) et (Amalrico), patriarchae Antiocheno (Liber jurium I, p. 337, No. 352; Jaffé-Löwenfeld, No. 15547), 12 Mart. 1186 (Raymundo), comiti Tripolitano, bajulo regni (Liber jurium I, p. 337, No. 353; Jaffé-Löwenfeld, No. 15548), 13 Mart. 1186 (No. 15554) (Romano), episcopo Tripolitano (Liber jurium I, p. 337—338, No. 354; Jaffé-Löwenfeld, No. 15555). **580**

(**1179**) April. 26. Laterani. — Alexander III (Odoni de S. Amando) magistro et fratribus Templi, qui extra civitatem Archarum in proprio fundo ecclesiae Januensium domos quasdam illegitime construxerint, mandat, ut cum dicto archiepiscopo de iisdem conventionem faciant materiam conquerendi tollentes (Giorn. Ligust. 1883, p. 164—165, No. 2 [cf. p. 163]; v. Pflugk-Harttung, Acta pontif. III, p. 272, No. 287; Jaffé-Löwenfeld, No. 13402a). **581**

„ Maj. 1, ind. XII. Accon. — Balduinus IV, rex Hierosolymitanus, Rogerio de Molinis, Hospitalis magistro, quintardum zuccari, quod Johannes, tunc temporis marescalcus et camerarius regius, apud Lanahiam in territorio Acconensi annuatim recipiendum concesserat, sigillo confirmat. — Comes Joscelinus senescalcus, a quo fratres praedictum quintardum recepturi sunt, quum praedicti Johannis terram hereditarie possidendam emerit, et praesentis privilegii concessio facta sit, Petrus de Creseca,[1] Gerardus de Pugeio, Gislebertus de Floriaco, vicecomes Acconensis, Goscuinus Boccus.[2] Datum per manum Willelmi, archiepiscopi Tyberiadenses (!)[3] regisque cancellarii (Delaville le Roulx, p. 141—142, No. 51 [cf. p. 21]; Prutz, p. 118, No. 49). **582**

[1]) Alias Cresera, Creset(o). [2]) Alias Hircus, Hyrcus. [3]) Legas: Tyrensis.

„ Maj. — Raimundus, comes Tripolitanus, consensu Eschivae uxoris ejusque filii Hugonis Tyberiadensis fratribus Hospitalis per manum Rogerii de Molendinis casalia in terra Neapolitana sita Azatil, Eincheitem (Eiucheilem) et Eincanephis M bisantiis de Gualterio, vicecomite Tyberiadensi, empta confirmat. — Fulco, constabularius Tiberiadis, Raimundus de Assur, Simon Cheberonis, Robertus de Hobecort, Helias de Robore, Gaufridus de Vendosma, Matthaeus cancellarius, qui scripsit (Prutz, Malteserurk., p. 115—116, No. 45; cf. Delaville le Roulx, Les archives, p. 21). **583**

( „ ) Aug. 2 (Signiae). — Alexander III antedictum instrumentum pacis inter Templi et Hospitalis fratres factae[1]) confirmat (Rymer I A, p. 44; Lünig, Cod. diplom. Ital. II, p. 1645—1646, No. 9; Migne, Patrol. lat. CC, p. 1243—1245; Jaffé-Löwenfeld, No. 13458; cf. Reuter, Alexander III, III, p. 603; cf. ibid. p. 594—602 de variis contentionibus, quae inter utrosque fratres vigebant). [1]) Supra No. 572; cf. No. 573, 574. **584**

„ Aug. 9. — Raimundus, comes Tripolitanus, communi Pisanorum domum civitatis Tripolis cum iisdem juribus, quibus et alteras domos possident, tenendam sigillo concedit, quae terminis descriptis est circumsita: ab

anteriori parte viae collimita publicae, a posteriori Pisanorum domibus, a capite versus portum conjungitur domibus, quae sunt filiorum Germundi et Bernardi, filii Johannis Cupae, ab altero capite domibus Vitalis Venetici conterminatur. — Ugo Biblius, dominus Astafortis, Eradus, Raimundus marescalcus, Albericus de Rancozolle (Rancorollis), Raimundus de Montoli, Raimundus de Suu(ra), Raimundus Constantini Saisi, Johannes de Moneta, Bandinus Bec, Valliscircus, Pipindon, consul Acconensis, Plebanus, Pandulfus, Dens, Matthaeus cancellarius, cujus manu datum est. — Ildebrandus, Ubhicio, (Hibignanus), Albertus etc. ut supra No. 322; Bonnacursus q. Johannis Amiralli, Henrici VI imperatoris notarius exemplavit (G. Müller, p. 17—18, No. 15 [cf. p. 396—399); Dal Borgo, p. 95; Archives d. miss. scientif. l. c. p. 355). **585**

**1179** Aug. 29, ind. XII. — Boamundus III, princeps Antiochenus, Gauterio de Lattor, homini suo ligio, in feodum et hereditatem II milia bisantiorum apud Gabulum in platea telarum, quae dicitur Sochelbes,[1] annuatim recipienda, sicut Robertus de Surdis Vallibus, pater ejus, et Gauterius, pater Roberti, tenuerunt, concedit et sigillo confirmat. — Rainaudus de Margat, Guiscardus de Insula, Oliverius [2] camerarius, Willelmus de Monci, Bartholomaeus, filius comitis, Willelmus de Cava, Richerius de Erminato, Rogerius de Surdis Vallibus, Hugo de Logis, Petrus de Hasart,[3] Rogerius Corbellus,[4] Gervasius de Quercu. Datum per manum Johannis cancellarii (Delaville le Roulx, p. 143—144, No. 52 [cf. p. 21]; Prutz, p. 117, No. 47). **586**

[1]) Arabica vox: sûk al-bezz «forum textorum». [2]) Frater Basilii camerarii. [3]) Alias Azart, Hasardo. [4]) Alias Corbel.

„ Oct. 22, ind. XII. Accon. — Balduinus IV, rex Hierosolymitanus, assensu sororis Sibillae, Joppensis et Ascalonensis comitissae, Jocelino, avunculo et senescalco suo, omnia, quae de Petronilla, vicecomitissa Acconensi, assensu filiorum Bauduini et Clarenbaudi et Hodiernae, praedicti Bauduini uxoris, IV millibus et D bisantiis emerat, II scilicet casalia Samueth et Sophie cum pertinentiis, domos etiam, quas in regis Castello novo possidebat cum pertinentiis, sigillo confirmat. — Renaldus, princeps Montis Regalis et Ebronis dominus,[1] Balianus de Ybelino, Renaldus, Sydonis dominus, Gauterius de Berito, Guido, frater ejus, Paganus de Caypha, Balianus Joppensis, Soherius de Memmedeo, Gosohuinus Boccus, Willelmus de Molembec,[2] Giraldus de Ridefort, regius marescalcus, Giselbertus de Floriaco, vicecomes Acconensis, Poncius Marriani, Antelmus de Luca, Willelmus de Furcis, Raimundus Melangen, Rad(u)l(phus) de Nigella. Datum per manum Willelmi, archiepiscopi Tyrensis regisque cancellarii (Strehlke, p. 11—12, No. 11). **587**

[1]) Hujus et Galterii de Castellione sigilla descripsit Schlumberger in Archives de l'Orient latin I, p. 663—669. [2]) Cf. Lois (ed. Beugnot) I, p. 425.

„ Nov. 24, ind. XII (corr. XIII). Accon. — Balduinus IV, rex Hierosolymitanus, Joscelino, Edessani comitis filio, avunculo et senescalco suo, terram, quae dicitur de S. Georgio, et bajulationem puerorum Adae Bethsamitis, quas Hugo juvenis, filius Hugonis, domini Bibliensis, concessione uxoris Stephaniae usque ad VII annos possidendas pro DC bisantiis censualiter reddendis vendidit, quibusdam conditionibus concedit et sigillo confirmat. — Reinaldus, Sydonis dominus, Balianus de Ybelino, Balianus Joppensis, Gerardus de Ridefort, regius marescalcus, Gozvinus Boccus,

Giselbertus de Floriaco, vicecomes Acconensis, Raimundus de Montolivo. Datum per manum Willelmi, archiepiscopi Tyrensis regisque cancellarii (Strehlke, p. 12, No. 12). **588**

**1179** Dec. — Guilermus Rufus, olim vicecomes Ascalonitanus, consensu Sibillae, comitissae Joppae et Ascalonis, filiae Amalrici I regis, necnon uxoris suae et filiorum fratribus Hospitalis messes II casalium de Coquebel et Mordefro (?) per V annos et V menses recipiendas M bisantiis vendit. — Magna, comitissa Sagitae, Rainaudus Sagitae, Jocelinus, castellanus Ascalonis, et Baldus, frater ejus, Girardus de Ruinehaco,[1]) Curginus,[2]) Rogerus de Verduno, Bertramdus Joppensis et Guibertus frater, Robertus de Pinqueni, Guilermus, vicecomes Ascalonis, Guillelmus Berast Jer(usalem), Baldus Pelez, Henricus de Balgenci, Valterius Gibeleit, Dames Cambiator, Johannes de Balgenci, Robertus Suessionis, Girardus Larnus, Vitalis, Johannes Bargennus,[3]) Johannes de Boneit, Remundus, Petrus, frater ejus, Bartholomaeus Tributanus, Remundus frater, Secardus Tunsus, Erardus Clemens (Delaville le Roulx, p. 144—145, No. 53 [cf. p. 21]; Prutz, p. 118—119, No. 50). **589**

[1]) Alias Remille, Rumeilei, Rumminhi vocatus. [2]) Turginus? [3]) Alias Burgunnus, Burgunhun.

„ (Hierosolymis?) — Nicholaus Manzur consensu Stephaniae uxoris illos X bisantios, quos ab Hospitali de domo Helani parmentarii annuatim accipiebat, pro quadam terra cum vinea secus via Bethleem ducente Hospitali per manum Rogerii de Molinis magistri CCC bisantiis vendit, quae terra ab oriente habet viam publicam Bethlehem ducentem, a meridie terram Graecarum monialium et Armenorum S. Jacobi, ab occidente viam veterem ad lacum patriarchae ducentem, a septentrione cimeterium S. Sepulchri et tota protenditur usque ad quandam cisternam dicti Nicholai. Hanc vero venditionem Balduinus IV rex in praesentia curiae suae confirmat et Ro(hardo) castellano mandat, ut eandem ratam faciat, Robertus autem de Pincheni (pro jure) regio (loco) dicti castellani II bisantios et II solidos accipit. — Factum (Amalrico patri)archa. Robertus de Pinkeni, Rohardus castellanus, Willelmus Beraldi,[1]) Willelmus Patrun, Lambertus Cambitor, Goffridus d'Issoudun,[2]) Johannes Briccii, Petrus de S. Lazaro (Delaville le Roulx, p. 139—140, No. 49 [cf. p. 20]; Prutz, p. 115, No. 44). **590**

[1]) Alias Ebraldi. [2]) Alias Dissodun.

**1180** Jan. 21, ind. XIII. Accon. — Balduinus IV, rex Hierosolymitanus, domui Hospitalis per manum Rogerii de Molinis magistri terram inter Beroet et tolonum Rohardi de Chabor sitam, quam dictus Rohardus injuste sibi vindicare volebat, sigillo confirmat. Hic vero, quum regis jussu Joscelinus III, avunculus et senescalcus regius, et de fratribus Ancelmus de Luca, Radulfus de Nigella et alii metas terrae constituissent, omnia jura renuntiat. — Jocelinus, filius comitis Edessani regisque senescalcus, Gillebertus de Floriaco, vicecomes Acconensis, Hubertus de Accon, Ancelmus de Luca, Radulfus de Nigella, Odo de Luco Plantato, Joulanus de Saus. Datum per manum Willelmi, archiepiscopi Tyriensis regisque cancellarii (Delaville le Roulx, p. 145—147, No. 54 [cf. p. 21]; Prutz, p. 119, No. 51). **591**

„ Mart. — Bubeccher Maccumata [1]) archiepiscopo et consulibus Pisanorum confirmat, se eorum legatum Bulgarinum (Anfossi) recepisse et omnibus

[1]) Seif ad-dîn Abû Bekr Mâlik al-Adil, soldanus Aegypti.

Pisanis, qui hostibus Aegypti scilicet Francis confoederati non sint neque in eorum navibus inveniantur, plenam securitatem ac fidem publicam dare (Amari, I diplomi arabi, p. 267, No. 12 [cf. p. 462]; Lami, Delic. erudit. V, p. 206—208). **592**

**1180** April. 28, ind. XIII. Hierosolymis. — Balduinus IV, rex Hierosolymitanus, domui Hospitalis per manum Rogerii de Molinis magistri C tentoria Beduinorum apud Bellum videre sigillo apposito donat. — Princeps Renerius,[1] Montis Regalis et Ebronensis dominus, comes Jocelinus, senescalcus regius, Renerius,[2] dominus Sydonensis, Balduinus de Ybelino, Balianus, frater ejus. Datum per manum Willelmi, archiepiscopi Tyriensis regisque cancellarii (Delaville le Roulx, p. 147, No. 55 [cf. p. 21]; Prutz, p. 119—120, No. 52). **593**

[1]) Rainaldus. [2]) Rainaldus de Ibelino.

„ April. In Monte Thabor. — Ahuhisa, quondam domini Amfossii filia et domini Petri de Castello heres, domina Palmerii, assensu Rainaldi mariti, Johanni, Montis Tabor abbati,[1]) domos donat, quae fuerunt fratris Pelagii apud Palmerium, quod et Solinum vocatur, et domum ab ipso Johanne, cum ibidem prior esset, aedificatam et totam possessionem, quae interjacet usque ad portam Cayre, necnon quendam furnum, insuper totam terram, quam frater Pelagius in territorio Palmerii possedit praeter petiam terrae ad radicem montis sitam. Deinde burgensibus Palmerii concedit, ut possessiones emant, invadient et alienent exceptis militibus et religionum fratribus ac salvo jure ipsius dominii ad usum et consuetudinem Buriae.[2]) — Letardus, archiepiscopus Nazarenus, qui sigillat, Bernardus, episcopus Liddensis, Giraldus, archidiaconus Nazarenus, Gibertus, archiepiscopi capellanus, Johannes de Coris, magister Simon, archiepiscopi cancellarius, Petrus, Liddensis canonicus, Arnaldus, episcopi Lyddensis capellanus, Ugo, ejusdem diaconus, Adam Clericus Gibbosus, frater Bloinus; ex militibus: Bertramus Caravana, Gilbertus, ejus frater, Robertus de Oriol., Tibaldus de Lahahia,[3]) Helyas de Buria, Robertus de Caypha, Rainaldus de Trechis; ex turcopulis: Gaifredus Baptizatus, Durantus Scutifer, Petrus, filius ejus, magister Godofredus, Petrus de Capharset, Petrus Lorgius, Arnulfus, Stephanus Rex, Silvester de Sapharia, Gormundus, Andreas, Bonettus Salvagius, Johannes Sansan (Paoli I, p. 214—215, No. 172; cf. p. 539—540). **594**

[1]) De cujus sigillo cf. Bulletin d. antiq. 1882, p. 244—246. [2]) Id est Daburia prope Montem Thabor. [3]) Lanahia?

„ Aug. — Guillelmus de Marreclea consensu Beatricis uxoris et Melioreti filii domui Hospitalis per manum Rogerii de Molendinis magistri et fratris Johannis de Anio, tunc Crati castellani, III casalia de pertinamento Cameli scilicet: Marmonizam, Erbenambram, Lebeizar[1]) cum pertinentiis, Raimundo III, comite Tripolitano, concedente et sigillum apponente, donat. — Ugo, dominus Biblii, Raimundus, frater ejus, Raimundus de Vesinis,[2]) Albertus Saramanni, Era(ldus), Astafortis, Berengerius de Montolivo, Petrus Bernardi, Bartolomaeus, filius comitis Gisleberti, Raimun(dus de) Montolivo, Girardus de Montolivo, Saherrus de Mannendona, Mathaeus cancellarius, cujus manu factum est (Delaville le Roulx, p. 148—149, No. 56 [cf. p. 21]; Prutz, p. 120—121, No. 53). **595**

[1]) In dorso p. 149: Marmonzam, Erbenambram, Leberazar, alia manu: Marmonize, Erbenambre, Lebeizar. [2]) Id est: Nefinis.

**1180**. — Postquam Guido de Miliaco ecclesiae B. Mariae vallis Josaphat medietatem casalis Bethhomar dedit, Philippus Neapolitanus et Guido Francigena necnon Henricus Bubalus, praedicti Guidonis filii, hoc donum regis sigillo apposito confirmarunt, Reginaldus, quondam princeps Antiochenus, nunc autem Montis Regalis et Hebron dominus, assensu uxoris Stephaniae et ejusdem filii Hanfredi uxorisque Elisabeth, filiae regis Hierosolymitani, praedictae ecclesiae alteram casalis praedicti medietatem cum pertinentiis sigillo concedit et confirmat. — Stephanus, canonicus Montis Syon et consanguineus principis R(eginaldi), Nicolaus, capellanus dominae S(tephaniae), Hugo et Ferricus, consanguinei principis, Johannes castellanus, Villelmus de Vendome, Petrus siniscalcus (Delaborde, p. 88—89, No. 41). **596**

„ — Balianus, dominus Neapolis et Ybelini, cum uxore Maria, regina Jerusalem, consensu fratris Balduini Ramatensis Hospitali II carrucatas terrae ante civitatem Rames sitas donat et coram Rogerio de Molendinis magistro, fratre Garnerio, ejusdem domus praeceptore magno, fratribus Garino de Belna et Alexandro, Balduino IV regnante, sigillo confirmat. — Rogerius, filius Roardi, abbas Templi, dominus Boemundus, dominus Constantinus, Amalricus, vicecomes Neapolis, Hugo Mimarcius, Renerius de Terri, Raginaudus Flandrensis, Willelmus Cocus, Ernaudus de Sesseriis, Amalricus de Landas, Hugo Flandrensis, castellanus Ramae, Willelmus de Corbia,[1]) Georgius Obet., Bernardus de (Emeride?) (Paoli I, p. 68—69, No. 68; cf. p. 505—506). **597**

[1]) Alias Corbie, Corboil, Corbuil.

( „ —**1182**) April. medio. Babyloniae. — Saladinus, rex Saracenorum, Friderico I imperatori scribit, se ejusdem legatum Albericum Januensem honorifice recepisse et nunc cum Abu Tahir legato suo remittere (E codd. Berolin. man. theol. lat. IV, No. 190, s. XIII, fol. 77a—77b et Vindobon. man. theol. No. 221, s. XIII ed. Röhricht in N. Archiv 1886, p. 575—577; cf. p. 572—575 et Denis, Catal. theol. Vindob. II, p. 327—330). **598**

**1181** Jan. 13. Tusculani. — Alexander III Oberto praeposito, Bonifacio archidiacono et canonicis Januensibus possessiones varias confirmat, inter quas ultramarinae vocandae sunt: ecclesia S. Laurentii in Acon cum pertinentiis et dominatio Gibelleti et aliorum locorum, quae Bertrandus, comes S. Egidii, concessit [1]) (v. Pflugk-Harttung, Acta pontif. III, p. 286—287, No. 315; Jaffé-Löwenfeld, No. 14357). || Urbanus III (19 Jul. 1187) archidiacono et canonicis Januensibus inter alias possessiones ecclesiam B. Laurentii Acconensem et ecclesiam S. Mariae Magdalenae cum pertinentiis, donationem Gibelleti et aliorum locorum ab antedicto Bertrando comite concessorum iterum confirmat (Desimoni, Regesti in Atti Ligure XIX, 1887, p. 116—118, No. 20; cf. p. 78, No. 260; Jaffé-Löwenfeld, No. 15995) et Innocentius III (11 Jan. 1214) patriarchae Hierosolymitano praecipit, moneat episcopum Acconensem, ut chrisma gratis de cetero ecclesiae B. Laurentii Acconensi, quam Januenses possident, concedat (Potthast, No. 4878). **599**

[1]) Cf. supra No. 55.

„ Jan. 16. Tusculani. — Alexander III ecclesiae praelatos rogat, ut fratres Templi, latores praesentium et ecclesiae orientalis nuntios, benigne recipiant et de ejusdem statu certiores facti omnes Christi fideles ad liberandam Terram Sanctam compellant (Rog. de Hovedene II, p. 258—259; Bened.

de Peterbor. I, p. 275; Bouquet XV, p. 972—973, No. 415; Jaffé-Löwenfeld, No. 14361; cf. No. 14360 et Sigeb. Gemblac. Cont. Aquic. in Mon. Germ. SS. VI, p. 420). **600**

**1181** Mart. 1, ind. XIV. Accon. — Balduinus IV, rex Hierosolymitanus, Johanni, abbati Montis Tabor, pro commutatione stationis, quae fuit ante domum Gaufridi Torti, ubi nunc porta civitatis facta est, unam stationum Acconensium, quae sunt, ubi herbae venduntur, contiguam videlicet stationi Montis Sion, sigillo [1] concedit. — Guido, Joppensis et Ascalonitanus comes, Aimerius, regius constabularius, Gauffridus Tortus, Reinaudus Sydonensis, Gilebertus de Floriaco. Datum per manum Guillelmi, archiepiscopi Tyrensis regisque cancellarii (Paoli I, p. 282—283, No. 3). **601**

[1]) De quo Delaville le Roulx in Mém. d. antiq. de France 1886, XLVII, p. 228—229.

„ Mart. — Raimundus, comes Tripolitanus, Hospitali per manum magistri et confratris Rogeri de Molendinis terram, quae a pede montanorum, in quibus situm est castellum Melechin, usque ad caveam de Memboa et a cavea sicut linea recte protenditur ad flumen Fer et ab ipsius alvo usque in Bocheam et abhinc iterum per confinia territorii castelli Tuban, totam integre ad ipsum flumen antedictum donat et sigillo concedit, ut quantum dictae divisiones in utraque fluminis ripa comprehendunt, comiti et Hospitali commune sit. — Ugo, dominus Biblii, Ugo, filius ejus, Raimundus de Biblio, constabularius Tripolitanus, Plebanus, dominus Botroni, Ugo Mimars, Seherius de Pontet, Raimundus de Aquileriis, qui primae donationi adfuerunt, rursus Albertus Sarramanni, Raimundus de Nefinis, Astafortis, Melioretus de Marreclea, Engelerius, Ugo Arveus, Raimundus de Montoliuo, Girardus, frater ejus, tunc Tripolis vicecomes, Albericus de Rancorolis, Guillelmus Berengerii, Guillelmus Tortis, Johannes de Suura, Ugo sine Censu, Saisius, Raimundus Constantini, Johannes de Moneta, Ugo Moresini, Matthaeus cancellarius, qui scripsit (Paoli I, p. 70—71, No. 70; cf. p. 506). **602**

„ Sept. 10, ind. XIV. Hierosolymis. — Balduinus IV, rex Hierosolymitanus, consensu Guidonis, Joppae et Ascalonis comitis, Sibillae, sororis et comitissae, fratribus Hospitalis per manum Rogerii magistri casale Chola (Cola) in territorio Mirabelli situm cum pertinentiis sigillo confirmat, quod ab Hugone Flandrensi consensu Balduini, domini Ramatensis, III millibus bisantiorum emerant. — Renaldus (Reinaldus), dominus Sydonensis, Petrus de Cresecca, castellanus Hierosolymitanus, Simon de Bethlem, Girardus Passerel, Raimundus Babin (Babini),[1] Anselmus de Capitel (Capital), Robertus de Pinquenni, Petrus Girberti, Petrus de S. Lazaro; de fratribus Hospitalis: Petrus Galterii, Stephanus, Sancho, Salomon, Arnaldus. Datum per manum Willelmi, Tyrensis archiepiscopi regisque cancellarii (Delaville le Roulx, p. 150—151, No. 57 [cf. p. 22]; Prutz, p. 121, No. 54). **603**

[1]) Cf. Lois (ed. Beugnot) I, p. 424.

„ Sept. 10, ind. XIV. Hierosolymis. — Balduinus IV, rex Hierosolymitanus, venditionem antecedentem confirmat. Testes ut supra No. 603 (Delaville le Roulx, p. 151—152, No. 58 [cf. p. 22]). **604**

„ Sept. — Raimundus, comes Tripolitanus, pro salute parentum et domicellae Aelisae de Camera cum benevolentia Eschivae comitissae Johanni, abbati Montis Tabor, II hortos sigillo confirmat, qui ab Aelisia donati et in

planietie sub Monte Peregrino inter tales terminos siti sunt: versus orientem junguntur horto quondam Nicolai Scribae, versus Montem Peregrinum horto Dalmatii de Valriaz, versus Tripolim horto S. Mariae de Turri et horto quondam Bertrandi Milonis. — Ugo de Tiberiade, Guillelmus ......., Raimundus de Biblio constabularius, Plebanus, dominus Botroni, Raimundus de Montolivo, Albericus ......., ............., Raimundus de Suura, Johannes de Moneta, Guillelmus de la Branda, canonicus Templi Domini, Matthaeus cancellarius (Paoli I, p. 283, No. 4). **605**

**1181** Nov. 8, ind. XV. Tyri. — Balduinus IV, rex Hierosolymitanus, Benincasae, abbati coenobii Cavensis, anchoraticum navis suae id est unam marcam argenti, quam naves Terram Sanctam appulsae dare solebant, remittit et libertatem absque omni exactione intrandi et exeundi, emendi et vendendi concedit. — Joscelinus, senescalcus regis, Raynaldus, dominus Sydonis, Raimundus de Scandalione, Milo de Colovardino, Simon de Vercinni, castellanus Tyri, Johannes Lombardus, castellanus Toroni. Datum per manum Guilielmi, archiepiscopi Tyrensis regisque cancellarii (Wilken, Gesch. d. Kreuzzüge VII, app. 5, p. 33—34; Archives d. miss. scientif. II, p. 367—368; Guillaume, Le navi Cavensi nel Mediterraneo, Cava dei Tirreni 1876, p. 42—43, No. 6 [cf. p. 31]; Guillaume, Essai sur l'abbaye de Cava, ibid. 1877, app. XXXIX, not.; cf. Strehlke, p. 13, No. 13, not.; Chron. Cav. in Muratori SS. VI, p. 232—233). **606**

„ Nov. 9, ind. X(I)V. In Domo Hospitalis. — Rogerius, magister Hospitalis, sigillo confirmat, se cum Guerrico, archiepiscopo Petracensi, talem fecisse pactionem, ut pro decimis possessionum Hospitalis in dicta diocesi sitarum singulis annis in festo S. Crucis Septembris XL bisantios Crati solveret, de terris autem ibi acquirendis vel in postero acquisitis tantum medietatem decimae. — Fratres Hospitalis: Garnerius praeceptor, Bernardus, prior clericorum, Garinus de Melnis, Willelmus de Acerio, Petrus Galterii thesaurarius, Stephanus hospitalarius, Willelmus elemosinarius, Jacob de assinaria; de canonicis ecclesiae Petracensis: Stephanus decanus, Godefridus archidiaconus, Lidinus cantor, Arnoldus sacerdos, Engelricus sacerdos, Bernardus sacerdos, Willelmus subdiaconus. Factum Eraclio patriarcha, Balduino IV rege (Paoli I, p. 69—70, No. 69). **607**

„ Nov. 13, ind. XV. Accon. — Balduinus IV, rex Hierosolymitanus, Joscelino, avunculo et senescalco suo, assisiam M bisantiorum, quam Philippus Rufus, consanguineus regis, ad fundam Acconis annuatim recipiendam in vita sua possidet, tamdiu tenendam concedit, donec ipse Philippus II milia bisantiorum, quos ei super eandem assisiam Joscelinus commodaverat, plene persolverit, quibusdam conditionibus sigillo confirmat. — Rainaldus, Sydonis dominus, Milo de Colovardino, Symon de Vercenni, Tyri castellanus, Johannes Lombardus, Fulco de Falesia,[1] Laurentius de Franco loco. Datum per manum Willelmi, archiepiscopi Tyrensis regisque cancellarii (Strehlke, p. 13, No. 13; cf. Altpreuss. Monatsschr. 1882, XIX, p. 637, No. 2; p. 644, No. 1). **608**

[1]) Cf. Lois I, p. 426.

„ Dec. 1. — Reinaudus, dominus de Margat, consensu Bertrandi filii sui Hospitali ejusque fratri Nicolao [1]) casale Astalorin [2]) donat et sigillo

[1]) de Gosanzio. [2]) In dorso p. 152: Astalori.

confirmat. — Domini: Bertrandus, filius Reinaudi, magister Morellus, Hugo Rufus, Martinus de Nazareth, Stephanus de Hallantio,[3]) frater Johannes de Templo, Droco, burgemsis (sic) Reinaudi, magister Georgius. Factum per manum magistri Morelli (Delaville le Roulx, p. 152, No. 59 [cf. p. 22]; Prutz, p. 121, No. 55). **609**

[3]) Aillant, Allant, Daillant?

**1181**, ind. XIV. — Boamundus III, princeps Antiochiae, cum uxore Sibilla Hospitali per manum magistri Rogerii de Molins casale Astanori,[1]) quod frater Nicolaus de Rainaudo Mansuerio II millibus bisantiorum emit, post ipsius mortem libere tenendum sigillo confirmat. — Guischaldus de Insula, Rogerius de Surdevaus, Philippus de Logiis, Oliverius [2]) camerarius, Gervasius senescallus, Gervasius de Quercu,[3]) Simon Burgevini, dux Antiochiae. Factum anno principatus XVIII per manum Johannis cancellarii (Paoli I, p. 281, No. 1). **610**

[1]) Alias Astalorin. [2]) Cf. Eracles, p. 207. [3]) Alias Caisneia, Chesneia, Chetnei (Chesne).

„ , ind. XIV. — Hugo Flandrensis assensu Mariae matris, uxoris et fratris Reginaldi, Balduini Ramatensis sigillantis ejusque fratris Baliani et filii sui Thomae Hospitali per manum magistri Rogerii III millibus bisantiorum casale Chole vendit. — Andreas Andegavensis, Petrus de Erneis, Balduinus de Rages,[1]) Bernardus de Armorville, Balianus de Saumes, Ernulfus Vicecomes, Martinus Gazele, Bernardus Camerarius; ex fratribus Hospitalis: Guarnerius praeceptor, Hugo de Calcalia, Stephanus thesaurarius, Richardus Anglicus. Factum Balduino IV rege, Eraclio patriarcha per manum Alani capellani (Paoli I, p. 282, No. 2; cf. Lois [ed. Beugnot] I, p. 421; II, p. 36, not.). **611**

[1]) Rohas, Edessa.

**1182** Jan. 1. Margati. — Rainaldus Masoerius, dominus Margati, consensu filii Bertrandi et Boamundi III, principis Antiocheni, per manum Rogerii magistri et Garnerii praeceptoris Hospitali sigillo apposito donat Rogiam cum pertinentiis tali vero conditione, ut, quamdiu vivat, ejusdem medietatem habeat. — Amelinus de Tevilla, Stephanus de Haillant,[1]) Zacharias, castellanus Margatti, Martinus de Nazareth, Baldvinus de Rum, Willelmus de Sicardum, Nichiforus, Adam, Droco burgensis. Datum per manum magistri Morelli (Paoli I, p. 73, No. 73). **612**

[1]) Alias Hallant, d'Aillant?

„ Febr. 6, ind. XV. Accon. — Balduinus IV, rex Hierosolymitanus, Hospitali I quintarium zuccari, quem comes Joscellinus, avunculus et senescalcus regis, eidem ad usum infirmorum apud Lanahiam recipiendum donaverat, sigillo confirmat. — Guido, Joppes et Ascalonis comes, princeps Rainaldus, Montis Regalis et Ebronis dominus, comes Joscelinus, regis senescalcus, Aimericus constabularius, Joscelinus de Samosac, Ascalonis castellanus, Raimundus de Jafenia. Datum per manum Guillelmi, Tyriensis archiepiscopi regisque cancellarii (Paoli I, p. 249, No. 207). **613**

„ Febr. 24, ind. XV. Accon. — Balduinus IV, rex Hierosolymitanus, Joscelino, avunculo et senescalco suo, Castellum novum in montanis Acconensibus situm cum omnibus pertinentiis, excepto tamen casali Jazun, donat, insuper D bisantios ad fundam Acconis et D ad fundam Tyri annuatim recipiendos necnon feodum, quod fuit Johannis Banerii, C scilicet bisantios

ad fundam Acconis et IV carrucatas terrae in territorio de Caimont, quod feodum Joscelinus Garnerio, homini suo, Parisiensi, genero Johannis Banerii, donaverat. Haec vero omnia pro commutatione castri S. Helyae olim a rege Joscelino donati necnon Lubani et Carrubiae, quae cum pertinentiis et hominio, quod fuit Johannis de Lumbres, post mortem Mariae, quondam reginae Hierosolymitanae, ad ipsum reverti debebant, praeterea Maronum cum pertinentiis et hominia Gaufredi Torti, S. Georgii et totius terrae pertinentis consensu Guidonis, Joppensis et Ascalonitani comitis, et Sibillae sororis, comitissae, concedit et sigillo munit. — Princeps Reinaldus, Montis Regalis et Ebronis dominus, Renaldus, Sydonis dominus, Balduinus, Ramatensis dominus, Balianus, frater ejus, Aimericus constabularius, Gaufridus Tortus, Milo de Colovardino. Datum per manum Willelmi, archiepiscopi Tyrensis regisque cancellarii (Strehlke, p. 13—14, No. 14). **614**

**1182** April. 27, ind. XV. Hierosolymis. — Balduinus IV, rex Hierosolymitanus, Guilielmo, archiepiscopo Tyrensi, et successoribus decimam omnium exeniorum, quae ex tota terra Toroni in Nativitate Domini, in carne levare et pascha fiunt, scilicet in gallinis, ovis, caseis, ectulis (sic) et lignis, decimam quoque bisantiorum, quos de liberis carrucis rex accipere solet, donat et, ut villani totam decimam, quae de terra Toroni datur, in domum archiepiscopi Turoni sitam deportent, sigillo apposito concedit. — Odo, Beritensis episcopus,[1]) Reimundus, comes Tripolitanus, Joscelinus, regis senescalcus, princeps Rainaldus, Rainaldus, Sydonis dominus, Laurentius de Franco loco, Balduinus de Duaco. Datum per manum Guillielmi, archiepiscopi regisque cancellarii (Strehlke, p. 14—15, No. 15). **615**

[1]) De quo ZDPV. X, p. 23—24.

„ Jul. 14. Velletri. — Lucius III ecclesiae S. Sepulcri Hierosolymitani tutelam suscipit possessionesque et privilegia, petente Petro II priore, confirmat (v. Pflugk-Harttung, Acta inedita II, p. 293—295, No. 322; Jaffé-Löwenfeld, No. 14681). || Lucius III repetit privilegium Alexandri 9 Sept. 1170 datum (supra No. 474). **616**

„ Aug. 25, ind. XV. Accon. — Balduinus IV, rex Hierosolymitanus, Pisanis [1]) plateam ad portum Acconis, cujus caput unum est a via publica, alterum a portu, latus unum a domo Martini Piperis, aliud a domo Willelmi Joppensis, sigillo donat. — Remundus, comes Tripolitanus, Guido, Joppensis et Ascalonitanus comes, comes Joscelinus, princeps Rainaldus, Aimericus constabularius, Hugo Tiberiadensis, Plebanus. Datum per manum Willelmi, Tyrii archiepiscopi regisque cancellarii (G. Müller, p. 23, No. 19 [cf. p. 401—402]; Dal Borgo, p. 96; Muratori, Antiq. [ed. fol.] II, p. 909 — 910, [ed. 4$^0$] VI, p. 269 — 272; cf. Tronci, Annal. Pisani I, p. 364; Archives d. miss. scientif. l. c. II, p. 363). **617**

[1]) Qui cum Januensibus, Venetianis et Lombardis «Octobre jam paene mediante» a. 1183 Balduino IV succurrerunt (Guill. de Tyro XXII, c. 27).

„ Nov. 14, ind. XV. Accon. — Balduinus IV, rex Hierosolymitanus, per manum Rogerii magistri Hospitali sigillo confirmat totam Galilaeam cum omnibus pertinentiis a Gualterio de Caesarea V millium bisantiorum pretio emtam, cujus termini sunt divisiones: ab oriente Castelli areae, a meridie casalis domini Amalrici cum Aronia et pertinentiis Cosciae, ab occidente et mari Daidoni,[1]) a septentrione casalium S. Annae et Templi et

[1]) Quod Conder, Quart. Stat. 1890, p. 35 esse putat tell ed dôhehân (sheet VIII).

abhinc usque ad divisiones Daidoni. — Monacus, archiepiscopus Caesariensis, Guido, Joppes et Ascalonis comes, Joscelinus, regius senescalcus, Balduinus de Ybelino, Balianus, frater ejus, Aimericus, regius constabularius, Petrus Costa, Carolus, Gazellus. Datum per manum Guillelmi, Tyrensis archiepiscopi et regis cancellarii (Paoli I, p. 71, No. 71; cf. p. 507). **618**

**1182,** ind. XV. — Galterius, dominus Caesareae Palaestinae, Hugonis ejusdem domini bonae memoriae filius, consensu Balduini IV regis, Julianae sororis suae ejusque mariti Guidonis de Beritho Hospitali per manum Rogerii magistri baculo tradito V millium bisantiorum pretio vendit casale in territorio Caesariensi situm et vulgo Galilaea dictum cum omnibus pertinentiis his terminis circumclusum; terminatur scilicet ab oriente pertinentiis Castelli arearum, ab occidente terra Daidonis, a meridie casali domini Amalrici cum Aronia et pertinentiis Cossyae, a septentrione casali Templi Domini et casali S. Annae, infra quos terminos continentur gastinae, quae fuerunt casalia, quorum caput est Galilaea antedicta, scilicet Gedida, Megar, Casale rubeum, Gastina fontis et Laasina. — Balduinus IV rex, Balduinus Ramatensis, Balianus, frater ejus, Petrus Costa, Johannes Costa, Spinapellus, Macharius, Garinus Gahnardus, Johannes Monetae, Gazellus Sydonensis, Sibo, vicecomes Caesareae, Guillelmus, Tyriensis archiepiscopus et regis cancellarius, Monachus, archiepiscopus Caesariensis, Guido, Joppes et Ascalonis comes, Aimericus, regius constabularius. — Insuper Galterius eidem domui donat et sigillo confirmat Turrim salinarum juxta mare cum toto torono, quo fundata est, sitam, quam pater ipsius Hugo Hospitali commodavit. — Balduinus Ramatensis, Balianus, frater ejus, Petrus Costa, Johannes Costa, Macharius, Rotbertus de Aubecurte, Karolus (Paoli I, p. 72—73, No. 72; cf. p. 507; Lois [ed. Beugnot] I, p. 501, not.). **619**

„ — Ugo Broerius, filius quondam Petri Broerii et Willelmae Broeriae, assensu conjugis suae Mariae Hospitali et fratri Nicholao de Gusancio, Hospitalis Montis Peregrini praeceptori, stationem suam in civitate Tripolitana ante macellum sitam CXIII bisantiis vendit, quae ex uno latere vicinas habet domum quondam Willelmi de Tortosa, ex alio domum Bernardi Furnarii, ex alio barbacanam, ab introitu portae viam publicam. — Girardus de Monte Olivo, vicecomes Tripolitanus, Saxius,[1] Johannes de Moneta, Willelmus Catalanus, Johannes Bulfarachius, Laurentius de Becelmia, Willelmus Isarnus (Delaville le Roulx, p. 152—153, No. 60 [cf. p. 22]; Prutz, p. 122, No. 57). **620**

[1]) Alias Sais, et Jean de la Moneie, cives Tripolitani, a. 1189 memorantur (Eracles, p. 187).

„ (Tripoli). — Richelda cum filio Bernardo Coppo consensu filiae Mariae, Petro Federici, Leoni Provinciali, Bandino Becco Vallideserclo,[1]) Symoni, Gandolfo, Bonesegniae, Marcho, tunc Tripoli constitutis et pro civitate Pisana ementibus domos suas Tripolitanas CLXXXVIII bisantiis vendit, quarum termini sunt versus orientem a fronte via publica, versus meridiem domus vicecomitissae, versus septentrionem domus Marini et versus occidentem Pisanorum domus. — Girardus de Monte Olivo, vicecomes Tripolitanus, qui sigillat, Willelmus de Calvo Monte, Saxius, Johannes de Moneta, Willelmus Catalanus, Johannes Bulfarachii, Ugo Maurelini, Francardus, Johannes Georgii, frater ejus Marcus, Stephanus Mamuli,

[1]) Alias Vallis Sercli.

Guiduchius (G. Müller, p. 24, No. 20; Bonaini, Diplomi Pisani, p. 84; cf. Archives d. miss. scientif., l. c. II, p. 355). **621**

**1182.** — Forma, quomodo census de communi omnium principum ecclesiasticorum et secularium consensu necnon universi populi regni Hierosolymitani contra imminentes necessitates colligendus sit (Guill. de Tyro XXII, c. 23; Mansi, Concil. XXI, p. 263—265; cf. Lois [ed. Beugnot] II, p. 225). **622**

( „ c.). — Eraclius, patriarcha Hierosolymitanus, et P(etrus II), prior S. Sepulchri, Conrado III, duci de Dachau,[1] mandant, ut, sicut ipse promiserit, ecclesiam in honorem S. Crucis aedificari faciat,[2] quam temporibus patris ipsius fratri cuidam S. Sepulchri vi ablatam fuisse, constat. — Appendet sigillum patriarchae (Reg. Boica I, p. 314; Mon. Boica X, p. 600 in tergo imaginis crucis nostrae, Joannes, Chron. Schirense, p. 93—94; cf. Knitl, Scheyern, p. 65—68; Sighart, Gesch. d. bildend. Künste I, p. 197, ubi crux antedicta depicta est). **623**

[1]) De cujus peregrinatione ultramarina (1180) cf. Mon. Boica VI, p. 131; VIII, p. 393; Riezler in Forsch. z. deutsch. Gesch. 1878, p. 555. [2]) Dies translationis (3 Maj.) usque ad tempora nostra celebratur (Knitl, p. 68).

**1183** Mart. 19, ind. XV. Accon. — Balduinus IV, rex Hierosolymitanus, Joscelino, avunculo et senescalco suo, XIV casalia a Gaufrido Torto consensu Flandrinae uxoris et Gaufridi, filii ejusdem, VI millibus bisantiorum emta scilicet: Elgab(a)cie,[1] Hourfex, Carsilia, Cassie, Dere, Feenix, Bellum videre, quod Sarracenice vocatur Fassove, Camsara, Terretrame, Accabara, Sorove, Sauroefoca, Tarrebresca, Deirbasta tali tenore concedit et sigillo confirmat, ut pro feodis, quae Seit et Guillelmus, dicti Gaufridi servientes, ibidem habebant, scribaniam scilicet et drugumanagium, sed coram rege quieta clamaverunt, alia feoda iis assignentur. — M(onacus), archiepiscopus Caesariensis,[2] Bernardus, Lidensis episcopus, Remundus, comes Tripolitanus, Guido, Joppensis et Ascalonensis comes, princeps Rainaldus, Aimericus constabularius, Balduinus de Ybelin, Balianus, frater eius, Gosohvinus Boccus, Guillelmus de Molembecca, Milo de Colovardino, Gislebertus, Acconensis vicecomes, Guillelmus de Furcis, Antelmus de Luca, Odo de Conchis, Raimundus de Tolosa. Datum per manum Guillelmi, Tyrensis archiepiscopi regisque cancellarii (Strehlke, p. 15—16, No. 16). **624**

[1]) Quod Conder (Quart. Stat. 1890, p. 36) idem esse vult ac: al-ghabatîje in Mappa Terrae Sanctae anglica (sheet IV). [2]) De quo postea patriarcha Hierosolymitano cf. Röhricht in ZDPV. X, p. 8—9.

„ Mart. 19, ind. XV. Accon. — Balduinus IV, rex Hierosolymitanus, Joscelino, avunculo et senescalco suo, consensu Guidonis, Joppes et Ascalonis comitis, et Sibillae, uxoris eius, M bisantios ad catenam Acconis annuatim recipiendos et casale Jesce in montanis Acconis situm, tamen excepto, ut Alemandina, quoad vivat, ejusdem Jesce et pertinentiarum medietatem pro dote teneat, pro commutatione Maronis a rege olim ipsi donati concedit et domum in Castello novo ab Johanne Bogalet scriba CL bisantiis emtam, quam eidem Johanni rex olim donaverat, deinde Johannem drugemannum Castelli novi cum heredibus et rebus suis donat et sigillo confirmat. — Guido, Joppes et Ascalonis comes, Aimericus constabularius, Balduinus de Ybelin, Balianus, frater ejus, Gaufridus Tortus, Gotsvinus

Boccus, Guillelmus de Molembecca. Datum per manum Guillelmi, archiepiscopi Tyrensis regisque cancellarii (Strehlke, p. 16, No. 17). **625**

**1183** Mart. 31. — Sisidin rex [1]) Lucio III papae nuntiat, se ex epistola per manus Jani Danduli Mata cognovisse, papam, quae a praedecessore Alexandro III et soldano de liberandis captivis constituta sunt, observare velle; cum vero dictus legatus venisset, soldanum Saladinum fratrem in partibus Tyri constitutum fuisse et omnem terram a Damasco usque Ninivem subjugavisse ac de petitione supradicta haec responderi jussisse: si christiani in regno Hierosolymitano constituti mandatis papae de pace facienda et captivis liberandis obedire voluerint, ipsum, quae papa postulavit, facturum esse, sin minus, se ab omni culpa immunem fore, si pax non servetur (Radulfus de Diceto, Opera histor. II, p. 25—27; cf. Röhricht in N. Archiv 1886, p. 573). **626**

[1]) Id est Saif ad-dîn Mâlik al-Adil, frater Saladini.

„ (ante pascha), ind. I. — Guido, Joppae et Ascalonis comes, ejusque sponsa Sibilla homini cuidam Torgis II carrucatas terrae et illam medietatem domorum, quas Gudo (sic) et Sibilla in casali Geschale a Georgio Suriano, ipsorum scriba, filio Haririae, fratre Davidis scribae, et Saragie, uxore ejus, emerant, D bisantiis vendit et possidendas sigillo confirmant. — Joscelinus de Samosac, Ascalonis castellanus, Baldoinus, frater ejus, Seignoreit, Ascalonis vicecomes, Rainaldus de Mongisart, Rainaldus de Saisons, [1]) Girardus de Remille, Baldoinus Magnus, Bertrandus [2]) Caruana et Guibertus, frater ejus, Simon Batalle, [3]) Guillelmus Tonsus, [4]) Secardus, frater ejus, Henricus de Beaugenceio, Bartolomaeus Renterius (Delaville le Roulx, p. 153—154, No. 61 [cf. p. 22]; Prutz, p. 122, No. 56). **627**

[1]) De eo cf. Lois (ed. Beugnot) I, p. 424. [2]) Joppensis. [3]) Alias Batailla. [4]) Alias Tunsus.

„ April. 21, ind. XV. — Hainfredus, filius Hainfredi juvenis, assensu Rainaldi, principis Montis Regalis et domini Ebronensis, Stephaniae matris, dicti Rainaldi uxoris, leprosis S. Lazari juxta muros Jerusalem XX bisantios ad fundam Acconensem de assisia, quam a Balduino IV rege ipse possidet, pro salute Philippi, avi sui, Hainfredi connestabuli, Hainfredi, patris sui, et ob redemtionem animae matris scilicet Stephaniae ejusque mariti Rainaldi principis annuatim recipiendos concedit et sigillo regis confirmat.—Guerricus, archiepiscopus Petracensis, princeps Reinaldus, comes Jocelinus, Guido, comes Joppensis, Hagne, frater Guido Hospitalis, Girardus de Beterras, Johannes de Broies, Seherius Juvenis, Seherius de S. Habraham, magister Raimundus, magister David, Bricius senescallus, frater Willelmus, qui chartam scripsit (Archives de l'Orient latin II B, p. 146—147, No. 29; cf. Cibrario, p. 237; Ferrand, p. 32). **628**

„ Maj. — Boamundus III, Raymundi principis filius, princeps Antiochenus, una cum uxore Sibylla ecclesiae S. Salvatoris in Monte Tabor ejusque abbati Johanni M anguillas singulis annis in piscatoria Antiochiae capiendas pro salute Raimundi principis ac matris Constantiae concedit et sigillo confirmat. — Rogerius de Surdevaus, Hugo de Logiis, Matthaeus de Sehonia, [1]) Hugo de Corbuil, Willelmus de Cava, dux Laodiceae, Gauterius de Archiquan, [2]) Bernardus Soberan, Leonardus de Roisol. Datum

[1]) Alias Saona, Seonia. [2]) Alias Darchican.

per manum domini Johannis, cancellarii atque episcopi Tripolitani, anno principatus XX (Paoli I, p. 249—250 in No. 208). || Hoc privilegium Thomas, episcopus Bethlemitanus (Accon, Jan. 1262), se vidisse confirmat (Paoli I, p. 250, No. 208; cf. Delaville le Roulx, p. 22: Jan. 1253, quo autem anno Godefredus de Praefectis dictum episcopatum obtinuit). **629**

**1183** Jun. — Rainaldus, dominus de Margato, assensu Bertrandi filii et Bermundae uxoris Alano, praeceptori Templi Tortosani, et fratri Gaudino ceterisque fratribus in domo Templi manentibus gastinam Dominae et terram, quae est inter II vias, necnon introitum et exitum cisternae, quae ibi est, sigillo concedit. — Amelinus de Tevilla, Stephanus de Hallant, Zaccaria castellanus, Martinus de Nazaret, Reinerius, Johannes de Templo, Georgius notarius (Paoli I, p. 250, No. 209; cf. Delaville le Roulx, Docum., p. 20, No. 9). **630**

„ , ind. I, epact. XXI (XXV). — Eraclius, patriarcha Hierosolymitanus, compositionem a se ipso de mandato papae Lucii III inter ecclesiam B. Mariae de Josaphat et milites Templi factam utriusque capituli et patriarchali sigillis confirmat. Arnulfus enim et Guermundus, bonae memoriae patriarchae, ecclesiae B. Mariae, Hugone et Gelduino abbatibus, decimam casalium Meseraz et Dalphym, quae erant de possessione regali, donaverunt. Quum vero dicta casalia in manus fratrum Templi venerint et hi monachis dictis decimam solvere nollent, tandem Eraclius eos adduxit, ut medietatem solvere promitterent. — De militia Templi: Arnaldus de Turre Rubea magister,[1]) Gyrardus de Radifort senescalcus, Girbertus Arayl, magnus praeceptor,[2]) Robertus Fraisnel, Ursus de Alneto, Otho de Chaorzos; praeterea: Raynaldus princeps, Nicholas de Bethencort, Unbertus Acoi (Delaborde, p. 89—90, No. 42). **631**

[1]) Qui cum Heraclio patriarcha in partes occidentales profectus est a. 1184; eodem anno Romae moratus (Ughelli V, p. 785) Veronae obiit (Robert. Altissiodor., p. 252). Hujus precibus Lucius III fratribus Templi bona et privilegia confirmavit (Jaffé-Löwenfeld, No. 14554, 14873; cf. 15057). [2]) Quem Eracles, p. 259 Eral et Horal vocat; postea magnus praeceptor Templi in Francia (1186) et magister factus est.

„ , ind. I. — Boamundus III, princeps Antiochenus, Venetis precibus Jacobi Gradenici, tunc temporis vicecomitis Acconensis, plenam securitatem ac libertatem concedit et sigillo confirmat. — Petrus de Longij (Longis),[1]) Raimundus, constabularius Tripolitanus, Villielmus de Monte Cornet, Richerius de Armitat (Arminat),[2]) Galterius de Artican,[3]) Villielmus de Hingueron.[4]) Gabriel Paulinus etc. ut supra No. 282 (Tafel-Thomas I, p. 175—177, No. 68; cf. Archives d. miss. scientif., II, p. 351). **632**

[1]) Alias Logiis? [2]) Alias Erminat, Lerminat. [3]) Alias Archiquam, Arcican. [4]) Sine dubio: de Monte Hingrone (Nigrone, Nigro), Antiochiae vicino, qui nunc vocatur dschebel al-aswâd (al-achmar).

„ — Boamundus III, princeps Antiochenus, Hospitali per manum magistri Rogerii de Molins necnon fratris Alexandri, tunc Laudiciae et Gabuli praeceptoris, nonnullos Graecos, Armenos, Latinos et Judaeos, quos Hospitale Laodiceae habet, concedit et sigillo apposito donat; de Graecis scilicet vocantur: Afanas, Sergius Cementarius et ejus nati, Leo Costurer, Mambarac ejusque filii, Mambarac Corveser, Leo; de Armenis: Hanes Carnifex, Castor Furner, Hanes Archen, Hanes Faber, Vassilius Faber; de Judaeis: Bolcaran, Zao, Bolchaer et frater ejus, Temin, Bolshassen, Stellator,

deinde Hugo Straigot. — Hugo de Logiis, Philippus, frater ejus, Willelmus de Cava, Bernardus Soberan,[1] Guido de Arest, Johannes de Antiochia, Michael Ruffus. Datum per manum Willelmi clerici sub Johanne cancellario (Paoli I, p. 284, No. 5; cf. p. 551). **633**

[1]) Alias Suberan.

**1183,** ind. I. — Falco, S. Pauli in urbe Antiochia abbas, fraternitatem in capitulo S. Pauli coram (Johanne I), abbate Montis Tabor, inter utramque ecclesiam factam sigillo confirmat, et prae ceteris abbas Montis Tabor pollicetur, si terra Antiochena unquam in manus Turcorum ceciderit, vel monachi B. Pauli Antiochia a principe ejecti fuerint, se eosdem ut proprios filios recipere ac fovere velle (Paoli I, p. 74, No. 74). **634**

( „ ). — Salahadinus, rex omnium regum Orientalium, papae scribit, se ejusdem epistolam per manus Oliveri Vitalis allatam accepisse et, quae in ea de liberandis captivis proposita sunt, adimplere velle, sed cum Saraceni nobiles christianos, christiani vero tantum vilissimos Saracenos ac rusticos detineant, sibi placere, ut utraque pars captivos suos appreciet «et quae pars minus habuerit, restituatur ab ei altera» (Radulfus de Diceto, Opera histor. ed. Stubbs, London 1876, II, p. 25; cf. Röhricht in N. Archiv 1886, p. 575). **635**

**1184** Jan. 19. — Aimericus, patriarcha Antiochenus, sigillo confirmat, domui Hospitalis Antiochenae dominium esse molendini extra portam Ducis inter molendinum S. Pauli et carcosium patriarchae siti, atque ibi hospitale S. Petri villaniam III molarum habere, de quibus ejusdem canonici et fratres Hospitalis redditus acciperent. Quum vero his molis tuendis dicti canonici fere nullam curam adhibuissent itaque redditus diminuerentur, a Roggerio de Larunt, praeceptore Hospitalis Antiocheni, Petrum, monachum S. Gildasii, magistrum hospitalis S. Petri, rogatum fuisse, ut sumptus necessarios ministraret, sed cum nihil effecisset, tandem consilio subscriptorum canonicorum patriarcham hanc compositionem fecisse, ut magister Petrus, CCC bisantiis acceptis, villaniam III molarum et privilegium suum dicto praeceptori remitteret. — Aimericus thesaurarius, Leonardus, magister scholarum, Ranulfus, magister Hugo, Elias, S. Petri canonici; Petrus de Baga, Petrus de Praxi, Petrus de S. Maria, Johannes incisor. Datum per manum Arnaldi capellani (Paoli I, p. 284, No. 6; cf. p. 551). **636**

„ Jun., ind. II. — Raimundus III, comes Tripolitanus, Hospitali per manum Rogerii de Molinis magistri donat et sigillo confirmat civitatem Chamelam [1]) cum pertinentiis et juribus, sed usumfructum de civitate et pertinentiis ultra flumen sitis pro tempore vitae suae reservat. — Joannes, episcopus Tripolitanus, Arnaudus cantor, Guillelmus, prior S. Michaelis,[2]) Guillelmus de Juncheriis canonicus, Ugo, dominus Biblii, Ugo, ejus filius, Raimundus de Biblio, Raimundus de Nephinis, Astafortis, Arbertus Sarramanni, Eradus, Melioretus de Marreclea, Raimundus de Montoliuo, Girardus vicecomes, Bernardus de Monetro, Ugo sine censu, Engelerius, Saisius, Raimundus Constantini, Johannes de Moneta, Petrus Giraudus, Raimundus Ermengaudi, Matthaeus cancellarius, qui chartam scripsit (Paoli I, p. 75—76, No. 75; cf. p. 508). **637**

[1]) De qua Röhricht in ZDPV. X, p. 259—261. [2]) De quo Röhricht in ZDPV. X, p. 34; alius prior S. Michaelis Johannes de Valentia vocatur in Berger No. 737 (1244), anonymus in Potthast, No. 4894.

(**1184** Sept.). — Balduinus IV, rex Hierosolymitanus, E(raclio), patriarchae Hierosolymitano,[1]) A(rnaldo) Templi et R(ogerio) Hospitalis magistris scribit, se gaudere, quod ex eorum litteris cognoverit, eos Brundisium salvos appulisse, et de expeditionibus varia nuntiat, quas Saladinus mensibus Julii et Augusti in fines christianorum fecit (Radulfus de Diceto II, p. 27—28; cf. Röhricht in Görgens, Arab. Quellenbeitr. I, p. 54—55, Not.). **638**

[1]) De ejusdem itinere occidentali cf. Röhricht in Histor. Zeitschr. 1875, XXXIV, p. 10—12.

„ Octob., ind. III. Accon. — Dominicus de Mulino de confinio S. Gervasii et Johannes de Fusculo de confinio S. Crucis confirmant, Dominicum Acontantum de confinio S. Basilii coram ipsis et Manasse Badovario, legato ducis Venetorum, et Jacobo Dandulo de confinio S. Lucae de facto S. Marci Tyriensis et aliis negotiis rationem fecisse. — Dominicus da Molino, Johanes de Fusculo. Stephanus Fuscari, presbyter et notarius, complevit et roboravit (Arch. Veneto 1875, X, p. 338, No. 68). **639**

„ Accon. — Rogerius de Molinis, Hospitalis magister, Bisansono domos quasdam in civitate Acconis sitas, quas Petrus Bertasia pro censu XXIX bisantiorum annuali tenebat, sigillo apposito eodem censu tenendas concedit, quibus adjacent domus Mariae de Caypha, filiorum quondam Paganotti, curia Mariae Bubalae et via publica. — Fratres: Garnerius praeceptor, Odinus, bajulus Acconensis, Girardus thesaurarius, Petrus Galterii, Hermandus, castellanus Crati, Alebaudus, castellanus Belviderii, Hugo de Qualquelia, Henricus de S. Boneto, Petrus de Mirmanda, Guillelmus de Rocha, Guillelmus, hospitalarius Acconensis, Stephanus, prior Acconensis. — Notandum est, quod dictus Bisansonus consensu Rogerii magistri et regalis curiae easdem domos sibi a Petro Bertasia vadio obligatas post ejusdem mortem pro CCXXIII bisantiis emerat et Petri Bertasiae uxoris curiaeque regis consensu pro debito retinuit. — Gilibertus de Florio, vicecomes Acconensis, Guillelmus de Furchis, Rainaldus de Trechis, Ancelmus Lucensis, Reimundus camerarius, Bernardus de Templo, Odo de Conchis, jurati regis (Delaville le Roulx, p. 154—156, No. 62 [cf. p. 22]; Prutz, p. 123, No. 58). **640**

**1185** Mart. 15. Accon in ecclesia S. Laurentii. — Arduinus Marchisus sorori suae, quondam uxori Enrici Malocelli, castellum de Stella cum appenditiis concedit et confirmat. — Alardus Coupel, Rolandus de Carmaino, Bellemustus Lercarius, Russignolus (Giorn. Ligust. 1878, V, p. 341). **641**

„ April. — Raimundus de Tribus Clavibus, consensu Raymundi, comitis Tripolitani, ejusque sigillo confirmat, se per manum Erchenbaldi praeceptoris et Ermani, castellani Crati, pro terra Galifae et Aieslo a matre sua vendita in concambium accepisse casalia Faudam et Sumessam, gastinam Corcois, terram carrucatam ejusdem gastinae, quam Johannes de Fabbrica et heredes debeant habere, necnon, quamdiu viveret, annuatim V frumenti modios, totidem hordei et XL jarras vini accepturum esse. — Fratres: Ermanus, Crati castellanus, Willelmus de Acerio, prior clericorum, Garinus de Melna, Henricus de S. Boneto, Willelmus de Molizun, Ugo de Cauchelia, Rogerius de la Rum, Trinium Cadel, Herbertus de Lineriis, Geroldonus, prior Acconensis, Petrus de Mirmanda, Joffredus de Donion, Monterius, castellanus de Belveeir, Willelmus Mat, Pontius de Bai, Gui Rufus, Rainaldus Balistarius, Pontius de Maimont, Stephanus de Maimont;

de saecularibus: Raimundus de Biblio, Arbertus Saraman, Wilielmus Porcelleti, Raimundus de Quaranta, Willelmus Catalanus, Petrus de Coquina, Rainaldus, filius Sais,[1] Willelmus de Lambes, Stefanus Alumnaz (Alvernaz), Bertrandus vicecomes, Johannes de Albania, Matthaeus cancellarius, qui scripsit (Paoli I, p. 286—287, No. 7; Prutz, p. 124—125, No. 59; cf. Lois [ed. Beugnot] I, p. 643, not.). **642**

[1]) Alias Saisius, Sayxius, Saxius vocatur.

**1185** Maj. 16, ind. III. Accon. — Balduinus V, rex Hierosolymitanus, consensu Ramundi III, comitis Tripolitani et totius regni procuratoris, et Baliani, domini Neapolis, ecclesiae B. Mariae Vallis Josaphat medietatem gastinae Neapolitanae, quae dicitur Mesdedule, cum medietate terrae ejusdem gastinae cum quodam villano Mensor et ejusdem filiis sigillo confirmat. Quam medietatem gastinae cum medietate terrae ejusdem Guido, raicius de Neapoli, jure hereditario per confirmationem privilegii ex dono Amalrici I tenebat et idem nunc assensu et voluntate uxoris suae et heredum praedictae ecclesiae IV millibus et L bisantiis per assisiam terrae in praesentia curiae regalis vendidit eo, quod Neapolis redditus, quos comparaverat Baliano, Neapolis domino, et assisiis solvere non poterat. — Princeps Rainaldus, Montis Regalis et dominus Hebronensis, Joscelinus, regius senescalcus, Hugo de Tyberiade, Balianus de Joppe camerarius, Rainerius de Turre, Rainaldus de Montegisardo,[1]) Gillebertus de Flori, vicecomes Acconensis,[2]) Robertus de Pinkenni, Gaufridus Turonensis, Radulfus Iterii de Jerusalem, Gualterius Malpinus. Datum per manum Petri, Lydensis archidiaconi regisque cancellarii (Delaborde, p. 91—92, No. 43). **643**

[1]) De quo cf. Lois (ed. Beugnot) I, p. 426. [2]) De quo ibid. I, p. 425.

„ Jun. 1, ind. III. Accon. — Balduinus V, rex Hierosolymitanus, consensu Raimundi III, comitis Tripolitani et totius regni procuratoris, Joscelino, avunculo et senescalco suo, libertatem de toto zucaro suo, quod habet de II pressoriis in casali suo Lanahia, et libertatem de toto melle ejusdem zucari concedit et sigillo confirmat. — Milo, regius pincerna, Balianus camerarius, Paganus, Cayphae dominus, Gualterius Durus marescalcus, Gilebertus de Flori, vicecomes Acconensis, Gotsuinus Yrcus, Willelmus de Molembecca. Datum per manum Petri, Lyddensis archidiaconi regisque cancellarii (Strehlke, p. 17, No. 18; cf. Altpreuss. Monatsschr. 1882, XIX, p. 637, No. 3; p. 644, No. 2). **644**

„ Dec. — Reimundus III, comes Tripolitanus et regni Hierosolymitani procurator, confrater S. Lazari Hierosolymitani eidem domui et Bernardo, tunc magistro, XX bisantios de funda Tripolitana annuatim recipiendos concedit et sigillo confirmat. — Hugo, dominus Biblii, Raimondus de Biblio, (Raimundus) de Nephins, Astafortis, Arbertus Saraman, Plebanus, Eradus, W(illelmus) Porceleti, Raimundus de Montolivo, Girardus vicecomes, Saisius, Raimundus Constantini, Johannes de Moneta, magister Arnaudus, Mathaeus cancellarius, qui scripsit (Archives de l'Orient latin II B, p. 147—148, No. 30; cf. Cibrario, p. 237; Ferrand, p. 33). **645**

[1]) Loco Balduini V regis.

( „ c.). — *(Heraclius), patriarcha Hierosolymitanus, Fridericum I rogat, ut terrae Hierosolymitanae quam celerrime subveniat (E codice Vetero-Cellensi ed. Röhricht, Quellenbeiträge zur Gesch. d. Kreuzzüge, Berlin

1875, p. 32; Stehle, Ueber ein Hildesheimer Formelbuch, Sigmaringen 1878, p. 34—35, No. 76; cf. p. 7). **646**

**1186** Febr. 1, ind. III (IV), epact. IX (XXVIII). Margati. — Bertrandus, dominus Margati, Rainaldi, ejusdem domini bonae memoriae, filius, consensu Boamundi III, principis Antiochiae, Raimundi, comitis Tripolis, necnon uxoris suae Bermundae et Anterii, Valeniae episcopi, Hospitali per manum Rogerii de Molins magistri sub censu annuali II millium et CC bisantiorum per manum castellani de Crato in urbe Tripolis solvendorum, quibusdam aliis conditionibus adjunctis, castellum Margatum cum pertinentiis concedit et sigillo confirmat. — Anterius, episcopus Valeniae, Falco, abbas ecclesiae S. Pauli Antiochenae; de fratribus Hospitalis: Rogerius magister, Burellus praeceptor, Bernardus prior, Petrus de Vallis, castellanus Crati, Henricus, castellanus Margati, Rogerius de Liro, bajulus domus Antiochenae; de militibus Margati: Stephanus Raillant, Bertrandi de Margato consanguineus, Amelinus, ejusdem castri castellanus, Acarias, Reinerius, Joscelinus, Johannes Templi. Factum Aimerico, Antiochiae patriarcha, coram Stephano Rotomagi, Boamundi III, principis Antiochiae, super hoc negotio nuntio, et datum per manum praedicti Bertrandi (Paoli I, p. 78—79, No. 77; Rey, Étude, p. 255 —264; cf. Delaville le Roulx, p. 158—160, No. 64). **647**

„ Febr. — Raimundus de Biblio, filius Guillelmi Ebriaci, Biblii quondam domini, assensu Boamundi III, principis Antiocheni, filii Raimundi, bonae memoriae principis, Sibillae principissae, eorumque filiorum Raimundi et Boamundi Hospitali per manum Rogerii de Molins magistri casale de Messarkun cum pertinentiis et villanis, excepto Thoma villano ejusque fratre, concedit et sigillo Boamundi principis confirmat. — Aimericus, episcopus Tripolis, Baldevuinus de Ibelin, Bastardus de Moliñ, Gervasius de Sarmenia, Richerius de Herminat, Oliverius camerarius, Bartolomaeus, filius comitis, Guillelmus de Cavea, Antiochiae marescalcus, Galterius de Arcekan, Bernardus Subiran. Datum per manum Alberti, Tarsensis archiepiscopi, domini principis Antiocheni cancellarii (Paoli I, p. 76—77, No. 76; cf. p. 508). **648**

„ (Febr.?). Antiochiae. — Boamundus III, princeps Antiochiae, ejusdem principis bonae memoriae Raimundi filius, sigillo confirmat, Bertrandum, Rainaudi Masoerii bonae memoriae, domini Margati, filium, consilio et assensu Aimerici, patriarchae Antiocheni, Sibillae principissae ejusque filiorum Raimundi et Boamundi jam militum necnon Raimundi, comitis Tripolis, et Anterii, episcopi Valeniae, Hospitali per manum Rogerii de Molins magistri civitatem Valaniae et castellum Margati, quae prae nimiis expensis et nimia infidelium vicinitate tenere non possit, praeterea autem castellum Brahim sub censu II millium et CC bisantiorum annuali concessisse et se hanc venditionem (supra No. 647 memoratam) munivisse. Sed dictus princeps excipit casale Assenem, quod Rainaldus ipsi pro novesimo de se et hominibus suis dederat, domos Antiochenas, quas idem vendidit vel donavit, furnum, quem dedit Vibino,[1]) et terram de Gereneis, quam princeps sibi retinet; haec omnia Hospitali se daturum esse, si religioni dare velit, et si seculari, eundem dicta de Hospitali tenere debere. De pertinentiis vero Margati Hospitali princeps laudat et concedit: Cademois,

[1]) Delaville le Roulx legit: Jubino.

Laicas,[2]) Malaicas,[3]) Bokebeis,[4]) in territorio Antiocheno: Fassia cum guastinis et divisis, Cimas,[5]) abbatiam Montis Parlerii, villam, quae dicitur Russa, Farangi, Come, castellum Popos[6]) cum casali suo, casalia Kaynon, Alus,[7]) abbatiam S. Georgii, quae est in Montanis nigris, Rogiam, Besmesyn,[8]) casalia Besselemon, Luzin, caveas Belmys, casalia Casnapor, Colcas, Corconai[9]) et Meunsarac, quae sunt in montanis Montis Palmerii, Potama[10]) et Pangeregan, quae sunt in Valle Russae, Andesin, abbatiam de S. Maria, casale Bodoleiae,[11]) medietatem casalis Gorrosiae,[12]) Mastabe.[13]) Praeterea concedit balnea, quae dominus Rainaldus Antiochiae habebat, et quicquid de jure suo in urbe sive extra urbem possedit, et pollicetur, fratres Hospitalis spolia belli cum nemine partiri debere. Si princeps invitis fratribus pacem cum Saracenis fecerit, eam tenere vel rumpere iis licere, si vero ipsi pacem fecerint cum Saracenis, qui sunt in feodo Bokebeis et a Gabulo[14]) in antea, principem eam tenere debere. Deinde eis immunitatem concedit, nisi eorum homines emant vel vendant, quod non proprium est Hospitalis, denique, aliis conditionibus expositis, confirmat, fratres Hospitalis pro hac concessione ipsi VIII millia, filiis vero Raimundo et Boemundo singula millia bisantiorum dedisse. — Aimericus, Antiochiae patriarcha, Bartholomaeus, Mamistrensis archiepiscopus, Aimericus, Tripolitanus, Anterius, Valeniae, episcopi; de fratribus Hospitalis: Bernardus prior, Burellus, magnus praeceptor, Rogerius de Lirone, Antiochiae bajulus, Bartholomaeus, bajulus Emaus, Rainaldus, bajulus Spinae; de militibus: Baldoinus d'Ybelin, Raimundus de Gibelet, Radulfus de Montibus constabularius, Gervasius senescalcus, Oliverius camerarius, Willelmus de Cava marescalcus, Bartholomaeus Tirel marescalcus, Galterius de Surdis vallibus, Robertus de Boloira, Galterius Darchican, Bartholomaeus, filius comitis, Richerius de Lerminati, Bastardus de Molins, Petrus de Hasart, Petrus, Helias, Guitardus de Borno, Odo de Maire, Bernardus Suberan, Willelmus de S. Paulo, dux Antiochiae; de militibus Margati: Dominus Zacarias, Amelinus, Baldoinus de Run, domini Georgius et Theodorus. Datum Antiochiae per manum Alberti, Tarsensis archiepiscopi et domini principis cancellarii (Paoli I, p. 77—81, No. 77 [cf. p. 508—509]; Rey, Étude, p. 255—264; cf. Delaville le Roulx, p. 160—163, No. 64; Lois [ed. Beugnot] I, p. 550, not.). || Hoc privilegium se vidisse (11 Dec. 1244) Petrus, archiepiscopus Apameensis, sigillo confirmat (Delaville le Roulx, Les sceaux des archives de l'ordre de St. Jean à Malte in Mém. d. antiq. de France 1886, XLVII, p. 238—239), pariter (Opizo), patriarcha Antiochenus (11 Dec. 1254; cf. Delaville le Roulx, p. 22), et Thomas, patriarcha Hierosolymitanus (ibid. p. 22). **649**

Delaville le Roulx legit: [2]) Laycas, [3]) Malaycas, [4]) addit et casale Belne, [5]) Cymas, [6]) Pospos, [7]) Aliis (?), [8]) Belmesyn, [9]) Cozconai, [10]) Pocania, [11]) Bedokye, [12]) Gozrosie, [13]) Massabe, [14]) Sabulo.

**1186** Mart. 7, ind. V. Hierosolymis. — Gwido de Lysanan,[1]) rex Hierosolymitanus, et Sibilla, uxor regina, se CXI marcas argenti de domo Theutonicorum per manum fratris Severini, tunc hospitalarii, accepisse et pro pignore hujus debiti casellam in partibus Hierosolymitanis prope viam regalem

[1]) Strehlke hoc privilegium spurium rejecit propter initium et exitum inusitatum, propter verba: «qui in illo tempore praedictae domus hospitalarius erat», et quum Guido medio mense Sept. 1186 regnum acceperit. Sed Gestes, p. 11: «A. 1187 (corr. 1186) de l'incarnacion de Jhesu Christ le roy Guy de Lezignau, le premier jour le junet, et fu IIII més qui fu encoroné».

sitam, qua itur Ramelie, dedisse sigillo confirmant. — Euraclius, patriarcha Hierosolymitanus, Renaldus, princeps Antiochiae, G. de Arsuro, Gerhardus de Hatefert,[2]) Johannes Poleni, Guido de Gibelet, Pluvianus de Boteron, Helias de Nasareth, Heinmardus de Mongisardo, Jozelin de Samosac, Galtherus Ardel. Factum et scriptum per manum Jocii, sacerdotis regis (Strehlke, p. 18, No. 20). **650**

[2]) Male scriptum pro: Harefort vel Ridafort?

**1186** April. 25, ind. IV. — Rogerius de Molins, Hospitalis magister, Johanni Poterio ejusque uxori domum pro CC bisantiis a Willelmo Barbota venditam sigillo apposito salvo censu concedit, quae domus in vico S. Johannis Evangelistae in territorio Hospitalis sita est et habet ab oriente rugam Ispaniae, ab occidente rugam S. Johannis Evangelistae, a meridie domum domini Bernardi de Blanchagarda, ab aquilone Ugonis de Romai.[1]) — Fratres: Berengerius de Cenagona thesaurarius, Herbertus de Duneires hospitalarius, Jacob, custos asinariae, cujus voluntate hoc factum est, Petrus Catellani, Bernardus de Asinaria, castellanus Bellimontis, Garinus de Melna; de juratis: Gofridus de Turonis, Willelmus Patroni, Willelmus Beraudi, Willelmus de Ponz, Johannes Raimundi, Johannes Briza, Petrus Blanchardi, Michael la Vila, Aimo stacionarius. Datum Balduino V rege, Eraclio patriarcha (Delaville le Roulx, p. 156—157, No. 63 [cf. p. 22]; Prutz p. 125, No. 60). **651**

[1]) Prutz, p. 125 addit: «pertinentia ejus sunt: medietas unius cisternae, quae est in rua, quae vocatur Ispaniae, infra domum, quae fuit Martini Galique, et medietas alterius cisternae, quae est inter praenominatam domum et domum Ugonis de Romai».

„ Jun. 30. — Urbanus III papa Hospitali per manum Rogerii magistri donationem castelli Margati a Bertrando, Margati domino factam[1]) confirmat (Delaville le Roulx, p. 158—164, No. 64; Jaffé-Löwenfeld, No. 15640). ‖ Hanc epistolam et confirmationem Soffredus, presbyter cardinalis in urbe Tripolitana constitutus, se transscriptam vidisse (Octob. 1204?) sigillo confirmat (Delaville le Roulx, p. 164, No. 64). **652**

[1]) Cf. supra No. 647, 649.

„ Octob. 21, ind. IV. Accon. — Guido, rex Hierosolymitanus, assensu Sibillae uxoris comiti Joscelino, senescalco suo, Toronum et Castrum novum necnon Belinas cum pertinentiis, si Deus ea christianis reddiderit, iisdem conditionibus, quibus Henfredus constabularius olim possederat, concedit. Si vero Toronum et Castrum novum judicio curiae regiae amitteret, vel pactiones inter Balduinum regem IV et dominum Henfredum juvenem factae solverentur, eidem Joscelino promittit Mar(on)um cum pertinentiis: Quabriquembelide, Cades, Lahare, Mees, II Megeras et illud concambium, quod Henfredus juvenis pro Torono et Castro novo tenet et possidet, in perpetuum tenendum concedit, denique domum Tyrensem, quae fuit Vivae, donat et sigillo confirmat. — Eraclius, patriarcha Hierosolymitanus, Joscius, Tyrensis,[1]) Monacus, Caesariensis, Letardus, Nazarenus, archiepiscopi, Bernardus, Liddensis, Ra(n)dulfus II (Pandulfus), Bethleemita,[2]) Odo, Beritensis, episcopi; Girardus,[3]) Templi, Rogerius, Hospitalis, magistri, princeps Rai-

[1]) De quo Röhricht in ZDPV. X, p. 17—18. [2]) De quo ibid. p. 24—25.
[3]) G. de Ridaforti, antea marescalcus regis paulo post Templi magister factus, 1 Maj. 1187 apud Casale Roberti fugatus (Itinerar. Ricardi, p. 6; Hugon. chron.

naldus, Haymericus, constabularius regis, Milo, regis pincerna, Petrus de Creseca, Goscelinus Hyrcus, Anselinus Babini,[4]) Gaufridus Tortus, Willelmus de Molembec. Datum per manum Petri, regis cancellarii et Lyddensis archidiaconi (Strehlke, p. 19, No. 21; cf. Altpreuss. Monatsschr. 1882, XIX, p. 637, No. 4). **653**

---

Weingart. in Mon. Germ. SS. XXI, p. 475) cum rege Guidone pugna Hittinensi capitur sed absolutus a. 1188 (Itinerar., p. 16, 30; Eracles, p. 65—67, 121) interficitur 4 Octob. 1189 pugna ante Acconem commissa (Bened. de Peterbor. II, p. 94; Itinerar., p. 70; cf. Beitr. I, p. 117—118, 171, 172; Forsch. zur deutsch. Gesch. XVI, p. 494). Itaque errat Rog. de Wendower, Flores (ed. Coxe) II, p. 423, qui magistrum Templi Theodericum appellat et pugna Hittinensi elapsum memorat. Hujus precibus fratribus Templi Urbanus III omnia jura et privilegia confirmavit (Jaffé-Löwenfeld, No. 15656α, 15780α et β, 15782α). In actis processus Templariorum (Michelet II, p. 44) accusatur, quod Saladino fidei sacramentum juraverit et (ibid. II, p. 197) pollicitus sit, se fratrum Templi religionem commutare velle. Magistro nostro successisse dicitur Walter de Spelten (v. Hagen, Gedicht von des Landgrafen Ludwigs Kreuzfahrt 1854, p. 120—121, 174—175, 197, 223—224, 254, 259 [de hujus poëmatis indole vid. Röhricht in Zeitschr. für deutsche Philologie VIII, p. 419—446]; cf. Wilcke I, p. 347; Ferreira I, p. 347), sed hoc nomen in chronicis et chartis deest; Spelt(en) nomen fuit loci cujusdam apud Buchenbach Wirtembergicum siti, et domini de Spelt(en) gentis nobilium de Buchenbach erant (Würtemb. Urkundenb. II, p. 139). [4]) Cf. Lois (ed. Beugnot) I, p. 423.

**1186** Octob. 21, ind. IV. Accon. — Guido, rex Hierosolymitanus, assensu Sybillae uxoris Joscelino, senescalco suo, omnia privilegia a Balduino IV rege concessa necnon casale Cabor ab Guidone V millibus bisantiorum emtum et domum Acconensem ad feudum Cabor pertinentem confirmat insuper eundem a testamento absolvit, quod Agnes comitissa, mater Sybillae reginae, fecit, et libertatem de zucaro et melle casalis Lanahia concedit ac sigillo sancit. — Testes ut supra No. 653, sed deest Rogerius, magister Hospitalis (Strehlke, p. 20, No. 22). || Hoc privilegium H(enricus), archiepiscopus Nazarenus, et G(auterius II), episcopus Acconensis (Accon 22 Febr. 1249), se vidisse et legisse confirmant (Rey, p. 28—29; cf. Altpreuss. Monatsschr. 1882, XIX, p. 640, No. 33). **654**

„ Octob. 21, ind. IV. Accon. — Guido, rex Hierosolymitanus, confirmat, comitem Joscelinum senescalcum primogenitam filiam suam Guillelmo de Valence, fratri regis, uxorem dedisse cum Torono, Castro novo et omni terra, quam a Johanne camerario comparavit, necnon Cabor cum pertinentiis, et varias pactionis nuptialis conditiones sigillo apposito enumerat. — Testes ut supra No. 653, sed desunt: Anselinus Babini et Willelmus de Molembec (Strehlke, p. 21, No. 23). **655**

„ Octob. 30. — Adam Magnus, habitator casalis S. Egidii, consensu uxoris suae Floratae filiique Baldewini leprosis S. Lazari de Jerusalem XXV litras vini de vinea quadam, scilicet de planta, quae est in quadam petia terrae sub questu, et XXV alias de vinea, quam ipse habet in Terra Blanca, et XXV de vinea, quam super terram de Chanteperditz sitam Guillelmus Magnus possidet, concedit et sigillo canonicorum S. Sepulchri confirmat, unde dictae XXV litrae a Willelmo Magno et Roberto Evronis reddantur. — Gwillelmus Magnus, Adam Juvenis, Robertus Evronis, Hugo Scutifer, habitatores casalis S. Egidii. Factum Bernardo, S. Lazari fratrum magistro (Archives de l'Orient latin II B, p. 148—149, No. 31). **656**

**1186** Nov. 1.[1]) Accon. — Balduinus V, rex Hierosolymitanus, consensu Raimundi, comitis Tripolitani et totius regni procuratoris,[2]) Joscelino, avunculo et senescalco suo, CCCC bisantios ad fundam Acconis in IV annos recipiendos, donec illos MDC bisantios receperit, quos super eandem CCCC bisantiorum assisiam commodaverat, concedit ac sigillo munit. — Milo, regius pincerna, Gualterius Durus marescalcus, Guillelmus de Molembecca, Gaufridus Heremita, Gerardus de Luco plantato, Gilebertus de Flori, vicecomes Acconensis. Datum per manum Petri, Lyddensis archidiaconi regisque cancellarii (Strehlke, p. 17—18, No. 19; cf. Altpreuss. Monatsschr. 1882, XIX, p. 637, No. 5; p. 645, No. 3). **657**

[1]) Strehlke correxit: 1185, quum paulo post mortem Balduini V Guido de Lusignano medio mense Sept. 1186 coronatus fuerit. [2]) Eracles, p. 3, 4, 6, 8, 10, 12.

(**1187** Jul. exeunt.). — «Principes transmarinae ecclesiae et ceteri christianae professionis homines» Fridericum I certiorem faciunt de clade christianorum a Saladino accepta (Hugonis cont. Weingart. in Mon. Germ. SS. XXI, p. 475). || Haec epistola 23 Nov. in Germania publicata est (ibid.). De epistolis ad tertium bellum sacrum pertinentibus cf. Riezler, Der Kreuzzug Friedrichs I in Forsch. zur deutsch. Gesch. 1870, p. 108—115; Röhricht, Beitr. II, p. 182—183. De toto hoc bello cf. Riezler, l. c. p. 1—149; Röhricht, Beitr. I, p. 112—208; II, p. 130—204, 326—359 et ejusdem Die Belagerung Akkâs (1189—1191) in Forsch. zur deutsch. Gesch. 1876, XVI, p. 483—524. **658**

„ (Jul. exeunt.), ind. V. Tyri in palatio archiepiscopi. — Barones regni Hierosolymitani post cladem apud Manescalciam Tyberiadis acceptam Tyri congressi Januensibus, quos ad defensionem urbis paratos viderint, Tyri libertatem commercii et curiam liberam concedunt curtemque deputant videlicet macellum cum III domibus vicinis, platea et II domorum insulis, quae sunt ante ipsum macellum, deinde domos ei vicinas, quae ex una parte viae publicae, ex altera semitae adjacentes porriguntur ex una parte ad domum Theobaldi Aurificis, ex altera usque ad domum quondam magistri Perri (Petri) Januensis. — Joccius, Tirensis (sigillans), Let(ardus), Nazarenus, Monachus, Caesariensis, archiepiscopi; de baronibus: comes Tripolitanus, comes Joppe, regni senescalcus, Raginus, dominus Sydonensis, Balianus, Galterius Caesareae; Terricus, Templi, Borr(ellus), Hospitalis, praeceptores; Guillielmus Piperata, consul et vicecomes Januensium Tyri, Raimundus Biblii, dominus Guillielmus (de) Tyberiade, Robertus de Pincherebneo (Liber jurium I, p. 346—347, No. 363; cf. Serra IV, p. 144; Regni Hierosol. histor. in Mon. Germ. SS. XVIII, p. 54; Röhricht, Beitr. I, p. 174). || In margine hujus privilegii legitur: «Nota, quod debet esse aliud privilegium factum per dictos barones dicto tempore, scilicet quod (Januenses) debent habere libertatem in Tyro et terciam partem cathenae et casale Sancti Georgii et multa alia, ut continetur in cronica Caphari, sed istud privilegium non est in Janua nec ultra mare, tamen audivi dicere (a) Philippo de Monteforti, domino Tyri, quod unus consul Januensis in Syria vendidit unum nostrum privilegium melius, quod habebamus, unde potest esse, quod fuit istud, sed noluit dicere nomen casalis nec tenorem privilegii» (Ex transscripto lib. jurium VII compil. a chronista Jac. d'Oria fol. 68c in Arch. storico ital. III Ser., VIII, 1868, p. 160; Giorn. Ligust. 1884, p. 350, No. 4; cf. p. 9). **659**

(**1187** Aug.). — Terricus, magnus praeceptor Templi, (a) Urbano III papae, (b) omnibus praeceptoribus et fratribus dicti ordinis, (c) omnibus christianis (d) et Philippo, comiti Flandriae, nuntiat, Saladinum, regis Hierosolymitani exercitu fugato sive caeso, Tyrum obsidere ([a] Annal. Colon. max. in Mon. Germ. SS. XVII, p. 793; Chron. reg. Coloniens., p. 137—138; [b] Bened. de Peterbor. II, p. 13—14; Rog. de Hovedene II, p. 324—325; Gervasius Cantuar. I, p. 375; Chron. Magni presbyt. in Mon. Germ. SS. XVII, p. 507—508; Baronius, Annal. eccles. 1187, No. 4; Migne CCI, p. 1408—1409, No. 4; [c] Radulfus de Diceto II, p. 49—50; [d] ad calcem epistolae, quam Philippus, archiepiscopus Coloniensis, R., episcopo Leodiensi, scripsit de pace Venetiis inter Fridericum I et Alexandrum III facta, in codice CC abbatia St. Ghislani, quem M. Alphonse Wins Montensis asservat (atque inde edidit Röhricht in N. Archiv XVII, p. 623, benignitate Domini Ursmar Berlière O.S.B. usus). Exstat quoque epistola nostra in Cod. London. Addit. 24145, fol. 76b; italice in Cibrario, p. 50—51; Fanucci II, p. 117—119; gallice in Michaud, Hist. d. croisad. ed. H. Bréholles 1862, II, p. 483—484). **660**

( „ Aug.). Fratres Hospitalis ultramarini Archumbaldo, magistro Hospitalis Italiae, nuntiant, a Saladino exercitum regis devictum, ipsum cum multis nobilibus captum ac plurimas christianorum urbes [1]) expugnatas esse (Ansbert, Hist. de exped. Friderici I imperatoris, p. 2—3; Chron. Magni presbyt. in Mon. Germ. SS. XVII, p. 507—508; germanice vertit et illustravit Herquet in Wochenblatt der Johanniter-Ordensballey Brandenburg 1879, No. 49). **661**

[1]) Catalogum urbium et arcium captarum composuit Bened. de Peterbor. II, p. 22—24 (unde Rog. de Hovedene II, p. 321) et annotavit Röhricht in Görgens, Arab. Quellenbeitr. I, p. 292—295; cf. p. 73—75.

„ Aug. Tripoli. — Raymundus III, comes Tripolitanus, [1]) Pisanorum communi liberum commercium ac propriam curiam sigillo confirmat. — Raimundus de Biblio, Ugo de Biblio, Raimundus de Neph(i)nis, Astafortis, Erradus, Guiglielmus Porceleti, Johannes marescalcus, Giraldus vicecomes, Dalmatius de Valciam, [2]) Saisius, Raimundus Constantinus, Johannes de Moneta, Philippus Velox, Bandinus Bec, Guilielmus Cathalanus, Guilielmus Firminus, Francardus . . . . ., Matthaeus cancellarius, cujus manu datum est (G. Müller, p. 25—26, No. 22 [cf. p. 403—404]; Dal Borgo, p. 103—104; Muratori, Antiq. [ed. fol.] II, p. 909—910, [ed. 4$^0$] VI, p. 271—274; cf. Tronci, Annal. Pisan. I, p. 370—371; Archives d. miss. scientif., l. c. p. 355; Heyd I, p. 150). **662**

[1]) Cf. Röhricht, Beitr. I, p. 177, not. 88. [2]) Alias Valriaz.

( „ Sept.). — Bohemundus III, princeps Antiochiae, praelatis christianorum scribit, Ascalonem expugnatam esse et Jerusalem obsideri a Saladino, latorem epistolae Albertum, archiepiscopum Tarsensem et principatus Antiocheni cancellarium, commendans (Denis, Catal. codd. Vindob. I, p. 744—746; Röhricht, Amalrich I in Mitth. d. österr. Instituts f. Geschichtsforsch. 1891, p. 484—485; Chroust, Tageno, Ansbert und die Historia peregrinorum, Graz 1892, p. 202—203). **663**

( „ Sept. exeunt.). — A(malricus), patriarcha Antiochenus, (Henrico II), regi Angliae, nuntiat, Saladinum regem Hierosolymitanum cepisse cum fratre constabulario et Templi magistro necnon pluribus civitatibus potitum urbem Sanctam obsidere eumque, ut celeriter succurrat, monet latores epistolae

Gabilonensem et (Anterium?) Valeniensem episcopos commendans (Bened. de Peterbor. II, p. 36—38; Rog. de Hovedene II, p. 340—342; Baronius 1187, No. 5; Rymer, Foedera I A, p. 39; Migne, Patrol. lat. CCI, p. 1407—1408, No. 2). **664**

**1187** Octob., ind. VI. Tyri in domo Hospitalis. — Corradus, marchionis Montisferrati filius, consilio et consensu magistri Monachi, Caesariensis, Leotardi, Nazareni, archiepiscoporum, Oddonis, Sydoniae episcopi,[1]) Terris, Templi, et Borelli, Hospitalis, magnorum praeceptorum, Pisanis, qui cum ipso Tyrum fortiter defenderint,[2]) sigillo confirmat concessiones a Raimundo, bonae memoriae comite Tripolitano, Tyri factas, scilicet domos, quae fuerunt Templi, cum turre et platea coram ipsis usque ad mare et earum pertinentia, — et sunt positae prope fundacum Pisanorum super murum civitatis —, deinde domos, quae fuerunt quondam Balduini Pisani, cum platea coram ipsis domibus usque ad mare juxta fundacum ibidem sitas, et domos, quae fuerunt Matthaei Johannis Guidi cum platea coram ipsis usque ad mare fundatae, cum pertinentia antea et retro positas a domibus filiorum Balduini usque ad domum Uguiccionis Talliaventi et domos, quae fuerunt Guidi Pisani cum platea usque ad mare positas inter nominatas domos, et domos, quae fuerunt regis, ubi fiebant cartulae, post fundacum Pisanorum. Praeterea concedit plateam portus undique liberam, furnum bucciariae, qui fuit regis, in ruga bucciariae situm et balneum, quod fuit regis, in ruga Templi rugae S. Juliani vicinum. Deinde permittit, ut Tyri II molendina equi et furnum in suis domibus facere possint, sicut continetur privilegio Balduini regis, et confirmat stateram, pensas, modia et mensuras vini et olei necnon extra civitatem molendinum aquae cum domo et aqua a dicto Raimundo comite concessa et casale Talobiae cum II gastinis, Rasalma (Rasalain) cum aedificiis, Sydio et Ainebeddelle, multas alias libertates ac privilegia addens. — De fratribus Templi: Gioffredus Morin, praeceptor Tyriensis, Bertramus Deltana miles, Petrus Sterii (Yterii) miles, Wuillelmus de Vendobre miles, Ugo Gioffrei miles, Achardus capellanus; de domo Hospitalis: Hermengaldus, prior S. Egidii, Willelmus Alvernaccius, Pontius de Baja; de baronibus: Ugo Tyberiadis, Radulfus (Rau), frater ejus, Gualterius Caesareae, Helyas, vicecomes de Nazareth, Eustachius, vicecomes Legionis, Reinerius de Marone, Ubertus de Orgiolo, Iterius de Manni, Amalricus Godescalchi, Wuillelmus de Caineto (Chameto), Ubertus Nepos, senescalcus marchionis. Ansaldus Bonvicinius, Balduinus, frater ejus, Bernardus Templi, Tyriensis vicecomes, Wuillelmus Caym, Matthaeus Johannis Guidi, Simon de Falesia. Datum per manum Bandini, domini marchionis scribae. — Bonacursus quondam Johannis Admirallii, imperatoris Henrici judex, scripsit (G. Müller, p. 26—28, No. 23 [cf. p. 404—410]; Dal Borgo, p. 100—103; Ughelli, Italia sacra III, p. 415—417; cf. Tronci, Annal. Pisan. I, p. 371; Fanucci II, p. 122—123; Archives d. miss. scientif., l. c. p. 360, 365). **665**

[1]) De eo ZDPV. X, p. 30. [2]) Röhricht, Beitr. I, p. 133—134.

„ Octob., ind. VI. Tyri in domo Hospitalis. — Conradus, filius marchionis Montisferrati, consilio Litardi, archiepiscopi Nazareni, necnon Odonis, episcopi Sidoniensis, burgensibus S. Egidii, Montis Pessulani et Massiliae de defensione Tyri optime meritis per manum Petri Cebaldi,[1]) Bernardi Asciae, Bernardi de Bresciacha, Ramundi de Mozano, Petri de

[1]) Legas: Thebaldi.

Mevello, Brisogavaldani Pagani, S. Egidii consulum, ac Petri de Mezoaco vicecomitis liberum commercium et curiam necnon plateam viridem in urbe Tyri, casale, quod dicitur Maraclea, et furnum ante domum dominae Vitae situm concedit et sigillo confirmat. — Gofredus Morinus, praeceptor Templi Tyrensis, Bertrandus Deltana, Petrus, Guillelmus de Vendohe, Hugo, Achardus capellanus, fratres de Templo; de fratribus Hospitalis: Hermengaldus S. Aegidii, Guillelmus, Pontius de Baja; de baronibus: Hugo Litiadis,[2]) Rau, frater ejus, Galterius Caesareae, Helius,[3]) vicecomes Nazarenus, Eustachius, vicecomes Legionis, Rainerius de Marone, Petrus de Orgiolo, Amalricus Godescalis et Guillelmus de Chametto. Datum per manum Baudini,[4]) marchionis scribae (Méry I, p. 190—192; cf. Ruffi I, p. 94; Germain II, p. 1—2). **666**

Legas: [2]) Tiberiadis, [3]) Helias, [4]) Bandini.

**1187** Octob., ind. VI. Tyri in domo Hospitalis. — Corradus marchio in praesentia et consensu supra dictorum Pisanis, si Dei auxilio Joppe a christianis recepta fuerit,[1]) in eadem civitate omnes domos, quas antea habuerunt, et etiam usque ad portam portus ex utraque parte viae et balnea et furnos, quae habuit et tenuit Lambertus de Joppen Pisanus, necnon casale Patriarchae et hortum, qui fuit Gisilberti castellani, et eadem privilegia, quae Pisanis Tyri constitutis dederat, concedit et sigillo confirmat. — Bonaccursus etc. ut No. 665; testes ut supra No. 665 (G. Müller, p. 28—29, No. 24 [cf. p. 404—410]; Dal Borgo, p. 96—99; cf. Tronci, Annal. Pisan. I, p. 371; Archives d. miss. scientif., l. c. II, p. 360). **667**

[1]) Quae urbs a Saladino capta fuit c. 10 Jul. 1187 (Röhricht, Beitr. I, p. 130).

„ Octob., ind. VI. Tyri in castello regis. — Corradus marchio in praesentia et consensu eorundem ac supra Pisanis, si urbs Accon in christianorum manus redierit, donat terram cum domibus, ecclesiis, furnis, balneo et aedificiis a capite Furoris usque ad portam S. Andreae et extra portam usque ad tarsanam et ex transverso a mari portus usque ad mare Burgi novi per viam, quae tendit a capite Furoris et vadit juxta domum Guidotte usque ad mare Burgi novi recta linea et per aliam viam, quae vadit a domo Martini Cercii ad portam Balnei usque ad mare Burgi novi, cum domibus ex utraque parte viae, furno et balneo regis, quae sunt juxta portam, domos, quas in Burgo novo et qualibet civitatis parte Acconis habebant, concedit, deinde donat in partibus Acconis Cabor et hortum, qui fuit Antelmi, et in flumine molendinum secundum a primo molendino, quod est juxta ecclesiam S. Nicolai, et eadem privilegia et libertates sigillo confirmat, quas Pisanis Tyri et Joppae constitutis promiserat. — Bonaccursus etc. et testes ut No. 665 (G. Müller, p. 30—31, No. 25; cf. Tronci, Annal. Pisan. I, p. 371; Heyd I, p. 314). **668**

(**1188** Jan.). — Terricus, quondam magnus praeceptor Templi, (Henrico II), regi Angliae, nuntiat, Urbe Sancta capta christianos adhuc tenere Belliverium a fratribus Hospitalis egregie defensum, Gragcum Montis Regalis, Montem Regalem, Saphet Templi, Gragchum Hospitalis, Margant, Castellum blancum, Tripolitanam et Antiochenam terras; Saladinum vero XXX die Decembris a Conrado marchione pugna navali apud Tyrum commissa devictum fuisse (Bened. de Peterbor. II, p. 40—41; Rog. de Hovedene II, p. 346—347; Baronius 1187, No. 7; Rymer, Foedera I A, p. 39; Paoli,

Codice I, p. 315—316; Migne, Patrol. lat. CCI, p. 1409—1410, No. 10; cf. Cibrario, p. 54—55; exstat quoque in cod. Paris. Bibl. nation. fonds lat. 6238, fol. 15 v). **669**

(**1188** Jan.). — Conradus, Montisferrati marchio, B(elae), regi Hungariae, nuntiat, se, exercitu regis Hierosolymitani devicto et Urbe Sancta capta, Tyrum contra Saladinum feliciter defendisse neque vero christianis praeter Tyrum alia castella nisi Craccum, Montem Regalem, Belveder, Saffetam, Belfort restare, itaque, ut in proximo Aprili succurrat, expetit (E codice Vindob. 984, theol. 300, fol. 29 b ed. Denis, Catal. codd. Vindob. I, p. 742 —744; Theod. Ilgen, Markgraf Conrad v. Montferrat, Marburg 1880, p. 135 —137 [ital. versio ed. Cipolla, Casale 1890, p. 128—130]; Chroust, Tageno, Ansbert, Graz 1892, p. 198—202). **670**

( „ Febr. c.). — * Fridericus I imperator Saladino scribit, se ejusdem litteras ac nuntios olim missos [1]) benigne recepisse, sed nunc, quum Terram Sanctam profanarit, a capite calendarum Novembr. anni MCLXXXVIII evoluto anni spatio terminum praefigit ad experiendam belli fortunam in campo Taneos et terras suas enumerat, quarum incolae virtutibus bellicis ornati et armati ad bellum sacrum accingantur (Itinerar. Ricardi, p. 35—36; Liber de expugnatione Terrae Sanctae, p. 257—259; Bened. de Peterbor. II, p. 62 —63; Rog. de Hovedene II, p. 356—358; Radulfus de Diceto II, p. 49 —50; Matthaeus Paris II, p. 331—332; Rog. de Wendower ed. Coxe II, p. 430—432, ed. Hewlett I, p. 145—146; Giraldus Cambrensis, De instruct. principum, Londini 1846, p. 123—125; Mon. Germ. SS. XXVII, p. 111, 197, 277—278; Prutz, Quellenbeitr. I, p. 100—101; Bouquet XVII, p. 487; Manrique III, p. 204; Petrus Blesensis, Opp. ed. Giles II, p. 173—174; No. 217; Stumpf, Reichskanzler, No. 4570. Exstat quoque in codicibus London. Cotton. Claud. E. VIII et Vindob. Palat., No. 8457, fol. 18; italice versa in Fanucci II, p. 129—131. Cf. Riezler in Forschungen 1870, p. 109 —110). **671**

[1]) De epistolis a Saladino antea Friderico missis cf. Röhricht, Beitr. II, p. 186 —188 et supra No. 658; de Burchardo nuntio ad Saladinum misso (Arnold. Lubecc. in Mon. Germ. SS. XXI, p. 237) cf. Röhricht, Bibl. geogr. Palaestinae, p. 39—40, No. 95.

„ Anno Mahometi 584 (**1188** Mart. 2—**1189** Febr. 18). — Saladinus Friderico I respondet, se ipsius nuntium Henricum (de Dietz) et epistolam accepisse atque paratum esse, ut cum exercitu Alemannorum belli fortunam experiatur, sed, si pacem habere malit, se sanctam crucem, captivos christianos, abbatias varias redditurum, apud S. Sepulchrum sacerdotem et peregrinis idem visitaturis liberum aditum concessurum esse (Itinerar. Ricardi, p. 37—40; cf. p. 41—42; Liber de expugnatione Terrae Sanctae, p. 259 —262; Giraldus Cambrensis, De instructione principum, Londini 1846, p. 125—128; Rog. de Wendower ed Coxe II, p. 430—432, ed. Hewlett I, p. 147—149; Matthaeus Paris II, p. 332—334; Jacobus de Vitriaco, Hist. oriental. in Bongars, Gesta Dei, p. 1157; Mon. Germ. SS. XXVII, p. 198 —199; Prutz, Quellenbeitr. I, p. 101—103; italice in Fanucci II, p. 131 —133; in versus redacta in: Versus magistri Ricardi ed. Prutz in Forsch. 1881, p. 471, Vers. 502—520. De authentia epistolae nostrae cf. Riezler in Forsch. 1870, p. 110; Röhricht, ibid. 1876, p. 523 et N. Archiv 1886, p. 578—579). **672**

(**1188** init.). — Henricus II, rex Angliae, A(malrico) et Heraclio, Antiocheno et Hierosolymitano patriarchis, necnon B(ohemundo III), principi Antiocheno, scribit, se A(nterium), episcopum Valeniensem, ipsorum nuntium benigne recepisse, et animum erigens confirmat, se cum filio crucem assumpsisse mox in Terram Sanctam profecturum (Bened. de Peterbor. II, p. 38—39; Rog. de Hovedene II, p. 342—343; Baronius 1188, No. 16; Rymer, Foedera I A, p. 39). **673**

„ Maj., ind. VI. Tyri in castello. — Conradus, Montisferrati marchio, hominibus Pisanis de defensione Tyri bene meritis societatis Vermiliorum[1]) qui sunt vel erunt in civitate Acconis, domos, balneum et furnum, si ibi est, et ecclesiam S. Petri[2]) et totam terram vacuam donat, quae extenditur a funda regis usque ad portam Jofredi Torti, a via publica, quae est a funda regis recta linea a porta civitatis prope cimeterium et ex alia parte usque ad mare, deinde II millia bisantiorum ad fundam et catenam Acconis singulis annis percipiendos, extra civitatem Acconis molendinum et hortum, in partibus Acconis casale S. Georgii, quod fuit Henrici Bufali, et Castellum novum regis, quod habebat comes Tozolinus[3]) cum pertinentiis et alia jura sigillo confirmat. — Paganus de Caypha, Obertus Nepos, Lovellus, quondam Tyri castellanus, Bertrandus[4]) de Templo, tunc Tyrensis vicecomes, Bellamutus, Obertus Orgioli. — Bonacursus etc. ut supra No. 412 (G. Müller, p. 33, No. 27; Dal Borgo, p. 104—106; Tronci, Memorie, p. 156, Annal. Pisan. I, p. 380—381; Lünig, Cod. diplom. I, p. 1059; cf. Archives d. miss. scientif., l. c. II, p. 360; Heyd I, p. 311). **674**

[1]) De quibus Müller, p. 407 et Tiraboschi, Vetera Humiliatorum monumenta, Mediolani 1766—1768, 3 voll. 4°. [2]) Quam Theobaldus, quondam episcopus Acconensis, in parochialem ecclesiam erexit, sed Innocentius IV (10 Jun. 1247), quum Pisani Friderici II partes fideliter sequuti sint, in capellam episcopo Acconensi tamquam ordinario subditam reducere jubet (Robertum), patriarcham Hierosolymitanum, (Nicolaum), archiepiscopum Tyrensem, et (Petrum?), episcopum Sidoniensem (Mon. Germ. Ep. II, p. 284—285, No. 389; Berger, No. 2801). Idem (25 Maj. 1248), quum Pisani Acconem appellentes semper vexilla Friderici II portare ipsaque in ecclesia extensa ponere solerent, hoc fieri vetat (Mon. Germ. Ep. II, p. 400, No. 565; Berger, No. 4104; Potthast, No. 12942). [3]) Aperte legendum est: Jozelini. [4]) p. 35: Bernardus; cf. supra No. 665.

„ Maj., ind. VI. Tyri in castello. — Conradus, marchio de Monteferrato, consensu Terrici, magni praeceptoris, et Gaufredi Morini, marescalci Templi,[1]) necnon Borrelli, magni praeceptoris Hospitalis et Hermengaldi, prioris S. Egidii, Rainaldi Sydoniensis[2]) Gualterii Caesareae et aliorum capitaneorum, va(l)vassorum et militum Tyri congregatorum Pisanis societatis Vermiliorum de urbis Tyri defensione optime meritis concedit furnum in civitatis Tyri ruga S. Johannis et in partibus Tyri casalia Zoie, Misdele, Tiaretine, Aithiti, Elfrerachie, Derdegaie, Mediesarche, Darchife, Marcumsaccair, Darzibine, Orache, insuper varia jura concedit et sigillo confirmat. — Testes ut supra No. 674; Bonacursus etc. ut supra No. 412 (G. Müller, p. 34—35, No. 28; Moriondus, Mon. Aquensia, Taurini 1790, II, p. 539, No. 38; Dal Borgo, p. 106—108; Muratori, Antiq. [ed. fol.] II, p. 911—912, [ed. 4°] VI, p. 273—276; cf. Archives d. miss. scientif., l. c. p. 360). **675**

[1]) Qui in obsidione Acconis mortuus est (Bened. de Peterbor. II, p. 94). [2]) Sigillum ejusdem describitur in Revue numismat. 1891, p. 227.

(**1188**) Sept. 20. Tyri. — Conradus, filius marchionis de Monte Ferrario, (Balduino), archiepiscopo Cantuarensi,[1]) desolationem Terrae Sanctae exponit et conqueritur de Guidone «quondam rege», magistro Templi, qui eleemosynam regis Angliae[2]) sibi subtraxit et cismarinis magnatibus sibi invidentibus, laudat vero fratres Hospitalis, qui ultra dictam eleemosynam plusquam VIII millia brabantinorum in obsequio Tyri expenderunt, denique supplicat, ut reges et populos christianos ad liberandam Terram Sanctam excitet, latores epistolae magistrum Bandanum, cancellarium et secretarium, necnon Johannem militem commendans (Radulfus de Diceto II, p. 60—62; Rog. de Wendower ed. Coxe II, p. 436—437, ed. Hewlett I, p. 153—154; Matthaeus Paris II, p. 338—339; Baronius 1187, No. 8; Nakielski, Miechovia, p. 76; Paoli, Codice I, p. 314—315; Schiavina, Annal. Alexandr. in Mon. histor. Patriae SS. IV, p. 65; cf. Ilgen 91, ed. Cipolla 87). **676**

[1]) Praeterea Conradus noster epistolas misit ad Fridericum I, Philippum Augustum, regem Franciae, Richardum, regem Angliae, Guillelmum, regem Siciliae, ad Pisanorum et Januensium potestatem (Ottobonus in Mon. Germ. SS. XVIII, p. 102), et in Chron. regia Colon. ed. Waitz 141 epitome epistolae (Nov. Dec. 1188 ad Fridericum I scriptae) asservatur, qua conqueritur de rege Guidone quibusdam castellis Saladino redditis liberato, de Philippo, comite Flandrensi, et fratribus Templi, qui invidiosi ipsum in multis gravarent plus quam Saraceni et argenti pondus, quod rex Angliae ad subsidium Terrae Sanctae miserat, diripuerint.
[2]) qui «praecipuus terrae Palaestinae sustentor» vocatus est, quum annis 1182 et 1184 multum pecuniae in subsidium Terrae Sanctae assignaverit (Eracles, p. 46—47; Röhricht in Hist. Zeitschr. ed. v. Sybel 1875, XXXIV, p. 11, Not. 2).

„ Octob. 6. (Hierosolymis?). — Raymundus Berengarius,[1]) provisor Hospitalis, sororibus de Sixena regulam sigillo confirmat. — Verrellus,[2]) praeceptor Hierosolymitanus, Archimbaldus, praeceptor Hospitalis in Italia, Arlabandus,[3]) praeceptor Hospitalis Armeniae, Martinus[4]) praepositus, Lambertus marescalcus, Jofridus de Andabila (Paoli I, p. 312; Bosio I, p. 387; cf. Herquet, Chronologie, p. 20—25). || Hoc privilegium Coelestinus III (3 Jun. 1193) confirmat (Jaffé-Löwenfeld, No. 17013). **677**

[1]) Hoc nomen errore scribae exortum esse ex «Fr. Hermengerius», exposuit Herquet, p. 24. [2]) Alias: Borellus. [3]) Alias: Arlebodus, prior Alemanniae (Herquet, p. 22). [4]) Praeceptor Bohemiae.

( „ Nov.). — Hermenger, Hospitalis provisor,[1]) Leopoldo, duci Austriae nuntiat, Saladinum Tortosam cepisse et excepta turri Templariorum destruxisse, pariter Valeniam, Gabulum, Laodiceam, Saonam, Gordam, Caveam, Rochefort, Tarpasac, Gaston expugnasse, Margatum et Antiochiam in manibus christianorum adhuc esse, Cractum vero et Montem Regalem se Saladino dedisse, de Saphet Templi ac Videbello Hospitalis nihil sciri (v. Hormayr, Archiv 1825, p. 520; Ansbert, p. 3—4; cf. v. Meiller, Babenberger Regesten, p. 66, No. 41; Görgens, Arab. Quellenbeitr. I, p. 110. Herquet epistolam nostram germanice vertit et notis illustravit in Wochenblatt der Johanniter-Ordensballey Brandenburg 1879, No. 49). **678**

[1]) De quo Herquet, Chronologie, p. 24—25.

„ Nov. Riualti. — Aureus Mastropetrus, dux Venetorum, ut omnes Veneti ad tempus Paschae anni proximi Venetias sese recipiant ad recuperandam Terram Sanctam se accincturi, mandat (Tafel-Thomas II, p. 204—206, No. 73). **679**

**1189** April., ind. VII. Tyri. — Bohemundus III, princeps Antiochiae, consensu uxoris Sibyllae et filii Raimundi Januensibus, quod ad necessitatem

Antiochiae auxilium obtulerunt, Antiochiae curiam, Laodiceae ac Gabuli curiam et libertatem exceptis proditione, homicidio et furto concedit et sigillo confirmat. — Gervasius de Jarmavia,[1]) senescalcus Antiochiae, Milo de Colovardino, Petrus de Ravandello, Johannes Paschalis, Saxus de Tripoli. Datum per manum Radulfi clerici sub Alberto, principis Antiocheni cancellario et archiepiscopo Tarsensi (Röhricht, Amalrich I, p. 488; cf. Mém. de l'Institut 1818, III, p. 106—107). **680**

[1]) Male scriptum pro: Sarmania.

(**1189** aestate). — Sibylla, regina quondam Hierosolymitana, Friderico I scribit, Saladinum cum imperatore Constantinopolitano foedus impium iniisse, et rogat, ut antedicti imperatoris nuntiis fidem dare nolit (Tageno in Freher, SS. I, p. 410). || Hanc epistolam Fridericus I autumno vel hieme 1189 in Graecia accepisse videtur (Riezler in Forsch. 1870, p. 113). **681**

„ Sept.[1]), ind. VII. Tyri. — Conradus, marchionis Montisferrati filius, Martino Rociae (Rochiae) Januensi pro bonis servitiis Tyri exhibitis domum Theodori Suriani cum pertinentiis donat et sigillo confirmat. — Ansaldus Bonivicini, Obertus Malus, Osellus, Franciscus de Portu Veneris, Oreicus Graucius, Guillelmus de Valga (Strehlke, p. 21—22, No. 24; cf. p. 124). **682**

[1]) Ante 4 Sept. scriptum, quo die Conradus cum multis praelatis et peregrinis Tyro Acconem mari profectus est (Radulfus de Diceto II, p. 70; cf. Röhricht in Forsch. z. deutsch. Gesch. 1876, p. 490—491).

„ Nov. 19, ind. VII. In obsidione Acconis. — Guido, rex Hierosolymitanus, verbo tenus repetit ac sigillo confirmat privilegium a Conrado marchione Pisanis datum (supra No. 665).[1]) — Gaufridus de Lezeniaco, Aimericus, regius conestabulus, Balianus de Ibilino, Ugo Tyberiadis, Willelmus Tyberiadis, Gaufridus Tortus, Galganus de Cheneche, Alelmus Bellus. Datum per manum Petri, regii cancellarii et archidiaconi Tripolitani. — Bonacursus etc. ut supra No. 412 (G. Müller, p. 36—38, No. 31 [cf. p. 410—413]; Dal Borgo, p. 108—111; Muratori, Antiq. [ed. fol.] II, p. 913—916, [ed. 4⁰] VI, p. 275—282; cf. Tronci, Annal. Pisan. I, p. 382; Archives d. miss. scientif., l. c. p. 360, 363). **683**

[1]) Unde, quod marchionis mentionem non facit, colligi potest, quod inter eum et regem magna discordia orta fuit.

„ Nov. 19, ind. VII. In obsidione Acconis. — Guido, rex Hierosolymitanus, privilegium supra (No. 668) memoratum repetit et sigillo confirmat. — Gaufridus de Lesegnia, Gazellus de Tyro, Aimericus, regius conestabulus, Balianus de Ibelino, Hugo de Tabaria, Guilielmus de Tabaria, Gaufridus Tortus, Gaufridus, filius ejus, Galganus de Cheneche. Datum per manum Petri, regii cancellarii et archidiaconi Tripolitani. — Bonaccursus etc. (G. Müller, p. 38—39, No. 32; Bonaini, Diplomi Pisani, p. 99; cf. Tronci, Annal. Pisan. I, p. 382). **684**

„ (exeunte anno). — Isaac Angelus, imperator Constantinopolitanus, epistola Saladini certior factus, legatum suum mortuum esse, eundem rogat, ut sibi, quae antedictus reliquerat, per legatum transmittenda curet, ac nuntiat, Theutonicos variis damnis tantopere attenuatos esse, ut ad regiones Saladini neutiquam possint pervenire, sin pervenerint, iisdem neutiquam possint nocere (Bohâ ed-dîn ed. Schultens, p. 130—131; Rec. d. hist. d. croisad., aut. orient. III, p. 174—175; cf. Riezler in Forsch. 1870, p. 113). **685**

(**1189** Nov. c.). — Azz ed-dîn Kilidsch Arslân, soldanus Iconii, Friderico I auxilium contra hostes et forum optimum pollicetur (Ansbert, p. 51; excerptum). || Filius et successor antedicti soldani Kutb ed-dîn paulo post Friderico I obsequium et auxilium promittit (ibid. 52 excerptum; epistola ejusdem in Hist. peregrinorum p. 515—516 exstans ficta est). **686**

( „ ). — *Willelmus, «Dei gratia provincialis episcopus et frater S. Ecclesiae Dominicae Resurrectionis», epistola exponit, christianos fere totam Terram Sanctam amisisse (Röhricht, Beitr. I, p. 189—193). **687**

( „ c.). — Epistola christiani transmarini, qua refert de impio foedere inter imperatorem Constantinopolitanum et Saladinum soldanum contra Latinos, inprimis contra Fridericum I imperatorem facto (Chron. Magni presbyt. in Mon. Germ. SS. XVII, p. 511—512). || De Isaaco Angelo confoederato Saladini et rebus Constantinopolitanis accuratissime neque tamen verissime referunt legati regis Franciae (Sept. 1188?) Constantinopoli versantes (Bened. de Peterbor. II, p. 51—53; Rog. de Hovedene II, p. 355—356; Radulfus de Diceto II, p. 58—60). **688**

**1190** (1191) Mart. 7, ind. IX. — Boamundus III, princeps Antiochenus, Raimundi bonae memoriae principis filius, consensu Raimundi filii et uxoris Sibillae Hospitali ejusque praeceptori Antiocheno Aldeberto hereditatem, quam homines principis duo, quorum uterque Theodorus nominatur, vendiderant, in qua continetur ecclesia S. Theodori, sigillo confirmat et donat unam rugam sibi propriam, «cujus caput est ante domum et prope domum domini Petri . . . . . usque ad rugam illam, quae tendit ad fontem del Naquaire.» — Gervasius de Sermania, senescalcus Antiochiae, Oliverius camerarius, Johannes, frater ejus, Petrus de Hasart, Petrus de Logiis, Richerius de Arminat, Bartholomaeus [1]) marescalcus, Radulfus de la Rivera, castellanus Antiochiae, Willelmus de S. Paulo, dux Antiochiae. Datum per manum magistri Alberti, Tharsensis archiepiscopi et cancellarii principis, principatus anno XXVII (Paoli I, p. 251, No. 210; cf. Delaville le Roulx, p. 23). **689**

[1]) De quo Eracles, p. 207—208.

„ April. 10, ind. I (VIII). In obsidione Accon. — Guido, rex Hierosolymitanus, consensu uxoris Sibillae omnibus Amalfitanis liberum aditum et exitum, immunitatem, libertatem terciariae, ancorandi et ancoragii omnium navium necnon curiam liberam, qualem habent Venetiani, Pisani et Januenses in civitate Accon, denique domum Acconensem pro bono servitio, quod christianitati fecerunt, concedit ac sigillo confirmat. — Comes Jocelinus, regius senescalcus, Hugo Thyberiadis, Gaufridus Fortus [1]) (sic), Galganus de Cheneche, Alelmus Bellus, Raynerius de Gibeleto, Antellinus de Lucca,[2]) Raymundus de Nefra. Datum per manum Petri, regii cancellarii et ecclesiae Tripolitanae archidiaconi (Camera I, p. 201; Böhmer-Ficker, Acta imp. selecta, p. 609—610, No. 897; cf. Heyd I, p. 314). **690**

Böhmer: [1]) Tortus, [2]) Luca.

„ April. 11, ind. VIII. Tyri in hospitio Bernardi, vicecomitis de Tyro. — Conradus, marchionis Montisferrati filius, dominus Tyri, Sidonis et Berithi,[1]) quum Januenses in defensione Terrae Sanctae necnon in obsidione

[1]) Conradus dominum non regem sed trium supra dictorum urbium tantum se vocat, quas exeunte Februario pacto cum rege Guidone facto acceperat (Itinerar.

urbis Accon [2]) fortissimos se praebuerint, eorum consuli Guidoni Spinulae Tyri libertatem commercii et curiam liberam sigillo suo concedit necnon casalia S. Georgii, Oracam, magnum hortum reginae, parvum hortum sub castelleto positum, hortum parvum intra murum prope castellum et magnum molendinum regis, deinde balnea ante domum Fulconis de Falesia, furnum de Burgo novo cum volta vicina, macellum cum tribus domibus, plateam hinc et inde et eidem macello vicinam, quae porrigitur usque ad domum Habrahae piscatoris, universas domus de duabus insulis, quae sunt ante macellum et porriguntur ex una parte usque ad domum Tebaldi aurificis, ex altera ad domum magistri Petri Januensis, ut in privilegio Raimundi, comitis Tripolitani, continetur. [3]) Praeterea donat tertiam partem redditus catenae Tyrensis, domum, quae fuit Opicionis Lombardi supra portum sitam, cui cohaerent ex una et altera parte domus Oberti de Sandala et Gandulfi Saonensis, cui anteest via publica, retro via privata, denique omnia tenementa, quae Opicio post domum antedictam ultra viam privatam habebat. — Ansaldus Bonivicini, castellanus Tyri, Balduinus, frater ejus, Gullielmus de Olcimiano, Azo de S. Salvatore, Azo de Valentia, Johannes Stralera, Balduinus Comes, Ogerius Panis, Hugo Lercarius, Belmustus, frater ejus. Factum per manum magistri Odonis, marchionis cancellarii (Liber jurium I, p. 357—359, No. 374; Archives d. miss. scientif., l. c. II, p. 359—360; cf. Regni Hierosol. hist. in Mon. Germ. SS. XVIII, p. 54; Heyd I, p. 313). **691**

Ricardi, p. 79). Aperte Conradus favorem Januensium acquirere voluit, postquam Pisani Guidonis partes sequi constituerunt. [2]) Itinerar., p. 81, 84, 151; Röhricht in Forsch. 1876, p. 497, 501. [3]) Cf. supra No. 659.

**1190** April. 14, ind. VIII. Tyri. — Joscius, archiepiscopus Tyrensis, ad petitionem Conradi marchionis Januensibus Tyri constitutis concedit, ut capellam novam [1]) fundent et quibusdam juribus fruantur itaque capellanum, sed archiepiscopo obediturum, instituant. — W., decanus Acconensis et archidiaconus Cenomanensis, G. archidiaconus, P. praecentor, G. thesaurarius, Johannes et Eustachius, canonici Tyrenses; de Januensibus: Guido Spinula consul, W., marchio de Bosco, Rufus de Volta, Ansaldus de Nigro, Opicio de Sauri; Turdanus presbyter et magister Blancus, canonici Januenses. — Joscius, Tyrensis, (Bonifacius), Januensis, archiepiscopi, Conradus marchio et Guido Spinola consul sigillant (Ughelli IV, p. 876—877; Lünig, Cod. diplom Ital. IV, p. 1915—1918, No. 5). || De eadem re Joscius supradictus (14 April. 1190) Bonifacio, archiepiscopo Januensi, scribit (Ughelli IV, p. 877—878; Lünig, l. c. p. 1915—1918, No. 4) et Coelestinus III capitulo Januensi (1 Febr. 1192) capellae Tyri condendae facultatem ab Joscio supradicto concessam confirmat (Jaffé-Löwenfeld, No. 16 808), deinde Innocentius III (23 Jan. 1213) archiepiscopo et capitulo Tyrensibus mandat, permittant, ut ecclesia B. Laurentii, quam canonici Januenses Tyri possident, suorum parochianorum liberam sepulturam et alia ecclesiastica sacramenta sine molestia habeat (Potthast, No. 4663). **692**

[1]) Nescimus, quae «abbatia de Tyro ad meliorationem» intelligenda sit, quam Innocentius II (25 Maj. 1133) Syro, archiepiscopo Januensi, inter alias possessiones, salva S. Romanae ecclesiae proprietate et censu, concedit (Desimoni in Atti Ligure XIX, 1887, p. 93—97, No. 90; Jaffé-Löwenfeld, No. 7620).

„ Maj. 4. In obsidione Acconis. — Guido, rex Hierosolymitanus, cum Sibilla uxore, Januensibus de obsidione Acconis optime meritis per

manum Guidonis consulis jura et privilegia in civitate Accon, priusquam ab hostibus capta fuit, possessa confirmat et alia addit. — Conradus marchio, dominus Tyri, Aimericus, conestabularius regius, comes Joppe, regni senescalcus, Hugo Tyberiadis, Gaufredus Tortus, Galganus de Cheneche, Ganzellus. Datum per manum Petri, regii cancellarii et ecclesiae Tripolitanae archidiaconi (Liber jurium I, p. 359—360, No. 375; cf. Mém. de l'acad d. inscript. 1818, III, p. 106; Archives d. miss. scientif., l. c. II, p. 352, 362; Serra IV, p. 144; Heyd I, p. 313). **693**

(**1190** c. Jul. vel Aug.). Rûm kalʿa. — Gregorius IV,[1]) catholicus Armeniorum, Saladino nuntiat, quae Fridericus I ejusque exercitus Graeciam et Asiae partes interiores ingressi usque ad ejusdem imperatoris mortem gesserunt[2]) (Bohâ ed-dîn ed. Schultens, p. 120—123; Imâd ed-dîn ed. Petermann in Wochenblatt der Johanniter-Ordensballey Brandenburg 1873, p. 176, No. 30; Wilken, Gesch. d. Kreuzzüge IV, app. p. 3—6, No. 1; Rec. d. hist. d. croisad., aut. arab. III, p. 161—164; Görgens, Arab. Quellenbeitr. I, p. 131—132, 139; cf. Riezler in Forsch. 1870, p. 113—115; Röhricht, Beitr. II, p. 202; Dulaurier, Recherches sur la chronol. armén. I, p. 327—328 et in Journ. asiat. 1861, XVII, p. 402, qui falso putat, Gregorium Dgha [† 16 Maj. 1189], antecessorem Gregorii supradicti, epistolam nostram scripsisse). **694**

[1]) Eidem exemplum Lucii III (Jaffé-Löwenfeld, No. 15340) imitatus Clemens III librum rituum ecclesiae Romanae mittit (ibid. No. 16463; Löwenfeld in N. Archiv XIV, p. 182) eumque monet, ut Leonem, principem Armeniae (Jaffé-Löwenfeld, No. 16461; N. Archiv XIV, p. 179) ad christianis bellum sacrum gesturis auxilium ferendum excitet (ibid. No. 16462 et N. Archiv XIV, p. 179—182). Ceterum conferas Vetter, Nerses v. Lamprons Bericht über d. Tod Kaiser Friedrich I in: Hüffer, Hist. Jahrb. 1881, p. 288—291; Rec. armén., p. 440. [2]) Secundam epistolam ad Saladinum catholicus supradictus scripsit (Bohâ ed-dîn ed. Schultens, p. 124—125; Rec. d. hist. d. croisad., aut. arab. III, p. 166—167), qua nuntiat, Germanos inopia et aegritudine paene attritos esse.

„ Sept. 1, ind. VIII. — Boamundus III, princeps Antiochiae, consensu uxoris Sibillae Januensibus in civitatibus Antiochiae, Laodiciae et Gabuli necnon in aliis capiendis plenariam commercii libertatem concedit et sigillo munit. — Hugo de Logiis, Radulfus constabularius, Gervasius senescalcus, Petrus de Logiis, Petrus de Halardo (Basardo), Oliverius camerarius (Comasti), Bartholomaeus marescalcus, Oddo de Mayre (Maira), Hugo de Curbulio (Corbubo), Willielmus de S. Paulo, dux Antiochiae. Datum per manum Auberti, archiepiscopi Tarsensis et curiae principalis cancellarii (Liber jurium I, p. 364, No. 379; Ughelli IV, p. 878—879; Dumont, Corps diplom. I A, p. 115; Lünig, Cod. diplom. Ital. II B, p. 2087—2089, No. 9; cf. Dulaurier in Journ. asiat. 1861, XVIII, p. 319). Hoc privilegium (c. 1277) Johannes Amici de Suxilia notarius auctoritate Guillelmi Auriae, potestatis Januensis, transscribit coram Bonacurso O. Pr., archiepiscopo Tyrensi, Bartholomaeo, episcopo Baruthensi, et Johanne de Monteforti, domino Tyri et Toronis (Ughelli IV, p. 878—879). **695**

„ Sept. med., ind. VIII. In obsidione Acconis. — Guido, rex Hierosolymitanus, cum uxore Sybilla hospitali Theutonicorum domum Acconensem, in qua Armeni et patrones (?) hospitari solebant, vel si hoc fieri non possit, plateam huic domui vicinam, ut ibi hospitale aedificetur, per manum magistri Sibrandi, qui hoc hospitale incepit et aedificavit in obsidione Acconis,

necnon IV carrucatas terrae Acconensis concedit et sigillo confirmat. — Comes Joscelinus, regis senescalcus, Anzellinus,[1]) regis constabularius, Henfridus Montis Regalis, Hugo Tyberiadis, Rainaldus Sydonis, Gaufridus Tortus. Datum per manum Petri, regii cancellarii et ecclesiae Tripolitanae archidiaconi (Mitth. aus dem Gebiete der Gesch. Liv-, Esth- und Kurlands, Riga 1868, XI, p. 498—500, No. 1; Strehlke, p. 22, No. 25; cf. p. 124). **696**

[1]) Strehlke corrigit: Amalricus.

**1190** Octob. 25 (April. 24), ind. VIII. In obsidione Acconis. — Guido, rex Hierosolymitanus, civibus Massiliae de obsidione urbis Acconis optime meritis per manum Bertrandi Sardae (Sardi), Anselmi (Antelmi) de Marsilia, Stephani Johannis, Raymundi de Posque(i)res, (Basac), Raymundi de Saona, Hugonis Fer(r)i, nepotis Anselmi (Ant.), Petri Anudae (Aondae, Giraldi Adreer), Galterii Anglic(i), Guillelmi Bernardi (et Berardi Galti), Giraldi Tati, Bertrandi Caminali, Willelmi de Posqueres, Pontii de Revest, Berengerii, Fulconis Rostagni et Bertrandi (Aundae) in urbe Accon liberum commercium et liberam curiam concedit et sigillo confirmat. — (Comes Jocelinus, regius senescalcus, Aimericus, regius constabularius, Hugo (de) Tiberiade, Gaufridus Tortus, Galgarius de Cheneche, Alelmus Bellus, Raymundus Babyn). Datum per manum Petri, regis cancellarii et ecclesiae Tripolitanae archidiaconi (Méry I, p. 194—195; Papon II, p. XXV—XXVII, No. 25; Guesnay, Annal. Massiliae, Lugdun. 1657, p. 335—336; cf. Ruffi I, p. 95; Germain II, p. 2; Vita S. Cassiani, p. 585; Bréquigny IV, p. 125; De Mas Latrie I, p. 23—24, not. 9; Heyd I, p. 313). || Uncis inclusa Papon offert. **697**

**1191** (1192) Jan. 31, ind. X. Apud Accon. — Guido, rex Hierosolymitanus, pro salute Sibillae reginae bonae memoriae, Hospitali per manum Guarnerii magistri in urbe Accon viam, «quae protenditur a porta S. Johannis ad parvum mare juxta turrim Hospitalis et subtus voltas scalae ipsius turris, ut eam . . . . . . porta S. Johannis usque ad introitum praefatae voltae a parte maris . . . . . . . plateam curiae Hospitalis amplient», sigillo donat et mandat, ut «strata illa ante domum . . . . . . . . ad balnea vertat usque in aliam stratam, quae ante balnea porrigitur». — Gaufridus de Lezig(niaco), comes Joppes, Aimericus constabularius, Hugo Martini marescalcus, Galvenius de Cheniche, Galterius Bellus,[1]) vicecomes Acconensis, Rennerius de Gibeleto, Johannes Boug,[2]) Baldoinus de Cypro, Thomas camerarius, Philippus Morosinus. Factum per manum Petri, episcopi Tripolitani [3]) et regis cancellarii (Paoli I, p. 85—86, No. 79; cf. Delaville le Roulx, p. 23). **698**

[1]) Alias: Lobel. [2]) Sine dubio: Burgundus. [3]) De quo ZDPV. X, p. 32.

„ Febr. 2.[1]) — Garnerius de Neapoli, magister Hospitalis, domui Theutonicorum Acconensi per manum Gerardi magistri terram et hereditatem Galopini cedit et sigillo confirmat. — Fratres: Guillelmus de Meleriis, bajulus domus Acconensis, Robertus, ejusdem domus prior, Robertus thesaurarius; Petrus Falcon,[2]) Selet, Pipinus, filius Frederici, Hubertus Vulpis, Cornele Majal, Jacobus de la Clare, Pisanus, Bauduinus [3]) (Dudik, Des hoh. D. Ritterordens Münzsammlung, Wien 1858, p. 49; Mitth. etc. XI, 1868, p. 119, No. 2; Strehlke, p. 23, No. 26; cf. p. 124). **699**

[1]) Strehlke correxit: 1192; quum Accon mense Jul. 1191 a christianis capta fuerit, putare licet, auctori privilegii annum 1192 in festivitate paschali sive in annuntiatione S. Mariae initium habuisse. Strehlke, p. 24: [2]) de Falconio, [3]) de Cypro.

**1191** Febr. 6. Laterani. — Coelestinus III fratrum Theutonicorum ecclesiae S. Mariae Hierosolymitanae protectionem suscipit (Strehlke, p. 262, No. 295; R. baro de Toll in Mitth. aus dem Gebiete d. Gesch. Liv-, Esth- und Kurlands, Riga 1865, p. 118, No. 1; Hennes, Cod. diplom. Theuton. I, praef. p. III; Dudik, Des hoh. D. Ritterordens Münzsammlung, Wien 1858, p. 45; v. Pettenegg I, p. 2, No. 4; Jaffé-Löwenfeld, No. 16667). **700**

„ Febr. 10,[1]) ind. X. Accon. — Guido, rex Hierosolymitanus, pro salute animae Sibillae uxoris Curaudo,[2]) fratrum Theutonicorum praeceptori, terram Acconensem, in qua domus et hospitale ipsorum est, a Femiano et uxore Dulce necnon Johanne filio sibi concessam nunc D bisantiis et equo acceptis sigillans vendit. Hujus vero terrae fines sunt: a II gradibus turris perforatae (ita ut gradus remaneant extra clausuram domus Theutonicorum a parte turris, prout divisa est inter fratres Theutonicos et S. Thomae) usque in stratam publicam, quae extenditur ad portam S. Nicolai, ab inde ad plateam et curiam, sicut strata est hospitalis Armeniorum, a platea equidem illa usque ad murum civitatis et exinde, prout murus adjacet terrae, usque ad praedictos gradus, hoc tamen retento, ne aedificium in muro vel juxta murum faciant, quo gentes impediantur, quominus praetaxatis gradibus muros ad defensionem civitatis ascendere vel descendere possint. — Theobaldus, episcopus Acconensis, Robertus de Sablolio, magister Templi,[3]) Garnerius de Neapoli, magister Hospitalis,[4]) Gaufridus de Lezigniaco, comes Joppensis, Aymericus conestabilis; Adam Brion, Templi militum senescalcus, Guillelmus de Viliers, praeceptor Hospitalis Acconensis; Ugo de Tyberiade, Guillelmus Fortis, Ugo Martini mariscalcus, Galvegnus de Cheniche, Galterius Bellus [5]) vicecomes, Reinerius de Gibeleto; consules Pisani videlicet: Bartholomaeus de Tegrin, Selletus, Petrus de Falconio et de aliis Pipinus, filius Frederici, Robertus Vulp, Jacobus de Clar, Aselmus Bellus, Baldoinus de Cypro. Datum per manum Petri, cancellarii regis et episcopi Tripolitani (Mitth., p. 119—121, No. 3; Dudik, p. 50; Strehlke, p. 23—24, No. 27; cf. p. 122). **701**

[1]) Corrigatur 1192. [2]) Idem esse videtur ac Gerardus alias vocatus (supra No. 699) sive capellanus ducis Friderici, qui hospitali Theutonicorum primus praefuit (SS. rer. Pruss. I, p. 221). [3]) Antea ammiratus classis Richardi I regis, qui cum Garnerio, magistro Hospitalis, apud Limissol (12 Maj. 1191) chartam ejusdem subscribit (Martène, Ampl. Coll. I, p. 995—996; cf. Röhricht in Hist. Zeitschr. ed. v. Sybel XXXIV, p. 41, 49; Eracles, p. 130). [4]) Antea prior Hospitalis in Anglia (Paoli, Dell' origine, p. LV, No. 29; Herquet, Chronologie, p. 26—35); sigillum ejusdem prioris describit Delaville le Roulx in Mélanges d'archéolog. et d'hist. de l'école d'Athène et de Rome 1881, I, p. 373, 377. [5]) Cf. Lois I, p. 425.

„ Octob. 26, ind. IX. In exercitu Joppe. — Guido, rex Hierosolymitanus, precibus Richardi I, regis Angliae,[1]) Januensibus de obsidione Acconis

[1]) Idem (11 Octob. 1190 Accon) Januensibus supplicaverat, ut sibi proxima aestate contra Aegyptum et Alexandriam bellaturo magno apparatu succurrerent, pollicens, se iis de terra Saracenis eripienda sive erepta haud parvam portionem concessurum et medietatem expensarum pro classe mittenda soluturum esse Maurinum, olim Januensium consulem Syriae latorem epistolae, commendans (Liber jurium I, p. 365—366, No. 381; cf. p. 366, No. 382; The antiquary 1881, IV, p. 57—58). Pariter Philippus, rex Franciae (Jan. Aug. 1190) eisdem privilegia et immunitates largitur possidenda, si Terram Sanctam recuperare contigerit (Liber jurium I, p. 368—369, No. 384; cf. Toeche, Heinrich VI, p. 107, not. 11; Heyd I, p. 313). Richardus postea Pisanis et Guidoni, Philippus Januensibus et Conrado marchioni favit (Bened. de Peterbor. II, p. 170—171).

optime meritis per manum Morini, filii Rodoani de Plathea longa, consulis privilegium (supra No. 693) memoratum repetens confirmat. — Gaufridus de Lozigniato, comes Joppe, Aymericus, constabularius regni Hierosolymitani, Hugo Tyberiadis, Galganus de Cheneche, Gaufridus Tortus, Ugo Martini, Ganzellus. Datum per manum Girardi, capellani regis (Liber jurium I, p. 380—381, No. 392; cf. Archives d. miss. scientif., l. c. p. 362; Heyd I, p. 313). **702**

**1191,** ind. IX. In castello Tyri. — Corradus, marchio Montis ferrati, cum Isabella uxore,[1]) filia quondam regis Amalrici I, Guelfo et Mathensi, consulibus Pisanorum,[2]) omnia privilegia regio et suo sigillo confirmat, quae Tyri et extra eandem civitatem valitura acceperunt et sicut in tenore concordiae inter ipsum et consules Pisanorum pro eorum communi a Manfredo Pitthi, Gualfredo et Philippo, arbitris electis, constituta erant. — Balianus, Rainaldus Sydoniae, Paganus de Caypha, Manfredus Pitthi, Bruscus, Parason et Ascianensis. Datum per manum Bandini cancellarii. — Bonaccursus etc. (G. Müller, p. 39—40, No. 33 [cf. p. 413—414]; Moriondus, Mon. Aquens. II, p. 541, No. 42; Dal Borgo, p. 112—113; Muratori, Antiq. [ed. fol.] II, p. 915—918, [ed. 4°] VI, p. 281—284; cf. Tronci I, p. 386). **703**

[1]) Cf. Ilgen, p. 101—104, ed. Cipolla, p. 96—98. [2]) De aliis P. consulibus cf. Heyd I, p. 333—334.

**1192** April., ind. X. Tyri. — Conradus, dominus Tyri, Januensibus per manum Guillielmi Ricii consulis [1]) consensu uxoris Hisabellae concedit et sigillo confirmat in civitate Acconis curiam et rugam cum juribus antea datis necnon, quae extra civitatem unquam possederunt, et tertiam partem introitus catenae, deinde liberum exitum et aditum et liberum commercium in civitatibus Joppae, Ascalonae et Hierosolymorum et in eisdem domum, balneum et furnum insuper concedens, ut in S. Sepulchro litteras privilegii aureas restaurent,[2]) denique libertatem promittit in omnibus civitatibus acquirendis. — Balianus de Ybelino, Raynaldus Sydonis, Gualterius Durus, marescalcus Januensium, Hengo dominae Galianae, Ansaldus Guaracius, Symon Bufferius, Arlettus Vicecomes, Rollandus Picius, Guillielmus Bechus Rubeus. Datum per manum Oddonis notarii (Liber jurium I, p. 400—401, No. 401; cf. Serra IV, p. 145; Heyd I, p. 149). **704**

[1]) De consulibus Januensibus cf. Heyd I, p. 332, 338. [2]) Cf. supra No. 45, 438.

„ Maj. 7 (corr. 1191), ind. IX. In obsidione Acconis. — Conradus, marchio Montisferrati, rex Hierosolymitanus electus, cum uxore Isabella, auctoritate et consensu Phylippi, regis Francorum, Phylippi, comitis Flandriae, necnon (Hugonis), ducis Burgundiae, Leopoldi, ducis de Osterico, Josii, Tyrensis archiepiscopi, R(adulfi), episcopi Betlemitani, Dominico Contarini et Johanni Morecini, legatis Aurei Magistri Petri, ducis Venetiae, privilegium, quod Wuarmundus patriarcha dederat,[1]) sigillo confirmat et in Acconis et Hierosolymorum urbibus, si expugnatae erunt, necnon in ceteris totum integrum restituere promittit, quod eodem privilegio eis concessum fuerat. — Balianus de Ibellino, Ugo Tyberiadis, Rainaldus Sydoniae, Paganus de Caypha, Obertus Nepos, senescalcus marchionis, Wualterius Durus, ejusdem marescalcus, Atho de Valentia, castellanus Tyri, Bernardus Templi, vicecomes Tyri, Henricus de Cannelli, camerarius marchionis. — Confirmant: Conradus, rex Hierosolymorum electus, Phylippus, rex Francorum,

[1]) Cf. supra No. 102.

Phylippus, comes Flandriae, Raulfus, comes Clarimontis, Hugo, dux Burgundiae, Lyppoldus, dux Austriae, Relis, senescalcus Templi, Rogerius, Hospitalis praeceptor. Datum per manum Bandini, marchionis cancellarii (Tafel-Thomas I, p. 212—215, No. 76; cf. Chron. Danduli, p. 314; Romanin II, p. 133, 413; Heyd I, p. 314; Ilgen, Markgraf Conrad, p. 106, ed. Cipolla, p. 101). **705**

**1192** (1191) Octob. 13, ind. X. Accon in domo Templi. — Richardus I, rex Angliae, Pisanis omnia jura et privilegia, quae a Guidone, rege Hierosolymitano, necnon fratribus Templi et Hospitalis acceperunt, sigillo confirmat. — Guido rex, dux Burgundius, comes Henricus, Garnerius de Neapoli, magister Hospitalis, Robertus de Sabluillio, magister Templi, Galfredus de Lezinico. — Bonaccursus etc. (G. Müller, p. 58—59, No. 35 [cf. p. 424—427]; Bonaini, Diplom. Pisan., p. 118; cf. Tronci, Annal. Pisan. I, p. 387; Archives d. miss. scientif., l. c. p. 363). **706**

„ Accon. — Henricus Trecus, comes palatinus, consensu Ysabellae uxoris Januensibus, qui in bello sacro fortissimos se praebuerunt, per manus Nicholai Cartofigi et Ugonis Lercarii consulum privilegium supra (No. 691) memoratum repetens sigillo confirmat. — Baleanus de Ybelino, Reginaldus Sydonis, Hugo Tiberyadis, Guillielmus, frater ejus, Galterius Durus, Milo Brebanz, Antelmus de Luca, Bernardus de Templo. Datum per manum Joscii, Tyrensis archiepiscopi, regni cancellarii nota(rii) Radulfi (Liber jurium I, p. 405—407, No. 405; cf. Archives d. miss. scientif., l. c. II, p. 362). **707**

**1193** Jan. — Gaufredus de Donjon, magister Hospitalis, quibusdam conditionibus Valeniensi episcopo et ecclesiae decimas et redditus territorii Margati concedit et sigillo confirmat. — Dominus episcopus Anteradensis, Stephanus, castellanus Margati, frater Petrus de Mirmanda, castellanus Crati, frater Willelmus Lombardus, frater Raimundus Petri prior, frater Willelmus Borrel marescalcus, frater Martinus Gotzaldus praeceptor, frater Robertus de Capenni, Bernardus de Sollempniaco, frater Bertran de Pignan, frater Gillebertus et quam plurimi fratres, Petrus de Fuare, Petrus de Coquina et ceteri; de militibus: Bertrandus de Gibelet, Stephanus Daillan, Amalricus, frater ejus, Aimfredus et Johannes de Meimendon, Adam; Petrus Salerni et Petrus Scribae canonici, Simon Anteradensis, archidiaconus Valeniensis, Bern(ardus), Petrus Ascalis et Pascalis. Factum per manum Radulfi capellani (Paris, Arch. nation. M. 2, No. 1; cf. Delaville le Roulx, p. 218; de sigillo magistri nostri cf. Douët d'Arcq No. 9880 et G. Schlumberger in Musée archéol. II, p. 339—340, No. 32). **708**

„ Jan. Joppae. — Henricus Trecensis, comes palatinus, consensu uxoris Isabellis, quondam regis Amalrici I filiae, Hospitali per manum Gaufredi [1]) magistri donat et sigillo confirmat quandam terram castello Joppensi vicinam cum II turribus, domibus et gastinis, quae infra ipsam terram sunt, a turri scilicet dicta Hospitalis, quae ibidem versus occidentem juxta mare constructa est, usque ad caput ecclesiae S. Sepulchri extenditur versus meridiem, quae in honorem B. Petri fundata fuit a christianis Terra Sancta

---

[1]) de Donjon (Herquet, Chronologie, p. 35—36), de cujus sigillo Delaville le Roulx (Mém. d. antiq. de France 1880, XLI, p. 69). In chronologia magistr. (Archives d. miss. scientif. 1857, p. 27) praedecessor ejus vocatur Hermengaudus d'Aps; de regula successoris (Alfonsi de Portugalia) cf. Delaville le Roulx in Bibl. de l'école d. chartes 1887, p. 349.

potitis et Joppen congressis, ab eadem ecclesia recta linea per domum Roberti Coqui, quae est in praefata terra, usque ad domum Renerii Calanae, quae est versus orientem, et ab eadem domo recto tramite juxta domum Raginaldi Carvanae usque ad turrem in dicta terra versus septentrionem juxta mare sitam. — Balianus de Ibelino, Raginaldus Sidonensis, Hugo Tiberiadis, Azemarus, Caesariensis dominus, Balduinus de Bethan, Terricus de Teneri Monte,[2] Milo de Provin̄.,[3] Romundus de Summesot, Galterius Durus, Milo Brebanz, Joannes de Welves, Joppensis castellanus, Sejoretus, Joppensis vicecomes. Datum per Joscii, Tirensis archiepiscopi regnique cancellarii (Paoli I, p. 215—216, No. 173). **709**

[2]) Dendermonde. [3]) Provincia?

**1193** Febr. Accon. — Henricus, Trecensis comes palatinus,[1]) assensu Ysabellae uxoris Henrico,[2]) domus Theutonicorum Acconensis priori, et omnibus fratribus casale Cafresi (Caphersi, Caffresy) in territorio Acconensi situm cum pertinentiis, deinde vautam Acconensem portae S. Nicolai vicinam et muris civitatis continuam donat et sigillo confirmat. — Balianus de Ybelino, Raginaldus Sydonis, Hugo Tyberiadis, Raymundus de Scandelion,[3]) Balduinus de Bethan, Nicolaus de Malli, Milo Breibanz, Bernardus de Templo, vicecomes Acconensis, Silet, consul Pisanorum Acconensium, Symon Pisanus, Raymuldus Antelme, Wido Antelme. Datum per manum Joscii, Tyrensis archiepiscopi regnique cancellarii, notarii Radulfi (Mitth., p. 122, No. 4; Dudik, p. 51; Strehlke, p. 25, No. 29; cf. p. 121—122). **710**

[1]) De cujus peregrinatione in Terram Sanctam et rebus ibique gestis cf. d'Arbois de Jubainville, Hist. d. ducs et d. comtes de Champagne IV A, p. 1—22 (1180 — 1191) et p. 23—72 (1191 — 1197); chartas in Terra Sancta editas cf. ibid. III, No. 411, 417, 436, 441 et app. p. 477, No. 160; p. 479, No. 164; p. 480, No. 165. [2]) Idem esse videtur ac Henricus Valpach sive Walpoto (Strehlke, p. 265 — 266 not.; SS. rerum. Pruss. I, p. 225), qui Hospitali per decem annos praefuisse (SS. rerum Pruss. III, p. 388) et 24 Octob. vel 5 Nov. incerti anni in urbe Accon obiisse dicitur (Perlbach, Deutsche Ordens-Necrologe in Forsch. z. deutsch. Gesch. 1877, p. 358, 360 — 362, 367; cf. J. Voigt, Gesch. Preussens II, p. 36 seqq.; Ewald, Die Eroberung Preussens I, p. 87). [3]) Cf. Lois (ed. Beugnot) I, p. 425.

„ April. 8. Laterani. — Coelestinus III papa Pisanis omnia privilegia, quae a Guidone, rege Hierosolymitano, Richardo I, rege Angliae, et marchione Conrado acceperunt, confirmat (G. Müller, p. 59—60, No. 36; Dal Borgo, p. 113; Ughelli, Italia sacra III, p. 417; Lünig, Cod. diplom. Ital. III, p. 1487; cf. Wilken V, p. 10—12; Jaffé-Löwenfeld, No. 16979). **711**

„ (Exeunte Aprili). — Gaufridus, magister Hospitalis, M(artino), praeposito Hospitalis in Ungaria, et fratri Willelmo de Vileruns, praeceptori ultramarino, nuntiat, proximo die post Septembrem nobilem Saracenum Mestoc,[1]) paulo post veterem dominum Assyriorum, soldanum de Iconio[2]) et in prima septimana Martii, quae dicitur Mercurii,[3]) Salahadinum soldanum mortuos, ejusque inter filios discordiam ortam fuisse, itaque sperandum esse, hereditatem Christi brevi tempore ac facile expugnari posse (Sigeb.

[1]) Saif ad-dîn al-Maschtûb obiit 5 Nov. 1192 (Görgens, Arab. Quellenbeitr. I, p. 195; Ibn Khallikan, Biogr. Dict. I, p. 164). [2]) Azz ad-dîn Kilidsch Arslân obiit 25 Aug. 1192 (Ibn el-Atîr in Rec. d. hist. d. croisad., aut. arab. II, p. 68; cf. Görgens I, p. 196). [3]) 4 Mart. 1193; de cujus morte dux Venetorum Richardo, regi Angliae, epistolam dedit (Rog. de Hovedene III, p. 21—23; Mon. Germ. SS. XXVII, p. 163). Fabulas de morte Saladini enumerat Röhricht, Sagenhaftes und Mythisches in Zeitschr. f. deutsche Philologie XXIII, p. 421; cf. Wochenblatt d. Johanniter-Ordensballey Brandenburg 1876, No. 41—42.

Contin. Aquic. in Mon. Germ. SS. VI, p. 431. E codice Bambergensi B, IV, p. 29 [cf. Görgens, Arab. Quellenbeitr. I, p. 203, not.] denuo edidit Wattenbach in N. Archiv XI, p. 402). **712**

**1193** Maj. Accon. — Henricus, comes Trecensis, consensu dominae Ysabellae Pisanis libertatem Acconis catenae intrandi et exeundi sine ulla exactione, deinde omnia jura ac privilegia, quae tempore regis Amalrici I Tyri, Accone et Joppae possederunt, et plateam, quam a rege Balduino IV, filio Amalrici I, adepti sunt, concedit et, Sancta Civitate Jerusalem recuperata, plenam eis in curia regali se rationem exhibiturum esse, pollicetur, sed quasdam conditiones privilegio addit. — Balianus de Ibelino, Raginaldus Sydoniensis, Arnulfus marescalcus, Milo Brebant, Galterius Durus, Bernardus de Templo, Antelmus de Luca. — Bonacursus etc. (G. Müller, p. 60, No. 37; cf. p. 427—428; Archives d. miss. scientif., l. c. p. 363; Heyd I, p. 315—316). **713**

„ Sept., ind. XI. — Boamundus III, princeps Antiochenus, se Hospitalis confratrem factum eidem domui per singulos annos recipiendas D anguillas dedisse, sigillo confirmat ac mandat, si mortem obierit, ne in ecclesia S. Petri Antiochiae, sed in domo Hospitalis sepeliatur, cui non solum corpus, sed totam suam armaturam reliquerit. — Gervasius senescalcus, Petrus de Hasardo, Johannes de Salquino, Milo de Curlavardin, Richerius de Erminato, Hugo de Flauncurt marescalcus, Symon Burgevin, Ricardus de Angervilla, Radulfus de Riveria, dux Antiochiae, Paschalis de Seona, Julianus Jalnus, Hugo de Curbulio. Datum per manum Alexandri cancellarii (Paoli I, p. 86, No. 80; cf. p. 511). Hoc privilegium (c. 1260) H(enricus), archiepiscopus Nazarenus, et F(lorentius), episcopus Acconensis se vidisse confirmant (Delaville le Roulx, p. 23). **714**

( „ post Sept.). In castro Massiât.[1]) — *Vetus de Monte Leopoldo, duci Austriae, confirmat, Conradum, marchionem de Monteferrato, de ipsius et non Richardi, regis Angliae,[2]) mandato ab assassinis occisum fuisse[3]) (Itinerar. Riccardi, p. 444—445; Rog. de Wendower ed. Coxe III, p. 74—75, ed. Hewlett I, p. 225—226; Chron. Triveti ed. Hog, p. 148—149; Radulfus de Diceto II, p. 127—128; [unde Mon. Germ. SS. XXVII, p. 284]; Rymer I, p. 61; eadem epistola regi Philippo scripta exstat apud Guill. de Newburgh II, p. 165—166; cf. p. 73—74 [unde Mon. Germ. SS. XXVII, p. 247]; Rymer I, p. 62; ceterum cf. Röhricht, Beitr. II, p. 221; Ilgen, Markgraf Conrad von Montferrat, Marburg 1880, p. 127—135, ed. Cipolla, Casale 1890, p. 121—128; Savio, Studi storici sul marchese Guillelmo III di Monteferrato, Torino 1885, p. 106). **715**

[1]) Arx assassinorum satis nota. [2]) Cf. Ansbert, p. 83—84; Walt. de Hemmingburgh I, p. 185—187. [3]) 28 April. 1192.

„ Accon. — Henricus, Trecensis comes palatinus, voluntate Ysabellis uxoris, quondam regis Amalrici I filiae, hospitali Theutonicorum totam barbacanam, turres quoque, muros et fossatum a meta proprisiae, quam in ipsa barbacana domui S. Johannis et fratribus dictus Henricus dedit, usque ad portam S. Nicolai ea conditione tradit et sigillo confirmat, ut praedictam barbacanam turribus, muris et fossatis muniant. — Balianus de Ybelyno, Renaudus Sydonis, Hugo Tyberiadis, Nicholaus de Mally, Terricus de Terremunde, Milo Brebanz, Antelmus de Lucha, Johannes Burgundus, Nicholaus de Chonchis, Guido Antelmi. Datum per manum Joscii, archi

episcopi Tyrensis et regni cancellarii, notar(ii) Radulfi (Strehlke, p. 24—25, No. 28; cf. p. 124). **716**

**1194** Jan. 5. — Henricus, comes Trecensis palatinus, voluntate Ysabellis uxoris, filiae quondam regis Amalrici I, Hospitali per manum Gaufridi Dudonion magistri donat et sigillo confirmat murum super portam civitatis Accon, quae dicitur S. Johannis, barbacanam et plateam, quae est inter murum et . . . . . . aedificandam ibi portam unam ad liberum exitum et aditum cum tenemento suo et de fossato villae, quantum eis necessarium fuerit . . . . . . ejusdem portae et sui tenementi. Si fratres super dictam portam turrem vel aedificium construxerint, iisdem proprium sit; rex vero janitorem habeat, qui jura regis custodiat et fratribus egressuris et regressuris patefaciat. — Renaldus de Sydone, Ugo de Tiberiade, frater ejus Radulfus de Tyberiade, senescalcus regni, Terricus de Teremonde, Terricus Dorgue, Baldoinus de Betan, Amalricus, frater ejus, Johannes camerarius, Girardus de Franlas,[2]) Oto de Jovenhi, Willelmus Cayn,[3]) Bernardus de Templo, Thomas camerarius, Antelmus de Luca, Johannes Burgunhun, frater Guillelmus de Marolh, marescalcus Hospitalis, Robertus Anglicus, commendator Hospitalis Acconensis, Rodulfus de Lodun, praeceptor Hospitalis Tyri; fratres: Martinus Goceauve,[4]) Ferrandus, Aimo Burgunhun, Simon. Datum per manum Joscii, Tyrensis archiepiscopi regnique cancellarii (Paoli I, p. 87, No. 81; cf. p. 511—512). **717**

[1]) De quo Lois (ed. Beugnot) I, p. 518, not. [2]) Alias: Francoloco, Franlo, Franliu. [3]) Alias: Caym. [4]) Alias: Gonsalvez.

„ (**1195**) Jan. 22. — Boemundus III, princeps Antiochiae, comes Tripolis, vicecomiti Pisanorum Tripolitano Matthaeo Minchet necnon Gandulfo, Bandino, Ugoni, nunciis consulum Pisanorum Acconensium, acceptis D bisantiis, privilegia contra Petrum, episcopum Tripolitanum, tueri et conservare pollicetur. — Plebanus, dominus Botronis, Raimundus de Nefino, Osto, Tripolis constabularius, Radulfus de Tyberiade (G. Müller, p. 65, No. 39; cf. Archives d. miss. scientif., l. c. p. 355; Heyd I, p. 323). **718**

„ Sept., ind. XII. — Boamondus III, princeps Antiochenus, Raimundi bonae memoriae filius, Hospitali Antiocheno gastinam veterem, quam Godofridus miles et Albereda, ejus uxor, filia quondam Adae de Peviers, donaverant, sigillo confirmat, quae gastina conjungitur eidem domui, quemadmodum a via publica contermina et a suo clauditur muro. Praeterea Georgium notarium, filium Vassilii, filii Uardi in hominem peculiarem ejusque heredes dicto Hospitali concedit. — Rogerius constabularius, Rogerius de Seona, Gervasius [1]) senescalcus, Petrus de Hasart, Richerius de Erannato,[2]) Hugo de Flauncurt marescalcus, Ricardus de Angervilla, Julianus Jalnus,[3]) Nicholaus Jalnus, dux Antiochiae, Philippus Tirelli, Symon Burgevini camerarius. Datum per manum Alexandri cancellarii (Delaville le Roulx, p. 164—165, No. 65 [cf. p. 23]; Prutz, p. 127—128, No. 65). **719**

[1]) de Sarmania. [2]) Alias: Erminato, Lerminat. [3]) Alias: Jalmus.

„ Octob. — Henricus, Trecensis comes palatinus, assensu Ysabellae uxoris Henrico, fratrum Teutonicorum Acconensium priori, ut de indumentis et victualibus ad usus proprios emendis eadem libertate qua fratres Templi et Hospitalis fruantur, scilicet ne ullam consuetudinem dent, sigillo concedit. — Hugo Tyberiadis, Rainaldus Sydonis, Radulfus Tyberiadis, regni senescalcus, Azmarus Caesariensis, Balduinus de Bethan, Galtherus de

Bethan, Dietericus de Orca, Milo Brebanz, Thomas camerarius, vicecomes Acconensis. Datum per manum Joscii, archiepiscopi Tyrensis regnique cancellarii (Dudik, p. 51; Mitth., p. 122—123, No. 5; Strehlke, p. 26, No. 30; cf. p. 125). **720**

**1195** Jan.[1]) Tyri. — Henricus, comes palatinus Trecensis, consensu uxoris Isabellae Pisanis furnum et balneum Acconis, quae solebant tenere, cum pertinentiis confirmat. — Hugo Tyberiadis, Rainaldus Sydonensis, Radulfus Tiberiadis, regni senescalcus, Terricus de Terreno (Tenero) monte, Galterius Caesariensis, Galterius de Betsan, Amalricus de Betsan. Datum per manum Joscii, archiepiscopi Tyrensis regnique cancellarii. — Bonaccursus etc. (G. Müller, p. 65—66, No. 40; cf. Archives d. miss. scientif., l. c. p. 363; Heyd I, p. 316). **721**

[1]) 1194? Cf. Eracles, p. 203; Heyd I, p. 316.

„ April. Accon. — Henricus, Trecensis comes palatinus, assensu Ysabellis uxoris domui Theutonicorum Acconensi domum Theodori de Sarepta Tyriensem cum horto et pertinentiis, deinde II carrucatas terrae [1]) apud Sedinum francesias concedit et sigillo confirmat. — Hugo Tyberiadis, Reinaldus Sydonis, Radulfus Tyberiadis, regni senescalcus, Terricus de Tenero monte, Terricus de Orca, Galterius de Bethan, Amalricus de Bethan, Girardus de Franlo, Radulfus de Balesme. Datum per manum Joscii, Tyrensis archiepiscopi regnique cancellarii (Strehlke, p. 26—27, No. 31; cf. p. 124). **722**

[1]) In margine inferiori annotatur: «Chascun charue dot havoir XXIV cordes du longe et XVI du large, et la corde dot havoir XVIII toise du home mezaine et insi le t(o)ut (?) en la secrete du reame de Jerusalem par l'asise du reame duvant dit», unde E. G. Rey consequi putat, quod carrucata continebat 31,25 hectaria modernae mensurae (Les colonies franques en Syrie, p. 242—243 et La société civile dans les principautés franques in Cabinet histor. XXV, 1879, p. 9—10).

„ Sept. 29, ind. XIV. — Aymericus, rex Cipri, consensu uxoris Eschivae Petro, abbati Dominici Templi, et canonicis quandam curtem Nicosiae cum capella S. Mariae et praestiam, quam aedificavit Guido, olim rex Hierosolymitanus, prope flumen versus casale Vuillelmi de Balma cum X carrucatis, optimo et pulcherrimo rubino accepto, concedit et sigillo confirmat. — Balduinus (de) Bethsan constabularius, Hugo Martini marescalcus, Aymericus de Riveth, Raynaldus Betlay (?),[1]) Raynerius de Biblio, Vualterius le Bel, Alanus de le Bel, Baldoynus de Novavilla, Bald(uinus) Hostiarius, magister Petrus Vuasco, magister Bernardus medicus. Data per manum Alani, Liddensis archidiaconi (De Mas Latrie III, p. 598—599). **723**

[1]) De Mas Latrie corrigere vult: Sassons; an preferendum est: Barlays?

„ Sept. Accon. — Henricus Trecus, comes palatinus Tyri et Acconis, consensu uxoris Yzabellae Januensibus per manum Gaffforii, classis ammirati, privilegia prius accepta sigillo confirmat, rugam S. Laurentii Acconensem liberam concedit ac permittit, ut Tyri turrim aedificent et ecclesiam S. Laurentii inceptam perficiant, necnon confirmat, se Ellenae, uxori Ansaldi Bonivicini, quondam Roglerii de Insula filiae, ejusque marito Ansaldo omnes possessiones tradere velle. — Radulfus de Tabaria, senescalcus regni, Hugo de Tabaria, Raginus Sidonensis; senescalcus Templi, magister Hospitalis, qui sigillat testibus: Radulfo Tyberiadis, Terrico de Donne Monde, Terrico de Orca, Johanne de Gueliniae. Datum per manum Joscii, archiepiscopi

Tyriensis regnique cancellarii (Liber jurium I, p. 411—412, No. 410; cf. Archives d. miss. scientif., l. c. II, p. 362—363). **724**

**1196** Febr. 13, ind. XIV. Laterani. — Coelestinus III papa canonicis S. Sepulchri per manum Gaufredi prioris et Monachi patriarchae privilegia Alexandri III supra (No. 444, 474) memorata fere verbo tenus repetit ac confirmat (Rozière, p. 233—238, No. 128; Jaffé-Löwenfeld, No. 17324). ‖ Hanc epistolam illustravimus in ZDPV. X, p. 198—203. Privilegium Coelestini fictum (25 Maj 1191) cf. in Jaffé-Löwenfeld, No. 16708, aliud fictum ibid. No. 1191. **725**

„ Febr. 27. Laterani. — Coelestinus III (Gilbertum de Horal) magistrum et fratres Templi hortatur, ut conventionem cum priore et canonicis S. Sepulchri factam de decimis locorum ad illorum ecclesias pertinentium conservent (Rozière, p. 273—274, No. 151; Jaffé-Löwenfeld, No. 17335). **726**

„ Mart. Accon. — Herricus, Trecensis comes palatinus et regni Hierosolymitani dominus, assensu Ysabellae uxoris Herrico, domus Theutonicorum Acconensis praeceptori, gastinam terrae in castello Joppen et vineas quasdam extra eandem civitatem sitas concedit et sigillo confirmat. — Hugo Tyberiadis, Rainaldus Sydonis, Radulfus senescalcus, Johannes marescalcus. Datum per manum Joscii, Tyrensis archiepiscopi regnique cancellarii (Dudik, p. 52; Mitth., p. 123, No. 6; Strehlke, p. 27, No. 32; cf. p. 122). **727**

( „ April.). — Gaufridus, magister Hospitalis, Sancio VII, regi Navarrae, de miserabili statu Terrae Sanctae scribit (Pamplona, Archives d. comptes de Navarre II, No. 3; dedit Comes Riant). **728**

„ Maj., ind. XIV. — Guidus de Luczignano, rex Cypri, pro honore Henrici VI imperatoris ad preces Samari, archiepiscopi Tranensis, ab imperatore cum sceptro regni Cypri transmissi civibus Tranensibus liberum commercium in regno suo sigillo confirmat. — Aimericus de Rivet, Raynaldus Barlays, Philippus de Bethsan, Raymericus de Biblio, Raynaldus de Sespes, Galterius de Berl.,[1]) Ailelmus,[2]) frater ejus, Adam de Antiochia,[3]) Simon de Papho. Scripsit Alamiros (De Mas Latrie, Hist. II, p. 30 [cf. I, p. 127] et in Bibl. de l'école d. chartes 1849, p. 353 [cf. p. 354—355]; Domenico Forges Davazanti, Dissert. sulla seconda moglie del re Manfredi, Naples 1791, p. VII, No. 7; Giustiniani, Dizionario geogr. . . . del regno di Napoli 1805, IX, p. 230; H. Bréholles, Monum. d. Normands et de la maison de Souabe, Paris 1844, p. 44; Böhmer-Ficker, Acta imp. selecta, p. 615, No. 902). ‖ Hanc chartam, quam primo De Mas Latrie (Hist. II, p. 30; Bibl. de l'école d. chartes 1849, p. 354—355) rejecerat, sed paulo post (Hist. I, p. 127) authenticam agnovit, minime fictam esse, probant Böhmer l. c., Toeche, Heinrich VI, p. 391—392, Not. 6 (cf. p. 492) et Heyd I, p. 361, Not. 2; cf. Beltrani, Sugli antichi ordinamenti marittimi di Trani, p. 38—44. Pro: Guidus de Luczignano legendum est: Amalricus II, de quo accuratissime De Mas Latrie egit in Bibl. de l'école d. chartes E. I, p. 339—369 et Hist. de l'île de Chypre I, p. 120—170; cf. Potthast, No. 428, 443—444, 486. Post mortem Amalrici regnum Cypri et Hierosolymitanum disjuncta sunt; successor ejus Hugo I (a. 1205—1218) rex Cypri tantum vocatur. **729**

[1]) Alias: le Bel. [2]) Alias: Alanus. [3]) Qui marescalcus Cypri postea factus obiit inter annos 1217 et 1247 (De Mas Latrie in Revue d. questions histor. 1888, XLIV, p. 225—228 epitaphium ejus edidit et notis illustravit).

**1196** Aug. 5, ind. XIV. Laterani. — Coelestinus III archiepiscopo Nazareno [1]) et episcopo Bethlemitano [2]) mandat, curent, ut remotis Joscii, archiepiscopi Tyrensis, vindiciis plebanus S. Marci Tyrensis libera fruatur possessione integri juris, quod dicta ecclesia in tertia parte Tyri dicatur habere de jure, quod Venetianis de ratione contingat (v. Pflugk-Harttung, Acta pontif. inedit. III, p. 400, No. 457; Jaffé-Löwenfeld, No. 17419). ‖ De hac ecclesia cf. Prutz, Aus Phoenizien, p. 345—350; Röhricht in ZDPV. X, p. 19—20; supra No. 415). **730**

[1]) et [2]) Quorum nomina neque chronicis, neque chartis memorantur.

„ Aug. 8. — Boemundus III, filius Boemundi, principis Antiocheni, comes Tripolitanus, fratribus Hospitalis per manum magistri Gaufridi de Donium viam, quam Raymundus, olim comes Tripolitanus, sibi retinuit et excepit in privilegio suo, et portam muri burgi Tripolis sigillo donat cum libero exitu et introitu, quae via et porta in dextra parte habent aquae conductum, in sinistra mare. — Plebanus Botoni,[1]) Raymundus Neoni,[2]) Oto de Tiberiade, Petrus de Ravendello, Guillelmus Porceletus, Raymundus vicecomes, Bertrandus vicecomes, Gaufridus de Cusariis,[3]) Saissius, Johannes de Moneta (Vaissète, Hist. de Languedoc [ed. II] V, p. 1057—1058, No. 551, § 3). **731**

Legas: [1]) Botroni, [2]) (de) Nefino, [3]) Cusantiis.

„ Dec. 21. Laterani. — Coelestinus III fratres Theutonicos ac possessiones in Sedis Apostolicae protectionem suscipit, ex quibus vocat locum ipsum, in quo hospitale eorum aedificatum est,[1]) domum, quam habent Scalonae,[2]) Zamzi [3]) cum pertinentiis, domos, quas habent apud Ramas, domum, vineam ac possessiones apud Jaffam [4]) sitas, domum, quam habent apud Accon, casale de Capharsin,[5]) voltam prope portam S. Nicholai et domum Tyri [6]) sitam (Strehlke, p. 264—265, No. 296 [cf. p. 27, No. 33]; de Wal, Hist. de l'ordre Teuton. 1784, I, p. 44; Notice histor. sur l'ancienne grande commanderie d. chevaliers de l'ordre Teutonique, Gand 1849, p. 41; SS. rerum Pruss. I, p. 225; Jaffé-Löwenfeld, No. 17467). ‖ Hoc privilegium Innocentius III (27 Jun. 1209) confirmat et praeter supra laudatas possessiones fratrum enumerat: domum apud Caesaream sitam,[7]) casale Bezal (Besal), curiam S. Georgii vocatam, quam habent in Cypro, villas Combedefort (Combedefor, Cambedefor, Cambedeford)[8]) et Heion in Armenia sitas (Strehlke, p. 266—268, No. 298; de Wal I, p. 369; Dudik, Des hoh. D. Ritterordens Münzsammlung, Wien 1858, p. 44, Not. 4; Schirren, Verzeichn. livländ. Geschichtsquellen, Dorpat 1861—1868, p. 127; v. Pettenegg I, p. 3—4, No. 8; Potthast, No. 3755). **732**

[1]) Cf. supra No. 701. [2]) hereditas Galopini supra No. 699? [3]) Strehlke, p. 267, No. 298; p. 272, No. 303: Zanzi. [4]) Ibid.: Japhaz; cf. supra No. 727. [5]) Ibid.: Cafirsin; cf. supra No. 710. [6]) Cf. supra No. 722. [7]) Cf. Strehlke, No. 40. [8]) Quae villa cum Ayun (Heion?) April. 1212 fratribus nostris a Leone II, rege Armeniae, tradita confirmatur (Strehlke, p. 37—39, No. 46). Privilegium nostrum Albertus, patriarcha Hierosolymitanus, sigillo apposito transsumit s. anno (Strehlke, p. 268—269, No. 298 Not.; p. 270—271, No. 302 Not.) et Honorius III (8 Dec. 1216) confirmat atque ampliat (Strehlke, p. 272—274, No. 303; Hennes, Cod. diplom. ordinis S. Mariae Theutonicorum 1845, I, p. 26—30, No. 25; v. Pettenegg I, p. 8, No. 19; p. 193, No. 744; p. 238, No. 909; Potthast, No. 5386).

**1197** Febr. 8. Accon. — * Aymericus,[1]) rex Hierosolymitanus et Cypri, assensu Ysabellis uxoris domui Theutonicorum III millibus bisantiorum

sarracenatorum acceptis casale Aguille [2]) in partibus Acconis situm vendit, et de casali suo Fiergio (Phergia) necnon de terra sua casalis Umberti et aliis casalibus redditus quosdam concedit et sigillo confirmat, denique veterem franchisiam per totum regnum Cypri, quod rex Almaricus privilegio dedit. — Rainaldus Sydonis, Radulfus Tiberyadensis, senescalcus regni, Johannes de Ybelino, conestabilis regni, Terricus de Orca, Johannes, marescalcus regni, Terricus de Terremonde,[3]) Rohardus de Cayphas, Raimundus de Gibeleto, Balduinus de Bethan, Nicholaus de Nazareth. Datum per manum Joscii, archiepiscopi regnique cancellarii (Strehlke, p. 27—28, No. 34; cf. p. 122). **733**

[1]) Strehlke accuratissime exposuit, hoc diploma spurium esse; cf. Toeche, p. 392. [2]) Quod Conder, Quart. Stat. 1890, p. 36, idem esse censet ac: al-ajliyât in Mappa Terrae Sanctae anglica (sheet III). [3]) Cf. Eracles, p. 278, 353.

„ Maj. 8. Laterani. — Coelestinus III episcopo Valaniensi, qui, quum ad Sedem Apostolicam accessisset et cum fratribus Hospitalis de variis quaestionibus egisset, ut omnis quaestio sopiretur, signum crucis juxta consuetudinem dictorum fratrum, de quorum consortio episcopus factus fuit, in vestibus portare promisit et de indemnitate Hospitalis super castro Margato eos juramento securos reddidit, concedit, ut successoribus inde nullum praejudicium generetur, nisi praedecessores dominis Margati illud constiterit praestitisse (Löwenfeld, Epistol. pontif. Romanorum inedit., Lipsiae 1885, p. 265; Jaffé-Löwenfeld, No. 17534). **734**

„ Octob. 19. In palatio Acconis. — Henricus, comes palatinus Trecensis, consilio M(onachi) patriarchae Pisanis securitatem in terra sua sigillo confirmat. — Rainaldus Sydonensis, Ugo Tyberiadis, Radulfus senescalcus, Baldevinus de Bethania, Gerardus de Crico, Villanus de Alneto (G. Müller, p. 73, No. 45; cf. Archives d. miss. scientif., l. c. p. 363; Heyd I, p. 316). **735**

**1197** Octob. 24. — Juliana,[1]) domina Caesareae, Hugonis quondam domini Caesareae filia, assensu mariti Ademari Hospitali per manum Gaufridi magistri casale Haltafia cum pertinentiis, quod eidem frater Julianae Gualterus, dominus Caesareae, in extremis positus coram Guidone rege et Monacho, olim Caesariensi archiepiscopo sed nunc patriarcha Hierosolymitano, donaverat, sigillo confirmat. — Johannes Gervasius, Willelmus Level,[2]) Simon de Caesarea, Robertus Perret, Adam Costa,[3]) Johannes de Flory, vicecomes Acconensis, Balduinus Cipri, Philippus Morezyn,[4]) Johannes de la Forest, Thomas camerarius, Radulfus, frater ejus. Datum per manum Bartholomaei, Tiberiadis archidiaconi et archiepiscopi Nazareni clerici (Paoli I, p. 89, No. 83; cf. p. 513—514). **736**

[1]) De qua Eracles, p. 306, 334. [2]) Alias: Lovel, Lebel? [3]) De quo Lois (ed. Beugnot) I, p. 425. [4]) Alias: Morosinus.

„ Nov. 22. — Aymericus, rex Cypri et regni Hierosolymitani comestabulus, Joscio, archiepiscopo Tyriensi, quoad vixit, casale Levadiam in insula Cypri situm cum omnibus juribus concedit et ea conditione sigillo confirmat, ut post ejus mortem Simon nepos et post ejusdem mortem ecclesia Tyriensis dictum casale possideat. — Aimericus de Rivet, senescalcus Cypri, Reinerius de Biblio, Reinaldus de Suessione, Adam de Antiochia, Guillelmus de Balma, Rolandus de Balma, frater ejus, Helias de Robore, Simon de Papho, Balduinus Usserius. Datum est per manum Alani, archiepiscopi Nicosiensis et Cypri cancellarii (De Mas Latrie III, p. 606—607). **737**

**1197,** ind. XV. — Bernardus,[1] S. Pauli de Antiochia abbas, inter praedictam et S. Mariae de valle Josaphat ecclesiam fraternitatem factam fuisse, sigillo confirmat, Boamundo, secundo principe Antiocheno, et comite Henrico regnantibus (Delaborde, p. 92—94, No. 44). **738**

[1]) Cujus sigillum prostat in Revue numismat., III Sér., VI, p. 460—463. Ad historiam abbatiae nostrae pertinet liber rarissimus: Statutum monasterii Benedictini .... concinnatum a S. Narsete Lambronsi, Venetiis 1880, IX, 124 pp. (armeniace).

(**1198** Jan.). — Formula, qua Aimericus II, rex Hierosolymitanus coronandus, Monacho, patriarchae Hierosolymitano, ejusque successoribus obedientiam et auxilium praebere jurat et ipse coronandus sit (Rozière, p. 275—276, No. 154; Lois [ed. Beugnot] I, p. 310—311, not. c; Migne, p. 1238, No. 154). **739**

(**1198**) [1]) Mart. 5. Accon. In domo Templi. — Concilium, quo fratribus Theutonicis ordinis dignitas conceditur et confirmatur coram plurimis Theutoniae magnatibus et his ultramarinis: (Monacho),[2]) patriarcha Hierosolymitano, Henrico,[3]) rege Hierosolymitano, (anonymo),[4]) Nazareno, (Joscio),[5]) Tyrensi, (anonymo),[6]) Caesariensi, archiepiscopis, (anonymo),[7]) Bethlemitano, (Theobaldo), Acconensi, episcopis, (Gaufredo de Donjon),[8]) Hospitalis, et (Gilberto Roral),[9]) Templi, magistris, Radulfo, domino Tiberiadensi, Hugone, fratre ejus, Rainaldo, domino Sidonis, Eymaro, domino Caesareae, Johanne de Hybellino et multis aliis (Dudik, Des hoh. D. Ritterordens Münzsammlung, p. 39, 56; De primordiis ordinis Theutonici narratio in SS. rerum Pruss. I, p. 223; Baro de Toll in Mitth. aus dem Gebiete der Gesch. Esth-, Liv- und Kurlands, Riga 1865, XI, p. 107, 109; cf. p. 27 et Riant, De Haymaro Monacho, p. XLIV—XLV, 65—66, 91; Toeche, Kaiser Heinrich VI, p. 465). **740**

[1]) Fontes apud Dudik, p. 39, 56, SS. rerum Pruss. I, p. 27, 223, Mitth. l. c. exstantes falso annum 1190 memorant. [2]) Corner, Chronic., p. 793 falso: Johannes, [3]) Guido, rex H., Philippus, rex Francorum, Henricus, rex Angliae, [4]) Nicolaus, [5]) Guntsalvus, [6]) Bartholomaeus, [7]) Christianus, [8]) Vincentius, [9]) Conradus.

**1198** Aug. 15. Reati. — Innocentius III (Berengario), archiepiscopo Narbonnensi, necnon ceteris archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, comitibus, baronibus et omnibus Christi fidelibus mandat, ut ad bellum sacrum accingantur, sicut enim litteris transmarinis compererit, Theutonicos, castello Baruthi sine defensione expugnato, castello Jaffae a soldano crudelissime capto et audita morte imperatoris, ingloriose Terram Sanctam Saracenis vexandam reliquisse (Baluze, Ep. Innoc. I, p. 192—195, No. 336; Migne, Op. Innoc. I, p. 308—312, No. 336; Potthast, No. 347; cf. ibid. No. 348, 351). **741**

„ Aug. 21. — Boamundus III, princeps Antiochiae et comes Tripolis, consensu uxoris Plazentiae, pro XXXVII millibus bisantiorum, quos antecessor Raimundus Hospitali debebat, eidem domui per manum Gaufridi de Donion magistri M bisantios annuatim de assisia IV millium bisantiorum, quam ipse de rege Hierosolymitano tenet ad cateñam Acconis, recipiendos concedit et sigillo confirmat. — Fratres: Petrus de Mirmanda, castellanus Crati, Petrus Scotai (?), castellanus Margati, Antelmus de Luca, Ferrandus, Simon, Gaufridus Ratus, praeceptor Antiochiae, Bernardus de Avinione, praeceptor Tripolis, Ogerius, prior Franciae, Rollandus hospitalarius;

Plebanus Botoroni, Raimundus de Biblio juvenis, Bertrandus, frater ejus, Willelmus Porceletus, Petrus de Ravendellis, Girardus constabularius, Petrus Saramanni, Raimundus de Scandalione, Be(re)ngerius de Montolivo, Ogerius, filius ejus, Erbertus Saramanni, Saramannus, W. de Cavomonte, Gaufrïdus de Cusanciis, Henricus, nepos Plebani, Raimundus de Faitta, Saissius, Johannes de Moneta, Homodei, Peregrinus Carbonacius, Petrus Girardi, Francardus, Johannes Viviani, Gilius Faber, Raimundus Baro (Paoli I, p. 252—253, No. 211). **742**

**1198** Aug. Tyri. — Aimericus II, rex Hierosolymitanus et Cypri, consensu uxoris Isabel, quondam regis Amalrici I filiae, prece et requisitione Boemundi, comitis Tripolitani, ejusque uxoris Plaizenciae, Hospitali ejusque magistro Gaufrido de Donion concedit M bisantios annuatim recipiendos ad catenam Acconis de illis IV millibus, quos idem comes Tripolitanus a rege tenet et pro quibus ejusdem homo devenit. Hos igitur M bisantios praedictus comes domui Hospitalis donat et rex pro XXXVII millibus bisantiorum, quos comes domui reddere tenebatur pro debito antecessoris Raimundi comitis, eosdem sigillo confirmat, pro quibus dicta domus vadimonium possidebat assisiam Bohemundi, quam habebat ad catenam Acconis, videlicet IV millia bisantiorum. — Rainaldus Sydonis, Radulphus Tyberiadis, senescalcus regni, Johannes, constabulus regni, Johannes, marescalcus regni, Roardus, dominus Cayph(ae), Terricus de Orca, Terricus de Terremonde, Raimundus de Gibelet, Balduinus de Bethan, Guermundus de Bethan. Datum per manum Joscii, archiepiscopi Tyriensis regisque cancellarii (Paoli I, p. 234—235, No. 189; cf. p. 545). **743**

„ Aug. Accon. — Aymericus II, rex Hierosolymitanus et Cyprius, assensu Ysabellis uxoris domui Theutonicorum turrem, quae est super portam S. Nicolai Acconensem, quibusdam conditionibus concedit et sigillo confirmat. — Rainaldus Sydonis, Radulfus Tyberiadis, senescalcus regni, Johannes, constabularius regni, Johannes, marescalcus regni, Rohardus, dominus Cayphae, Terricus de Orca, Terricus de Terrimonde, Raimundus de Gibelet. Datum per manum Joscii, Tyrensis archiepiscopi regnique cancellarii (Strehlke, p. 28—29, No. 35; cf. p. 122, 124; SS. rerum Pruss. I, p. 220—221). **744**

( „ Sept. 20—Dec. 31). Laterani. — Innocentius III magistro et fratribus Hospitalis de controversia inter ipsos et ecclesiam Tripolitanam exorta sed nunc judicio dijudicata scribit. Postquam enim S., prior S. Michaelis, et Aimericus canonicus, nuntii ecclesiae Tripolitanae, in curia Romana de ecclesia Nephini ac III casalibus, quae occasione litterarum quondam C(oelestini III) papae dicti fratres occupasse dicebantur, quaestionem proposuerunt et eorum nuntii N. et P. repugnaverunt, papa, re diu deliberata, ecclesiam Tripolitanam in eundem statum possessionum decrevit reducere, quem habuit, antequam per archiepiscopum Nazarenum et abbatem Montis Oliveti a patriarcha Hierosolymitano occasione mandati papae C(oelestini III) dicta possessio fuerit adjudicata. Itaque nuntiat, se (Joscio), archiepiscopo Tyrensi, et episcopo Sidoniensi mandavisse, ut praedictam ecclesiam de Nephinis ecclesiae Tripolitanae assignent (Baluze I, p. 40, No. 73; Potthast, No. 520; cf. No. 932). **745**

„ Octob. Accon. — Aymericus II, rex Hierosolymitanus et Cypri, cum uxore Isabella, Willelmo de Petra et heredibus turrem civitatis Accon,

quae vocatur turris carceris, et domum, quae ex parte orientali eidem turri, ex parte occidentali portae, quae vocatur porta Boveriae Templi, et ex parte meridionali furno Malivicini cohaeret, necnon censum domus inter murum et barbacanam sitae donat et sigillo confirmat. — Reginaldus Sidonensis, Johannes de Ybelino, constabularius regius, Terricus de Orca, dominus de Arsur, Balduinus de Bethan, Vilanus de Alneto, Johannes marescalcus, Raimundus de Gibeleto, Terricus de Tenero Monte, Johannes de Welue, Galterius Caesariensis, Gerardus de Franco loco, Adam Costa, notarius Balduini. Factum per manum Joscii, archiepiscopi Tyriensis regisque cancellarii (Paoli I, p. 287, No. 8; cf. p. 551). **746**

**1198** Octob. — Aymericus II, rex Hierosolymitanorum et Cypri, voluntate Ysabelis uxoris Massiliensibus de expugnatione Terrae Sanctae optime meritis privilegium Fulconis et Amalrici I regum confirmat et pro dono, quod ad succursum Joppae [1]) et regno Cypri regi dederunt scilicet II milia et DCCC bisantios, casale Flaciae in insula Cypri et liberum commercium promittit atque sigillo confirmat. — Raynaldus Sydoniensis, Rohardus Cayphae, Radulfus, dominus de Tyberiade, regni senescalcus, Gautherius Caesariensis, Gerardus de Harefort, G., dominus (de) Arsuco, Balduinus de Bethan, Helias de Nazareth, Aymardus de Mongisardo, G(uillelmus) de Berito, Guibertus de Joppe, Andreas de Ramella, Terricus de Terremonde, Villarius de Argeto.[2]) Scripsit Balduinus, capellanus regis vicefungens (De Mas Latrie II, p. 24—25 [cf. p. 25—32]; Mém. de l'Institut 1833, X, p. 537; Méry I, p. 186; Bibl. de l'école d. chartes 1849, p. 345 [cf. p. 340—345]; Ruffi, p. 96). **747**

[1]) Anno 1197 (cf. Eracles, p. 218); Jaffa a soldano Aegypti capta est post 17 Aug. 1197 (Ibn el-Atîr p. 84 in Rec. d. hist. d. croisad., aut. orient. II; cf. Eracles, p. 221). [2]) Corrigas: Villanus de Alneto.

„ Dec. 23. Laterani. — Innocentius III (Monacho), patriarchae Hierosolymitano opprobat, quod litteras in derogationem famae (Joscii), Tyrensis (archi)-episcopi, edidit, in quibus ipsius personam turpiter depinxit, quia, licentia non expetita, in Cyprum navigarat, deinde quod post ejus recessum matrimonio inter Aimericum II regem et (Isabellam) reginam contrahendo [1]) primo quidem propter affinitatem contradixit, postmodum vero, voluntate mutata, regem et reginam conjunctos coronavit, et confirmat, se de veritate certiorem factum in ipsum jure animadversurum esse (Baluze, Ep. Innoc. I, p. 297, No. 518; Migne, Ep. Innoc. I, p. 477—478, No. 518; Potthast, No. 501). **748**

[1]) 1197 (Eracles, p. 223; Ernoul, p. 310; cf. De Mas Latrie, Hist. I, p. 146—150; Riant, Haymarus Monachus, p. XL).

„ — Monachus, patriarcha Hierosolymitanus, precibus domini Jaczonis bonae [1]) memoriae in Terra Sancta olim constituti, qui canonicum S. Sepulchri secum in Poloniam reduxit, beneficia ab ipso et aliis nobilibus S. Sepulchri ecclesiae Miechoviensi collata confirmat (Nakielski, Miechovia, p. 83—86 [cf. p. 86—105]; R. Dlugosz, Lib. benef. eccles. Cracov. ed. Przezdziecki III, p. 25; Schles. Regesten, ed. II, I, p. 58, No. 62). Spuria? **749**

[1]) Qui a. 1162—1163 in Terram Sanctam iverat (Schles. Regesten, II edit., I, p. 42).

( „ ?). — Monachus, S. Resurrectionis ecclesiae patriarcha, omnes episcopos Poloniae, duces, barones, viros et mulieres, qui ecclesiae S. Sepulchri

Miechoviensi [1]) beneficia enumerata contulerunt, in fraternitatem S. Sepulchri Hierosolymitani susceptos esse, confirmat (Nakielski, Miechovia, p. 81—83). **750**

[1]) De fundatione hujus ecclesiae cf. Schles. Regesten ed. II, I, p. 42.

**1199** Febr. 8. Laterani. — Innocentius III (Gaufrido de Donion) magistro et fratribus Hospitalis mandat, ut causam, quae inter ipsos et fratres Templi de quibusdam possessionibus in tenementis Margati et Valeniae constitutis vertebatur, jure neve vi prosequantur, eamque controversiam sublatam esse, confirmat. Postquam enim Disigius, prior Baroli, et Og(erius), praeceptor Italiae, ex ipsorum parte et ex altera Petrus de Villaplana et Terricus, fratres Templi, coram ipso comparuerint, arbitrium, quod inter utramque partem peregrini cum praelatis ultramarinis protulerant, praesentantes praesente et consentiente Seguino milite hanc conventionem factam fuisse, ut quibusdam tamen conditionibus fratres Templi dictas possessiones et fructus reciperent, quaestiones vero aliae oriturae secundum compositionem antiquitus inter utramque partem factam et ab Alexandro III confirmatam concordia vel judicio terminarentur (Baluze, Ep. Innoc. I, p. 324—325, No. 567; Paoli I, p. 318—319, No. 39; Migne, Ep. Innoc. I, p. 521—523, No. 567; Potthast, No. 595). || Idem eodem anno, mense et die pacem et concordiam inter antedictos fratres factam et ab Alexandro III confirmatam instrumenti tenorem inserens iterum confirmat (Pitra, Annal. I, p. 554—555, No. 60; cf. supra No. 572—574, 584). **751**

( „ ) April. 23. Accon. — Gaufridus, magister Hospitalis, S(anchio), [1]) regi Navarrae, nuntiat, Saphadinum filium suum [2]) dominum Urbis Sanctae fecisse (Pamplona, Archives d. comptes de Navarre II, No. 3; dedit Comes Riant). **752**

[1]) Codex male: R. [2]) Mâlik al-Muazzam (Ibn Khallikân, Biogr. Diction. II, p. 428; Abulfeda in Rec. d. hist. d. croisad., aut. orient. I, p. 76; Relatio de viribus Agarenorum in Bongars, Gesta Dei, p. 1125).

„ April., ind. VII (II). Tyri. — Boamundus III, princeps Antiochenus, consensu uxoris Sibillae ac Raimundi filii Januensibus, quum ad necessitatem Antiochiae succursum et auxilium miserint, privilegia, quibus in civitatibus Antiochiae, Laodiceae et Gabuli fruuntur, sigillo corroborat. — Aymericus, episcopus Tripolitanus, Gervasius de Sarmania, senescalcus Antiochenus, Milo de Colovardino, Petrus de Ravandello, Johannes Pascalis, Saxus de Tripoli. Datum per manum Radulfi clerici sub archiepiscopo Alberto, principis cancellario et Tarsensi archiepiscopo (Liber jurium I, p. 432—433, No. 424; cf. Carlo Pagano, p. 205; Archives d. miss. scientif., l. c. II, p. 352). **753**

„ Maj. 6. — Bohemundus, comes Tripolitanus, filius Bohemundi, principis Antiocheni, Willelmo de Merle quosdam redditus concedit et confirmat conditione, ut galeam armatam in promptu habeat et servitio suo oboediens maneat. — Guido Biblii, Plebanus Botoroni, Raimundus de Biblio, Bertrandus, frater ejus, W(illelmus) Porceletus, Petrus Saramanni, W. de Cavomonte, Saissus, Johannes de Moneta, Peregrinus Carbonacius (Paris, Bibl. nation. nouv. acquis. lat. 2226, No. 1). **754**

„ Maj. 23. Tarsi. — Leo II, Dei et Romani imperii gratia rex Armeniae, Innocentio III scribit, se totum regnum suum et incolas ad unitatem

ecclesiae Romanae revocare velle et per (Conradum), archiepiscopum Maguntinensem,[1]) calamitates, miserias et imbellicitatem regni Hierosolymitani et Armeniae expositurum esse,[2]) denique petit, ut sibi celeriter auxilium mittat (Baluze, Ep. Innoc. III, I, p. 484, No. 219; Migne, Ep. Innoc. I, p. 778—779, No. 219; Böhmer-Will, Reg. archiep. Mogunt. II, p. 113—114, No. 396). **755**

[1]) Hic Leonem II de mandato Henrici VI imperatoris (6 Jan. 1198) Tarsi regem Armeniae imperii Romani vasallum coronaverat (Toeche, Heinrich VI, p. 477—478; Röhricht, Beitr. II, p. 214, 226—227; Rohde, König Leo v. Armenien [Dissert. inaugur.], Göttingen 1869, p. 43—44; Böhmer-Will, p. 109, No. 378). Jam Fridericum I regem Armeniae in oboedientiam imperii Romani recipere voluisse, constat (Vetter in Hist. Jahrbuch ed. Hüffer 1881, p. 290). [2]) Conradus (Nov. ineunte) 1199 in Italiam et Romam venit (Böhmer-Will, p. 112—113, No. 389—392) ejusque precibus commotus Innocentius III (24—25 Nov. 1199) Leoni regi ecclesiae Romanae et pontificatus dignitate exposita, promptum auxilium promittit (Baluze, Ep. Innoc. III, I, p. 484—485, No. 220; Migne, Ep. Innoc. I, p. 779—780, No. 220; Potthast, No. 878).

(**1199** Maj.?). — Leo II, Dei et imperii Romani gratia rex Armeniae, Innocentio III de causa, quae inter ipsum et comitem Tripolitanum de principatu Antiochiae vertitur, scribit. Boemundus III scilicet, princeps Antiochenus, ex Aliza uxore, nepte Leonis regis majore natu, habuit Rupinum, a (Conrado), archiepiscopo Maguntino, baptizatum[1]) eumque moribundus[2]) coram baronibus suis heredem legitimum constituit et de toto principatu salva dote J. uxoris ipsius saisivit privilegio sigillato, cujus transscriptum praesenti epistolae fuit adjunctum. Bohemundus vero, comes Tripolitanus, Templi et Hospitalis magistri ac fratres, quum Antiochiam venissent et regem per III menses huc illuc deducentes a servitio et defensione urbis removissent, dictum R(upinum) exularunt dicentes, comitem solum esse heredem legitimum. Paulo post, quam rex Romanam audientiam appellavit, fratres Templi et Hospitalis cum ipso pacem inierunt, et dictus R(upinus) in principalem sedem et Antiochiam reductus est. Quae quum ita sint, rex papam obsecrat, ne causam suam ac nepotis juxta juris tenorem executioni mancipare differat et latorem epistolae Robertum de Margato militem commendat[3]) (Baluze I, p. 504—506, No. 252; Migne I, p. 810—812, No. 252). De eis, quae hac epistola continentur, brevissime chronica referunt (Eracles, p. 313; Ernoul, p. 321—322). **756**

[1]) A. 1198 ineunte. [2]) Annum, quo iste mortuus est, ex nostra tantum epistola colligi licet. [3]) Innocentius III (17 Dec. 1199) Leoni II respondet, se in absentia alterius partis ad sententiam procedere adhuc non posse, eumque monet, ut communem causam privatae postponens et pacem observans ad debellandos Saracenos potenter intendat neve comiti Tripolitano vel ejus sociis bellum inferat (Potthast, No. 908), eodemque mense et die Paganum et Arronem comites, Hugonem de Tabaria, Rodolfum et Ottonem fratres aliosque universos barones, milites ac populum Armeniae hortatur, ut cum Leone rege ad debellandos Saracenos potenter intendant, eosque ut regem ipsum certiores facit, se precibus supradicti Roberti de Margato vexillum S. Petri in pugnis anteferendum mittere (Potthast, No. 909, 910).

„ Jun. 15. — Boemundus IV, princeps Antiochenus, Bohemundi principis filius, consensu Placent(iae, uxoris), comitissae Tripolitanae, domui Hospitalis per manum Gaufridi de Donion (magistri), VI millibus bisantiis acceptis et CCC bisantiis in rationem debiti inductis, omnia jura sua in loco (cujus nomen deest) sigillo apposito transfert. — Petrus de Ravendellis.

Girardus,[1]) constabularius Tripolitanus, Raimundus de Scandalione, Gaufridus de Cusantiis; de fratribus Hospitalis: Petrus de Mirmanda, castellanus Crati, Petrus d'Escurai, castellanus Margati, Hylarius capellanus, Gaufirdus (sic) Ratus, bajulus domus Antiochenae, Rogerius de Campania, Fortunus, olim castellanus Empostae, Rolandus Burgundiensis, Santius Alverniensis, W. de Morent, Simon senescalchus (Delaville le Roulx, p. 166—167, No. 66 [cf. p. 13]; cf. Archives d. miss. scientif. I Sér., II, p. 7). || Hoc privilegium Eustorgius, Nicosiensis, et Petrus, Caesariensis, archiepiscopi (autumno 1217? Cf. Eracles, p. 322) se vidisse, sigillis confirmant (Delaville le Roulx, p. 167, No. 66), de quorum sigillis cf. Delaville le Roulx, Les sceaux in Mém. d. antiq. de France 1886, XLVII, p. 237—238, 241—243). **757**

[1]) Gerart de Han sive Ham (Eracles, p. 322).

„ Aug. 26. — Boemundus IV, princeps Antiochiae, comes Tripolis, DCCC bisantiis acceptis, indemnitatem pro variis damnis ipsi et civibus illatis concedit Pisanis et jura ac privilegia sigillo confirmat. — Laurentius, episcopus Tripolitanus,[1]) Plebanus Botroni, Raimundus de Biblio, Guido Biblii, Bertrandus de Biblio, Raimundus de Scandalione, Bertrandus vicecomes, W. de Biblio, Bernardus de Moneta, Peregrinus Carbonacius, Homodei, Ugo de Lambesco, Johannes Georgii, Stephanus Alexandri, Joannes Viviani, Joscelinus, Leonardus Pascalis (G. Müller, p. 79—80, No. 49 [cf. p. 431—432]; Dal Borgo, p. 172—173; Tronci, Annal. Pisani I, p. 399—400; Lünig, Cod. diplom. I, p. 1059; cf. Archives d. miss. scientif., l. c. p. 352; Heyd I, p. 323). **758**

[1]) De quo Röhricht in ZDPV. X, p. 31; Potthast, No. 52—53.

„ — Boemundus IV, princeps Antiochiae et comes Tripolis, sigillo confirmat, se timore domini Assessinorum compulsum Gaufredum de Donion, Hospitalis magistrum et fratres rogavisse, ut sibi dominium Maracleae et Cameli ab ipso quondam Hospitali datum commodent, eosque sibi dicta dominia, quoad viveret, tenenda quibusdam conditionibus concessisse. — Petrus de Ravendell, Girardus constabularius, Raymundus de Scandalione, Gaufridus de Cusantiis; de fratribus Hospitalis: Petrus de Mirmanda, castellanus Crati, Petrus de Scutai, castellanus Margati, Hylarius capellanus, Gaufridus Ratus,[1]) bajulus domus Antiochiae, Rogerius de Campania, Fortunus, olim castellanus Empostae, Rollandus Burgundensis, Sancius Alumnensis, Villelmus de Moret,[2]) Symon senescalcus (Paoli I, p. 88, No. 82; cf. p. 512—513). || Hoc privilegium Eustorgius, Nicosiensis, et P(etrus), Caesariensis, archiepiscopi (Accon, Octob. 1217? Cf. Eracles, p. 322—323; de Eustorgio cf. Archives de l'Orient latin II A, p. 214—229) se vidisse, confirmant (Paoli I, p. 88, No. 82). **759**

[1]) Alias: Rath, Lirat. [2]) Alias: Morent.

( „ Sept. 15 — Octob. 15. Laterani). — Innocentius III (Monacho), patriarchae Hierosolymitano, episcopo Lyddensi, Hospitalis ac Templi magistris nuntiat, se ex ipsorum litteris comperisse, treugas cum Saracenis factas esse,[1]) neque tamen otio torpere sed negotio Terrae Sanctae insistere opus esse, seque navem propriis expensis aedificatam et frumento oneratam per Raymundum Hospitalis, M. militiae Templi fratrem et I. monachum ad ipsos destinare, qui de eorum consilio gratis et discrete inde distribuant, denique mandat, ut de statu provinciae Hierosolymitanae frequenter et

[1]) 1 Jul. 1198 (Röhricht, Studien, p. 32, Not. 20 et infra No. 762 Not.).

veraciter rescribant (Baluze I, p. 459, No. 189; Migne I, p. 737—738, No. 189; Potthast, No. 851; cf. Gesta Innoc., § 46). **760**

**1199** (ante Nov.). — Gregorius, catholicus Armeniae, Innocentio III scribit, Conradum, archiepiscopum Maguntinum, ex parte Dei, ecclesiae Romanae et imperii Romani Leonem II regem Armeniae coronasse, seque legem et fraternitatem ecclesiae Romanae accepisse ita, ut eidem omnes archiepiscopi, episcopi et clerici subjecti sint et oboedientes (Baluze I, p. 482—483, No. 217; Migne I, p. 775—776, No. 216; Böhmer-Will, Regest. archiep. Mag. II, p. 114, No. 397). || Eidem catholico Innocentius III (23 Dec. 1199 et 1 Jan. 1202) gratulatus, quod ad fidem vere catholicam redierit, mandat, ut in fidelitate permaneat (Potthast, No. 871, 1690), ejusque successori Gregorius IX (26 Jun. 1238) praecipit, ut patriarchae Antiocheno oboediat (Potthast, No. 10620) et (10 Mart. 1239) in signum apostolicae dilectionis novum pallium, mitram, stolam et anulum transmittit (Potthast, No. 10714). Innocentius III (1 Jun. 1202) archiepiscopo quoque Sisensi per Soffredum et Petrum, cardinales Sedisque Apostolicae legatos, pallium et mitram miserat (Potthast, No. 1691). **761**

( „ Nov. c.). — Haymarus Monachus, patriarcha Hierosolymitanus, ex mandato Innocentii III papae [1]) eidem de statu politico Saracenorum accuratissime refert descriptionem Terrae Sanctae et Aegypti geographicam addens (Hist. orient. in Bongars, Gesta Dei, p. 1125—1129; plures alias editiones praeter codices hujus tractatus enumerat Röhricht, Bibl. geogr. Palaestinae, p. 43—44, No. 109 I). **762**

[1]) 15 Sept.—15 Octob. 1199 et 4 Jan. 1200 Innocentius universis christianis nuntiavit, se a patriarcha relationem supradictam postulasse et accepisse (Potthast, No. 851 et 935). Memoria dignum quippe novum censemus, quod tractatu nostro narratur, Coradinum, soldanum Damasci, cum ipso patriarcha, Templi et Hospitalis magistris Januario praeterito usque ad magnum passagium pacem fecisse (cf. supra No. 760), sed aperte errat auctor noster nuntians, Safadinum, soldanum Aegypti, tempore, quo relatio facta est, quinquagenarium fuisse; nam eundem mense Jun.—Jul. anno 1145 natum fuisse confirmat Ibn Khallikân, Biogr. dictionary ed. Mac Guckin de Slane III, p. 238.

( „ Dec. 10—31. Laterani). — Innocentius III (Philippo et Henrico II), regibus Franciae et Angliae, scribit, A(malricum II), regem Hierosolymitanum,[1]) sibi litteris et nuntiis miseriam Terrae Sanctae exposuisse ac petivisse, ut, priusquam Saraceni inter se pugnantes ad concordiam redierint, auxilium mitteretur, itaque antedictos reges precibus adit, ut Terrae Sanctae subveniant (Baluze, Ep. Innoc. III, I, p. 503—504, No. 251; Potthast, No. 924). **763**

[1]) Eidem Innocentius 21 Dec. 1198 responderat, se ejusdem nuntium magistrum J. clericum benigne recepisse (Baluze I, p. 283, No. 487; Potthast, No. 486). Epistolas ejusdem, Leonis II, regis Armeniae, Antiocheni et Hierosolymitani patriarcharum, magistrorum ordinum eadem nuntiantes Innocentius III (31 Dec. 1199 et 4 Jan. 1200) memorat ut supra universos Christifideles monens (Baluze I, p. 515—518, No. 270; p. 832—835, No. 271; Potthast, No. 922, 935); cf. supra No. 762 Not.

„ Dec. 15. Laterani. — Innocentius III (Monacho), patriarchae Hierosolymitano, (Joscio), Tyrensi archiepiscopo, et (Theobaldo), Acconensi episcopo, mandat, ut excommunicationis sententiam contra fratres Templi promulgatam rescindant et temere excommunicantem episcopum Sidoniensem puniant. Cum enim olim episcopus Tiberiadensis conquestus fuisset, quod fratres Templi MCCC bisantios et alia bona ecclesiae Tiberiadensis, quae

antecessor apud quosdam fratres dictae militiae deposuerat, reddere denegarent, Innocentius eosdem litteris et per Sidoniensem et Bibliensem episcopos compulit, ut pecuniam redderent, sed, sicut ex fratrum dictorum epistolis et ore nuntiorum cognovit, episcopus Sidoniensis, cum de terra Antiochena, ubi pro bello inter principem Antiochiae et soldanum Alapiae exorto aliquamdiu commorati erant, redirent et quadam die Martis Tyrum applicassent, eis sequentem diem Jovis terminum assignavit, quo de antedicta pecunia responderent. Quum vero magister, quibusdam negotiis impeditus, II fratres idoneos misisset, absente episcopo Bibliensi, dictus episcopus proclamavit, se, nisi dicta pecunia ad proximam Dominicam soluta fuerit, omnes fratres Templi citra et ultra mare eorumque amicos excommunicaturum esse. Qua de causa illi II fratres Accon appulsi, quae gesta fuerunt, magistro narraverunt, et hic, cum patriarcha negotio pertractato cum episcopo Tiberiadensi componere constituit, episcopus vero Sidoniensis die Dominica in ecclesia S. Crucis Acconensi fratres Templi excommunicavit. Itaque Innocentius supradicto Monacho praecipit, ut, inquisita diligentius veritate, ab executione pontificalis officii dictum episcopum tamdiu faciat manere suspensum, donec a Sede Apostolica indulgentiam consequutus fuerit (Baluze I, p. 508—509, No. 257; Migne I, p. 816—818, No. 257; Potthast, No. 905). ‖ Quae hac epistola narrantur, chronicis illustrare non possumus. **764**

**1199** Dec. 15—31. Laterani. — Innocentius III (Leoni II), regi Armeniae, mandat, ut castrum Gaston [1]) fratribus Templi restituat, quod de jure et sine lite possederant, donec inde expellerentur a Saracenis, hi vero metu regum christianorum in Terram Sanctam profectorum deseruerunt. Quo facto dictus rex idem castrum habitatoribus vacuum occupavit et quamquam a magistro Templi, nuntiis patriarchae et principis Antiocheni, comitis Tripolitani et communitatis Antiochenae rogatus reddere noluit, nuntio vero ecclesiae Romanae proposuit, castrum ipsum Milonis, quondam avunculi sui, [2]) fuisse, seque illud de manibus Sarracenorum liberavisse. Itaque dictum regem monet, ut illud castrum reddat, et, si aliquam quaestionem de eodem proponere velit, in curia Romania sive per legatos Apostolicos in proximo transfretaturos se justitiam ipsi exhibiturum esse, pollicetur (Baluze I, p. 510, No. 259; Migne I, p. 819—820, No. 259; Potthast, No. 929). **765**

[1]) Saladinus arcem Gaston (Baghrâs) fratribus Templi eripuit 26 Sept. 1188 (Röhricht, Beitr. I, p. 161—162, 187); de aliis possessionibus Templi et Hospitalis captis, inter quas enumerantur castra Rupis Willelmi et Rupis Ruissoli, cf. Potthast, No. 2374; Schottmüller, Der Untergang d. Tempelherren I B, p. 206. [2]) Alias Meslier, Melier, Μελίας, Mleh vocatus, frater Thori II, antea frater Templi, tum vero apostata († 1175), de quo fusius agitur in Du Cange, Les familles ed. E. G. Rey, p. 116—119.

(s. **XII—XIII**). — Symon Rossellus de Laheores abbatiae de Bonoloco prope Noviomagum sitae, cujus soror ipsius filia facta fuerat, quosdam redditus terrae suae de Germeines concedit suoque et archiepiscopi Nazareni necnon episcopi Acconensis sigillis confirmat. S. l. et a. (Paris, Arch. nation., S. 4411, No. 10). **766**

(s. **XII—XIII**). — Edictum, quo Archali Merchino [1]) mandat, ut Pisani in terra Aegypti constituti cum fundaco Alexandriae restaurato, bonis ac privi-

[1]) Praefectus Alexandriae?

legiis protegantur. Firmatum per Arcalis Nadari [2]) et Amari [3]) (Amari, I diplomi arabi, p. 290, No. 26 [cf. p. 471]; Lami, Delic. erudit. V, p. 220 —221). 767

[2]) al-kadhî Nassir? [3]) Omar.

**1200** (1201) Febr., ind. IV (III). — Ademarius, dominus Caesareae, consensu uxoris Julianae ejusque filii Gualterii Caesareae necnon Georgii, consanguinei Soquerii, Soquerio scribano et heredibus, quos de uxore habuerit, feudum, quod fuit Johannis Scribani, avunculi ejus, scilicet carrucatam terrae divisam in Kafarleto et varios redditus in Samaritano, Solimania, Bufalis, Megedello, Zebedello, Trassim, Allar, Alven, Hatil, Bezzemel, Gelenne, quae fuit domini Caesareae, Soeta, Pharaon, Mezgebino [1]) et Cafeto casalibus recipiendos sigillo concedit. — Milites Caesareae: Simon, Matthaeus, Renerius de Coffia, Rogerius de Castellione, Johannes, Gervasius, ......, ...... de Beugant,[2]) Johannes Karoh,[3]) Helias Karoh fratres, Isembardus, Hugo de Buria, Girardus Passarel, Robertus Perret (Paoli I, p. 288 —289, No. 9; cf. Lois [ed. Beugnot] I, p. 613 not.). 768

[1]) Alias Seingebis, nunc Nusf jebûl (Clermont-Ganneau, Rec. d'archéol. I, p. 334, 401). [2]) Raynaldus de Belgrant? [3]) Karol?

„ (1201) Mart. 20. Antiochiae in palatio. — Boemundus IV, princeps Antiochiae, precibus Simonis Foglianelli, consulis Pisanorum Acconensium, et ejus sociorum Petri judicis et Federici Mochi legati privilegium a Constantia, matre principis, Buctaccio, legato Pisanorum, et ab ipso principe Tyri concessum sigillo confirmat. — Petrus de Ravandello, Rogerius constabularius, Johannes de Salquino, Jacobus de Marasio, Richerius de Erminato, Nicholaus Jalmus, Oddo de Maire, Thomas marescalcus, Guilielmus de Insula, Pascalis de Seona, Hugo de Curbulio. — Bonaccursus etc. (G. Müller, p. 80—81, No. 50; cf. Archives d. miss. scientif., l. c. p. 352). 769

„ April. 5. Laterani. — Innocentius III papa (Monacho), patriarchae Hierosolymitano, et (Gaudentio?), archiepiscopo Caesariensi, scribit, se sententiam, quam (Theobaldus) Acconensis, Tiberiadensis et Beritensis, episcopi, de causa inter archiepiscopum Tyrensem et plebanum S. Marci Tyriensis versantem promulgarunt et episcopus Paphensis sibi attulerat, cassare, et mandat, ut quodcunque dictus archiepiscopus dictae ecclesiae ducali S. Marci Venetorum basilicae subjectae abstulerit, restituatur, quum Ursus Badoarius et Marinus Jacobus, legati ducis Henrici Danduli, ostenderint, Venetos in recuperatione Terrae Sanctae tertiam partem Tyri pleno jure accepisse et dictae ecclesiae jura a Clemente III ac Coelestino III papis confirmata fuisse (Tafel-Thomas I, p. 282—285, No. 87; cf. Cornelius XIII, part. I, p. 221; Hist. duc. Venet. in Mon. Germ. SS. XIV, p. 91; Chron. Danduli, p. 319; Potthast, No. 1001; supra No. 730). 770

„ April., ind. III. Accon. — Theobaldus, episcopus ecclesiae S. Crucis Acconensis, Hospitali per manum Gaufridi de Donion concedit et sigillo confirmat cimeterium ejus juxta civitatem Accon, in quo liceat capellam aedificare ad divinum officium, quando velint, celebrandum. Praeterea episcopus pollicetur, se contra omnes inimicos Hospitalis secundum privilegia a summo pontifice indulta justitiam facturum et in perpetuum observaturum esse, quae continentur in isto privilegio pro forma pacis inter se et Hospitale tempore praesentis cartae reformatae. — Canonici: Radulfus cantor, Johannes thesaurarius, Richardus, Albericus Remis, Johannes Longobardus,

magister Albericus, magister Radulfus, ecclesiae Acconensis canonicus et Tyrensis thesaurarius (Paoli I, p. 89—90, No. 84; cf. p. 514). **771**

**1200** Jun. — Boamundus IV, princeps Antiochenus, domui Theutonicorum liberum commercium scilicet, ut quaecunque usui eorum necessaria sunt, in toto principatu libere emant et vendant, concedit et sigillo confirmat. — Rogerius constabularius, Petrus de Ravendello, Johannes de Salquino, Richerius de Erminato, Odo de Maire, Hugo de Flauncurt, Nicholaus Jalnus, Guillelmus de Insula, Ricardus de Angervilla, Radulfus de Riveria, Paschalis de Seona. Datum per manum Alexandri cancellarii (Rey, p. 25; Altpreuss. Monatsschr. XIX, p. 647—648, No. 1; p. 637, No. 6; cf. Forsch. XXI, p. 499, No. 1). **772**

„ Aug., ind. III. — Monachus, patriarcha Hierosolymitanus, cum Willelmo de Amigdaleo ejusque uxore Agnete, filia comitis Joscelini, coram Aimerico II rege et Rainaldo Sydonis, avunculo praedictae dominae, de casali Jeth [1]) ejusque juribus et pertinentiis, ipsius et regis sigillis appositis, compositionem facit. — Aimericus rex, Rainaldus Sydonis, Johannes conestabilis, Johannes marescalcus, Terricus de Orca, Villanus de Alneto, Balduinus de Bethsan, Adam Costae, Willelmus de Petra (Strehlke, p. 30, No. 37). **773**

[1]) Cf. supra No. 625.

„ Aug. Accon. — Aymericus II, rex Hierosolymitanus et Cyprius, Paulum et fratrem ejus, filios Theoderici de Sarepta, in curia regis domum cum horto et pertinentiis, quae fratres Theutonici ex dono quondam comitis Henrici et uxoris Isabellae Tyri tenebant, [1]) CC bisantiis acceptis eidem hospitali concessisse, sigillo confirmat. — Raynaldus Sydonis, Johannes de Ybelino, regni constabularius, Balduinus de Betsan, Vilanus de Alneto, Terricus de Tenero monte, Johannes, regius marescalcus, Adam Costae, Willelmus de Petra, Aimon Daus. [2]) Datum per manum Joscii, Tyrensis archiepiscopi regnique cancellarii (Strehlke, p. 29—30, No. 36; cf. p. 124). **774**

[1]) Cf. supra No. 722. [2]) Eracles, p. 312, 317: d'Ays.

„ Octob. 12, ind. IV. Accon in palatio S. Mariae Latinae. — Tebaldus, episcopus Acconensis, consulibus Pisanorum Guidoni Pagani, Henrico Magialis et Ugoni Leimattilde praeter alia jura concedit, ut, si ab ecclesia S. Laurentii usque ad portam tarsanae et, prout a capite Furoris extenditur usque ad burgum novum, Pisanus aliquam desponsaverit, ad ecclesiam S. Petri Pisanorum desponsare liceat, salvo tamen jure parrochiali S. Andreae et S. Michaelis ecclesiarum. Ceterum quibusdam aliis conditionibus in sua ecclesia sacros ritus habere concedit et sigillo confirmat. — Bandinus, Anteradensis electus, Cervasius, Acconensis ecclesiae archidiaconus, Rodulfus praeceptor, [1]) Johannes thesaurarius, Rodulfus, Tyrensis thesaurarius, Albericus Riccardus, Albericus, Petrus Arnaldi, Johannes Longobardus, Johannes de Jerusalem; de Pisanis: Simon Cimicosus, magister Lambertus medicus, Petrus et Bonaccursus, judices et notarii, Ugo Pissicasegale, Petrus Moccus, Sanguineus, Talliapanis, Germanus, Galleta, magister Adjutus medicus, Tedicius Scornisianus, Sisimundus, Bonacursus de Sindica. — Bonacursus etc. (G. Müller, p. 82 — 83, No. 52 [cf. p. 432]; Archives d. miss. scientif., l. c. II, p. 364). **775**

[1]) Legendum esse arbitror: praecentor.

**1200** Octob. — Aymericus II, rex Hierosolymitanus et Cypri. consensu Ysabellis uxoris II millibus et CCC bisantiis sarracenatis domui Theutonicorum casale Lebassa in territorio Acconensi situm et gastinam Missop sigillo apposito vendit. — Comes Bertodus, Bertodus, filius ejus, Rainaldus Sydoniae, Azemarus Caesariensis, Johannes de Ybellino, regis conestabilis, Terricus de Orca, Balduinus de Bethsan, Johannes, regis marescalcus, Vilanus de Alnetho, Terricus de Tenero monte, Garterius de Eissem, Willelmus de Petra, Muissardus, Adam Costae. Datum per manum Joscii, Tyrensis archiepiscopi regnique cancellarii (Strehlke, p. 30—31, No. 38; cf. Forsch. XXI, p. 499, No. 2; Altpreuss. Monatsschr. 1880, XVII, p. 382, No. 5; 1882, XIX, p. 637, No. 7; p. 645, No. 4). **776**

„ Octob. Accon. — Guillelmus de la Mandelie consensu Agnetis uxoris, quondam comitis Jozcelini filiae, domui Theutonicorum petiam terrae donat et sigillo confirmat, quae a meridie cohaeret terrae Hospitalis S. Johannis, a parte septentrionali rivulo, qui conjungitur terrae casalis Albi (ubi metae sunt) et descendit usque ad divisionem casalis Theutonici de Cafresie, ubi terra regis casalis Albi jungitur terrae Cafersye. — Johannes Tortus, Willelmus Ruffus, Philippus de Castello, Gichardus de Kaber, Johannes de Borc (Strehlke, p. 31, No. 39; cf. p. 121). **777**

( „ c.). — * Epistola [1]) coelitus missa et super altare S. Simeonis Hierosolymis suspensa, qua Dominus ipse populum christianum monet, ut diem Dominicam stricte observet (Rog. de Hovedene IV, p. 167—169; Rog. de Wendower ed. Coxe III, p. 148—150, ed. Hewlett I, p. 295—297; exstat quoque in cod. Monacensi Clm. 9550 s. XI et in Chron. S. Maxentii apud Bouquet XII, p. 405). **778**

[1]) De hac epistola fabulosa sed antiquissima et multis linguis nobis servata cf. Fabricius, Codex apocryph. Novi Testam., Hamburg 1719, III, p. 303—314; Schmitz in N. Archiv XV, p. 602—605; Röhricht, Ein Brief Christi in Zeitschr. f. Kirchengesch. XI, p. 436—442, 619. Similes sed allegoricae et mysticae sunt epistolae, quarum prior Ludovico VII, regi Franciae, «divinitus missa», altera a patriarcha, graecis et latinis episcopis ecclesiae orientalis ad praelatos ecclesiae occidentalis (1146—1147) scripta esse dicitur (Jaffé, Mon. Corbeiensia, p. 64—65; ibid. exstat brevis descriptio Antiochiae).

( „ ? c.). — Patriarcha Hierosolymitanus ecclesiae Romanae et Innocentio (III?) ejusque successoribus canonice intrantibus obedientiam jurat (Rozière, p. 274, No. 152; Lois [ed. Beugnot] II, p. 537, No. 52; Migne, p. 1257, No. 152). || Nescimus, num Innocentius II, III vel IV intelligendus sit, suspicamur autem, tertium hanc formulam praescripsisse, ut aliam, qua nomine ecclesiae Romanae pallium tradi solebat (Rozière, p. 275, No. 153; Lois [ed. Beugnot] II, p. 537, No. 52; Migne, p. 1257—1258, No. 153). **779**

**1201** Mart. Nicosiae. — Aymericus II, rex Hierosolymitanus et Cypri, Monacho, S. Sepulchri patriarchae, casale Cypri, quod vocatur Pendache, cum pertinentiis, excepto fonte S. Georgii cum X carrucatis vicinis Hospitali Alemannorum prius donatis et exceptis donis, quae ipse et frater Guido rex hominibus suis fecerant, concedit et sigillo confirmat. — Aymericus de Rivet, senescalcus Cypri, Rainerius bibliothecarius, Raynaldus Suessionensis, Rustanus Aymar, Raynaldus de Balma, Guillelmus de Balma, frater ejus, Symon Paphensis, Balduinus Usserius. Datum per manum Alani,[1]) Nicos-

[1]) Antea archidiaconus Lyddensis fuerat (Comte de Mas Latrie in Archives de l'Orient latin II A, p. 208—209).

sensis archiepiscopi et Cypri cancellarii (Rozière, p. 316—317, No. 177; Lois [ed. Beugnot] II, p. 535, No. 49; Migne, p. 1254, No. 177). **780**

**1201** Mart. — Leo II, rex Armeniae et regali corona per manus Romani imperii sublimatus, Januensibus per manus Ogerii de Pallo in regno suo securitatem, liberum commercium necnon in civitate Sisi terram et locum ad ecclesiam et fundacum aedificanda, domos et curiam, deinde in civitate Mamistrae et Tarsi ecclesiam constructam, locum et terram ad faciendum fundacum, domos et curiam concedit atque sigillo munit. Datum per manum Johannis, archiepiscopi Sisensis, abbatis Trium arcium,[1]) totius Armeniae legati et cancellarii. — Atto Placentinus, notarius sacri palatii, jussu Jacobi de Balduino, potestatis Januensis, transscripsit (Liber jurium I, p. 468—470, No. 441; Notices et Extraits XI, p. 19—21; Langlois, p. 105—108; No. 1; cf. Serra IV, p. 149—150; Archives d. miss. scientif., l. c. II, p. 371; Dulaurier in Journ. asiat. 1861, XVIII, p. 332—333, 345—346 et Recherches sur la chronol. armén. I, p. 123—124, 165; Heyd I, p. 369—370). **781**

[1]) Trazarg; cf. Kohler et Langlois in Bibl. de l'école d. chartes 1891, p. 62.

„ Mart.-April. Laterani. — Innocentius III Alexium, imperatorem Constantinopolitanum, qui petiverat, ut (Amalricum II), regem Hierosolymitanum, excommunicationis sententia ad reddendam insulam Cypri compellat, ac magnos redditus dicto regi ac fratribus Hospitalis et Templi inde ministrare pollicitus fuerat, monet, cum dicta insula manibus principis,[1]) qui de ipsa imperio Constantinopolitano minime responderet, a Richardo, rege Angliae, erepta fuisset et non modicum subsidium orientali provinciae subministret, ne statu Terrae Sanctae pendente regem antedictum molestet (Bréquigny, Ep. Innoc. I, p. 74—75, No. 64; Gesta, § 64; Potthast, No. 1332). **782**

[1]) Kyr Isaac, qui a Richardo rege captus fuit (Röhricht in Hist. Zeitschr. 1875, p. 61—68).

„ April. 27, ind. IV. — Marinus Mazuc, Januensis et confrater Hospitalis, eidem domui per manum Gaufridi magistri sigillo apposito concedit censum unius marchae annuatim recipiendum pro IV ejusdem stationum custodia, quarum II ex una parte cohaerent uni stationi Hospitalis, ex altera stationi Rolandi Nepotis, fratris Antelmi de Luca; tertia adhaeret stationi Rolandi et Andreae Ruffi, quarta stationi Andreae et Bandini Bēc Pisani, omnes vero ex parte septentrionis adjacent viae publicae, ex parte meridei mari portus Accon. Has vero stationes Hospitale post obitum Marini tenebit proprias. — Factum coram Gaufrido magistro sigillante, Guillelmo Lumbardo, praeceptore Acconensi, Antelmo thesaurario, fratre Isambardo, tunc priore Franciae, Simone, senescalco magistri, et aliis; de saecularibus adfuerunt: dominus Belmustus Lercarius, Willelmus Usus Maris, Vivaldus Moricla et alii (Paoli I, p. 216—217, No. 174; cf. p. 540; Lois [ed. Beugnot] I, p. 634 not.; II, p. 175 not.). **783**

„ Maj., ind. IV. — Christiana, filia quondam Rogerii de Caypha, assensu et sigillo Roardi, domini de Cayphas, Hospitali per manum magistri Goffridi de Donion casale Digegie concedit et confirmat. — De fratribus: Gaufridus de Donion magister, Guillelmus Lombardus, praeceptor domus Accon, Antelmus de Luca thesaurarius, Constantius, Simon, senescalcus magistri, Stephanus; de militibus Roardi: Milo, Eustacius, Johannes, filius Henrici de Podio, Stephanus, Thomas, nepos archiepiscopi Tyrensis,

Henricus; jurati de Cayphas: Guillelmus scriba, Robertus Elefant, Rolandus, Reinaldus de Finamunde, Johannes Majo, Bonaccursus, Ugo Pelevilanus, vicecomes Acconensis, Philippus Morisinus, Clarembaldus de Vicecomitissa, Helyas de Nazaret (Paoli I, p. 91—92, No. 86; cf. p. 514). **784**

**1201** Octob. 1. Sisi. — Leo II, rex Armeniae, Innocentio III gratias agit pro vexillo B. Petri transmisso [1]) et nuntiat, Bohemundum, comitem Tripolitanum, et Antiochenos cum Roconodino [2]) crucis hoste confoederatos esse, ut alter ab altera parte ipsius regnum aggrederetur, quod nuntiis captis apparuerit, seque fines Antiochiae ingressum per III menses plurima sustinuisse et Antiochenis, quae voluerunt, indulsisse. Deinde gaudet, quod legati Apostolici mox venturi sint, quibus rei certitudinem explicare possit, et rogat, ut succursus diu exspectatus et desideratus mox veniat, quum inter Saracenos discordiae et bella intestina exorta sint, cum legatis vero suis archiepiscopum Maguntinum judicem mittere velit,[3]) tum gratias agit, quod papa comiti Tripolitano minatus sit, sed dolet, quod idem Antiochenos pretio et precibus attrahere studeat. Porro nuntiat, se mense Julii exercitum suum coadunavisse barbaricis nationibus discordia inter se disjunctis bellum illaturum et fratribus Templi de possessionibus regni XXV millia bisantiorum misisse, ut succurrerent, eosque ad fines Antiochiae venisse, ibique magistrum epistolam papae praesentavisse,[4]) qua rex admoneretur, ut castrum Gaston redderet. Itaque se magistrum Templi rogavisse, ut ipse et patriarcha Antiochenus nuntios ad Sedem Apostolicam mitterent, quia rex per manus papae dictum castrum eodemque in castello Rupinum nepotem nutriendum et custodiendum reddere vellet et, ut eidem ad acquirenda jura adjuvarent, pollicitus, se donec nuntii Romam ivissent et rediissent, quantum valerent redditus pertinentiarum castelli, in corpore terrae regalis restituere velle. Praetera regem, se fratres ad acquirendum aliud castellum Trapesach eis pertinens cum omnibus viribus adjuturum pollicitum esse, fratres vero hoc facere contempsisse et terram reliquisse, quamvis rogatos, ut regem adjuvarent, qui tamen bello finito terram illaesam suam invenerit. Denique latorem Garnerium Teutonicum [5]) recommendans rogat, ne cui in ipsum vel ipsius terram sententiam excommunicationis vel aliam nisi de mandato Sedis Apostolicae speciali proferre liceat [6]) (Baluze, l. c. I, p. 634, No. 42). **785**

[1]) Cf. supra No. 756, not. 3. [2]) Male scriptum pro: Corradino, filio Mâlik al Adil, soldano Damasci. [3]) Qui obierat 25 Octob. 1200 (Böhmer-Will, Reg. arch. Mogunt., p. 119—120, No. 428). [4]) Cf. supra No. 765. [5]) Alias: G. Alemannum vocatum. [6]) Quod Innocentius III Leoni 1 Jun. 1202 concessit (Potthast, No. 1689).

„ Dec. — Leo II, rex Armeniae,[1]) Venetianis per manum Jacobi Badoarii, filii Johannis Badoarii militis, nuncii ducis, in toto regno suo securitatem ac liberum commercium necnon Mamistrae ecclesiam, fundicum et locum ad domum aedificandam concedit et sigillo confirmat. Factum per manum Johannis, archiepiscopi Sisensis, regni cancellarii. — Gabriel Paulinus etc. ut supra No. 282 (Tafel-Thomas I, p. 381—385, No. 94 [cf. p. 373—381]; Langlois, p. 109—112, No. 2; Arch. storico ital., app. IX, 1853, p. 361—364; cf. Archives d. miss. scientif. II, p. 368; Marin IV, p. 155; Heyd I, p. 371; Dulaurier, Recherches I, p. 124). ‖ In Hist. ducum

[1]) Non ut antea «Dei et Romani Imperii gratia» regem se vocat.

Venet. (Mon. Germ. SS. XIV), p. 91 annus chartae nostrae (vel prioris deperditae?) 1194 memoratur. 786

(**1201**). — G(aufridus), magister Hospitalis, priori Angliae scribit, se bis nuntios ad ipsum misisse, sed priores scilicet episcopos Biblii et (Theobaldum) Acconis cum pluribus fratribus Hospitalis et peregrinis in maritima Tripolitana periisse, et alteros naufragio vix evadentes Tripolim rediisse. Tum nuntiat, Sephadinum, nepotibus ejectis, soldanum Babyloniae, varias contentiones cum soldano Alephiae[1]) habere ac Terram Sanctam occupare molitum, sed siccitate Aegypti[2]) ac fame sequenti retentum fuisse, itaque plurimos Saracenos in Terram Sanctam venisse nutrimenta quaerentes ibique Saracenum quendam juvenem exortum fuisse, qui christianus factus et christianam religionem praedicans II millia ad fontem baptismi adduxerit, deinde antedictum fratrem rogat, quum Terra Sancta a paucis tantum defensa remaneat et fratres Hospitalis in aere alieno vacillent neque a domibus ultramarinis pecuniam receperint, ut regem et dictos fratres adeant, ut sibi in primo Martii passagio celeriter et competenter subveniant (Rog. de Hovedene IV, p. 185—187; Bouquet XVII, p. 613—614; Bosio I, p. 461; Paoli, Codice I, p. 317—318, No. 38). 787

[1]) Mâlik az-Zâhir. [2]) Quum Nilus (Jul. usque ad Sept.) a. 1200 non creverit, ut consuevit, fames et inedia maxima exorta est (Annal. de Terre Sainte, p. 435; Gestes des Chiprois, p. 16; Ibn el-Atîr in Rec. d hist. d. croisad., aut. orient. II, p. 90).

**1202** (1203) Mart. — Plebanus, dominus Botroni, cum uxore Caecilia Pisanis quaedam jura ac privilegia concedit et sigillo confirmat. — Bertrandus Dorel, Rainaldus de Valaria,[1]) Ugo Daguiler,[2]) Petrus de Cafarca, Petrus de Mornas, Boemundus (G. Müller, p. 83—84, No. 53 [cf. p. 432—433]; Archives d. miss. scientif., l. c. II, p. 355; Heyd I, p. 321). 788

[1]) Legas: Valania, Valenia. [2]) Alias: d'Aguille.

( „ Jun.). — Gaufridus, magister Hospitalis, H.,[1]) regi Navarrae, nuntiat, Terrae Sanctae urbes terrae motu plurimas (20 Maj.)[2]) subversas fuisse (Pamplona, Arch. d. comptes d. Navarre II, No. 4; dedit Comes Riant). 789

[1]) Corrigas: Sancio. [2]) De quo cf. Eracles, p. 244—245; Annal. de Terre Sainte, p. 435; Gestes, p. 16; Ibn el-Atîr (Rec. d. hist. d. croisad., aut. arab. II), p. 90.

**1203** Maj. 7. Accon. — S(offredus), patriarcha Hierosolymitanus[1]) et Apostolicae Sedis legatus, controversiam de quibusdam decimis inter T., Nimociensem episcopum, et fratres Hospitalis versantem arbitrio suo disceptat (Paoli I, p. 90, No. 85; cf. p. 514). 790

[1]) Quam dignitatem (Potthast, No. 1987) paulo post resignavit (Röhricht in ZDPV. X, p. 8—9).

„ Maj. 30. Laterani. — Innocentius III papa canonicis Tyrensibus mandat, ne post decessum archiepiscopi Tyriensis cum patriarcha Hierosolymitano plebanum S. Marci ecclesiae Tyriensis, cujus jus parrochiale a praedecessoribus suis Clemente III et Coelestino III et a se ipso confirmatum fuerit, molestare praesumant, quum Soffredus, S. Praxedis cardinalis et legatus in peregrinatione constitutus, mox in Terram Sanctam venturus sit (Tafel-Thomas XII, p. 425—426, No. 108; Cornelius XIII, part. I, p. 223; Potthast, No. 1684; supra No. 770). 791

„ Dec. (Antiochiae.) — Bohemundus IV, princeps Antiochenus et comes Tripolitanus, Lamberto Fornario et Belmusto Lercario, consulibus

Januae, in dicto comitatu privilegia varia concedit et sigillo confirmat. — Guido, dominus de Biblio, Bertrandus de Biblio, Raymundus de Biblio, Wilielmus de Biblio, Ugo de Biblio, Girardus (de Ham), constabularius Tripolis, Raimundus de Scandalione, Johannes de Rancheroles, Mansellus, Bertrandus de Taisio, Plebanus de Botrone, Saisius, Stephanus Alexander, Johannes Saxius, Thomas Saxius, Bartholomaeus Saxius, Homodei. Nota magistri Johannis de Corbonio, principis cancellari. Actum principatus anno tertio (Arch. Januens. mazzo polit. III; unde edidit Röhricht in Mitth. d. österr. Instituts f. Geschichtsforsch. 1891, p. 489). **792**

**1204** Jan. 23. Anagniae. — Innocentius III P(etro), cardinali presbytero S. Marcelli, congaudet, quod, coepiscopis Cypri confirmatis, inter Pisanos et Januenses Accone bellantes pacem fecit, ac scribit, se ejusdem litteras de processu christianorum, de statu provinciae Hierosolymitanae ac nuntiis ad Saladinum [1]) directis accepisse, ejusque arbitrio remittit, utrum cum Venetis excommunicatis communicare debeat necne (Bréquigny I, p. 407—408, No. 209; Migne II, p. 235—236, No. 209; Potthast, No. 2093). **793**

[1]) Legas: Safadinum.

( „ ineunt.). — Soffredus, S. Praxedis, et Petrus, S. Marcelli, cardinales presbyteri,[1]) Innocentio III scribunt de iis, quae officio Sedis Apostolicae legatorum fungentes in Terra Sancta gesserunt. (1) Quum prior Acconem venisset, treuga inter christianos et Saracenos fuit, sed rex Armeniae cum comite Tripolitano et Antiochenis bellum gessit de principatu Antiocheno, qua de causa Soffredus cum (Philippo) Templi et (Alphonso) Hospitalis magistris pro pace reformanda Antiochiam adiit, comiti et dicto communi mandavit, ut nuntios mitterent, quibuscum deliberaret. Sed festo S. Martini (11 Nov. 1202) Tripolim profectus, quo eos vocarat, antedictos non invenit, neque litteras accepit, neque utraque pars, quamvis per Anteradensem et (Petrum) Bethlemitanum episcopos rogata, respondit usque ad festum purificationis (2 Febr. 1203). Tunc vero venit comes Tripolitanus, sed cum per (Petrum I) Antiochenum et (Albertum) Hierosolymitanum patriarchas fuisset excommunicatus, legatus cum eo convenire neque potuit, neque per inter nuntium colloqui voluit. Postquam cum fratribus Hospitalis pro facto, pro quo comes fuit excommunicatus, concordia facta est, noluit mentionem fieri legati et, cum fratres sine ejus consensu nihil agere vellent, concordia dilapsa est et legatus ibidem jacuit usque ad 23 Mart. 1203. Soffredus inde Acconem reversus multos invenit de partibus Franciae, qui cum rege Hierosolymitano et magistro Templi ipsum adierunt, ut secum Antiochiam proficisceretur. Itaque legatus cum magistro Templi, praeceptore Hospitalis Antiochiam navigavit, secunda die intravit et regis Hierosolymitani adventum exspectans cum rege Armeniae colloquutus est, qui XX millia armatorum ad subsidium christianitatis obtulit et justitiae Sedis Apostolicae se commendavit, sed, concordia annihilata, Soffredus solus cum uno fideli Margatum venit mansurus, donec cardinalis alter Cyprum ac deinde Acconem venisset, scilicet Petrus, qui Antiochiam et Armeniam adire volebat. (2) Idem nunc narrat, quae ibidem gessit. Acconem appulsus pluries a Leone rege et comite Tripolitano rogatus est, ut Antiochiam veniret, ibique rex postulavit, ut comes Antiochia ejiceretur et sibi justitia exhiberetur, sed post infinitas con

[1]) Cf. Potthast, No. 1667—1668; de rebus ab eisdem gestis cf. Wilken VI, p. 18—26.

tentiones de consilio patriarchae, archiepiscopi Tharsensis, capituli et abbatum Antiochiae et Sicardi, episcopi Cremonensis, legatus, tribus mensibus elapsis, inhibuit, ne utraque pars bellum moveret. Acconem reversum legatum (Maria), comitissa Flandriae [2]), adiit cum aliis peregrinis appulsa, ut paci faciendae operam daret. Itaque legatus, rex Hierosolymitanus, fratres Templi et Hospitalis denuo tractare coeperunt, Cremonensem episcopum Antiochiam miserunt moniturum, ut, quae litteris mandata erant, facerent, nisi excommunicationi subesse vellent. Rex Armeniae treugam XL dierum obtulit, quam altera pars accipere noluit et nuntio regis legatum adituro securitatem denegavit, qui tamen illaesus advenit cum plenitudine mandati et de facto templariorum, pro quo excommunicatus fuerat, mandato legati oboedire juravit, de facto Antiochiae pollicitus se facturum esse, quod mandatum foret, sed postulans, ut comes Tripolitanus excommunicaretur eique christianorum et templariorum inhiberetur auxilium. Legati, qui de Terra Sancta Constantinopolim redituri dolebant, quod inde difficultas oriretur, Soffredus autem, (Petrus), archiepiscopus Caesariensis, (Sicardus), episcopus Cremonensis,[3]) (Johannes), electus Acconensis, confirmarunt, se, quod nuntius postulavit, justum agnoscere et paratos esse, si Petro cardinali placeret, quod postulabatur, efficere pro eo, quod sic fuerat communi deliberatione legatorum, regis, fratrum Templi et Hospitalis, baronum, peregrinorum Accone constitutorum irrevocabiliter statutum nec decebat taliter et solemniter statutum inefficax esse et illusorium (Baluze I, p. 76—78, § 118; Migne I, p. CLI—CLIX, § 118; Muratori, SS. Ital. III, p. 556—558). **794**

[2]) Quae a. 1203 Acconem appulsa obiit (Cont. Bergens. in Mon Germ. SS. VI, p. 438; Geneal. comit. Flandr., ibid. IX, p. 330; Chron. S. Bertini, ibid. XXV, p. 824; Wilh. Ard., ibid. XXIV, p. 729). [3]) De eo cf. Sicardi chronic. in Muratori, SS. VII, p. 620—621 et Michael, Salimbene, p. 133—134.

(**1204**? ineunt.). — L(eo II), rex Armeniae, Innocentio III multas querelas de P(etro), cardinali presbytero S. Marcelli, Sedis Apostolicae legato, profert. Hic enim, postquam a rege et (Johanne) catholico honorificentissime receptus eidem pallium tradidit et, quae capitularibus apostolicis continentur, praecepit, in causa tractanda, quae inter nepotem regis (Rupinum) et comitem Tripolitanum vertebatur et, patriarcha Antiocheno, Hospitalis ac Templi fratribus aliisque viris religiosis Nigrae Montanae testibus, a dicto rege Apostolicae Sedi commissa fuit, comiti dicto, templariis et Antiochenis, confoederatione privata facta, consilii et auxilii manum porrexit ita, ut rex secundo ac tertio pro pace reformanda in partes Antiochenas frustra profectus causam dicti nepotis Sedi Apostolicae committeret. Nocte quadam ante adventum P(etri) cardinalis contigerat, ut rex Antiochiam manu forti ingressus,[1]) sanguini vero civium parsurus, cum patriarcha Antiocheno pro parte Antiochenorum constituto de pace tractare inciperet, sed fratres Templi, vexillo balzano erecto, ipsius exercitum fortiter aggressi sunt. Hac de causa, praesertim quum soldano Alapiae confoederati essent,[2]) rex eorum possessiones, quas habuerunt in regno Armeniae, sustulit eosque finibus expulit, sed a P(etro) dicto cardinali, cujus collega S(offredus) pro negotio christianitatis in urbe Accon versatus non interfuit concilio, postquam varia de pace

[1]) Cf. infra No. 817 not. 1. [2]) Quod confirmant Ernoul, p. 322, Abulfeda, p. 82 (Rec. d. hist. d. croisad., aut. arab. I); cf. Ibn el-Atîr, p. 98—99.

reformanda tractavit, cum regno excommunicatus et J(ohanni) catholico ab eodem mandatum est, ut regnum interdicto subesse pronuntiaret. Quum vero rex consilio S(offredi) cardinalis, Hierosolymitani ac Cypri regum et peregrinorum mense Septembris pro pace tractanda nuntium suum militem Constantinum de Camardesio (Camardresio) misisset Acconem, tandem pax et concordia inter ipsum et fratres Templi facta est. Qua de re rex ab Innocentio petit, ne causam (Rupini), nepotis sui, dicto P(etro) committat neve fratribus Templi Hospitalisque eidem nepoti adversari permittat (Baluze I, p. 74—75, § 116; Bréquigny II, p. 452—755, No. 119; Raynaldi, Annal. 1205, § 30—33; Migne II, p. 687—692, No. 119). || In eundem fere modum Johannes catholicus eodem tempore Innocentio scribit (Bréquigny II, p. 755 —756, No. 120; Migne II, p. 692—694, No. 120). **795**

**1204** Mart. Constantinopoli in palatio Blakerne. — Balduinus I, imperator Constantinopolitanus, Hospitali quartam partem ducatus de Neocast(ro) donat et sigillo confirmat (Paoli I, p. 93, No. 88). **796**

( „ April. post mens.). — A., archiepiscopus Nazarenus, postquam desolationem Terrae Sanctae exposuit, praelatos christianorum hortatur, ut christianos ad liberandam dictam terram impellant privilegia exponentes, quae omnibus crucesignatis a papa concessa sunt (Cod. Bruxellens. 10151; unde edidit Röhricht in Mitth. d. österr. Instituts f. Geschichtsforsch. 1891, p. 489—491; cf. p. 483—484). **797**

( „ exeunt.). — Leo II, rex Armeniae, Innocentio III scribit conquerens de Petro, S. Marcelli cardinali presbytero, aperte suo adversario. Postquam enim Maria, comitissa Flandriae, Acconem appulsa fuerit, coram Templi et Hospitalis aliisque peregrinis nobilibus statutum fuisse, ut, quaecunque partium subterfugeret stare judicio cardinalium, christiani nominis hostis damnaretur, sed quamvis (Sicardus), episcopus Cremonensis, et regis nuntius C. de Camardesio adventum comitis Tripolitani frustra exspectarint, Petrum antedictum cardinalem justitiam recusantem sententiam non protulisse. Itaque rex ab Innocentio petit, ut novos judices constituere velit scilicet patriarcham Antiochenum et Soffredum, cardinalem S. Praxedis, necnon regem Hierosolymitanum et magistrum Hospitalis (Raynaldi, Annal. 1205, § 33—36). || His precibus Innocentius III non indulsit sed alios judices vocat (cf. infra No. 802). **798**

„ Dec. Tripoli. — Boamundus IV, princeps Antiochenus et comes Tripolitanus, Boamundi III olim principis filius, Guidoni, domino de Biblio, pro matrimonio sororis suae Aalis donat M bisantios annuatim in terra Laodiciae vel Saoniae, quando Deo adjuvante eas receperit, vel casale vicinum et per annum M bisantios reddens necnon domos Laodiceae suas, quae fuerunt R(aimundi), comitis Tripolitani praedecessoris, concedit et sigillo confirmat. — Raimundus, Bertrandus et Villelmus de Biblio, Raimundus de Scandalione, Guido de Ham, comestabularius Tripolis, Pieban, dominus de Botne,[1]) Manselmus,[2]) Johannes ...... Datum per manum magistri Johannis de Borbonio (Paoli I, p. 103, No. 98). **799**

[1]) Legas: Boteron, Botrys. [2]) de Busarra.

„ Dec. — Girardus de Ham,[1]) constabularius Tripolis, cum uxore Maria sigillans Hospitali per manum Alphonsi[2]) magistri terram suam de

[1]) De quo Archives de l'Orient latin II B, p. 158—159. [2]) Filius illegitimus Alfonsi, regis Portugaliae, qui a. 1207 «in Portugaliam pergens per gentem suam

Tuban, pretio II millium et C bisantiorum necnon uno samito accepto, consensu Eschivae, dictae Mariae et Willelmi de Tabaria filiae, Agnetis, filiae dicti Girardi, coram G(aufrido), episcopo Tripolitano,[3] Philippo de Plaisseiz, domus Templi magistro, sigillantibus vendit. — Terricus, Sydonensis electus,[4] Iterius, Tripolitanus thesaurarius, Fulco, magister scolarum Cenomanensis ecclesiae; de fratribus Templi: Humbertus, Brunus, Anselmus, Albertinus; de fratribus Hospitalis: Jofridus, castellanus Crati, Bertrandus de Avignon, Pontius Berengarius, Raymundus de Peiragorc, praeceptor Tripolis, R. de Ponte, Willelmus Niger, Sansius, Guarrinus de Monte acuto, Simon; de saecularibus: Raimundus, princeps Antiochiae et comes Tripolis, Willelmus Porcelet, Petrus Saraman, Mansellus de Buisserra, Raimundus de Clapers, Berengarius, filius ejus, Garinus de Suine, Bertrandus Vicecomes, Willelmus de Chaumont (Paoli I, p. 92—93, No. 87; cf. p. 514—515). **800**

in itinere pocionatus obiit» (Chron. magistr. in Archives d. miss. scientif. 1857, p. 27; cf. Herquet, Chronologie, p. 36; Memorias da acad. de Lisboa 1854, p. 59—60; ibid., p. 78 ejusdem epitaphium). Statuta (Margati c. 1200) ab eodem promulgata cf. in Prutz, Culturgesch., p. 607—610; Delaville le Roulx, De origine Hosp., p. 39. [3]) De quo Röhricht in ZDPV. X, p. 31. Successor ejus fuisse videtur Guido de Valentia, cui Philippus, canonicus Tripolitanus, versionem libri «Secreta secretorum», cujus auctor Aristoteles fuisse putabatur, dedicavit (Berger, No. 4355, 5048, 5178, 5390; Jourdain, Recherches, Paris 1843, p. 147; P. Meyer in Romania 1886, XV, p. 167—191; R. Förster, Solemnia . . . . . . Guillelmi I, Kiliae 1888, p. 28—33, in Centralbl. f. Bibliothw. 1889, p. 1—23, 57—76). [4]) De quo ZDPV. X, p. 30.

**1205** Jan. 18. Romae apud S. Petrum. — Innocentius III (Leonem II), regem Armeniae, monet, ut fratribus Templi de damnis et injuriis illatis satisfaciat, alioquin se Bibliensi et Valaniensi episcopis mandavisse, ut causam audiant et, appellatione remota, decidant. Dicti enim fratres conquesti sunt, quod rex bestiis et blado violenter ablatis damnum L millium bisantiorum ipsis intulit, quosdam fratres spoliavit, verberavit et in carcerem conjecit ac II castris eorum videlicet Rupi Willelmi et Rupi Ruissoli jacturam non modicam irrogarit (Bréquigny, Ep. Innoc. II, p. 612, No. 189; Potthast, No. 2374). **801**

„ Mart. 5. Romae apud S. Petrum. — Innocentius III abbatibus (Petro) de Lucedio [1]) et (M.) de Monte Thabor, comiti Bertholdo [2]) et G(erardo) de Furnivall praecipit, ut, quum S(offredus) et P(etrus), cardinales presbyteri, nihil profecerint, causam, quae inter L(eonem II), regem Armeniae, et (Bohemundum), comitem Tripolitanum, de principatu Antiochiae vertebatur,[3]) dijudicent (Bréquigny, l. c. II, p. 651—652, No. 1; Gesta, § 119; Potthast, No. 2429). || Eodem die ejusdem mensis de hac epistola Leonem II certiorem facit (Bréquigny, l. c. p. 653, No. 2; Potthast, No. 2430). **802**

[1]) Postea fuit patriarcha Antiochenus (ZDPV. X, p. 4). In epistola, quam Balduinus, imperator Constantinopolitanus, Innocentio III de electione sua scripsit (Bréquigny II, p 570—575, No. 152; Migne III, p. 447—454, No. 152; Chron. regia Coloniens. ed. Waitz, p. 208—215), inter electores vocat (Petrum), episcopum Bethlemitanum, a partibus transmarinis auctoritate Apostolica delegatum, (Johannem), electum Acconensem, et abbatem nostrum de Lucedio (cf. ZDPV. 1875, p. 21, 25). [2]) Comes B. I de Katzenellenbogen (Röhricht, Beitr. II, p. 361). [3]) Historiam hujus controversiae ex chronicis et epistolis compilatam videas in Gest. Innoc., § 109—118 (Migne, Ep. Innoc. I, p. CXLVII—CLI) et Wilken, Gesch. d. Kreuzzüge VI, p. 16—41.

(**1205** Maj. c.). — Archiepiscopus Caesariensis (archiepiscopo Rothomagensi?) nuntiat, regis Amalrici II filium [1]) c. purificationem B. Mariae (2 Febr.) et regem ipsum 1 Aprili mortuum esse,[2]) peregrinis Constantinopolim abeuntibus, fratres Templi et Hospitalis vix dominium Terrae Sanctae tenere idque Mariae, scilicet filiae marchionis de Monteferrato, adjudicasse sub custodia avunculi ejusdem constitutae [3]) (Rob. de Monte app. in Bouquet XVIII, p. 342 epitome). **803**

[1]) Amalricum; cf. epistolam Innocentii III (Potthast, No. 2564). [2]) Hoc datum soli nostrae epistolae debemus; obiit in palmeria Cayphae (Eracles, p. 305). [3]) Johannis de Ibelino (Ernoul, p. 407; Eracles, p. 305).

„ Jun. 16, ind. VIII. Romae. — Innocentius III procuratoribus domorum et prioratuum ecclesiae Domini Sepulcri mandat, ut priori et capitulo Dominici Sepulcri debitam et obedientiam et reverentiam de cetero impendant (Rozière, p. 272, No. 149; Potthast, No. 2538). **804**

„ Jul. 12. Romae apud S. Petrum. — Innocentius III P(etrum), tituli S. Marcelli cardinalem presbyterum et Sedis Apostolicae legatum, reprehendit, quod cum S(offredo), cardinali S. Praxedis, Constantinopolim vectus est,[1]) dum provincia Hierosolymitana post mortem Amalrici II regis ejusque filii et propter bellum inter regem Armeniae et comitem Tripolitanum exortum in summo discrimine posita sit, praesertim quum foedus treugae cum Saracenis factum exspirasse dicatur,[2]) eumque multi peregrini, paulo post (Clarembaldus), archiepiscopus Tyrensis, sequuti Terram Sanctam deseruerint; quum enim (Albertus), episcopus Vercellensis, in patriarchatum Hierosolymitanum postulatus [3]) propter varia negotia nondum transfretaverit, ipsi in Terra Sancta remanendum fuisse. Denique scribit, se, quae de negotio patriarchae Antiocheni et abbatis S. P(auli) facta retulerit, adhuc supersedere et, quum B(enedictus), tituli S. Susannae cardinalis presbyter, Sedis Apostolicae legatus, in Graeciam mittendus jam in Apuliam profectus sit et S(offredus) cardinalis iter redeundi arripuerit, ei mandat, ut in Terram Sanctam celeriter revertat patriarchae Hierosolymitani adventum exspectaturus (Bréquigny, Ep. Innoc. II, p. 760—762, No. 126; Gesta, § 95; Potthast, No. 2564). **805**

[1]) Qui c. 15 Octob. 1204 Tyro profecti et, mense vel duobus mensibus praeterlapsis, Constantinopolim appulsi sunt (Klimke, D. Quellen zur Gesch. d. vierten Kreuzzuges, Breslau 1875, p. 99). [2]) Treuga a. 1198 inter Saracenos et christianos facta 1 Mart. 1204 exspiravit sed usque ad annum 1208 vel 1209 prolongata est (Röhricht, Studien, p. 32, not. 29). [3]) Röhricht in ZDPV. X, p. 8—9.

„ Jul. — Petrus, S. Marcelli presbyter cardinalis, Apostolicae Sedis legatus, M.,[1]) abbati Montis Thabor, scribit, se per manum Jordani prioris et Gaufridi fratris dictae ecclesiae monasterium S. Mariae de Constantinopoli tradidisse (Paoli I, p. 94, No. 89; cf. p. 516). **806**

[1]) De quo supra No. 802 et ZDPV. X, p. 39.

„ Jul. Tripoli. — Boamundus IV, princeps Antiochenus et comes Tripolitanus, Henrico, comiti Maute, per manus Alberti Gallinae et Armanni vicecomitis, servientium communi Januensium jura, et privilegia, quae habuerunt in comitatu et principatu suo, sigillo sancit. — Bertrandus, Raimundus, Guillielmus de Biblio, Plebanus, dominus de Botrone, Raimundus de Scandelione, Gysus de Han,[1]) constabularius Tripolitanus, Mansellus

[1]) Alias: Girardus de Ham.

de Busarra, Johannes de Ranquirolis, Ugo de Corbolio, Helyas Monachus. Datum per manum magistri Johannis de Borbonio (Liber jurium I, p. 522—523, No. 477; cf. Archives d. miss. scientif., l. c. II, p. 352; Heyd I, p. 322—323). **807**

**1205** (Aug. 20—27). Romae apud S. Petrum. — Innocentius III (praesulibus Galliae) mandat, moneant Philippum, regem Francorum, ut ad subsidium Terrae Sanctae prudenter et potenter intendat, quae, patriarcha ac rege mortuis, viribus paene destituta sit, praesertim quum multi peregrini et indigenae Constantinopolim profecti sint. Huc accedere, quod inter comitem Tripolitanum et regem Armeniae variae contentiones exortae sint, templarii et Antiocheni priori, hospitalarii et patriarcha Antiochenus alteri faveant, ac filius Saladini, soldanus Aleppiae, partes prioris sequatur. Sephadinum vero, soldanum Aegypti et Damasci, audita captione Constantinopolitana, statim treugam iniise cum omnibus suis hostibus, ut eorum exercitibus adjutus christianos debellaret. Quum vero Petrus, S. Marcelli cardinalis, S. A. legatus, omnes christianos in regno Constantinopolitano unum annum morantes a voto crucis absolverit, timendum esse, ne Saraceni ad occupandum residuum Terrae Sanctae animentur (Bréquigny II B, p. 759—760, No. 125; Migne II, p. 698—699, No. 125; Potthast, No. 2571). **808**

„ Octob. 11, ind. IX. Apud S. Sophiam Constantinopoli. — Thomas Marrocenus, patriarcha Constantinopolitanus, ecclesiae S. Mariae vallis Josaphat per manum A. abbatis ecclesiam S. Mariae de Taranito in civitate Constantinopoli ea conditione concedit et sigillo confirmat, ut sibi inde libram cerae et libram thuris annuatim reddant. Factum anno patriarchatus I (Delaborde, p. 94—95, No. 45). **809**

**1206** Febr. — Juliana,[1]) domina Caesareae, assensu mariti Aymari de Lairon[2]) et filii Galterii domui Theutonicorum domos Acconenses, quae fuerunt Georgii Lorminae, et voltam Bernardi Falcillae necnon gastinam, quae easdem et domum Petri de Beugrant interjacet, a via publica usque ad aliam viam publicam versus mare, praeterea turrem Mallart cum platea antejacente, quae protenditur usque ad divisionem gastinae, quae est de Templo Domini, deinde aliam parvam turrem huic oppositam et in cantone murorum civitatis sitam a parte orientali (quae praedictae turres domino Caesareae, quamdiu ad defensionem contra hostes opus sit, tradantur), deinde campum, qui fuit dominae Brimae et ab occidente habet hortum Hospitalis et a meridie campum domini Aymari, ab oriente viam, quae campum ipsum et campum domini Symonis dividit, a septentrione viam, quae dividit ipsum campum dominae Grossae, donat. Insuper sigillo confirmat, quae Johannes Charle assensu matris et fratris Helyae necnon sororis dominae Orgoillosae et supra dictorum eidem hospitali dedit scilicet: II campos, hortum et aream, quae est in capite campi; unus istorum camporum habet campum, in quo est agullia S. Petri, a parte occidentali, ab oriente continuatur campo, qui fuit Rainerii de Gibeleth, in quo fuit quondam vinea, a meridie adhaeret viae, quae separat hortum archiepiscopi ab ipso campo, a septentrione habet viam, quae ducit ab Hadaydon, et area dicta superior est in capite hujus campi. Alius campus est super ipsis ab oriente et parvus paries eos dividit; a parte meridiana adhaeret campo,

[1]) Cf. Eracles, p. 306. [2]) Ibid., p. 306, 310—312, 347, 388.

qui fuit Rainerii de Gibeleth, in quo fuit olim vinea, a septentrione continuatur campo Johannis Charle, in quo sunt morvellarii, in capite istius campi a parte orientali est unus karoblers, qui est infra ipsum campum juxta campum domini Galterii de Caesarea, in quo fuit olim vinea. Hortus autem adhaeret muris civitatis a parte occidentali a oriente habens viam, quae dividit hortum P. Gasta ab isto, a meridie adhaeret campo, qui fuit quondam hortus Johannis Lerminae, et ab eadem parte continuatur campo Johannis Charle, a septentrione habet hortum archiepiscopi. — P(etrus), archiepiscopus Caesariensis,[3]) Philippus decanus, dominus Symon et duo filii ejus, Johannes Gervasius vicecomes, Johannes Charles et Helyas, frater ejus, P(etrus) de Beugrant, Michael, Salomon, Fulco, Robertus Perrer, G(irardus) Passereus, Rainerius de Cassia, Johannes Lermines, Stephanus Turquie, Guillelmus Britto (Strehlke, p. 32—33, No. 40; cf. p. 123). **810**

[3]) De quo ZDPV. X, p. 12 — 13; Potthast, No. 4954 — 4955, 6755, 6773, 25 625.

**1206** Mart. 30. Laterani. — Innocentius III (Alberto), patriarchae Hierosolymitano ac S. A. legato, mandat, ut pactum, quod, sicut G(auterius) de Monte Biliardo, regni Hierosolymitani comestabulus et regis Cypri tutor ejusque regni bajulus, insinuavit, olim inter H(ugonem I), regem Cypri, et comitem Henricum, tunc regni Hierosolymitani dominum, de matrimonio filiorum filiarumque utrimque contrahendo et comitatu Joppensi factum est, corroboret (Bréquigny II, p. 858 — 859, No. 28; Migne II, p. 829 — 830, No. 28; De Mas Latrie II, p. 34 [cf. p. 10, 12]; Potthast, No. 2731). **811**

„ Maj. 1. Accon. — Johannes de Ybelino, dominus Beriti et regni Hierosolymitani bajulus,[1]) consensu dominae regni Mariae Johanni Torto debita sua soluturo, sigillo suo concedit, ut consensu uxoris suae Mariae necnon Beatricis sororis ejusque mariti Willelmi de Montliart fratribus Theutonicis Acconensibus domum Acconensem II millibus et DCC bisantiis sarracenatis vendat, quae ab oriente cohaeret domibus Montis Thabor et domibus Beloais, viae regiae et domibus, quae fuerunt Petri Bordin, ab occidente domui Bonefrage, filii Sahit, ruae Judaeorum, domui Judaeorum et stabulo Renerii scriptoris, a septentrione domui Mariae, uxoris quondam sacerdotis ecclesiae S. Magdalenae, a meridie viae regiae et domui, quam domina Hauhis tenebat, pro cujus emptione praediti fratres eidem Hauhis CCC bisantios et II marcas argenti dederunt et dominae regni Mariae CC. — Aymarus Caesareensis, regni marescalcus, comes Bertholdus, Vilanus de Alneto, Philippus de Ibelino, Garnerus Alamannus,[2]) Galterius Caesariensis, Gormundus de Bethan, Aymo Dais, Adam Costae, Thomas, vicecomes Acconensis. Datum per manum Radulfi, Acconensis decani regnique cancellarii (Strehlke, p. 33—34, No. 41; cf. p. 126). **812**

[1]) Cf. Eracles, p. 305; Ernoul, p. 407. [2]) Qui primo memoratur in Guntherii Parisiensis Hist. Constantin. (ed. Comes Riant, p. 64—65, cf. p. 87 et Mém. de la Franche Comté IV, 1867, p. 359 — 360), deinde plurimis chartis ordinis Theutonicorum et Friderici II imperatoris transmarinis, a quo baillivus regni Hierosolymitani factus est (Gestes des Chiprois, p. 50; Eracles, p. 375, 384; cf. p. 312, 322, 334, 390). Nescimus, num idem sit ac Garnerius de Egisheim, vel alius (neque de gente Allemand); aperte alius est Garnerius Alemannus, qui annis 1267, 1269, 1272, 1278 capitaneus Caroli I et II Siciliae vocatur (Del Giudice, La famiglia di re Manfredi, p. 99—100; app. p. LXXII, LXXVI—LXXIX; ibid. p. LXXIX — LXXXI, No. XI, § 6—7 Garnerii filius vocatur Aimo).

**1206** Maj., ind. IX. Rivoalti. — Vitalis Faletro, habitator de confiniis S. Moysi, cum heredibus suis Petro Ziano, duci Venetiae, casale Metessele in Venetianorum Tyriensium tertia divisione scilicet juxta districtum de Scandalione contra civitatem Tyri situm, quod olim habuerat Dominicus Batiauro et Vitalis a fratre suo defuncto Leone Faletro feodum acceperat, tradit et confirmat. — Henricus Maurocenus, Pangr(a)ci Baroci. Paternianus da Putheo, subdiaconus et notarius, complevit et corroborovit (Tafel-Thomas II, p. 11—13, No. 166; cf. supra No. 402). **813**

„ Aug. 3. Ferentini. — Innocentius III papa C., archiepiscopo Tyriensi, mandat, ut ecclesiam S. Marci Tyriensis molestare desinat, alioquin se Alberto, Hierosolymitano patriarchae, et Petro, S. Marcelli presbyteri cardinali, Apostolicae Sedis legato, mandaturum esse, ut omnia in pristinum statum revocaret (Tafel-Thomas II, p. 26—27, No. 171; Potthast, No. 2862; supra No. 790). **814**

„ Octob. 31. Laterani. — Innocentius III (Philippo de Plaisseiz) magistro et fratribus Templi ultramarinis Sattaliam, quam B(alduinus), imperator Constantinopolitanus, dux Venetorum, barones ac milites exercitus Latinorum cum pertinentiis eleemosynam contulerunt ac P(etrus), tit. S. Marcelli cardinalis presbyter, concessit, nunc ipse confirmat (Bréquigny, Ep. Innoc. II, p. 997, No. 180; Migne, l. c. p. 1019—1020, No. 180; Potthast, No. 2902). || «Ce don resta lettre morte, parcequ'Aldobrandini s'était emparé de cette ville» (Heyd I, p. 304, not. 1). Soldanus Iconii Ghiâth eddîn Khaichosru urbem expugnavit 5 Mart. 1207 (Heyd, l. c.; De Mas Latrie II, p. 13; Rob. Altissiod. in Bouquet XVIII, p. 274; Guill. de Nangiaco, ibid. XX, p. 752), sed Galterius de Montebelliardo recepit a. 1212 ibique occisus est (Gestes, p. 18; Eracles, p. 316). **815**

„ — Gaufridus, magister Hospitalis, confirmat, se a B(oamundo IV), principe Antiocheno et comite Tripolitano, recepisse terram ante Befaniam,[1]) quae dictae domui fuerat, et se ipsum principem acquitari facturum esse ab herede Guillelmi Porcellet. Ista vero terra ab oriente conjungitur terrae Hospitalis ac terrae, quae fuit Georgii Porcellet, a meridie rivo de Gerol . . . . .,[2]) ab occidente rivo veteri, qui currit per pluvias, a septentrione juncta est eidem rivo et IV angulis terrae. — (Gaufridus Ratus), magister Hospitalis, G(uillelmus de Marolh?) marescalcus, A. capellanus, fratres; R(aimundus) de Scandaliun, Pleven[3]) de Botoron, B(ertrandus I) de Gibelet[4]) et plures alii (Paoli I, p. 217—218, No. 175). **816**

[1]) Refaniam? [2]) Geroldonia? [3]) Alias: Plebanus, Plivain. [4]) De quo Eracles, p. 322; Gestes, p. 53.

( „ ). — Leo II, rex Armeniae, Innocentio III nuntiat, pacem inter ipsum et Antiochenos factam fuisse.[1]) Horum enim precibus rex, cum

[1]) Quae hac epistola nuntiantur, chronicis nec confirmare nec corrigere possumus. Narratur enim in Gestes, p. 16, ad a. 1203: «prist le roy Livon d'Ermenie Antioche jusque à la maison dou Temple et demoura de dens la cité III iours» et ibid. p. 17 ad a. 1208, Bohemundum, comitem Tripolitanum, Antiochiam tenuisse atque eundem Petrum I patriarcham cum duobus nepotibus in carcerem conjecisse (Eracles, p. 313—314; Gestes, p. 17), qua de causa excommunicatus est (Potthast, No. 3296, 3455). Haec vero urbs a. 1216 (cf. Hethoum in Rec. d. hist. d. croisad., aut. armén. I, p. 483; Potthast, No. 5232) proditione Achariae, senescalci Antiocheni, a Rupino (Gestes, p. 19—20, 28) et quattuor annis elapsis (Eracles, p. 318) proditione Guillelmi Farabel a Bohemundo expugnata (Gestes, p. 20—29) et Rupinus, quamquam Pelagium, Sedis Apostolicae legatum, precibus adiisset, post mortem Leonis II, regis Armeniae (1219), captus et Tarsi (1221) mortuus est (Eracles, p. 347; cf. p. 313, 318; Oliverius Scholasticus, p. 1424, 1449; Du Cange, Les familles

nepote Rupino urbem pacifice ingressus a patriarcha [2]) ad S. Petri ecclesiam ductus est, ubi Rupinus ex ejusdem manu vexillo accepto de corporali civitatis possessione saisitus est, quo facto in palatio ligia homagia baronum accepit. Deinde postquam omnes iidem ac milites, viduae et orphani olim ejecti et possessionibus spoliati reducti et restituti sunt, rex patriarchae ecclesiam Tarsensem cum juribus ac tenementis reddidit, in qua diu pastore orbata cantor Antiochenus archiepiscopus consecratus est,[3]) et ecclesiam Mamistanam patriarchatui olim non subditam, cujus pastor archidiaconus Antiochenus electus est,[4]) item reddidit abbatiae S. Pauli fontem Gastonis, abbatiae Nigrae Montanae [5]) casalia et tenementa, templariis castrum de Gaston.[6]) Denique rex papam rogat, ut antedicto patriarchae pacis auctori copiosas gratias referre, Rupino nepoti favere et regno Armeniae auxilium laturis plenam indulgentiam concedere velit (Raynaldi, Annales 1205, § 36—40). || Honorius III 24 Jan. 1226 Friderico II. scribit, se precibu Bohemundi, ut ab excommunicatione absolveretur, cedere non potuisse (Mon. Germ. Ep. I, p. 212, No. 290; Potthast, No. 7521), et 30 Jan. 1226 Nicosiensi et Caesariensi archiepiscopis necnon abbati Montis Oliveti exponit, Pelagium, S. Apostolicae legatum, castellum Antiochenum olim fratribus Hospitalis tenendum tradidisse, sed Bohemundum illud necnon domum quandam dictorum fratrum Tripolitanam violenter cepisse, nonnullos occidisse, itaque vinculo excommunicationis innodatum fuisse (Mon. Germ. Ep. I, p. 213, No. 291; Potthast, No. 7524a) et a Gregorio IX (5 Mart. 1230) jussus Geroldus, patriarcha Hierosolymitanus, (11 Jul. 1230) eandem sententiam de novo promulgat (Delaville le Roulx, Les archives, p. 167—168, No. 67). **817**

d'outre-mer ed. E. G. Rey, p. 200—203; Reg. Honorii III, ann. VI, reg. III, ep. 305, fol. 219b: 23 Mart. 1222). Raymundus Rupini «nondum suae potestatis» a. 22 Maj. 1207 (cf. infra No. 820) et Bohemundus supradictus saepe (cf. supra No. 791, 798, 806) «principem Antiochenum» se vocat. Wilkenium (VI, p. 36, not. 62) sequuti annum 1206 epistolae proposuimus. Honorius III Rupino nostro semper favit; 24, 25, 27 Jul. et 5 Aug. 1217 eum sub protectione Sedis Apostolicae constitutum Pelagio, S. A. legato, regi Armeniae, Templi et Hospitalis fratribus commendavit (Pressutti I, No. 674—676, 682, 693, 707, 1233; Potthast, No. 5588, 7766, 26005—26007), eum regem Armeniae coronari jussit 16 Dec. 1220 (Pressutti I, No. 2876) et post ejus mortem Pelagio mandavit, ut contra Bohemundum, comitem Tripolitanum, fortiter ageret (Pressuti I, No. 3405), 26 Jun. 1224 patriarchae et priori Templi Antiocheni praecepit, ut Bohemundum, «qui pro principe Antiocheno se gerens» abbatem et conventum S. Simeonis Antiochenos expulerat aliosque simoniace intrudit, inducerent, ut a dicta perversitate desisteret (Pitra, Analecta noviss. I, p. 586, No. 31) et 28 Nov. 1224 archiepiscopo Nicosiensi indulsit, ut, comitis Tripolitani excommunicationis sententia perdurante, ad partes ejusdem ditioni subjectas in judicium trahi minime posset (Reg. Honor. ann. IX, reg. V, lib. IX, ep. 73, fol. 14 v) et 18 Dec. 1225 magistro Hospitalis concessit, ut contra violentiam comitis Tripolitani arma sumerent (ibid. reg. V, lib. X, ep. 139, fol. 103 r). [2]) Petrus I. [3]) et [4]) Nomina ignoramus. [5]) Alias: Mons Hingronis, prope Antiochiam; cf. supra No. 632 et ZDPV. X, p. 263; Berlière, p. 491. [6]) Quod iisdem a. 1211 redditum fuisse dicitur (Eracles, p. 317).

**1207** Febr. — Juliana, domina Caesareae, pro salute animae patris bonae memoriae Hugonis, matris Isabellae, consensu Aimari mariti, Hospitali donat domum Roberti Hohais, quae olim fuit Georgii militis et sita est inter casale Capharleth et casale Rogerii de Chasteillon, cum III carrucatis francesiis a parte orientis, quae fuerunt de terra de Capharleth, et cum II petiis terrae a parte salinarum cum pertinentiis donat et sigillo confirmat. —

Petrus, archiepiscopus Caesareae, Galfridus lo Rath, magister Hospitalis, Isembardus, praeceptor Acconensis, Galfridus, bajulus fratrum Joppensium, Willermus Embriach, Simon de Caesarea, Conselath, Julianus, Philippus de Dubbes, frater Symon de Calendiun, frater Amauricus; de fratribus Templi: Petrus de Moneta praeceptor, Galfridus Anglicus, Willermus de Briencon; de saecularibus: Comes Bertoth, Herri le Aleman, Guido de Laron, Adam Coste juvenis, Thomas de Maugastel, Guido (de) Flumine, Hugo de Buria[1]) (Paoli I, p. 289, No. 10). [1]) Infra No. 819: Burin. **818**

**1207** Febr. — Juliana, domina Caesareae, pro salute Hugonis, bonae memoriae patris ac domini Caesareae, et matris Isabel assensu mariti Aimari Hospitali sigillo concedit casale Pharaon et Seingibis, quorum termini sunt ab oriente pertingentes ad Caveam ficuum ad Petram Molarum usque ad fines Caphet,[1]) a meridie usque ad fines Phardesi, casalis domini Gormundi, ab occidente usque ad fines Calanchun, quod est ejusdem Hospitalis, a septentrione usque ad caveam Artais, et confirmat, se sepulturam sibi elegisse in Hospitali. — Petrus, archiepiscopus Caesareae; de fratribus: Gofridus lo Rath, magister Hospitalis, Isembardus, praeceptor Accon, de dicta elemosina investitus, Gefridus, bajulus de Jafe, Symon de Calanchun, Amauricus; de fratribus Templi: Petrus de Monea praeceptor, Galfridus Anglicus, Willermus de Brienchon; de saecularibus: Comes Bertot, Horri Laleman, Willelmus Embriach, Symon de Caesarea, Conselath, Julianus, Philippus de Dubbes, Guido de Laron, Adam Coste juvenis, Thomas de Maugastel, Guido de Flumine, Hugo de Burin (Paoli I, p. 94—95, No. 90; cf. p. 516 et chartam antecedentem). **819**

[1]) Id est keffa (Conder, Quart. Stat. 1890, p. 30).

„ Maj. 22, ind. X. — Rupinus, Antiochiae princeps nondum suae potestatis, Hospitali donat civitatem Gibel cum pertinentiis et sigillo regis Leonis II confirmat. — Leo, rex Armeniae, avunculus principis, Eburgarib, Armeniae constabularius, Basilius Sefricam,[1]) Armeniae marescalcus, Adam de Gastonis, Robertus, Antiochiae comestabulus; Garinus de Monte acuto, marescalcus Hospitalis, Gobertus, praeceptor domus Antiochiae, Girencius Dedolue[2]) et Bernardus, fratres Hospitalis. Factum tempore fratris Gofredi Lirat, magistri Hospitalis, et datum per manum Basilii cancellarii, L(eonis), regis Armeniae, avunculi (Paoli I, p. 95—96, No. 91 [cf. p. 517—518]; Langlois, Trésor, p. 130—131, No. 11: 17 Mart. 1207; cf. Dulaurier in Journ. asiat. 1861, XVII, p. 408—410). **820**

[1]) De quo Dulaurier, ibid. p. 319—320; ibid. p. 321—324 de Armeniae marescalcis, baillivis et senescalcis, p. 323 de Adam nostro Gastonensi. Cf. Rec. d. hist. d. croisad., aut. armén. I, p. LXXXV—XC. [2]) Alias: Dedolue, de Dolve.

„ Jul. 27, ind. X. Accon in palatio episcopi Acconensis. — Albertus, patriarcha Hierosolymitanus et S. Apostolicae legatus, confirmat, Helyam, quondam Pagani Pictaviensis filium, Girardo, praeceptori hospitalis Theutonicorum, XXV bisantiis acceptis, omne jus renunciavisse, quod de domo quadam habebat, quae sita est intra septa domorum dicti hospitalis. — Johannes de Ybelino, bajulus regni Hierosolymitani, Radulfus de Tyberiade, ejusdem regni senescalcus, comes Bertoldus Theutonicus, Andreas de Vituli, vicecomes venatorum,[1]) Henricus Alamannus, Michael de Jerusalem (Strehlke, p. 34, No. 42). **821**

[1]) Aperte legendum est: Andreas de Vitali, vicecomes Venetorum; cf. Tafel-Thomas, Urkunden II, p. 174; Heyd I, p. 331.

**1207** Sept. 14. Nordhusen. — Nuntiis (Alberti), patriarchae Hierosolymitani, (Philippi de Plaisseiz), Templi, et (Gaufridi Rati), Hospitalis, magistrorum in curia solemni rex Philippus Germaniae quinque annorum tributum scilicet senorum denariorum de aratro et binorum de domo in subsidium Terrae Sanctae concedit et confirmat (Martène, Thesaurus I, p. 805; Miraeus, Opera diplom. III, p. 272; Erath, Codex Quedlinb., p. 126; Mon. Germ., Leges II, p. 213; cf. Böhmer-Ficker, No. 160; Winkelmann, Philipp v. Schwaben, p. 425). **822**

„ Dec. 5. Accon. — C(larembaldus), archiepiscopus Tyrensis [1]) sigillo confirmat, Johannem de Ibelino, bajulum regni Hierosolymitani, Philippum de Ibilino fratrem et Willelmum de Petra cum Garnerio de Legniaco, comitissae Campaniae milite, tale pactum fecisse, ut matrimonium inter Hugonem I, regem Cypri et Aelidem, majorem filiam Henrici, comitis Campaniae, fieret et, si dicta Aelis moreretur, priusquam eam rex in matrimonium duceret, idem Aelidis sororem minorem Philippam sibi copularet. — C., archiepiscopus Tyrensis, frater G. Turonensis, Templi thesaurarius, Johannes, clericus ejusdem, G. de Legniaco (Martène, Thesaurus I, p. 806—807; Dumont, Corps diplom. I A, p. 383; d'Arbois de Jubainville V, p. 47, No. 672; cf. IV, p. 107—108). || Hoc matrimonium non contractum est (De Mas Latrie I, p. 143, 176—177; II, p. 12). **823**

[1]) «Qui tanquam peregrinus in Terram Sanctam profectus fuerat» (Potthast, No. 1983—1986; cf. No. 2862, 4858, 4954).

„ Dec. 18. Accon. — Albertus, patriarcha Hierosolymitanus, sigillo confirmat, coram ipso Aalyda, filiam Turgini et Hospitalis consororem, eidem domui dedisse IV carrucatas terrae cum domibus, quas in casali Geschale sitas Turginus M bisantiis emerat a rege Guidone tunc comite Joppensi, de quarum emptione Guido et uxor Sibilla II fecerunt privilegia nunc ab Aalyde Isembardo, magno praeceptori, et fratri Richardo thesaurario tradita. Deinde Aalis donat C bisantios ad mortem ipsius accipiendos super L bisantiis, quos annuales habet de quibusdam domibus in vico catenae Acconensis ante domum Johannis Daht sitis, quas Thomas Pisanus nunc tenet censuales; hae vero domus cohaerent ab oriente viae publicae, a meridie domui filiae Johannis Daht, a septentrione domui Tortosae et ab occidente respiciunt ad mare, quod dicitur Lordemer. — Petrus, archiepiscopus Caesareae, magister Guido, ejusdem archidiaconus, Gervasius, archidiaconus Acconensis, Balduinus, regius notarius, magister Guillelmus medicus, magister Lambertus; de fratribus: Seguinus prior, Fulco, Bremont hospitalarius, Simon de Calenson, Constantius; Philippus Moresin, Andreas de Viana, Bernardus de Cathena (Paoli I, p. 218—219, No. 176; cf. p. 540—541). **824**

( „ ?). — Praeceptum, quod Hubaldus archiepiscopus et Gerardus Curte(vechiae), potestas Pisanorum, Marzucco de Tepertis dederunt, qui cum soldano Aegypti foedus commercii iniret (Amari, I diplomi arabi, p. 280—281, No. 20; cf. p. 465; Fanucci II, p. 88—89). **825**

„ —**1208** (italice). — Re Aparisente Gasi, [1]) soldanus Alappinus, Venetis per manum P. Marignuni(i), filii Marignuni(i), in terra sua varia privilegia concedit et confirmat [2]) (Tafel-Thomas II, p. 63—66, No. 185;

[1]) Mâlik az-Zâhir Ghiâth ad-dîn Ghâzi, filius Saladini. [2]) Inter cetera vectigal prope «montem Cetlam» (Keschfahân) solvendum relaxat. Heyd I, p. 375 recte legere mavult: «pontem». Prope arces enim Bacâs et esch-schughr pons

Cicogna, Iscriz. Venet. IV, p. 543—544; cf. Archives d. miss. scientif. II, p. 354). **826**

Keschfahân (male: Isphahân) erat ripam utramque Orontis conjungens «multo celeberrimus, in quo frequentes singulis hebdomadibus nundinae exercentur» (Schultens ad Boha ed-dini Gesta Saladini, Index geogr. s. v. Bacasum).

(**1207—1208**?) (arabice). — Praefatio privilegii sive epistolae a soldano Malec Adel ad consules Pisanorum datae (Amari, I diplomi arabi, p. 69, No. 22; cf. p. 409). **827**

**1208** Sept. Accon. — Otto, comes (de Henneberg), consensu uxoris Beatricis, filiae quondam comitis Joscelini, domui Theutonicorum Acconensi III carrucatas terrae francesias apud casale Saphet [1]) in territorio Acconensi situm et domum in eodem casali donat et sigillo confirmat. — Johannes Tortus, Henricus Alamannus, Gotsuinus, Eustachius de Cayphas, Thomas camerarius, Andreas de Vinea, Johannes de Bort, Girardus de Cabur; de fratribus: Otto, ejusdem domus magister,[2]) Gerardus praeceptor, Henricus marescalcus, Henricus, custos infirmorum, Hugo, Bertoudus. Factum Johanne de Ibelino regnum Hierosolymitanum procurante (G. Brückner, Neue Beiträge z. Gesch. d. deutsch. Alterthums, Meiningen 1858, I, p. 68—69; Strehlke, p. 34—35, Nr. 43; cf. p. 122; Forsch. XXI, p. 499, No. 3; Altpreuss. Monatsschr. 1880, XVII, p. 382, No. 8; 1882, XIX, p. 637, No. 8; p. 645, No. 5). **828**

[1]) Quod Conder, Quart. Stat. 1890, p. 35 esse putat shefeiya (in Mappa Anglica sheet III). [2]) O. de Kerpen, qui 7 Febr. vel 2 Jun. anno incerto in urbe Accon obiisse fertur (de Wal, Recherches II, p. 347; Perlbach, Necrologe, p. 359, 361—363; SS. rerum Pruss. I, p. 30; III, p. 389; Voigt, Gesch. Preussens II, p. 56—57). Cui successit Hermannus Bart de Thuringia ortus (Zeitschr. f. d. Gesch. d. Harzes IV, p. 46—76), qui annis 1209—1210 magister memoratur (Eracles, p. 309, 311, 323) et 20 Mart. 1210 in pugna cum soldano Iconii commissa letaliter vulneratus (Voigt III, p. 67) 2 vel 3 Jun. (Perlbach, Regesten, p. 364; cf. p. 358—359, 361—362) eodem anno obiit; cf. SS. rerum Pruss. III, p. 389.

„ Octob. initio. Accon. — Otto, comes de Hinneberch, cum uxore Beatrice, filia quondam comitis Jocelini, Hospitali medietatem de Casal Blanc cum pertinentiis donat et sigillo confirmat. — Advocatus de Suvarcenberch, praepositus Alemannus, Henricus Alemannus, Johannes Tortus, Johannes de Aistat, Girardus de Cabor, Petrus de Ancre, Eustacius de Caiphas (Paoli I, p. 96—97, No. 92 [cf. p. 518]; Bechstein, Gesch. u. Gedichte d. Minnesängers Otto v. Botenlauben, Leipzig 1845, p. 126, No. 2). **829**

( „ ? Mart. 9). — Bubekr,[1]) filius Job, amicus miri Amamoni,[2]) Venetianis eorumque duci Leoni ac nuntiis Marino Dandulo et Petro

[1]) Abû Bekr Mâlik al-Adil. [2]) Titulus: Khalîl el-mûmenîn soldano nostro annis 1207—1208 a chalifa concessus est (Abulfeda ed. Reiske IV, p. 224—225, ed. Paris. in Rec. d. hist. d. croisad., aut. arab. I, p. 84; Amari, I diplomi arabi, p. 69, No. 22; p. 467), quod primus Ludovicus Streit, Venedig u. die Wendung d. viert. Kreuzzuges gegen Constantinopel, Anklam 1877, 4°, p. 49 notavit. Carolus Hopf (Griechenland in Ersch & Gruber, Encyklopaedie LXXXV, p. 188) eumque sequutus Comes Paulus Riant, Innocent III, Philippe de Souabe et Boniface de Montferrat (Revue d. questions hist. 1875, XVII, p. 320—374; XVIII, p. 1—75; cf. ejusdem: Le changement de direction de la quatrième croisade in Giorn. Ligust. 1879, suppl. al fascicolo XI del 1878, p. 1—62 et Winkelmann, Philipp v. Schwaben, p. 524—529) hanc chartam 13 Maj. 1202 editam esse, putarant, sed Hanotaux, Les Vénitiens, ont-ils trahis la chrétienté en 1202? (Revue hist. 1877, IV, p. 74—102, ubi chartas quattuor p. 79—81 repetitas invenias) et Heyd I, p. 400—404 jure hoc

Michaeli [3]) fundacum Alexandriae necnon securitatem in terra Aegypti concedit et confirmat. — Scriptum XIX Saben mensis Martii. Vivianus, scriptor, notarius et judex legit, exemplavit ac subscripsit (Tafel-Thomas II, p. 185—187, No. 243; De Mas Latrie, Traités de paix, suppl. p. 70—72, No. 1). **830**

datum rejecerunt et, chartam nostram cum tribus sequentibus 9 Mart. 1208 a soldano concessam fuisse, verisimillimum esse censuerunt. [3]) De quibus nuntiis cf. Hanotaux, p. 93—95.

(**1208**? Mart. 9). — Amicus de Mirmomuni omnibus bajulis et capitaneis exercitus sui in classe constituti mandat, ut Venetos Alexandriam et cum iisdem peregrinos S. Sepulchrum adituros protegant ac tueantur. — Vivianus etc. ut supra No. 830 (Tafel-Thomas II, p. 187—188, No. 244). **831**

( „ ? Mart. 9). — Idem soldanus bailiis et amiratis Alexandriae et totius Aegypti, ut Venetos merces ibidem ementes et vendentes custodiant, praecipit. — Vivianus etc. (Tafel-Thomas II, p. 188—189, No. 245). **832**

( „ ? Mart. 9). — Idem soldanus Venetis Alexandriae constitutis fundicum Soguediki [1]) ac potestatem ibidem habitantem concedit et Mirum [2]) Faididinum [3]) huic praecepto satisfacere jubet. — Vivianus etc. ut supra No. 830 (Tafel-Thomas II, p. 189, No. 246). **833**

[1]) Sûqueddîk, id est «forum galli». [2]) Amiratum. [3]) Faid ad-dîn «abundantia regionis», nomen rarius.

( „ ?) Maj. 3. — Emelec Adel, soldanus Aegypti, Pisanis in toto regno suo securitatem ac liberum commercium concedit et confirmat (Amari, I diplomi arabi, p. 283, No. 22; cf. p. 467). **834**

( „ ? Maj.) (italice). — Re compiuto (Mâlik al-Kâmel) nomine patris soldani Aegypti consulibus Pisanorum, se eorum legatum Marzuccho benigne recepisse et, quae petivit, adimplere velle, confirmat (Amari, I diplomi arabi, p. 282, No. 21 [cf. p. 465—466]; Pagnini, Della decima II, p. 203—204; cf. Fanucci II, p. 88—90; Heyd I, p. 412). **835**

( „ ?) (arabice). — Complures mercatores Pisani et Venetiani, qui Barutho Cyprum exinde Alexandriam appulsi per annum retenti fuerunt, soldanum Malec al-Adel precibus adeunt, ut sibi liberum reditum concedat (Amari, I diplomi arabi, p. 70—71, No. 23; cf. 409—410). **836**

**1209** Mart. 5. Laterani. — Innocentius III (Alberto), patriarchae Hierosolymitano, Sedis Apostolicae legato, significat, se precibus canonicorum Antiochenorum, qui (Petrum), episcopum Yporiensem, sibi patriarcham petiverant, [1]) indulgere, et mandat, ut regem Armeniae ac fratres Templi necnon comitem Tripolitanum et dictum regem conciliet et eundem adducat, ut, quae fratribus Templi abstulerat, reddat, denique nuntiat, se in proximo non modicam pecuniam ipsi ac fratribus Templi et Hospitalis destinare (Baluze II, p. 302—303, No. 8; Migne III, p. 18—19, No. 8; Potthast, No. 3685). **837**

[1]) Antea abbas de Lucedio (cf. supra No. 802) vocatus.

„ Jun. 4. Viterbii. — Innocentius III (Leonem II), regem Armeniae, monet et hortatur, ut cum comite Tripolitano treugam ineat et observet. Rex enim per litteras, electum Tarsensem et fratrem Theutonicum postulaverat, [1]) ut ante litis ingressum absque judicio nepoti suo Antiochia per

[1]) Garnerium? (Cf. supra No. 812, not. 2).

comitem Tripolitanum occupata reddatur, et idem comes confirmaverat, se quidem secundum ordinem juris judicium subire velle, sed regem nolle. Qua de causa Innocentius a comite postulavit, ut Petro, patriarchae Antiocheno, castellum Antiochiae redderetur ei assignandum, pro quo justa sententia fuerit promulgata, ac denique dicto regi mandat, ut fratribus Templi de castro Gaston justitiam saepe postulatam exhibeat (Baluze II, p. 326—327, No. 45; Migne III, p. 54—56, No. 45; Potthast, No. 3738). **838**

**1209** Sept. 4. — Boamundus IV, princeps Antiochenus et comes Tripolitanus, domui Theutonicorum concedit et sigillo confirmat petiam terrae suae, quae infra burgum Tripolis prope magistrum murum burgi sita est, exceptis domibus in ipsa terra aedificatis, ubi homines ejus habitant (quae terra terminatur a gradu magnae turris magistri muri burgi Tripolis, quae est versus orientem, usque ad territorium episcopi Tripolitani et inde usque ad murum Templi, qui est versus occidentem et adhaeret magistro burgi muro, sicut terra debet partiri inter terram principis et Berengeri de Sura prope divisionem terrae Templi), insuper III turres, quae sunt a gradu praedicto usque ad terram domus Templi ea conditione donat, ne aliud in ipsa terra aedificent nisi domos ad ipsorum mansionem, et ut, si murum burgi pejorarint pro aliquo, quod in dicta terra fecerint, murum reparare teneantur. — Guido, dominus Biblii, Plivanus, dominus Botroni, Girardus de Ham, conestabulus Tripolitanus, Raimundus de Biblio, Wuillelmus de Biblio, Raimundus de Scandaleone (Strehlke, p. 35—36, No. 44; cf. p. 126). **839**

„ Octob., ind. XIII. — Petrus II, patriarcha Antiochenus,[1] sigillo apposito enumerat vasa sacra et paramenta, quae in commenda Hospitalis a P(etro I),[2] ipsius antecessore, deposita nunc a thesaurario Garssione Asmaldi ac fratribus Petro Galeis, Paschali et Thoma recepit. — (Giraldus), episcopus Tripolitanus, B., cantor Antiochenus, S., archidiaconus Tripolitanus, B., magister scolarum Antiochenus, P(etrus), cancellarius patriarchae; de presbyteris: B. de Mamendon, Pascalis de Seona, Stephanus de Cosquenit, Petrus Benedictus, frater ejus Martinus, Vivianus, Leo presbyter (Paoli I, p. 97—98, No. 93; cf. p. 519). **840**

[1]) Fuerat abbas de Lucedio (Röhricht in ZDPV. X, p. 4; Potthast, No. 3685, 4248—4249, 4307, 4604, 5176; Irici, Res patriae II, p. 15; Riant, Exuviae Constant. I, p. XXV, XXIX, LVII, XC, CLXX. [2]) Antea episcopus Tripolitanus, postea patriarcha, qui in carcere Bohemundi, comitis Tripolitani, obiit (cf. ZDPV. X, p. 4; Potthast, No. 2759); nomen antecessoris Petri I nescimus (Potthast, No. 511—512, 514, 561). Chartam pseudo-patriarchae Antiocheni et «archiepiscopi Hierosolymitani» Theoderici (a. 1208) cf. in Riant, Exuviae I, p. CLXVI, CLXVII; II, p. 96.

**1210** April. 19. Tarsi. — Leo II, Dei et Romani imperii gratia Armeniae rex, Innocentio III scribit, (Garinum de Monte acuto) magistrum et conventum Hospitalis praeterito mense Augusti [1]) contra paganorum infinitam multitudinem sibi auxilio venisse et a se civitatem Seleph,[2]) castellum novum[3]) et Camardesinum[4]) cum pertinentiis dona accepisse, itaque rogat, ut hanc

[1]) De bello inter Armeniae regem et Ghiât ad-dîn, soldanum Iconii, a. 1209 exorto cf. Abulfeda in Rec. d. hist. d. croisad., aut. occid. I, p. 83; aut. armén. I, p. 482; Petermann, Beitr. z. Gesch. d. Kreuzzüge aus armen. Quellen, Berlin 1860, p. 158 not. [2]) Selefkie ad Calycadnum (Gök-su) sita sive Seleucia Trachea (Dulaurier in Journ. asiat. 1861, XVIII, p. 317—318). [3]) Nunc, ut videtur, Nortbert (ibid. 302, 308; Rec. d. hist. d. croisad., aut. armén. I, p. 481, 638). [4]) Locus

concessionem confirmet[5]) (Paoli I, p. 98—99, No. 94; Bosio I, p. 155—156; Vertot, Hist. de l'ordre de Malte I, p. 611; Langlois, p. 112—114, No. 3; Raynaldi, Annal. 1210, § 34—35; Baluze, Ep. Innoc. III, p. 468—469, No. 119; Migne, Ep. Innoc. III, p. 306—307, No. 119). **841**

ignotus; «camard correspond aujourdhui au passage appelé Demir Kapou» (Langlois, l. c.; Dulaurier in Journ. asiat. 1861, XVIII, p. 307, 318). [5]) His precibus Innocentius III annuit epistola 3 Aug. 1210 ad antedictum magistrum et conventum data (Potthast, No. 4058).

**1210** Aug. 20. Laterani. — Innocentius III, quum rex (Leo II) Armeniae per abbatem S. Mariae trium arcium,[1]) Ascivardum militem et Bovonem, latinum cancellarium, rogasset, ut nepoti suo (Rupino) justitia fieret, (Sicardo), episcopo Cremonensi, causam, quae inter dictum Rupinum et (Bohemundum), comitem Tripolitanum, vertebatur, committit, si opus sit (Alberto) Hierosolymitano et (Petro II) Antiocheno patriarchis assumtis, dijudicandam (Baluze II, p. 470—471, No. 123; Migne III, p. 310—312, No. 123; Potthast, No. 4066). [1]) Cf. supra No. 780. **842**

„ Aug., ind. XIII. — Leo II, filius domini Stephani bonae memoriae et Romani imperii gratia rex Armeniae, assensu heredis sui Raymundi Rupini fratribus Hospitalis urbem Larandam,[1]) si foret, ut de manibus hostium eriperetur, sigillo donat et concedit, ut bellum et pacem cum Laranda et aliis marchiis facere possint et, quaecunque bello ceperint, cum aliquo partiri nullatenus cogantur. — De clericis: Petrus, Tarsensis electus, Joannes, Tarsensis cantor, Helias, Tarsensis thesaurarius; de fratribus: Heymericus, Selefkiae castellanus, Gofredus marescalcus, Albertus Roirad, praeceptor Selefkiae, Helias de Turre; de baronibus: Constantius comestabulis, Adam de Guastone senescalcus, Osto de Tabaria, Robertus Mansel, Antiochiae comestabulis, Rogerius de Monte [2]) comestabulis, Basilius marescalcus, Baharam, filius Gofredi de Corco.[3]) Datum per manum Bartholomaei [4]) protonotarii (Paoli I, p. 100—101, No. 96; Langlois, Trésor, p. 115—116, No. 5; cf. Lois [ed. Beugnot] II, p. 314; Dulaurier, Recherches I, p. 124, 165). **843**

[1]) Nunc Derindeh prope Iconium (Rec. d. hist. d. croisad., aut. armén. I, p. 360). [2]) Id est Mûd (ibid. p. 639). [3]) Alias Corith, Coriz (Κωρυκός), urbs Ciliciae (ibid. p. 638). [4]) De quo Dulaurier in Journ. asiat. 1861, XVIII, p. 328.

„ Sept. — Hugo I, rex Cypri, Hospitali per manum magistri Garini de Monte acuto Plantanistias, casale in territorio Paphi situm, Colos, casale episcopatus Nimocii, quod a Garino de Colos Hospitali donatum fuit, deinde prastiam Monagrole Nimocio vicinam cum terra, quam Hardevvinus ibi tenebat, Finicam Papho vicinam cum pertinentiis sigillo concedit et fratri Guillelmo de Belna, tunc praeceptori in Cypro, permittit, ut bladum Hospitalis perpetuo libere molatur in molendinis regiis de la Questria, quantum opus sit domui Hospitalis in civitate Nicosiae, domum Morae et S. Georgii, deinde domos et plateas Nimocii, quae fuerunt lambitae Sabastos et sororis, hortum ejusdem civitatis cohaerentem domui Guischon Span. et Girardi de Maske et ex alia parte balneis, denique libertatem emendi et vendendi per totam insulam, intrandi et exeundi sine ulla exactione confirmat. — Gualterius Caesar(iensis), Cypri comestabulus, Aimericus de Riveth, Cypri senescalcus, Reynaldus Suessionensis marescalcus, Galterius de Bethsan,

Laurentius de Morfo, Simon Paph(ensis), Marinus de Bombel, Galterius Bellus, Petrus Chaperon (Paoli I, p. 101—102, No. 97; cf. p. 520). **844**

**1210** Sept., ind. XIV. — Raymundus Rupinus, princeps Antiochenus, Hospitalis socius ac frater factus, assensu uxoris Helovisiae, filiae Hemerici II, regis Hierosolymitani et Cypri, eidem domui per manum Garini de Monte acuto [1]) civitatem Gabuli et castellum Vetulae [2]) cum omnibus pertinentiis ac juribus sigillo apposito donat necnon concedit, ut pacem et bellum cum Sarracenis prope Gabulum et castellum Vetulae habitantibus faciat. — Leo II, rex Armeniae, Osto de Tabaria, Robertus Mansel, Antiochiae comestabulus, Guillelmus de Insula, Robertus Tali, Paganus, Antiochiae buteler,[3]) Nicolaus Lualn, frater Hemericus de Pax,[4]) Selefkiae castellanus, Albertus, Selefkiae praeceptor, frater Helias de Turre, Anfredus de Margat. Factum per manum Bartholomaei, regiae duanae secretorum regis Armeniae protonotarii (Paoli I, p. 99—100, No. 95 [cf. p. 519]; Langlois, Trésor, p. 132—133, No. 12; Cod. Paris., collect. Dupuy, 1 fol. 94). **845**

[1]) De quo Eracles, p. 309, 310, Albericus, p. 909; a. 1217—1222 in bello Damiatino constitutus fuit, ut omnes hujus fontes testantur (cf. Röhricht, Testimonia min. et SS. de Quinto bell. sacro s. voce, Studien, p. 26, 28, 43) et a. 1222 in Italiam profectus est cum Johanne, rege Hierosolymitano (Oliverius Scholasticus, p. 1450; Winkelmann, Friedrich II, I, p. 195—198), deinde a. 1223 in Anglia, mense Junii autem 1225 in Gallia moratus (Potthast, No. 7528; Bouquet XX, p. 325—326; Archives de l'Orient latin II A, p. 194) et Nov. 1227 mortuus est; de sigillo ejus cf. Delaville le Roulx in Mém. d. antiq. de France 1880, XLI, p. 70. Huic successit Bernardus de Texi, cujus chartis mentio non fit (Herquet, Chronologie, p. 37—38). [2]) De quo Alb. Aquens. XI, c. 45; Journ. asiat. 1861 Nov., p. 321; Rey, Les colonies, p. 336. [3]) butticularius, bouteiller. [4]) a. 1216 «magister Hospitalis cismarini» (Böhmer-Ficker, No. 845).

„ Nov. — Hugo I, rex Cypri, ecclesiae S. Sepulchri prastiam, quae dicitur Lacridon et in territorio Paphi sita est, necnon V villanos, quorum nomina sunt Vassilius de Liquetima, Vassilius, filius uxoris Vassilii de Liquetima, donat et sigillo confirmat. — Galterius Caesariensis, conestabulus Cipri, Aymericus de Rivet, senescalcus Cipri, Rainaldus Suessionensis, marescalcus Cipri, Galterius de Bethsan, Gormundus de Bethsan, Galterius de S. Bertino, Simon Paphensis, Petrus Chape, Galterius juvenis (Rozière, p. 314—315, No. 176; Duchesne, Hist. généal. de la maison de Bethune, p. 360; Lois [ed. Beugnot] I, p. 403—404, not. b; Migne, p. 1253, No. 176). **846**

( „ ). — Gervasius, abbas fratrum Praemonstratensium, una cum toto capitulo Johanni de Brienna in thronum regni Hierosolymitani evecto congratulatur et preces ordinis pro felici armorum successu spondet (Hugo, Sacrae antiquit. monum. I, p. 76—77, No. 84; cf. infra No. 855). **847**

**1211** Febr. 14, ind. XII.[1]) Accon in palatio patriarchae. — Albertus, patriarcha Hierosolymitanus, controversiam, quae inter Martinum Roziam, civem Januensem,[2]) et Hermannum, Theutonicorum Acconensium magistrum, de domo quondam Theodori Suriani Tyri sita versabatur, disceptat. — Galterius, episcopus Acconensis, frater Lodoicus et Aldo, ecclesiae S. Crucis Acconensis canonicus, Obertus Auriae, Nicolaus Spinola (Strehlke, p. 36—37, No. 45; cf. p. 124). **848**

[1]) Alias XV, quae indictio in annum 1212 quadraret. [2]) Cf. supra No. 682.

„ Febr. 20, ind. XII. Accon. — Jacobus de Marino et Lanfrancus de Mari, consules Januensium in Syria, coram Guillelmo de Nigro, Ingone

Spinola et Corrado de Mari testibus chartam (supra No. 848) memoratam confirmant. — Stephanus de Valencia, notarius Januensis in Syria, scripsit (Strehlke, p. 37, No. 45). **849**

**1211** (1212) Febr., ind. XV. Accon. — Laurentius, presbyter et plebanus S. Marci Acconensis, Marco, episcopo Castellano, et ejus successoribus pro ecclesia S. Marci de Baruto censum annualem promittit. — Laurentius, presbyter et plebanus, Philippus Tinto, Leonardus Grino. Nicolaus Justo, presbyter S. Nicolai et notarius complevit et corroboravit (Cornelius, Eccles. Venet. XIII, p. 224; Tafel-Thomas II, p. 126, No. 227). **850**

„ Maj. 17 (18). Laterani. — Innocentius III (Alberto), patriarchae Hierosolymitano S. A. legato, cui jam pridem mandaverat, ut causam, quae inter (Leonem), regem Armeniae, et fratres Templi de castro Gastonis vertebatur, concordia vel judicio terminaret, eadem de re nunc iterum scribit. Quum enim fratres Templi, se, sicut eis injunctum erat, omnia facere paratos esse, confirmassent, rex quibusdam eorum petitionibus respondere noluit, sed bona eorum, quae habebant in portu Bonelli et aliis Armeniae locis, occupavit neque precibus patriarchae Hierosolymitani revocari potuit, qua de causa ab eodem excommunicationis vinculo innodatus est et omnes contra fratres Templi regem adjuturi eandem sententiam incursuri denuntiati sunt. Nihilominus regis ira contra dictos fratres magis desaeviit, nam omnes possessiones, quas habebant in regno suo, eis abstulit praeter duas munitiones inexpugnabiles, et cum ad partes Antiochenas accessissent arces suas victualibus munituri, sicut patriarcha ipse nuntiavit, eorum casalia adhuc integra destruxit, quamquam redditus inde provenientes ad ipsum deveniebant, et alia vice homines regis fratres in angustiis quibusdam constitutos aggressi magistrum ac plures fratres vulneraverunt, unum occiderunt ac varia gravia damna rerum eis irrogarunt. Itaque Innocentius nuntiat, se praelatis regni Hierosolymitani ac regi mandasse, ut excommunicationis sententiam publicent (Baluze II, p. 534—535, No. 64; Migne III, p. 430—431, No. 64; Potthast, No. 4247). || Ut haec excommunicationis sententia observetur, Innocentius 18 Maj. 1211 Petro, patriarchae Antiocheno, (Clarembaldo), Tyrensi archiepiscopo, (Radulfo?), Sidoniensi, (Gaufrido?), Tripolitano, (B.?), Tortosano, Nimociensi et Famagustano, episcopis mandat (Potthast, No. 4248) et 19 Maj. Johannem, regem Hierosolymitanum, indigenas et peregrinos in Terra Sancta constitutos monet, ut antedictis praelatis excommunicationem pronuntiaturis auxilium praestent (ibid. No. 4249). Ab excommunicatione Innocentius III Leonem neque tamen comitem Bohemundum Tripolitanum a. 1213 absolvit (Potthast, No. 4685) eumque monet, ut nepotem Raymundum Rupinum corrigat, qui casalia patriarchae Antiocheni destruxerat (Potthast, No. 4677). **851**

„ Jun. 7. Laterani. — Innocentius III Mâlik az-Zâhir, soldanum de Alapia,[1] exhortatur, ut justitiam excolat et diligat veritatem, Antiochenum

[1]) Eundem cum Bohemundo, comite Tripolitano, foedere conjunctum fuisse, supra (No. 794) memoratum est. A. 1203 Balduinus, comes Flandriae, regi Alemanniae Ottoni IV scribit: «nos soldano Babiloniae nuncios misimus, qui intimarent, quod devotionem populi christiani incredule gentis suae Deo donante in proximo proponamus ostendere et ad contritionem infidelitatis de celo nos exspectare virtutem» (Mon. Germ. SS. XXI, p. 225—226).

patriarcham habeat commendatum neve permittat, ut ab aliquibus indebite molestetur (Raynaldi, Annal. 1211, § 27; Baluze, Ep. Innoc. II, p. 537, No. 69; Migne, Ep. Innoc. III, p. 434, No. 69; Potthast, No. 4268). **852**

**1211** Jul. 1. Accon. — Johannes, rex Hierosolymitanus, cum Maria uxore Santio, S. Sepulchri priori,[1]) hortum prope Accon situm, quem fratres dicti conventus a Willelmo Pomaran(o) emerant, et domos terramque vicinas concedit et sigillo confirmat. — Gualterius de Montbeliart, regni constabularius, Radulfus Tyberiadis, regis senescalcus, Jacobus de Durnai, regis marescalcus, Aimarus, dominus Caesareae, Philippus de Ybelino, Guido de Montfort, Garnerius Alemannus, Roardus, dominus Cayphas, Amion d'Ays, Thomas de Maugastel, Daniel de Molembec, Adam Coste. Datum (per manum) nota(rii) Balduini (Rozière, p. 268 — 269, No. 145; Lois [ed. Beugnot] II, p. 535 — 536, No. 50; Migne, p. 1256 — 1257, No. 145). **853**

[1]) Qui memoratur in charta hispanica in urbe Accon edita (España sagreda L, app. p. 435—436, No. 44).

( „ ). — Gervasius, abbas fratrum Praemonstratensium, Johanni, regi Hierosolymitano, qui rogaverat, ut pro regina uxore et filia de priori uxore nata preces Domino effunderent, scribit, se, quod voluerit, libenter fecisse, eumque rogat, ut fratres S. Samuelis foveat necnon latorem epistolae magistrum O. benigne recipiat (Hugo I, p. 102—104, No. 95). **854**

**1212** Jan. 20. — Johannes, rex Hierosolymitanus,[1]) coram Philippo de Ibelino, Guidone de Montfort et marescalco regni civibus Massiliae, quaecunque in urbe Accon prope ecclesiam S. Demetrii possederunt, per manum Clevebaldi de Molinis, Eliae de Nazareth, Thomae de S. Abraham et Isaaci de Jerusalem concedit et sigillo confirmat. — (Johannes de Ibelin, Guido de Montfort, Jacobus de Durmai,[2]) marescalcus regni). Scripsit Guidanus, regis capellanus (Méry I, p. 226—227; Ruffi I, p. 96—97). **855**

[1]) Qui 13 Sept. 1209 Acconem appulsus sequenti die Mariam, filiam Conradi marchionis, in matrimonium duxit et 4 Octob. Tyri coronatus est (Chron. Rothomag. in Bouquet XVIII, p. 360; Rob. Altissiodor., ibid. p. 276; Danduli chron. in Muratori SS. XII, p. 338; cf. Récits d'un menestrel de Reims, p. 74—75; Potthast, No. 3715 — 3716). Postquam a. 1212 (exeunte) Maria, quae pepererat Isabellam, postea uxorem Friderici II, mortua est (Ernoul, p. 411; Récits, p. 75; cf. Potthast, No. 4643), filiam Leonis II, regis Armeniae, Stephaniam in matrimonium duxit (Paoli, Codice I, p. 105, No. 100), quae peperit filium Johannem, qui septem annos natus obiit (Récits, p. 76). De rege nostro, qui obiit 23 Mart. 1237 (Böhmer-Ficker, No. 2249) cf. Acta SS. Aug. VI, p. 810 seqq.; F. L. Lafiteau, Hist. de Jean de Brienne, Paris 1827, 8⁰ et d'Arbois de Jubainville, Recherches sur les premiers années de Jean de Brienne, Paris 1868 (Mém. lus à la Sorbonne) 13 pp., 8⁰, ejusdem notitias in Bibl. de l'école d. chartes 1872, p. 168 — 170; de poëmatibus Johannis cf. Hist. litt. de la France XXIII, p. 638—641. [2]) Alias: Durnai.

„ Jan., ind. XV. Bybli. — Guido, dominus Biblii, Hospitalis confrater Biblii, quae pro matrimonio uxoris Aalis ab ejusdem fratre Boamundo IV, principe Antiocheno, charta supra (No. 798) laudata acceperat, eidem domui per manum Guarini de Monte acuto magistri concedit necnon casale Betzaal et omni exactione ablata libertatem emendi et vendendi, intrandi et exeundi in civitate Biblii donat et sigillo confirmat. — Willelmus Angeliers, Albertus de Ponzan, Willelmus Furnan,[1]) Rainaldus Bonus, Manasses Arnes,[2])

[1]) Alias: Fornarius. [2]) Alias: Arneis, Harneis.

Willelmus Liges, Radulphus, Leo, Nicolaus, Martinus, Joannes (de) Tabaria, Raimundus de Turzeia (Paoli I, p. 104, No. 98). **856**

**1212** Mart. 1. Accon. — Johannes, rex Hierosolymitanus, in praesentia et cum auctoritate Alberti, patriarchae Hierosolymitani et Apostolicae Sedis legati, permutationem cum abbate Adam ecclesiae B. Mariae vallis Josaphat facit; recipit enim domos, hortos et omnem terram, quam dicta ecclesia possidet prope portam Sidoniensem civitatis Tyri juxta novum castrum, quod rex construere inceperat, et XXX bisantios singulis annis in redditibus piscariae Tyrensis accipiendos sigillo confirmat. — Aymarus de Caesarea, Garnerius Alemannus, Rohardus, dominus Cayphae, Herardus de Durnay, Aymericus Chevart, Tomas de Malgastel, castellanus Tyri, Johannes Tortus,[1] vicecomes (Acconensis), Gaufridus de Cafran, Adam Coste, Johannes Flori. Datum per manum Radulfi, Sidoniensis episcopi regnique cancellarii[2] (Delaborde, p. 95—96, No. 46). **857**

[1]) De quo Eracles, p. 319. [2]) De quo ZDPV. X, p. 30; anno 1213 Romae moratur (Potthast, No. 4685).

„ April. 12, ind. XV. Accon in palatio episcopali. — Albertus, patriarcha Hierosolymitanus, Gualterus, episcopus Acconensis, et Andreas, vicecomes Venetorum, controversiam, quae inter Simonem Rufferium, vicecomitem Januensium urbis Accon, et Bonacurtium Anselmeti, consulem Pisanorum Acconensium, nomine utriusque communis de burgesia Agnetis Gastaldi versabatur, quam scilicet vicecomes praedictus cum juratis curiae suae ad commune Januae pertinere dicebat ratione domus, quam in ruga S. Laurentii a dicto communi sub censu cum filiis Uberti de Maria consanguineis communem tenebat, sigillis appositis ita disceptant, ut vicecomes omnia jura remittat adversus Agnetem et ejusdem venditionem Lucensi, uxori quondam Bartholomaei de Dominis, confirmet. — Factum a Bonacurtio consule consensu Simonis Chimicosi, Burgundii de Bandino, Sanuti, Loterii Bubaei ac Moronei et aliorum Pisanorum necnon a vicecomite consensu Jacobi Mallonis, Othonis de Insulis, consulum Januensium, Marini de Bulgaro, Guillelmi Buscae, Rubaldi de Castello et aliorum Januensium coram juratis curiae Januensis: magistro Othone Fulcherio, Jacobo de Angla, Oberto Astalibeta, Jacobo de Roduan (G. Müller, p. 439—440; Ughelli IV, p. 795—796; Lünig, Cod. diplom. Ital. IV, p. 1918, No. 6). **858**

„ April. — Leo II, Dei et imperii Romani gratia rex Armeniae, confrater ordinis Theutonicorum, eidem domui donat castellum Amudain[1]) et casale inferius ei adhaerens nominatum (cujus fines sunt: a parte Simonaglam tendit usque ad antiquum adaquarium, ubi II sunt arbores salices et modo factus est lacus, dehinc usque ad rostrum de rocha media juxta gastinam, quae est de territorio Adidy, inde superius ascenditur usque ad Quilli, quod latine vocatur meta de Gammassa; alia divisio inter Gamassam et Amudain tendit ad cavam, ubi est arbor dicta «chaisne spinosa», abbatia Chalot et agger vineae de Mechale et extenditur meta usque viam, alia divisio inter pastores et Amudain (Amidain) tendit usque ad collem, ante quem sunt II rubi salvatici et arbor morarius, dehinc usque ad gastinam

[1]) Strehlke, p. 39, 126: Amidain(m), Amodan, nunc Adamodano sive Tumo kalessi meridiem versus de Anazarba (Dulaurier, Journ. asiat. 1861, XVIII, p. 315; Langlois, Voyage en Cilicie, p. 445; Rec. d. hist. d. croisad., aut. armén. I, p. XLVI, XLVIII, 341, 453, 508, 526, 618, 637).

dictam Dagie et extenditur usque ad Zamga, dehinc usque ad lacum Helia et Joh, et inter Joh et Ramam est quaedam cava divisa) necnon casale Sespin [2]) (quod a parte Baari extenditur usque ad crucem, dehinc usque ad cavam et turonum de Sabuhc necnon ad aggerem de Bezequi; inter Sespin, Baari, Abedi et Raselain est divisio quaedam petra scilicet nigra et pertusum vulpis et extenditur usque ad curbam Johannis Turci, dehinc usque ad curbam de Moqun et usque ad Indapus; haec infra situm est ipsum casale Sespin, ex parte Alasines extenditur usque ad arborem morarium furcatam et usque ad flumen Johan [3]) et ad vingum Dendieu et ad ecclesiam de Indapus et ad turonum platum et petram nigram et fractum arvoltum et usque ad lacum, ubi fuit domus Johannis Cordin, et viam cruciatam, ubi est crux de petra; hinc est recta via de Amudain ad Tractic et postea ad flumen), deinde aliud casale Buquequia [4]) cum pertinentiis et divisionibus, sicut dominus Michael ipsum tenuit ejusdem et Sespin territorium jungitur, tum in territorio Meloni [5]) aliud casale nomine Cumbethfor, [6]) quod cum pertinentiis et divisionibus a parte orientis extenditur, sicut vadit via usque ad petram inter Cumbethfor et Tetimec (et sunt infra petrae pro metis fixae et subter carbones; dehinc extenditur usque ad metas petrarum fixas ex parte Vancun et carbones subter, a parte occidentis inter Cumbethfor et casale Beleguinos, quod habitatur a villanis de Arench et est S. Mariae de Turri, sunt metae petrarum fixae et subter carbones, dehinc usque ad columnam marmoream; a parte septentrionis versus Casseriam sunt metae fixae et subter carbones et vadit usque ad turonum, a meridie extenditur usque ad metas de Bagnigun, ubi crux est posita, et usque ad rocham, et infra sunt petrae fixae et carbones subter; a parte Abraainain et Casseriae sunt petrae fixae et carbones subter et in medio petrarum fixarum est crux de petra), denique casale Ayn [7]) (a parte Calasie est crux de petra et carbones subter supra viam, quae ducit ad Vancun, a parte occidentis extenditur ad pertusum vulpis et ibidem est crux de petra, dehinc usque ad ovile, et in medio sunt metae de petra V et carbones subter, a parte Vangun usque ad crucem de petra, quae fixa est juxta gastinam supra viam et in capite viae est alia petra et via ibi dividitur) atque liberum commercium in toto regno Armeniae et securitatem regali sigillo aureo promittit et confirmat (Strehlke, p. 37—39, No. 46 [cf. p. 126]; Langlois, Trésor, p. 117—120, No. 6; cf. Forsch. XXI, p. 498, No. 1; Altpreuss. Monatsschr. 1882, XIX, p. 638, No. 10). **859**

[2]) Strehlke, p. 26: Cespin. [3]) Dschihan-tschai, Pyramus veterum; cf. Eracles, p. 208. [4]) Strehlke, p. 39, 126: Buchecia, Bucona, Buquequia. [5]) Mlûn ad sinistram Sari ripam sita versus septentrionem et orientem de urbe Adana (Journ. asiat. 1861, XVIII, p. 315). [6]) Inter Mamistram et Tarsum sita (ibid. p. 315; cf. Wilbrand ab Oldenburg ed. Laurent, p. 176). [7]) Strehlke, p. 39: Ayn, p. 126: Haaiym. Hoc privilegium fratribus Theutonicis Innocentius III 24 Febr. 1214 confirmavit (Strehlke, p. 39—40, No. 47; Langlois, p. 121, No. 7; Potthast, No. 4901). Ceterum conferas de possessionibus Hospitalariorum, Templariorum et fratrum Theutonicorum in Armenia sitis: Langlois, p. 74—77, 78—81, 81—82 et Herquet in Wochenblatt der Johanniter-Ordensballey Brandenburg 1872, p. 11—14.

(**1212** c.). — Gaufridus, thesaurarius Templi, Innocentio III scribit, Erardum Brennensem [1]) Philippam uxorem ducere velle (d'Arbois de Jubain-

[1]) Amalricus I, rex Hierosolymitanus, anno 1174 mortuus reliquerat filium Balduinum V et duas filias Sibyllam et Isabellam, quarum prior Guillelmo de

ville V, p. 78, No. 852; Baluze, Ep. Innoc. II, p. 849). || Idem eidem (1213) nuntiat, se ejusdem epistolam de negotio Erardi de Brena missam (Alberto), quondam patriarchae Hierosolymitano, et (Clarembaldo), archiepiscopo Tyrensi, dedisse, qui Erardum et Philippam matrimonium inire vetuerunt, sed eundem Erardum paulo post matrimonio vetito se cum Philippa conjunxisse (Baluze, Ep. Innoc. II, p. 839; Migne, l. c. III, p. 975, No. 3). **860**

Longaspatha nupsit ejusque post mortem Guidoni de Lusignan, altera VIII annos nata despondit Honfrido de Turono (1180). Post mortem antedicti Balduini V caelibis (a. 1185) Sibylla maritum uxorem nominavit, sed ipsa cum filiis in obsidione Acconis (c. 1 Octob. 1191) obiit (Röhricht in Forsch. 1876, p. 507; Ilgen, Conrad v. Montferrat, p. 101, ed. Cipolla, p. 96—97). Isabellae vero et Honfredi matrimonium solutum est, eaque quamvis consanguinitate illicita affinis Conrado de Monteferrato nupsit ejusque post mortem Henrico II, comiti Campaniae, ex quo peperit Aalidem postea reginam Cypri, et Philippam, uxorem Erhardi de Brene. Harum prior Campaniam hereditario jure repetivit, sed (April. 1234) resignavit (Potthast, No. 7676, 7873, 8022, 8434, 9147, 9149, 9150, 9160; d'Arbois de Jubainville IV A, p. 223—225, 256; V, p. 335; cf. No. 2310—2317, 2346—2352, 2397—2399, 2828, 3128; Layettes du trésor des chartes II, No. 2312—2314, 2322, 2371—2376, 2421; de Mas Latrie II, p. 40—42, 69; sigillum Aalidis depinxit Douët d'Arq, No. 11802).

(**1212?**).[1]) — Willelmus II, prior S. Sepulchri, omnibus archiepiscopis, episcopis aliisque praelatis in regno Thessalonicensi constitutis scribit, se consensu capituli latorem epistolae canonicum N. priorem ac provisorem omnium domorum et possessionum dictae ecclesiae in dicto regno sitarum constituisse (Rozière, p. 2, No. 2; Migne, p. 1111—1112, No. 2). || Idem omnibus fratribus in obedientia S. Sepulchri constitutis dictum canonicum N. nunc priorem ac provisorem commendat (Rozière, p. 3, No. 3; Migne, p. 1112—1113, No. 3). **861**

[1]) Hunc annum proponere vellemus, quum Guillelmus II c. eundem annum prior factus fuisse (ZDPV. X, p. 43) et a. 1212 Innocentius III supradictum N. canonicum et S. Sepulchri priorem S. Demetrii Thessalonicensis epistolis intelligere videtur, quae exstant in Baluze, Ep. Innoc. III, II, p. 628—629, No. 78; 631—632, No. 86 (Potthast, No. 4488, 4500).

**1213** Febr. 28. Laterani. — Innocentius III (Leonem II), regem Armeniae, propter varios excessus, quos litteris patriarchae Antiocheni et aliorum cognoverat, increpat. Cum enim inter ipsum et Antiochenos dicti patriarchae studio treugae factae fuissent, rex in terram Antiochenam Rupinum nepotem immisit, qui casalia ecclesiarum combussit et praedam C millium bisantiorum excedentem abduxit. Insuper quendam, qui pro patriarcha Antiocheno se gerebat, sed a patriarcha Hierosolymitano depositus et cum omnibus fautoribus excommunicatus est, benigne suscepit et post mortem electi Tarsensis, quem idem patriarcha sperasset, archiepiscopum institutum iri, casalia dictae ecclesiae militibus suis divisit et, clericis latinis expulsis, graecos intrudere praesumpsit. Quibus de causis Innocentius dictum regem monet, ut patriarchae et ecclesiae praedictis satisfaciat, alioquin se dicto patriarchae, suffrageneis ejus et episcopis Cypri mandaturum esse, ut regem jam excommunicatum ex hac quoque causa eidem vinculo astrictum esse, denuntient in dictum nepotem et fautores sententiam proferentes, seque Hierosolymitano et Cypri regibus, baronibus ac fratribus Templi et Hospitalis necnon peregrinis in regno Hierosolymitano constitutis mandavisse, ne dicto regi consilium vel auxilium impendant (Baluze II, p. 734—735, No. 2; Migne III, p. 784—786, No. 2; Potthast, No. 4677). **862**

**1213** (Mart. 15—22). Laterani. — Innocentius III (Alberto), patriarchae Hierosolymitano, scribit, se ejusdem litteras accepisse nuntiantes, regem Armeniae, postquam episcopus Sidoniensis Romam eundi iter arripuerit, petivisse, ut, pace cum fratribus Templi facta, sibi beneficium absolutionis impenderetur suoque nepoti justitia de Antiochia fieret, itaque mandat, ut eum absolvat, sed dictam justitiam propter gravia delicta ad praesens deneget. Deinde praecipit, ut, quae comes Tripolitanus confirmaverat, inania ac frivola reputet; hic enim cum patriarcha congressus dixit, se Antiochiam ab imperatore Constantinopolitano domino ac judice suo tenere et eundem a Sede Apostolica indulgentia impetrasse, ne sub ecclesiastico judice de Antiochia litigaret (Baluze II, p. 738—739, No. 7; Migne III, p. 792—793, No. 7; Potthast, No. 4685). **863**

„ April. 26. (Laterani). — Innocentius III Saphadinum (Mâlik al-Muazzam), soldanum Damasci, obsecrat, ne «propter violentam detentionem Hierusalem et finium ipsius plus adhuc effundatur sanguinis, quam hactenus est effusum», ut Terram Sanctam Sedi Apostolicae reddat «ipsaque reddita et dimissis utriusque captivis quiescamus a mutuis impugnationum offensis» [1]) (Raynaldi, Annal. 1213, § 3; Baluze, Ep. Innoc. II, p. 761, No. 37; Migne, Ep. Innoc. III, p. 831—832, No. 37; Ryccardus de San Germano in Muratori SS. VII, p. 985 et Mon. Germ. SS. XIX, p. 335; Ughelli, Italia sacra III, p. 971; Theiner, Veter. mon. I, p. 65, No. 71; Ficker-Winkelmann, Acta, No. 6142; Potthast, No. 4719; cf. 5186). ‖ Constat, fratres Templi Innocentio III mendacissime nuntiavisse: «Volunt isti (Saladini filii) libenter reddere in manus domini papae Terram Sanctam, quam tenent, ad opus christianorum et, ut certi sint et securi de alia terra, a populo christiano singulis annis volunt esse sub certo tributo Jherosolymitano et dabunt inde cautelam Romanae ecclesiae de non impedienda plus Terra Sancta, qua dominus noster J. Chr. suis pedibus ambulavit» (Ryccardus in Mon. Germ. SS. XVII, p. 336). **864**

[1]) Hanc epistolam (26 April. 1213) Alberto, patriarchae Hierosolymitano, misit per viros providos antedicto soldano tradendam (Raynaldi, Annal. 1213, § 2; Baluze, Ep. Innoc. II, p. 760—761, No. 36; Migne, Ep. Innoc. III, p. 830—831, No. 36; Mansi, Concil. XXII, p. 967—968; Harduin VII, p. 13—14; Theiner, Veter. mon. Slavorum I, p. 65, No. 72; Potthast, No. 4720; cf. No. 5187). Fere eodem tempore Johannes, archiepiscopus Cefaludensis, soldanos Aegypti et Damasci de mandato Innocentii III visitasse nuntiatur (Röhricht, Beitr. I, p. 56—57, not. 25—26).

„ Sept. 26. Januae ante domum Jachariae de Castro. — Simon Bufferius major confirmat, se a Simone Bufferio juniore XV libras et XV solidos Jan. accepisse occasione solutionis de octava solutione, quam dictus Simon major dicebat ipsum Simonem juniorem accepisse pro eo a curia regis Syriae et pro feudo a dicta curia recipere debebat, quam octavam solutionem dictus Simon junior accepisse negavit. Pro quibus XV libris et XV solidis Symon major ei dare promittit per se vel per suum certum missum ulterius bisantios tres saracinales de Syria pro unaquaque libra justi ponderis mundos ab omnibus dacitis et avariis de communi Januae infra II menses proximos, postquam navis, quae dicitur Sanctus Lucas, ultra mare applicuit, certis aliis conditionibus adjunctis (Januae, arch. notular. Raimondi Medici, fol. 101 r; dedit Dom. Corn. Desimoni). **865**

„ Octob. 18. Accon. — Ademarus, dominus Caesareae, cum uxore Juliana coram archiepiscopo P(etro) Caesariensi ab Hospitalis magistro

Guarino de Monte Acuto M bisantios, casalibus suis Cafarlet, Samarita et casali Bubalorum cum pertinentiis pignori assignatis, mutuat. — Garnerius Alemannus, Rohardus de Caypha, Conselath, Joannes Charle,[1]) Fulco (Paoli I, p. 290, No. 11). **866**

[1]) Alias: Karoh, Karol.

**1213** Octob. — Robertus, cardinalis presbyter S. Stephani in Coelio monte, S. A. legatus, exponit, quae nobiles viri in Terra Sancta olim constituti [1]) coram ipso, H(aimardo) Suessionensi et G(uillelmo) Meldensi episcopis de matre Philippae, uxore quondam Henrici, comitis de Campania, testati sunt. Guido scilicet de Dampetra confirmavit, Umfredum de Thorono dictam (Isabellam) reginam per III annos et amplius habuisse uxorem, eamque, quum ipsi nuberet, XVIII annos natam fuisse, (Henricum), comitem vero Campaniae, dictam (Isabellam) marchioni de Monteferrato uxorem tradendam adduxisse. Odardus, marescallus Campaniae, dixit, Umfredum coram comite et multis baronibus per Reginaldum de Tabaria, ut uxor sibi ablata restitueretur, postulavisse, sed fere omnes, ne exercitus fame periret,[2]) eandem marchioni dedisse seque ipsum ad illud matrimonium impetrandum nuntium fuisse. Similia Guido de Capis, Petrus Turkinus, Willelmus, comes Jouviacensis, Robertus de Miliaco, Rogerius de S. Karuano et Lambertus de Barro testati sunt, Hugo vero de S. Mauritio, qui contubernalis fuit Umfredi, confirmavit, eundem uxorem suam a matrimonio novo revocasse, eam vero obedire noluisse. Omnes vero praeter Robertum in eo consensi sunt, exercitum, hoc peccato commisso, die nuptiarum clade facta, marchionem caede, comitem vero morte praematura gravissimam poenam subiisse (Baluze, Ep. Innoc. III, p. 842—843; Migne, Ep. Innoc. III, p. 980—981, No. 11). || Alias chartas, quae antedictam controversiam attinent (Jul.—Aug. 1213) cf. in Baluze II, p. 840, 843; Migne III, p. 931—932, 979—980, No. 9, 10, 12. **867**

[1]) In obsidione Acconis (1189—1191). [2]) De matrimonio Isabellae et Honfridi soluto cf. supra No. 860. Solutum fuit «per consilium Heraclii patriarchae et omnium primatum» (Bened. de Peterbor. II, p. 241; Rog. de Hovedene III, p. 70—71), scilicet Humbaldi, archiepiscopi Pisani ac Sedis Apostolicae legati, Philippi, episcopi Bellovacensis, Haymari Monachi, archiepiscopi Caesariensis, Raynaldi de Sidone, Pagani de Cayfa, Baliani de Ibelino (Radulfus de Diceto II, p. 86; Itinerar., p. 121; Sicardus, p. 623; Hist. Hierosol., p. 55; Albericus, p. 868; Ansbert, p. 80); Innocentius III a. 1199 de hoc matrimonio scribit: «propter malitiam temporis et persecutiones urgentes» (Potthast, No. 716); sed cf. infra No. 880.

(**1213** c.). — «Reverendo in Christo patri et domino diligendo A(madeo), Dei providentia archiepiscopo Bisanc(ino),[1]) G . . . . de Boyx,[2]) humilis miles, amen. Cum de prosperitate mea noverim vos letari, sciatis, quod Dei gratia ego et uxor mea sani et incolumes permanemus. De rumoribus Terre promissionis et aliarum regionum circumjacentium hec vobis breviter proposui significare, etsi non omnia tamen aliqua, que magis admiranda videntur. In primis sciatis, quod regnum Jerusalem treugas habet cum Sarracenis et etiam principatus Antioch(iae), qui innumeras persequtiones tum per soldanum Babilonie, tum per regem Armenie passus est, per longum tempus treuguas habet cum predicto soldano. Audiatis etiam alia,

[1]) Qui sedit ab a. 1197 sive 1208 usque ad a. 1220. [2]) Eundem esse putamus ac militem Girbertum de Boi, cujus mentio fit in codicillo Henrici comitis, Ruthenensis, a. 1221 in urbe Accon composito (Martène, Ampl. Coll. I, p. 1172; Röhricht, Studien zur Gesch. d. fünften Kreuzzuges, p. 75).

que nova admiratione consideranda sunt. Audivimus et rei veritatem per certo(s) nuncios didicimus, quod de Hiberia quidam christiani, qui Georgeni dicuntur, cum innumera multitudine militum compeditum, divino inspirante auxilio, manu fortiter armata, contra infideles paganos insurrexerunt alacriter et jam CCC castella et IX maximas urbes subjugantes, retinentes forciara (corr.: forciora), debiliora in cinerem redegerunt.[3]) Predictarum urbium quedam sub Eufrate sita cunctarum urbium paganicarum erat nobilissima et magna. Dominus hujus urbis preerat filius soldani Babilonis, qui captus a predictis christianis capite truncatus est, quamvis auri infinitam pecuniam promitteret se daturum. Quid dicam per singula? Tales quales predixi ad terram recuperandam sancte Jherusalem venient totam paganiam subjugantes. Rex [4]) eorum nobilis sexdecim annos par Alexandro viribus et probitate, non tamen in fide. Iste puer ossa matris sue regine potentissime nomine Thamar [5]) secum portat, que, dum viveret, votum fecit eundi Jherusalem et, si moreretur, rogavit filium suum, ut ejus ossa ad sepulchrum Domini deffer(r)entur. Iste ergo precibus matris adquiescens votum matris sue restaurare desiderat et eam in sanctam civitatem, volentibus et nolentibus paganis, promisit repelire. Mando vobis iterum, domine, quod statim post jam dicta scripta didicimus, res est mirabilis et miserabilis et cunctis pavenda. Notificatum est nobis ultima septimana Augusti per veros nuncios, quod, quamvis verum tamen audientibus vix credibile, terre motus talis factus est, qui numquam fuerat auditus. Factus et pridie ante vigiliam sancti Johannis Baptiste (22 Jun.)[6]) in terra Losore,[7]) que afinis est soldani d'Encoine,[8]) et tam magnus, quod multe ville et castra corruerunt et due civitates, quedam abbatia ante quamdam civitatem nomine Finedelfe [9]) in abissum perdite, tamen terra plana in impari loco remanente, cum habitantibus recesserunt. O mirum et cunctis admirantibus pavendum! Inter hec, que restat dicere, certe res est verissima, domine, quod quidam mons terre motus scissus per medium ex una parte sanguinem, ex alia lac visus est emanare per totam diem et ex eo alia die aqua fetidissima sabulum cum multitudine maxima, et sciatis, quod terra, in qua hoc mirabile factum est, christianorum est, et ideo mandavi vobis, ut hec populo annuncietis» (E codice Paris. lat. No. 5137, fol. 1 gallice versum primo editum in Hist. litt. de la France XXI, p. 781—783; nos primi originalem latinum textum edimus). **868**

[3]) De expeditionibus a Georgianis contra Saracenos factis videas Journ. asiat. IV Sér., XIII, p. 507—508 (1202—1203), p. 509—511 (1204—1205), p. 511 (1205—1206), p. 515—517 (1206—1207), p. 517—522 (1208—1209); de annis 1209—1221 auctor nihil offert. [4]) Georgius IV Lascha (1212—1223), qui XVIII annos natus regnum adeptus est (Brosset, Hist. de Géorgie I, p. 481). [5]) Quae neque 1211 (Lebeau, Hist. du bas empire XVII, p. 256), neque 1207 (Journ. asiat. IV Sér., XIII, p. 516—517), sed 18 Jan. 1212 mortua (Brosset I, p. 477; cf. Additions, p. 297, Introduction LXVII) et in urbe Chelath sepulta est. [6]) Hujus terrae motus mentionem frustra quaesivimus in chronicis. [7]) Isauria meridiem versus de regno et urbe Iconii. [8]) Id est Iconii. [9]) Aperte Philadelphia.

**1214** April. 23. Tarsi. — Leo II, rex Armeniae, sigillo confirmat, Garinum de Monte Acuto, magistrum domus Hospitalis, sibi pro supplendo matrimonio filiae regi Hierosolymitano datae XX millia bisantiorum ad pondus Accon accommodavisse et pignori totam terram Giguerii [1]) cum

[1]) Djeguer sive Bajâs in sinu Alexandrettino (Dulaurier in Journ. asiat. 1861, XVIII, p. 299, 313; Rec. d. hist. d. croisad., aut. armén. I, p. XXX, XLVII, LXXIX, 628, 646).

omnibus casalibus accepisse, scilicet Abbaessa, Agnyas, Nigrinum, Lacrat, Jugmarzeban, Gardessiam, Jucuteman, Jugmelic, Keniz, portum de Calamella et de toto Giguerio et tablagium et omnes diricturas terrae et maris. — Rupinus, princeps Antiochenus, nepos et heres regis Leonis, Hostius de Tiberiade,[2]) Adam de Gastun, Constantius comestabulus, Vaaram marescalcus, Aschivardus baro, filius Gervasii, senescalci Antiochiae, Senescale, p(ro)ximos [3]) Armeniae, Leuonius de Biulum, Jozulinus, frater marescalci, Valletus miles, Willelmus de Insula, Rogerius [4]), quondam comestabulus, Willelmus de Turre, Thomas Viellebrun; de fratribus Hospitalis: Isembardus, Helias de Turre, Faraldus de Barras, castellanus Salephii, Bermundus de Luzenzone,[5]) Petrus Ares, Albertus, praeceptor Antiochiae, Johannes presbiter, Willelmus de Scanteble, Humbertus le Blunde, Raimundus de Stella, Ugo de Momolena, Willelmus scriptor, magistri capellanus. Factum per manum magistri Bovonis,[6]) latini cancellarii regis (Paoli I, p. 105—106, No. 100; Langlois, p. 124—125, No. 9). **869**

[2]) De quo Dulaurier, l. c. p. 307—308; aut. armén. I, p. XCVIII, 639. [3]) Sempad; de dignitate «proximi» cf. ibid. p. LXXIX. [4]) Alias: de Monte (Mûd). [5]) Lusignano? [6]) De hoc et aliis cancellariis cf. ibid. p. LXXXVII—LXXXVIII.

**1214** April. 23. Tarsi. — Leo II, rex Armeniae, consensu Rupini nepotis atque heredis, principis Antiochiae, Hospitali per manum magistri Garini de Monte acuto tradit casale Vanerium [1]) in territorio Meloni situm cum pertinentiis, prout baro Vassilius ipsum tenuit, terram maritimam cum portu et omnia jura, exceptis II piscationibus videlicet Corvim et Saabras jam donatis, et sigillo confirmat, se accepisse X millia bisantiorum in auxilium supplendi matrimonii filiae,[2]) quam duxit Johannes, rex Hierosolymitanus. — Hostius de Tiberiade, Adam de Gastum, Constantius comestabulus, Aschivardus baro, Vaaram marescalcus, Jozulinus, frater ejus, Leuonus de Biulum; de fratribus Hospitalis: Isembardus, Faraldus de Baras, castellanus Selephii, Bermundus de Luzenzone, Petrus Arez, Albertus, praeceptor Antiochiae, Willelmus, capellanus domini magistri, Raimundus de Stella, Hugo de Momolena. Factum per manum magistri Bovonis, latini cancellarii regis (Paoli I, p. 104—105, No. 99; Langlois, p. 122—123, No. 8; cf. Dulaurier, Recherches I, p. 124, 165). **870**

[1]) Id est «monasterium» (Dulaurier in Journ. asiat. 1861, XVIII, p. 315; Rec. d. hist. d. croisad., aut. armén. I, p. LXXXIX). [2]) Stephaniae (Röhricht, Quinti belli sacri script. minores, p. XXXVII, not. 4; cf. supra No. 855).

„ Aug. 23. — Johannes, Montis Thabor abbas, XX bisantiis acceptis confratri Belvays scriptori ejusque heredibus sub censu II bisantiorum annuali quandam petiam terrae domui ejusdem Acconensi versus meridiem vicinam concedit et sigillo confirmat, quae petia cohaeret a parte orientis domui, quae fuit Pagani de Cayphas, a parte occidentis domui, quae fuit Gaufredi Torti. — Gandulfus monachus, Fulco, Rozerius, fratres; magister Balduinus, regius clericus (Altpreuss. Monatsschr. XX, p. 387, No. 2; Archives de l'Orient latin II B, p. 165, No. 1). **871**

„ Dec. 16, ind. I (corr. III). Accon in palatio episcopali. — Andreas Vitalis, bajulus Venetianorum Acconensium,[1]) confirmat, se in causa inter eosdem et archiepiscopum Tyriensem existente jus eorundem protectioni et curae Apostolicae Sedis committere velle. — Gervasius, archidiaconus

[1]) De bajulis dictae urbis Venetianis cf. Heyd I, p. 331.

S. Crucis, Aldus, thesaurarius ejusdem ecclesiae, . . . . . . ., plebanus S. Marci Acconensis, Garnerius Alemannus, Rannudus de Lidena et Lanfrancus, fratres Hospitalis, Jacobus Trivisanus. — Aymericus, filius quondam Ugolini, imperatoris auctoritate notarius, scripsit (Tafel-Thomas II, p. 174—175, No. 240). **872**

(**1214**). — Johannes, rex Hierosolymitanus, Gervasio, abbati Praemonstratensi, scribit, se timere, ne Saraceni treugam adhuc valentem interrumpant, et consilio praelatorum necnon baronum Terrae Sanctae filiam regis Armeniae in matrimonium duxisse (Hugo I, p. 36, No. 36). **873**

**1215** Jan. 11. Crati. — Canonici capituli Valeniae suo et B., episcopi Anteradensis, sigillo confirmant, se post mortem episcopi consilio O(thonis), archiepiscopi Apamiensis, Eustachium, archidiaconum Berytensem, elegisse episcopum et de hac electione per episcopum B. Antaradensem, Willelmum, canonicum Valeniae, apud Coebium magistrum Garinum de Monte Acuto certiorem fecisse, neque tamen hac praesentatione praejudicari ecclesiae in posterum, donec papa responderit, num praesentatio electionis sit magistri, necne. Quum vero magister, quominus sententiam suam proferret, invasione Turcorum impeditus fuerit, se consilio patriarchae et archiepiscopi electum Valeniam duxisse et paulo post cum episcopo B. Antaradensi et electo Cratum venisse ad magistrum, ut electio ei placeret, requirentes et concedentes, ut in ecclesia Valeniensi jus praesentationis et consensus magistri sit. — Jobertus, Antaradensis thesaurarius, Jacobus, capellanus episcopi Anteradensis, Manasserius, Hernesius, Willelmus Seleman, Fulco Gerbaut, Joannes Berton (Paoli I, p. 108, No. 103). **874**

„ Mart. 15. — Leo II, rex Armeniae, Januensibus per manum Ugonis Ferrarii vicecomitis in toto regno suo, exceptis tamen terris, quas Otho de Tabaria, Adam de Gaston, Vahram senescalcus tenent (quarum tertia vocatur Corc) [1]) et excepto passagio, quod Leo de Cabban [2]) habet in flumine Jahan, [3]) liberum commercium necnon in urbe Tharsensi vicum concedit et sigillo confirmat. — Nicolaus de Porta, sacri imperii notarius, jussu Thomae de Ugueto, judicis et assessoris Alberti de Malavolta, potestatis Januensis, transscripsit (Liber jurium I, p. 574—575, No. 514; Langlois I, p. 126—128, No. 10; cf. Serra IV, p. 150; Canale, Storia civile II, p. 728—729; Archives d. miss. scientif., l. c. II, p. 371; Dulaurier, Recherches I, p. 215 et in Journ. asiat. 1861, XVIII, p. 313—314, 317—318, 333—334; Heyd I, p. 370—371). **875**

[1]) Κωρυκός in littore Ciliciae. [2]) Gaban ad Johan. [3]) Alias: Johan.

„ Mart. 29 (arabice et latine). — Lottarius archiepiscopus, consules et Hubaldus, vicecomes Pisanorum, Melech Elchemele, soldani Aegypti, filio ac vicario, Ranuccium Benedicti de Vernaccio consulem transmittunt et commendant, quodcunque per ipsum actum fuerit, se tenere velle pollicentes (Amari, I diplomi arabi, p. 81—82 [arabice], No. 27, p. 284 [latine], No. 23 [cf. p. 412—415, 467]; Fanucci II, p. 230—231 ad 4 April. 1221). **876**

„ Mart. 31. — Ropinus, princeps Antiochiae, Raimundi principis filius, consensu uxoris Helois Hospitali per manum Guarini de Monte Acuto magistri omnia privilegia, quae antecessores et barones Antiochiae ei in toto principatu concesserunt, sigillo confirmat. — Petrus, patriarcha Antiochiae, Levo II, rex Armeniae, avunculus Rupini, Hoto, Apamiensis

archiepiscopus, [1]) Booz, [2]) electus Tharcensis, Joannes, electus Mamistanensis, Eustachius, episcopus Valeniae; de baronibus Armeniae: Constantius conestabulus, Adam [3]) senescalcus, Varan marescalcus; [4]) de baronibus principatus: Otho de Tiberiade, A(c)harias senescalcus, [5]) Willelmus de Insula, Gauterius de Laitor, [6]) Eschivardus, Guillelmus de Hasart, Thomas marescalcus, Simon camerarius, Poncius Lumbardus, Bauduinus de Maimendon, Thomas Malebrun, Bartholomaeus de Jaune. [7]) Factum per manum Jordani, principis cancellarii (Paoli I, p. 106—107, No. 101 [cf. p. 520—521]; Langlois, p. 133—134, No. 13; cf. Dulaurier in Journ. asiat. 1861, XVIII, p. 306). **877**

[1]) De quo ZDPV. X, p. 11. [2]) Paulus. [3]) de Gaston. [4]) De quo Rec. d. hist. d. croisad., aut. armén. I, p. LXXXVI, XC. [5]) Cujus auxilio vel proditione Raimundus Rupini Antiochia potitus est (Gestes, p. 19; cf. Eracles, p. 318). [6]) Alias: de Turre, la Tour. [7]) le Jaune, Jalnus?

**1215** Mart. 31. — Ropinus, princeps Autiochiae, consensu uxoris Heluise Hospitali per manum Garini de Monte acuto magistri concedit civitatem Gabulensem, quae dicitur Gibel, et castellum de la Veille vicinum cum pertinentiis sigillo confirmat. — Testes ut supra No. 877 (Paoli I, p. 107, No. 102; Langlois, p. 135—136, No. 14). **878**

„ April. 9. — Maccildis, vidua Conradi, advocati de Swarcenberch, [1]) domui Theutonicorum Acconensi domum a marito suo de filia quondam Joscelini emtam sigillo concedit, et Hermannus magister [2]) pollicetur, se eidem CCCC marcas argenti XV dies post pentecosten proximo post annum venturum apud Straceburch soluturum esse ad emendam terram, cuius redditibus vidua, quoad vixerit, fruatur. — De fratribus: Ludovicus de Horflegove marescalcus, Drabodo de Utinge praeceptor, Haymo de Falconeis, Hartungus de Sulmesse, Hunricus Gyr, Rodengerus de Fulcolfsem, Otto de Losenheum, Gunterus de Winrikesleve, [3]) dominus Vencardus de Carlesberch. Guillelmus, prior S. Sepulchri, subscripsit et bulla capituli confirmavit (Strehlke, p. 40, No. 48). **879**

[1]) Socius Martini, abbatis Parisiensis (Guntheri Hist. Constant. ed. Riant, p. 32, 82). [2]) De Hermanno magistro, qui 20 Mart. 1239 mortuus Salerni, sed Barlettae sepultus est, videas: Regesten des Geschlechts derer von Salza (anon.), Leipzig 1853; Voigt, H. v. S., Königsberg 1856; G. Dasse (Dissert. inaugur.), Göttingen 1867; Lavisse, Paris 1875; Lorck (Dissert. inaugur.), Kiel 1880; Hävernick (Dissert. inaugur.), Rostock 1884; Koch, Heidelberg 1885. Epistolam ejus de bello Damiatino (Eracles, p. 323, 325; Oliv. 1482; SS. et T. quinti belli sacri s. voce) memoravimus in Studien z. Gesch. d. fünften Kreuzzuges, Innsbruck 1891, p. 48, No. 8. Vices ejus gerens in partibus transmarinis memoratur Haymo et successor Conradus de Thuringia, frater marchionis (Hess. Urkundenb. I, No. 44); bello 1239 in Terra Sancta gesto interfuit (Eracles, p. 531, 539) et primo magister vocatur charta 8 April. 1240 (Ewald II, p. 6), deinde chartis 8 Maj. et Jun. Herbipoli editis (Mon. Boic. XXXVII, p. 291—294, No. 264—265), eodem anno de pace inter imperatorem Fridericum II et Gregorium IX componenda agit (Böhmer-Ficker, No. 4401 a, 4412 a; Ewald II, p. 53—54) et moritur 27 (Annal. Erph. in Mon. Germ. SS. XVI, p. 35) vel 24 Jul. 1240 Romae (Perlbach, Necrologe, p. 358—359, 361, 365; Ewald II, p. 57; Voigt II, p. 423; cf. Zeitschr. f. Thüring. Gesch. V, p. 183 seqq.); charta itaque Posoniae 19 Nov. 1251 nomine ejus scripta (Perlbach, Reg. No. 381) spuria est. [3]) Id est Willersleben, prope Erphordiam sita; G. noster a. 1246 in Prussia versatur (Perlbach, Reg. No. 248, 252).

„ Jul. 31. Ferentini. — Innocentius III omnibus archiepiscopis et episcopis per regnum Franciae constitutis mandat, ut, quicunque Erardo de Brena favorem vel auxilium impendant, censura ecclesiastica terreantur.

Hic enim unam de filiabus Henrici, quondam comitis Trecensis, illegitima copula [1]) procreatis, quam scilicet idem comes cum filia regis ac regni herede contraxerat, quae antea Conrado, quondam marchione, per incestum conjuncta fuit, unde Conradus gladio, comes praecipitio poenam mortis passi sunt,[2]) in matrimonium duxit, quamquam ab Alberto, quondam patriarcha Hierosolymitano, prohibitus erat, sed Januam venit inde Alpes transgressurus ac statum non solum Franciae, sed etiam Terrae Sanctae turbaturus (Baluze II, p. 840—841; Migne III, p. 978, No. 7; Potthast, No. 4988). **880**

[1]) Innocentius III et Honorius III hoc matrimonium illegitimum plurimis epistolis vocaverunt (Potthast, No. 4856—4859, 4954—4955, 5062, 5064, 5111, 5267—5270, 5359, 5374, 5379, 5387—5389, 5540, 5686—5688, 5691, 5947—5948, 6091, 6099, 6103, 6373). Controversia sedata est judicio Geroldi, episcopi Valentinensis 29 Aug. 1223 (d'Arbois de Jubainville V, No. 1556; cf. Potthast, No. 7076, 7099) et postea patriarchae Hierosolymitani (22 Jun. 1226; d'Arbois V, No. 1737; cf. No. 1767—1768). Ceterum conferas de controversia d'Arbois IV A, p. 111 — 187; V, No. 1339, 1356; Teulet, Layettes du trésor des chartes II, No. 1474—1475, 1479, 1934—1935, 1945; De Mas Latrie, Hist. I, p. 220—224; III, p. 614—616. Epistolam Radulfi, patriarchae Hierosolymitani, de antedicto negotio scriptam, cui respondet Innocentius III 20 Febr. 1215 (Potthast, No. 4954), cf. in d'Arbois V, p. 78, No. 850b.
[2]) Eadem Innocentius III in aliis epistolis (Potthast, No. 4940, 5379) confirmat.

**(1215—1216)**. — Innocentius III (Alberto), patriarchae Hierosolymitano, et quibusdam aliis mandat, ut (Simonem), archiepiscopum Tyrensem, inducant in possessionem ecclesiae S. Marci Tyrensis (Theiner, Veter. Slavor. merid. monum. I, p. 67, No. 128; Potthast, No. 5224). **881**

( „ „ ). Damasci (italice). — Bubacchara [1]) soldanus Pisanis in regno suo varia privilegia concedit et confirmat (Amari, I diplomi arabi, p. 285—287, No. 24 [cf. p. 468—469]; Pagnini, Della decima II, p. 198—200; cf. Heyd I, p. 413). **882**

[1]) Abû Bekr ibn Ajjub Mâlik al-Adil.

( „ „ ?) (italice). — Soldanus Aegypti Pisanis varia privilegia in terra sua concedit et confirmat (Amari, I diplomi arabi, p. 288—289, No. 25 [cf. p. 469—470]; Lami, Delic. erudit. V, p. 201—203; cf. Heyd I, p. 413). **883**

( „ „ ?).— Gervasius, abbas fratrum Praemonstratensium, Johanni, regi Hierosolymitano, gratias agit de epistola supradicta (No. 873) eumque rogat, ut fratres S. Samuelis in urbe Accon residentes foveat ac promoveat (Hugo I, p. 37—38, No. 37). **884**

**1216** Febr. — Rupinus, princeps Antiochenus, coram rege Armeniae, (Petro II), patriarcha Antiochiae [1]) Januensibus Antiochiae curiam liberam et securitatem concedit ac sigillo munit. — Acharias, Antiochiae senescalcus «maios comunie» (sic), Otto Tyberiadis, Guillielmus de Insula, Rogerius conestabulus, Eschevardus, frater senescalci, Thomas Malebrunus, Baudoinus de Memendone, Socherus de Cozires. Datum per manum Jordani cancellarii. — Placentinus, notarius sacri palatii, jussu Jacobi de Balduino, Januensis potestatis, vidit et propria manu subscripsit (Liber jurium I, p. 577 — 578, No. 516; Langlois, p. 136 — 137, No. 15; cf. Carlo Pagano, p. 207; Olivieri, p. 59, No. 2, § 2; Archives d. miss. scientif., l. c. II, p. 371; Heyd I, p. 324, 339). **885**

[1]) De cujus sigillo Schlumberger in Revue numismat. 1891, p. 228.

„ April. 7. Antiochiae. — Rupinus, princeps Antiochiae, consensu uxoris suae Heluisae, Leonis II, regis Armeniae, avunculi, Ugonis, regis

Cypri, sororii, Pisanis privilegia, quae a Boemundo avo et Constantia acceperunt, sigillo confirmat. — Otho de Tabarea, Willelmus de Insula, Acharias senescalcus, Eschevardus, frater ejus, Rogerius de Montibus, Simon camerarius, Pontius Lonbardus, Thomas Malebrunus, Johannes Flandrensis, dux Antiochiae. Datum per manum Jordani cancellarii Nicolao, vicecomiti Antiocheno Pisanorum (G. Müller, p. 90—91, No. 58 [cf. p. 438]; Dal Borgo, p. 174—175; Muratori, Antiq. [ed. fol.] II, p. 917—918, [ed. 4⁰] VI, p. 283—286; Langlois, Trésor des chartes d'Arménie, p. 138—139, No. 16; cf. Tronci I, p. 418). **886**

**1216** Aug. 10, ind. IV. Perusii. — Honorius III sententiam Innocentii III, qui propter Venetianorum contumaciam manifestam ecclesiae S. Marci Tyrensis cum pertinentiis possessiones causa rei servandae, quoad spiritualia adjudicavit, confirmat, et (Simonem), archiepiscopum Tyrensem, in eandem per (Radulfum), patriarcham Hierosolymitanum, (Petrum), archiepiscopum Caesariensem, (Johannem II), abbatem de Monte Thabor, induci ac tueri jubet (Pressutti I, No. 16). || De eadem re (22 Aug.) patriarchae Hierosolymitano, (Petro) Caesariensi et (Roberto II), Nazareno, archiepiscopis (ibid. No. 23 et supra No. 881). **887**

„ Sept. 1. — Rupinus, princeps Antiochenus, Raimundi Rat principis filius, donum a Boamundo, principe Antiocheno et avo suo, fratribus S. Lazari de Jerusalem factum scilicet M anguillas in urbe Antiochena mense Septembris accipiendas sigillo confirmat. — Acharias, senescallus Antiochiae, Mansellus conestabularius, Thomas marescallus, Julianus Jaunus pincerna, Symon camerarius, Willelmus de Hasard, Amauricus de Crosi, Pontius Lombardus, Anfredus de Margato, Americus de Rodanos. Datum per manum Jordani, cancellarii Rupini (Archives de l'Orient latin II, p. 149—150, No. 32). **888**

„ Sept., ind. V. Haldinburc. — Fridericus II domui Templi per manum Guillelmi de Antiochia fratris privilegium ab Hugone de Baucio ejusque uxore Barasa, R. de Baucio, G. Aimardo ejusque uxore Mabilia, R. Gaufridi et Rocellino, vicecomite Massiliae, concessum et M(ichaelis), Arelatensis archiepiscopi, S(tephani) Tolonensis et G(uillelmi) Aviniensis episcoporum sigillis munitum, quo in civitate et dominio Massiliae naves facere et iisdem mercatores et peregrinos in terras ultramarinas vel Hispaniae vel in alias partes vehi dictis fratribus liceat, confirmat (Winkelmann, Acta inedita I, p. 117, No. 139; Böhmer-Ficker, No. 880). **889**

( „ Octob.). — Jacobus, episcopus Acconensis, amicos certiores facit de electione sua et itinere per Italiam facto inde in Terram Sanctam transfretaturus (St. Genois in Nouv. Mém. de l'acad. de Bruxelles XXIII, p. 29—33; Röhricht in Zeitschr. f. Kirchengesch. 1892: Ep. Jac. No. 1). **890**

( „ ? Maj. 26). — Bubekre, filius Ajubt, soldanus Petro Ziani, Venetorum duci, se eosdem et cum iis in Aegyptum venientes conservare ac fovere velle, pollicetur. — Vivianus etc. ut supra No. 830 (Tafel-Thomas II, p. 190—191, No. 247; cf. Vite de duchi di Venezia in Muratori SS. XXII, p. 542—543; Capelletti, Storia dei republica di Venezia 1850, II, p. 212; Heyd I, p. 404). || Documentum scriptum est «septima intrante mense Safar», sive 26 Maj. 1216, si comprobare licet, quae Heyd (l. c.) de privilegio cohaerenti exposuit. **891**

**1217** Jan. — Johannes, rex Hierosolymitanus, sigillo confirmat, coram ipso Beatricem, quondam comitis Jocellini filiam, a marito suo comite Othone [1]) procuratorem institutam domum Hospitalis ejusque magistrum Garinum de Monte acuto a petitione casalis Manueth absolvisse et domui donasse. — Boamundus IV, princeps Antiochiae et comes Tripolitanus, Radulphus de Tiberiade, regni senescalcus, Jacobus [2]) marescalcus, Gauterus de Caesarea, Odo Montebello,[3]) Gilo de Beritho, Gaufridus de Cafran, Roardus de Cayphas. Datum per manum Johannis de Vindopera, notarii regii (Paoli I, p. 253, No. 212 [cf. p. 547]; Bechstein, p. 127, No. 3). **892**

[1]) de Henneberg. [2]) de Durnai. [3]) seu de Montebelliardo.

„ Mart. 8. Laterani. — Honorius III Jacobo Balgo, procuratori ecclesiae S. Marci de Tyro, indulget, ut «lapsus tibi temporis non obsistat, quominus possessionem recuperare valeas ecclesiae S. Marci de Tyro et aliarum rerum, quae per Innocentium III custodiae causa (Simoni), archiepiscopo Tyrensi, assignatae fuerunt, nam dicto archiepiscopo pro causa necessaria nunc absente in praesentiarum ei assignari non possit eadem possessio» (Pressutti I, No. 405). ‖ Idem 7 Maj. 1218 (Simonem), archiepiscopum Tyrensem, de hujus epistolae tenore certiorem facit (ibid. No. 1294; cf. Potthast, No. 7751 et supra No. 887). **893**

( „ sub finem Mart.). — Jacobus, episcopus Acconensis, Lutgardi de Sancto Trudone et conventui de Awires, scribit, quae in Terram Sanctam transfretaturus passus fuerit et in quibus dictae terrae locis crucem praedicaverit (St. Genois in Nouv. Mém. de l'acad. de Bruxelles XXIII, p. 33—43; Wolters, Notice histor. sur l'ancienne abbaye de Milen, Gand 1853, p. 164—178; Röhricht in Zeitschr. f. Kirchengesch. 1892: Ep. Jac., ep. Accon., No. 2). **894**

„ Jul. 7, ind. V. Anagniae. — Honorius III fratribus S. Sepulchri privilegia ab antecessoribus confirmata denuo confirmat (Pressutti I, No. 651; cf. Potthast, No. 25968, 25992). **895**

„ Jul. 23. Nicosiae. — Bertrandus de Margato laudat Hospitalis magistro Garino de Monte acuto privilegium Renaudi quondam filii, quo iste moribundus Hospitali CC bisantios annuales concesserat, de illis scilicet II millibus, quae eadem domus Bertrando annuatim solvere tenetur, et coram rege Cypri Hugone I et Eustorgio, archiepiscopo Nicosiensi, sigillantibus necnon consensu Agnetis, filiae Bertrandi, ejusque mariti Aymerici Berlai confirmat. — Johannes Paphensis, magister Baldoinus, Alduinus, canonici Nicosienses; Galterius Caesareae, regni Cypri conestabulus, Galterius de Betsan, Bertrandus de Gibeleth, Petrus Chap(e), Renaudus Suessionensis, marescalcus regni Cypri, Balduinus de Nore, Jacobus de Riveth (Paoli I, p. 112—113, No. 106; cf. Archives de l'Orient latin II A, p. 216). **896**

„ Aug. 6. Ferentini. — Honorius III Simoni, abbati montis Sinai, scribit, se dictae ecclesiae possessiones in protectionem suscepisse, earumque in numero vocat montem Sinai et monasterium S. Mariae in ejus pede situm, deinde loca Roboe, Fucra, Liiah, Raython cum palmariis, in terra Aegypti domos et extra civitatem «casale juxta mare rubrum decem miliaria terrae Faran cum terris et palmeriis ejus», Alexandriae obedientiam S. Michaelis et libertatem in mari et terra, in valle Moysis vineas et oliveta, apud Montem regalem domos, molendina, vineas et oliveta, in Craco Montis

regalis domos, vineas et oliveta, in civitate Hierusalem hospitale et obedientiam S. Moysis, domos et furnum, Jaffae domos et terras, in urbe Accon obedientiam S. Katerinae, Damasci ecclesiam S. Georgii, domos et extra civitatem tria virgulta, Laodiceae hospitale S. Demetrii et tria casalia cum villanis et pertinentiis, Antiochiae domos et furnum (Pitra I, p. 562—563, No. 7; Pressutti I, No. 709; cf. Rey, Recherches, p. 12—13, 15—16; Röhricht in ZDPV. X, p. 237—238). || Hoc privilegium Honorius III (20 Jan. 1225) confirmat (Pitra I, p. 589—590, No. 35). **897**

**1217** Aug. — Johannes, rex Hierosolymitanus, domui Theutonicorum Acconensi confirmat, quae Garnerius Alemannus dedit, scilicet terram, quae olim fuit Juliani de Faloisse et versus sinistram habet viam, versus meridiem collem, necnon hortum, qui cohaeret areis de Tarsia ex toto versus meridiem, et in eodem horto est angulus terrae desertae et versus occidentem quaedam morus et campus Migramme, superius frustum terrae, quae dividit terram domus Sepulchri, et versus collem, qui est ex parte orientali, est modicum terrae et quaedam vouta, cujus medietas cecidit, et in qua vouta est cisterna et quidam vrequinnus ad racemos decalcandos. — Radulfus, regni senescalcus, Jacobus marescalcus, Oddo de Montebeliardo, Gaufridus de Caffran (Strehlke, p. 41, No. 49; cf. p. 125). **898**

„ Aug. — Johannes, rex Hierosolymitanus, domui Theutonicorum Acconensi donat et sigillo confirmat barbacanam suam inter II dictae civitatis muros sitam scilicet a muro prope domum senescalci, quae tendit ex adverso et dividit barbacanam senescalci ab eadem barbacana usque ad portam Gaufridi Torti. — Testes ut supra No. 898, sed accedit Rohardus de Cayphas (Strehlke, p. 41, No. 50; cf. p. 124). **899**

„ Sept. Nimoscii. — Hugo I, rex Cypri, fratribus Theutonicis per manum Armanni magistri privilegium ab Haymerico I patre quondam rege concessum et quibusdam decimis de casali Sesquara (Lefquara) recipiendis auctum sigillo confirmat. — Johannes de Hybelino, dominus Berithi, Philippus de Hybelino, frater ejus, Galterus de Caesarea, connestabulus Cypri, Galterus de Betsan, Gormondus de Betsan, Petrus Chape, Jacobus de Rivet. Datum per manum Radulfi, cancellarii regis et archidiaconi Nichossiensis (Rey, p. 25—26; Altpreuss. Monatsschr. XIX, p. 648—649, No. 2; cf. p. 638, No. 11). **900**

„ Octob. exeunt. Accon in tentorio Andreae, regis Hungariae. — Curia generalis, in qua de bello Saracenis inferendo consuluerunt: Radulfus, patriarcha Hierosolymitanus, Simon, Tyrensis, Peter, Caesariensis, Robertus, Nazarenus, Eustorgius, Nicosiensis, archiepiscopi, Jacobus, Acconensis, Petrus, Jaurinensis, Thomas, Agriensis, Otto, Monasteriensis, Engelhardus, Citicensis, Otto, Trajectensis, Robertus, Bajocensis, episcopi, Garinus de Monte acuto, Hospitalis, Guillelmus Carnotensis, Templi, Hermannus, S. Mariae Theutonicorum, magistri, Andreas, Hungariae, Hugo, Cypri, Johannes, Hierosolymitanus, reges, Boemundus IV, princeps Antiochiae, Leopoldus, Austriae, Otto, Meraniae, duces, Guido dominus, Bertrandus, Guillelmus, Gibelenses, Gualterius, dominus Caesariensis, constabularius Cypri, Girardus de Ham, Johannes, constabularius et marescalcus Tripolitanus, Johannes, dominus Berytensis, ejusque frater Philippus de Ibelin, Galterius, dominus Bethsanensis, ejusque nepos Gremont Bethsanensis,

Garnerius Alemannus, Galterius de Avenis (Estoire d'Eracles, p. 322—323; cf. Röhricht in Forsch. 1875, XVI, p. 143; Studien z. Gesch. d. fünften Kreuzzuges, p. 25—26). **901**

**1217** (Octob.). (Accon). — Guillelmus de Carnoto, magister Templi, Honorio III nuntiat, Andrea, rege Hungariae, et Leopoldo, duce Austriae, apud Accon appulsis, christianos in Terra Sancta constitutos decrevisse, ut Damiatam oppugnarent (Raynaldi, Annal. 1217, § 27—31; Bullar. Roman. III, p. 331—336, No. 16; Rubeus, Hist. Ravennat., p. 380—381; Mon. stor. della Romagna I, p. 103—104; Ughelli, Italia sacra II, p. 377; Cod. diplom. Sardin. I, p. 331—332, No. 37; Bouquet XIX, p. 639—640; Fejer, Cod. diplom. III A, p. 230—233; Mon. Hung. hist., Diplom. VI, p. 147—149, No. 77; Migne, Opera Honorii III ed. Horoy II, p. 540—543, No. 65; Cibrario, Dei Tempieri, p. 79—80: cf. Potthast, No. 5622; Pressutti, No. 885; Röhricht, Studien, p. 39, No. 1). **902**

„ Octob. — Hugo I, rex Cipri,[1]) confirmat, Philippum de Ybellino C bisantios albos, L modios frumenti et XXV mitretas vini ex redditibus casalis de Prestona[2]) annuatim recipiendos capellano, quem ad missas celebrandas pro anima Mariae matris in ecclesia Nicosiensi instituerat, contulisse. — Johannes de Ybellino, dominus Berithi, Galterus Caesariensis, Cipri comestabilis, Galterius de Betsam, Gormundus de Betsam, Petrus Chape, Jacobus de Rivet. Datum per manum Radulfi, archidiaconi Nicosiensis, regis cancellarii (De Mas Latrie III, p. 608—609). **903**

[1]) Qui ad ecclesiam S. Mariae Tortosanam peregrinaturus 10 Jan. 1218 obiit et in ecclesia S. Johannis Tripolitana sepultus est (Annal. de Terre Sainte, p. 437; Gestes, p. 19, 27). [2]) Sive Peristerona in Messorea.

„ Nov. 2. — Guido, dominus Biblii, consensu Aalis uxoris Venetianis per manum bajuli Theophyli Geni liberum commercium et securitatem concedit ac sigillo confirmat. — Guillielmus Fornarius, castellanus Biblii, Nicolaus Martini, Guillielmus Angelerii, Hugo, filius ejus, Reginaldus de Biblio, Obertus de Poncan, Guillielmus Taberna, Guillielmus Ligius, Leo, filius ejus, Johannes, capellanus de Uax (Vax), qui scripsit (Tafel-Thomas II, p. 196—197, No. 250; cf. Archives d. miss. scientif. II, p. 356; Marin IV, p. 103; Depping, Hist. du commerce II, p. 33; Cicogna IV, p. 542; Heyd I, p. 321). **904**

( „ ). — S(imon), archiepiscopus Tyrensis, Gervasium, abbatem Praemonstratensem, rogat, ut collectas ipsi Sedis Apostolicae auctoritate commissas pro sacra expeditione faciendas procuret (Hugo, Sacrae antiquit. monumenta I, p. 34, No. 33). ‖ Eodem anno, ut videtur, Gervasius S(imoni) antedicto de pecuniis ad subsidium Terrae Sanctae collectis rationem reddit (Hugo I, p. 34—35, No. 34). **905**

( „ ). — Gervasius, abbas fratrum Praemonstratensium, (Radulfo), patriarchae Hierosolymitano, Hellinum, abbatem Floreffiae[1]) ac socium Jacobi, Acconensis episcopi, Terram Sanctam aditurum commendat et rogat, ut, si illa in manus christianorum reddita sit, fratribus ordinis Praemonstratensium possessiones scilicet S. Samuelis et S. Abacuc monasteria restituat (Miraeus, Chron. Praemonstr., p. 162; Fisen, Flores eccles. Leodiens. I,

[1]) Qui peregrinaturus Aug. 1217 in insula Cypri obiit (Röhricht, Testimonia minora, p. XX—XXI, 22, 25).

p. 293; Miraeus et Foppens, Opera diplom. IV, p. 535; Hugo I, p. 38—39, No. 38). || De eadem re Gervasius Friderico II scribit (Hugo I, p. 117, No. 130). **906**

(**1217**?) Mart. 17. — Bubeker, filius Job, amicus kalifi de Baldaco, Petro Ziani, duci Venetorum, se duanis Babyloniae et Alexandriae, ut Venetis satisfaciant, mandavisse, et Phylippum Arpani, turcimanum ac nuntium dicti ducis, accepisse nuntiat (Tafel-Thomas II, p. 191—193, No. 249). **907**

( „ exeunt. et **1218** ineunt.). Accon, Margati. — Andreas, rex Hungariae, in Terra Sancta fratribus Hospitalis, qui ipsum rediturum honorificentissime acceperant, quattuor privilegia concedit et coram magnatibus suis sigillo confirmat (1. Paoli, Codice I, p. 111, No. 105; Fejer III A, p. 243—245; Katona V, p. 287—288; Mon. Hungar. hist., Diplom. VI, p. 140—142, No. 71; Potthast, No. 5852; Pressutti, No. 1478; 2. Fejer III A, p. 237—238; Katona V, p. 280—282; Potthast, No. 5849; Pressutti, No. 1470; 3. Paoli I, p. 109—110, No. 104; Fejer III A, p. 239—242; Katona V, p. 283—287; Potthast, No. 5850, Pressutti, No. 1474; 4. Fejer III A, p. 233—236; Katona V, p. 276—280; Potthast, No. 5848; Pressutti, No. 1469; cf. Röhricht, Studien, p. 35). || Horum privilegium tertium Aliottus Uguiccionis, judex et notarius, se vidisse et transscripsisse, confirmat (Accon, 27 Octob. 1266) et Guillelmus II, patriarcha Hierosolymitanus precibus Hugonis Revel, magistri Hospitalis, sigillo munit (Paoli, p. 110). **908**

**1218** Jan. 29. — Honorius III abbati monasterii S. Theodosii Hierosolymitani, coenobiarchae de Laberria, scribit, se dictae ecclesiae bona in protectionem Sedis Apostolicae suscepisse eorumque in numero vocat: in civitate Jerusalem ecclesiam S. Theodosii cum hospitali, apothecis, furno et vineis in duobus monasteriis S. Johannis Baptistae et S. Georgii, apud Ramlam terras, Scalonae terras et vineam cum hospitali, extra Jaffam ecclesiam S. Jonae et intus apothecas et hospitale cum vinea magna, duas naves liberas per totum mare, obedientiam apud Zenel, ecclesiam SS. Petri et Pauli et forum totum cum apothecis et hospitali cum casali in insula Cypri, quod dicitur de Acra, et monasterium S. Theodosii, tenementa, quae dicuntur Tromachii, cum molendino et vineis apud praedictam terram (Pitra, Analecta novissima I, p. 556—558, No. 1; Theiner, Mon. Hungar. I, p. 9—11, No. 6; Mon. Hungar. hist., Diplom. VI, p. 151—154, No. 79; Docum. priv. la Istoria Românilor, Bucuresci 1887, I, p. 61—63, No. 46; Potthast, No. 5681; Pressutti I, No. 1037; cf. Röhricht in ZDPV. X, p. 238—239). || Epistola nostra pro maxima parte convenit cum priore privilegio ab Honorio III 25 Octob. 1216 concesso (Pressutti I, No. 72). **909**

„ Maj. 8. Romae. — Honorius III Pelagio, episcopo Albanensi, Sedis Apostolicae legato, mandat, ne permittat, (Simonem), archiepiscopum Tyrensem, super ecclesia S. Marci Tyrensi indebite molestari, et causam ipsam fine debito terminandam tradit (Pressutti I, No. 1298). || Idem eidem (21 Jul. 1218) mandat, ut Venetianis volentibus stare juri restituat possessiones S. Marci Tyrensis, nisi forsan restitutionis hujusdem beneficium eisdem propter lapsum temporis fuerit denegandum (ibid. No. 1540; cf. Honor. Reg. V, lib. X, ep. 282, fol. 130 v: 1 Jun. 1226 et supra No. 893). **910**

„ Jun. 15. In castris Damiatinis. — R(adulfus), patriarcha Hierosolymitanus, Joh(annes) rex, Eustorgius, Nicosiensis archiepiscopus, Jacobus,

Acconensis, R(ainerius), Bethlemitanus, episcopi, L(eopoldus), dux Austriae, G(arinus), Hospitalis, W(illelmus), Templi, H(ermannus), ordinis fratrum Theutonicorum, magistri, Honorio III et Friderico II scribunt, christianos Aegyptum appulsos urbem Damiatam obsidere (Raynaldi, Annal. 1218, p. 453, § 7—9; Böhmer, Acta selecta II, p. 642—643, No. 934; partem epistolae offert O. Panis in Mon. Germ. SS. XVIII, p. 139; cf. Röhricht, Studien, p. 39—40, No. 2). **911**

**1218** Jul. In aula reginae. — Aaliz, regina Cypri, consensu Philippi de Ibelino, balivi regni Cypri, per manum Petri Gontardi Januensibus liberum commercium, propriam curiam et II petias terrae prope Nimocium et Famagustam necnon quaedam privilegia concedit et sigillo confirmat. — Johannes de Ibelino, dominus Bairuth, Galterius Caesareae, constabularius Cypri, Ostus Tiberiensis,[1]) Beltramus Bibliotensis, Galterius de Bethsan, Gormundus de Bethsan, Almaricus, camerarius Cypri, Aymericus Barlais, Laurentius de Morfo, Petrus Cappe, Jacobus de Rivet, Gauvainus.[2]) Datum per manum Radulfi, regni Cypri cancellarii et Nicosiensis archidiaconi. — Placentius, notarius sacri palatii, jussu Jacobi de Balduino, potestatis Januensis, vidit et subscripsit (Liber jurium I, p. 625—626, No. 544; De Mas Latrie II, p. 39; cf. Carlo Pagano, p. 17; Olivieri, p. 63, No. 9, § 1; Serra IV, p. 140 —141; Heyd I, p. 362). **912**

[1]) Otho de Tabaria (Tiberiade). [2]) de Cheneche.

( „ c. Sept. 1). — Jacobus, episcopus Acconensis, Honorio III papae nuntiat, quae christiani anno 1217 in Terra Sancta et anno sequenti ante Damiatam praeclare gesserunt (Martène, Thesaur. anecd. III, p. 288—289; Fejer, Cod. diplom. Hungar. VII A, p. 197—198; Röhricht in Zeitschr. f. Kirchengesch. 1892, Ep. Jac., No. 3). **913**

„ Sept. 14. (In castris Damiatinis). — R(adulfus), patriarcha Hierosolymitanus, fratribus in Clarocampo, in horto B. Mariae et in urbe Doccum abbatibus latores epistolae commendat, quos in pugna Damiatina probatos et licentiatos bene suscipiant, eos vero peregrinos, qui inoboedientes redierint, ad iter faciendum compellentes (Schotanus, p. 11; Hamconius, Frisia, p. 130; v. Mieris, Charterb. I, p. 176—177; cf. Röhricht, Studien, p. 40, No. 3; Röhricht, Die Briefe des Kölner Scholasticus Oliver in Westdeutsche Zeitschr. X, 1891, p. 164). **914**

( „ ) Sept. 22. — Jacobus, episcopus Acconensis, amicis et Honorio III papae de rebus a christianis ante Damiatam gestis scribit (Martène, Thesaur. anecd. III, p. 289—294; Röhricht in Zeitschr. f. Kirchengesch. 1892, Ep. Jac., No. 4; francogallice vertit Guizot, Collect. XXIV, p. 341—346). **915**

„ Nov. 25. In obsidione Damiatae. — Pelagius, episcopus Albanensis, Sedis Apostolicae legatus, (Henrico), episcopo Mantuano apud Achon commoranti,[1]) et (Yvoni), abbati Montis Sion, causam inter S(imonem), archiepiscopum Tyrensem, et Venetianos de ecclesia S. Marci Tyrensi vertentem dijudicandam committit (Rey in Mém. d. antiq. de France 1887, p. 54). **916**

[1]) De cujus peregrinatione cf. Röhricht, Studien, p. 110—111.

„ Dec. 4. Accon sub porticali ecclesiae S. Leonardi. — Coram Laurenzo, plebano ecclesiae S. Marci Acconensis, Bartholomaeo bailio, Andrea de Vitale, Johanne de Canale et Sanso de Venetiis Petrus, plebanus ecclesiae S. Marci de Tyro, Yvoni, abbati S. Leonardi de Monte Sion, epistolam

Pelagii, episcopi Albanensis, Sedis Apostolicae legati, se praesentavisse confirmat. — Mancius, sacri palatii notarius, interfuit et scripsit (Rey in Mém. d. antiq. de France 1887, XLVIII, p. 54—55). **917**

**1218** Dec. 8. Accon in via prope ecclesiam S. Marci. — Petrus, plebanus S. Marci de Tyro, Gerardo, capellano (Henrici), episcopi Mantuani, presbitero Henrico de eodem loco et plebano ecclesiae S. Marci de Accon et Azzoni, confallonerio de Mantua, epistolam Pelagii (supra No. 916 excerptam), se praesentavisse confirmat. — Mancius, sacri palatii notarius, interfuit et praedicti plebani jussu scripsit (Venezia, Arch. di stato, miscell. atti diplom., busta III a, No. 85). **918**

(**1219** ante Jan. 8). Tyri supra palatium archiepiscopi. — Hen(ricus), episcopus Mantuanus, et I(vo), abbas Montis Sion, S(imoni), archiepiscopo Tyrensi, epistolam Pelagii, episcopi Albanensis, Sedis Apostolicae legati (supra No. 916 excerptam),[1]) mittunt eique mandant, ut X dies post harum litterarum porrectionem veniat de causa ecclesiae S. Marci Tyrensis legitime responsurus. — Mancius, sacri palatii notarius, interfuit et Petri presbiteri jussu scripsit (Venezia, Arch. di stato, miscell. atti diplom., busta III a, No. 85). **919**

[1]) Quam Henricus «bene per XV dies ante festum Nativitatis» (10 Dec. 1218) se recepisse, dicit.

„ Jan. 8, ind. VII. (Tyri.) — Coram Bartholomaeo Mauricino, Vitale Calefai, Jacobo Venero et Symone Magazaro Petrus, plebanus ecclesiae S. Marci de Tyro, S(imoni), archiepiscopo Tyrensi, ex parte (Henrici), episcopi Mantuani, et Y(vonis), abbatis montis Syon, epistolam tradunt (supra No. 919 excerptam) (Venezia, Archiv. di stato, miscell. atti diplom., busta III a, No. 85). **920**

„ Mart., ind. VII. — Raymundus Rupini, princeps Antiochenus, domui Theutonicorum in principatu suo liberum commercium concedit et sigillo confirmat. — Mansellus, constabularius et maior Antiochiae, Aymarus de Leron, Guillelmus de Assardo, Amalricus de Crusi, Anfredus de Margato, Willelmus de Flechia, dux Antiochiae. Datum per manum Jordani cancellarii anno principatus IV (Strehlke, p. 41—42, No. 51). **921**

„ Maj. 1, ind. VI (VII). In portu Acconis supra navem, quae vocatur S. Mauricius. — Ugo, comes Empuriarum, Januensibus per manus Oberti Ferrarii de Castello et Idonis Lercarii in toto suo dominatu patrocinium et immunitatem concedit et sigillo confirmat. — Belmustus Lercarius, Rogerius de Insulis, Marchixius Dalmatius, Bernardus de Palatiolo, magister Petrus, Marchixius Berengarius de Ripolo (Liber jurium I, p. 639—640, No. 551). **922**

„ Aug., ind. VIII (VII). — Isimbardus, praeceptor Hospitalis Acconensis et vices magistri gerens, Guidoni de Ronay censu IV bisantiorum annuali domum quandam tenendam concedit, quae opposita est aulae quondam reginae veteris et sita ab oriente inter curiam dominae Gibelleti et domum, quae fuit vicecomitissae Vesini,[1]) ab occidente; a meridionali parte est domus Hospitalis, in qua habitant sorores Hospitalis, et a septentrionali parte est hereditas dicti Guidonis, quam tenet ab episcopo Acconensi, et hac parte patet ingressus ad dictam domum a ruga regali, qui utique ingressus habet de latitudine ab angulo palatii dicti Guidonis palmas V et

[1]) Nefini?

dimidiam et prope rugam de latitudine VIII et dimidiam. — Fratres: Ricardus thesaurarius, Nun hospitalarius, Guillelmus Scarran, Guillelmus de Domibus, Petrus Parvus, Bernardus de Fabrica (Paoli I, p. 290—292, No. 12). **923**

(**1219** Sept. init.). — Jacobus, episcopus Acconensis, Honorio III papae nuntiat, quae christiani ab 1 Jun. 1218 usque ad sequentis anni mensem Septembris ante Damiatam gesserunt (Martène, Thesaur. anecd. III, p. 294—300; Röhricht in Zeitschr. f. Kirchengesch. 1892, Ep. Jac., No. 5). **924**

„ Nov. 11. Damiatae. — R(adulfus), patriarcha Hierosolymitanus, J(ohannes) rex, (Eustorgius), archiepiscopus Nicosiensis, P(elagius), Sedis Apostolicae legatus, J(acobus), Acconensis, (Robertus), Luccanensis, episcopi, Hospitalis, Templi et fratrum Theutonicorum magistri necnon nobiles varii christiani Honorium III certiorem faciunt, Damiatam miraculose a christianis captam fuisse (Martène et Durand, Ampliss. Collectio V, p. 1479—1480; Chron. Tolosan. in Mittarelli, Accession., p. 156—158, c. 160 et Documenti di storia ital. VI, p. 704—706; Petrus Blesensis, Opp. ed. Giles II, p. 141—143, No. 200; Röhricht, Studien, p. 43—46, No. 6; cf. Rog. de Hovedene [in Bouquet XVIII], p. 185—186 [et Testim. min., p. 51]; Walt. de Coventria II, p. 241—242; cf. epistol. Honorii in Martène et Durand, Ampl. Collect. V, p. 1480; Migne, Opp. Honorii ed. Horoy III, p. 379, No. 73; Potthast, No. 6188; Pressutti, No. 2307). **925**

„ (c. Nov. 15). (Damiatae). — Hermannus, fratrum Theutonicorum magister, L(eoni), S. Crucis in Jerusalem cardinali, refert, a christianis Damiatam captam et ingentem thesaurum ibidem repertum fuisse (Chron. de Mailros ed. Fell, p. 197, ed. Bannatyne Club 1835, p. 135—137; Mon. Germ. SS. XXVII, p. 438—439; cf. Chron. regia Colon., p. 215 [Test. min., p. 152] et Röhricht, Studien, p. 48, No. 8). **926**

( „ ?). Damiatae. — Johannes, rex Hierosolymitanus, Luchino Corsali, mercatori Januensi, ejusque sociis varios fideles suos mittit et, se pro istis soluturum esse, pollicitus eum rogat, ut ad solvendas CC marcas, quae cadant in proximum pascha, novam dilationem concedat usque ad proximum festum Omnium Sanctorum (E codice Paris. lat. 17803, No. 189, 303 ed. Lavoix, p. 13 et Röhricht, Studien, p. 69—70, No. 45; cf. ibidem praef. p. IV—V necnon chartas similes anni 1247 in Bibl. de l'école d. chartes 1878, XXXIX, p. 122—125, No. 3—9). **927**

(**1220** Mart.). — Jacobus, episcopus Acconensis, amicos suos et Honorium III papam certiores facit de pugnis ante Damiatam factis ejusque captione (Bongars, Gesta Dei, p. 1146—1149; Gretser, De Cruce in Opp. III, mantissa, p. 13—16; Martène, Thesaur. anecd. III, p. 301—306; Röhricht in Zeitschr. f. Kirchengesch. 1892, Ep. Jac., No. 6). **928**

„ Mart. Nicosiae. — Aeliys, regina Cipri, Eustorgio, archiepiscopo Nicosiensi, liberam molituram in molendinis regiis concedit et sigillo confirmat. — Philippus de Ybellino, bajulus Cipri, Almaricus,[1] Cipri camerarius, Guillelmus de Riveth, Laurentius de Morfo, Arneyus[2] de Gibelet, Balduinus de Nores, Guillelmus Raymonz. Datum per manum Radulfy, cancellarii regni Cypri (De Mas Latrie III, p. 611; cf. Archives de l'Orient latin II, p. 218). **929**

[1]) de Bethsan. [2]) Arneis de Gibelet (Eracles, p. 399; Gestes d. Chiprois, p. 116).

**1220** (1219) Mart.[1]) Damiatae. — Johannes, rex Hierosolymitanus, cum Hermannus, magister fratrum Theutonicorum, sibi medietatem ex lucro, quod ex acquisitione civitatis Damiatae receperat, reddiderit, sigillo confirmat, hac redditione neque sibi neque dictis fratribus aliquod praejudicium existere posse. — Radulfus Tyberiadensis, regni Hierosolymitani senescalcus, Balianus, dominus Sydoniensis, Odo de Montebeliardo, Garnerus Alemannus, Gilo de Beryto, Gaufridus de Cafram, Roardus de Cayphas (Altpreuss. Monatsschr. XIX, p. 649, No. 3; Archives de l'Orient latin II B, p. 166, No. 2; cf. Altpreuss. Monatsschr. XVII, p. 382, No. 7; XIX, p. 638, No. 12; Forsch. XXI, p. 499, No. 5). **930**

[1]) Quum Damiata 5 Nov. 1219 capta fuerit, hanc cartam anno sequenti editam esse putandum est; Johannes vero initio anni 1220, Damiata relicta, Accon profectus erat (Testim. min. XXXVII, not. 4).

„ Mart. — Jacobus Teupulo, potestas R(omaniae), Alatinum Caicopadi,[1]) soldanum Turciae, per legatum suum amira spatacarium [2]) sampsatinum,[3]) amiralium iliasi [4]) privilegium sibi misisse confirmat, quo ipse Venetis ad II annos pacem, liberum commercium tenore chrysoboli patris ac fratris concessum ac securitatem plenam munivit, et dictum privilegium sigillo suo corroborat (Tafel-Thomas II, p. 221—225, No. 258; cf. p. 143, No. 231; Chron. Danduli, p. 341; Marin IV, p. 192, 249—250; Archives d. miss. scientif. I, Sér., II, p. 342; Heyd I, p. 302). **931**

[1]) Alâ ad-dîn Kaikobad. [2]) ammiratus sipah sâlâr («exercitus dux»)? [3]) Schems ad-dîn? [4]) Emîr al-ghâzî?

„ April. 20. Accon in ecclesia S. Petri Pisanorum. — Parente de Vallecchia quondam Alberti, qui a Salvo de Pisis quondam Benencasae XXXII bisantios pro pretio XXVIII librarum et XVI bonorum denariorum Pisanorum novorum receperat, pollicetur, se soluturum, si de servitio Terrae Sanctae redierit, quod si non contigerit, Aldebrandus de Pisis quondam Ugolini Sighieri et Albizellus quondam Guintavallae, se dictam summam reddituros esse, confirmant coram Bottaccio quondam Rainerii Bamboni, Attolino de Capcia, Manfredo de Montemagno et Benetto Mortii. — Bellebonus, Romani imperii notarius, scripsit (Florentia, Certosa di calci; dedit Comes Riant). **932**

„ Maj. 30, ind. VIII. Accon. — Otto, comes de Hennemberc, consensu Beatricis uxoris et filii Ottonis domui Theutonicorum per manum Hermanni magistri totam hereditatem suam,[1]) quam possedit in regno Hierosolymitano, VII millibus marcarum argenti et II millibus bisantiorum vendit et sigillo confirmat, insuper ejusdem domus fratres III millia et CCL bisantios, quos Otto Guillelmo de Mandelia [2]) debebat, necnon regi Johanni, cuius in praesentia hoc actum est, D marcas argenti solvisse. — Radulfus de Tyberiade, senescalcus regni Hierosolymitani, Wernerus de Egisheim, cognatus ejus Haymo,[3]) Guillelmus de Beryto, Rohardus de Caypha came-

[1]) Strehlke, p. 122: (hereditatem), «quam emit dux Leopoldus», scilicet dux Austriae (Testim. min., p. 189; cf. bullam Gregorii IX apud Strehlke, p. 56—57, No. 72; Potthast, No. 8587; Röhricht, Beitr. I, p. 40, 47 et Studien z. Gesch. d. fünften Kreuzzuges, Innsbruck 1891, p. 84). [2]) Strehlke, p. 43: «Guilermo de Amigdala, qui sororem dictae Beatricis . . . habuit in uxorem». [3]) Aimes apud Eracles, p. 386, nepos Garnerii Alemanni, in plurimis chartis memoratus, sine dubio idem atque Aimo de Ostehim (20 April. 1228). Egisheim et Ostheim in Alsatia prope Columbariam sitae sunt.

rarius, frater ejus, Joffridus de Caffra, Henricus de Brenne, Albertus, frater eius, Henricus de Gebwylre, Henricus de Ruwach (Voigt in Neue Beiträge 1858, I, p. 70—71; Hennes II, p. 18—19, No. 17; Strehlke, p. 42—43, No. 52; cf. p. 122; Altpreuss. Monatsschr. 1880, XVII, p. 382, No. 9; 1882, XIX, p. 638, No. 13; p. 645, No. 7; Forsch. XXI, p. 499, No. 7; Wegele, Graf Otto v. Henneberg-Botenlauben, Würzburg 1875, p. 7—10; Comte de Mas Latrie in Revue hist. 1878, VIII, p. 118—120). **933**

**1220** Maj. (30 vel 31). — Johannes, rex Hierosolymitanus, domui Theutonicorum per manum Hermanni magistri venditionem antedictam scilicet castellum regis cum omnibus pertinentiis (praeter casale Ihazon)[1]) sigillo confirmat, quorum sunt casalia: Tersyha,[2]) Carphasonie,[3]) Samohete,[4]) Geelin,[5]) Zoenite,[6]) Beletim,[7]) Tarphile,[8]) Rasabde,[9]) Supheye,[10]) Caphar(r)a, Noseoquie,[11]) Danehyle,[12]) Lebeyne,[13]) Jubie,[14]) Bechera, Habelye,[15]) Amca,[16]) Gez,[17]) Clil[18]) et medietas Noie, Fasoce,[19]) Achara,[20]) Tayeretrane,[21]) Tayerebica,[22]) Fennes,[23]) Carsilie,[24]) Serouh,[25]) Gabatye,[26]) Horfeis,[27]) Roeis, Camsara,[28]) Cassie,[29]) Deleha,[30]) Derbasta,[31]) Rapha, Raheb,[32]) Ezefer, Berzei[33]) et tertium feodi de S. Georgio, cujus pertinentiae et casalia sunt: Arket,[34]) Yanot, Cabra,[35]) Meblie, Saphet,[36]) Lemezera, Kemelye[37]) et tertium casalis dou Bokehel[38]) cum pertinentiis eiusdem et tertium de assisia, quae est de eodem feodo, scilicet tertium DCCC bisantiorum ad catenam Acconis assignatorum, cujus tertii summa est CCXVII bisantii minus III, quos Hermannus magister et fratres in perpetuum quitaverunt. Deinde assisiam II millium bisantiorum ad catenam assignatorum Acconis praedictus comes vendidit (quos praeter terras adhuc in manibus Sarracenorum positas idem magister regi quitavit, quae pertinent ad ea, quae dictus comes vendidit) et domum Acconensem, quae erat quondam comitis Joscelini et ab oriente habet quandam ruellam, ab occidente quandam clausuram domuum, quae sunt abbatis Montis Thabor, a meridie viam publicam, a septentrione autem domum Rohardi de Caypha. — Otto de Monte Beliardo, regni constabilis, Radulfus Tyberiadis, regni senescalcus, Balianus, dominus Sydonis, Garnerus Alemannus, Gilo de Beritho, Rohardus de Cayphas, Gaufridus de Cafran, Haimo Alemannus, Danyel de Malenbech[39]) (Voigt, l. c. p. 71; Strehlke, p. 43—44, No. 53; cf. Altpreuss. Monatsschr. 1880, XVII, p. 281, No. 6; 1882, XIX, p. 633, No. 14; p. 645, No. 8; Forsch. XXI, p. 499, No. 6). **934**

Strehlke, No. 58: [1]) J(h)aron (p. 44: Jaharon; p. 48: Jaroth), Tharon, [2]) Tersiha, Tharssia, [3]) Carphasome, [4]) Samahete, [5]) Geelim, Gerlin, [6]) Zoemte, [7]) Belet(h)ini, [8]) Tarfile, Carfile, [9]) Rasapde, [10]) Supheio, [11]) Neiecchie, Nesecchie, Hesetchie, [12]) Dane(p)hile, [13]) Labey(e)ne, [14]) Jubie, Inbye, [15]) Abelie, [16]) Anica, Anita, Amea, [17]) Geze, [18]) Olil, [19]) Phasoce, Phasote, [20]) Atbara, [21]) Tayretrane, [22]) Tayrebi(c)ca, [23]) Phennes, Perhennes, [24]) Carfilie, Carsilie, [25]) Serohu, Serchu, [26]) Gabatie, Gabacie, Gabasie, [27]) Orpheis, Orfeis, [28]) Campsara, Campsera, [29]) Capsie (el-Kasy?) [30]) Delhea, [31]) Derlusta, [32]) Rabeh, [33]) Berzey, Bersei, [34]) Archet, Arclyet, [35]) Oabra (el-Kabrî?), [36]) Sapher, [37]) Kemelie, [38]) Boukel, Boukeel, Boubleel. [39]) Cf. Eracles, p. 391. Hanc confirmationem Honorius III (27 Octob. 1220) fratribus Theutonicis confirmat (Strehlke, p. 44—45, No. 54; Potthast, No. 6376).

„ Aug. 19. Apud Urbem Veterem. — Honorius III ecclesiam S. Sepulchri ejusque possessiones, quarum in numero sunt: ecclesiae Acconensis, Tyrensis, Antiochena, Constantinopolitana, Thessalonicensis, ac tenementa

varia, ut casale Subeloth Cypriense, et Tripolitana in protectionem suscipit (Nakielski, Miechovia, p. 136—137; Schles. Regesten, p. 128, No. 228; Schmidlin, Gesch. d. Klosters Denkendorf, p. 238—240; Potthast, No. 6333; Pressutti, No. 2626). **935**

**1220** Sept. 20. Accon. — Petrus de Monte acuto, magister Templi, N(icolao), episcopo Elimensi, scribit, quae christiani, Damiata capta, in Aegypto gesserunt, sed, Aegypti et Damasci soldanis vires resumentibus, passi sunt (Rog. de Wendower, Flores ed. Coxe IV, p. 72—73, ed. Hewlett II, p. 260—262; Matthaeus Paris, Chron. maj. III, p. 64—66; Bouquet XVII, p. 753—754; cf. Röhricht, Studien, p. 49, No. 10). **936**

( „ ) Octob. 1. Accon. — P(etrus), Caesariensis, et H(ugo), Nazarenus, archiepiscopi,[1]) R(ainerius), Bethlemitanus episcopus,[2]) M(aurus), Templi Domini, I(vo), Montis Sion, R(adulfus), Vallis Josaphat, D., Montis Oliveti,[3]) A(ndreas), Montis Thabor, et F(acundus), S. Mariae Latinae, abbates, Philippo, regi Franciae, nuntiant, Terram Sanctam in summo discrimine versari, et supplicant, ut Johanni, regi Hierosolymitano, paupertate laboranti succurrat (Archives de l'empire, J. 443, No. 2 nunc, Musée d. archives, Doc. étrang., No. 196; primus hanc epistolam memoravit De Mas Latrie, Hist. de l'île de Chypre I, p. 215, No. 1 et pro maxima parte M. de Vogüé, Les églises de Terre Sainte, p. 42, totam vero ed. Chevalier de Lagenissière, Hist. de l'évêché de Bethléhem 1872, p. 64—65, No. 1 et repetivit Delaborde, Chartes de Terre Sainte, Paris 1880, p. 123—125; de sigillis epistolae appendentibus cf. Douët d'Arcq, No. 11808, 11809, 11815, 11822, 11823, 11825 et Gustave Schlumberger in Le Musée archéol. ed. de Caix de Saint-Aymour II, p. 296—304, No. 1—6; ceterum cf. Röhricht, Studien, p. 49—50, No. 11). **937**

[1]) De quo Röhricht in ZDPV. X, p. 14—15. [2]) De quo ibid. necnon Oliverius, p. 1402, 1406; Mon. Germ. Ep. I, p. 88, No. 124; Gallia christiana XII, p. 372—373; Potthast, No. 6122; Comte Riant in Atti Ligure XVII, p. 567—568; Lagenissière, p. 75—78; Röhricht, Studien, p. 11, 49, 72. [3]) De hac abbatia Ursmar-Berlière, p. 117—123.

„ Octob. Nimocii. — A(alix), regina Cypri, consensu P(elagii), Albanensis episcopi et Apostolicae Sedis legati, Eustorgii, archiepiscopi Nicosiensis, Martini, Paphensis, R., Nimociensis, et C(aesarei), Famagustani, episcoporum necnon baronum regni res et jura ecclesiae latinae in insula constitutae ordinat et sigillum apponit. — Philippus de Ybellino, bajulus Cipri, Johannes de Ybellino, dominus Beritensis, Galterus de Caesaria, conestabilis Cipri, Galterus de Bethsam, Gormundus de Bethsam, Jacobus de Riveto, Guillermus de Riveto, ejusdem Jacobi frater carnalis, Aymericus Berllais, Laurentius de Morfo, Johannes Babin.[1]) Datum per manum Radulphi, regni cancellarii (De Mas Latrie III, p. 612—614; cf. I, p. 122—126, 206—207, 209—212; II, p. 45—46). || Hanc conventionem confirmarunt Pelagius supradictus Damiatae 16 Maj. 1221 (De Mas Latrie III, p. 612, not. 1) et Famagustae 14 Sept. 1222 (ibid. III, p. 619—622; cf. I, p. 212—213), deinde pluribus epistolis Honorius III (De Mas Latrie in Archives de l'Orient latin II A, p. 217; ceterum cf. Pressutti I, No. 1527; Potthast, No. 6247—6249, 6773—6775, 8250, 17910, 18476; Reg. Honorii ann. VII, reg. IV, lib. VII, ep. 154, fol. 43 v, ubi adest epistola Pelagii: 14 Sept. 1222). **938**

[1]) Eracles, p. 397; Gestes, p. 325.

(**1220** c.). — *Epistola spuria et nugis plena de Damiata capta et victoriis a christianis reportatis, quae ex relatione Ricardi de Jericho manasse dicitur (Martène et Durand, Ampl. Collect. I, p. 1229—1230; cf. Röhricht, Studien, p. 48—49, No. 9). **939**

**1221** Mart. — Johannes, rex Hierosolymitanus, consensu Ysabellae filiae domui Theutonicorum per manum Hermanni magistri partem regi debitam scilicet medietatem praedae concedit et sigillo confirmat, quotiescunque, si rex absit, homines ejusdem cum fratribus expeditionem facturi sint, sed, si ipse adsit, suam partem sibi retinens. — Balianus, dominus Sydonis, Oddo de Montebeliardo, regni constabularius, Garnerus Alemannus, Rohardus, dominus Cayphae, Gaufridus de Caffran, Haymo Alamannus, Daniel de Malenbech (Strehlke, p. 45, No. 55; cf. p. 125). **940**

( „ ) April. 18. — Jacobus, episcopus Acconensis, Honorium III papam, Leopoldum, ducem Austriae, necnon amicos quosdam certiores facit de statu exercitus christianorum Damiatae constitutorum ac spe, quam iidem in auxilio regis David tota fere Asia potiti posuerunt (Giles, Incerti auctoris de rebus in bello sacro gestis, Londini 1846, p. 40—60; Röhricht in Zeitschr. f. Kirchengesch. 1892, Ep. Jac., No. 7). **941**

„ April. Nicosiae. — Eustorgius, archiepiscopus Nicosiensis, sigillo confirmat, Vuillelmum vicecomitem ejusque uxorem Catharinam, vicecomitissam Nephyni, sacerdotem Niciae instituisse, qui ibi divinum officium tam pro vivis quam defunctis celebret (De Mas Latrie III, p. 616—617; cf. Archives de l'Orient latin II A, p. 218). **942**

[1]) Id est Nisso prope Nicosiam.

„ April. Accon. — Johannes, rex Hierosolymitanus, Blancham, comitissam Campaniae, ejusque filium Theobaldum comitem rogat, ut Gualtero IV Brenae, nepoti suo,[1]) annis sui juris facto comitatum Brenae cum pertinentiis reddant (Martène, Thesaur. anecd. I, p. 882—883; Vignier, Hist. généal. de la maison de Luxembourg, p. 227; d'Arbois de Jubainville, Hist. V, p. 166, No. 1330, in Bibl. de l'école d. chartes 1872, p. 170, No. 148; Layettes du trésor d. chartes I, p. 516, No. 1446). || Idem (6 Maj. 1222 Accon), quum Onjonem et Luyères antedicto Galtero nepoti concesserit, Blancham antedictam rogat, ut ab eodem Galtero homagium accipiat (d'Arbois de Jubainville, Hist. V, p. 178, No. 1407 et in Bibl. de l'école d. chartes 1872, p. 170, No. 149). Aliam chartam Johannis nostri titulo tantum regis Hierosolymitani (30 Maj. 1230) videas in d'Arbois de Jubainville, Hist. V, p. 286—287, No. 2033 (cf. p. 293, No. 2066 et Bibl. de l'école d. chartes 1872, p. 173, No. 162). **943**

[1]) Idem ac Guido de Brevenna esse videtur, quem Oliverius Scholasticus cum marchione Badensi a. 1221 Damiatam appulsum esse narrat (Röhricht, p. 91).

„ Maj. 15. Accon.[1]) — Pelagius, Sedis Apostolicae legatus, sigillo confirmat, Simonem, archiepiscopum Tyrensem, coram (Radulfo), patriarcha Hierosolymitano,[2]) (Rainerio), Bethlehemitano, et (Eustachio), Valaniensi,

---

[1]) Datum vel locum corrigere opus est (1222 vel Damiatae), quum constet, Pelagium Majo anni 1221 Damiatae, Majo autem anni 1222 in urbe Accon versatum fuisse. Chartam nostram Pelagius antedictus (Accon, 29 Maj. 1222) confirmavit; cf. Röhricht, Studien, p. 110. [2]) Antea episcopus Sidoniensis (Gestes, p. 18, 20, 29—30) concilio Lateranensi adfuit (Eracles, p. 319), a. 1217 concilio principum Acconensi (Eracles, p. 323) et toti quinto bello sacro (Ep. Jacobi Vitriac. III, IV;

episcopis, necnon (Garino), magistro Hospitalis, (Jvone), Montis Sion, M(auro), Templi Domini, et (Radulfo), vallis Josaphat, abbatibus, II millibus et CC bisantiis Eustorgio, archiepiscopo Nicosiensi, casale insulae Cypri, quod vocatur Livadi,[3]) vendidisse (De Mas Latrie, Hist. III, p. 617; cf. p. 502 et in Archives de l'Orient latin II A, p. 218—219). **944**

Oliverius, p. 1397—1398, 1402, 1404, 1412—1413; cf. Röhricht, Testim. min. s. voce, Studien 1891, p. 26—27, 39—40, 43 et in ZDPV. X, p. 9; Potthast, No. 4954, 6755, 6774, 8250; Reg. Honor. ann. VI, reg. V, lib. VII, ep. 152, fol. 42 v; Mon. Germ. Ep. I, No. 228). Radulfus, cujus mortis 3 Non. Nov. Giovene, Kalendaria vetera manuscr., Napoli 1828, I, p. 5 mentionem facit, non noster, sed patriarcha Hierosolymorum titularis fuit. [3]) Amalricus II Livadiam 1 Nov. 1197 Joscio, archiepiscopo Tyrensi, vendiderat (De Mas Latrie III, p. 606—607).

**1221** Maj. Damiatae. — Pelagius, episcopus Albanensis, Apostolicae Sedis legatus, litem, quae inter Jacobum, episcopum Acconensem, et Garinum de Monte Acuto, Hospitalis magistrum, versabatur de quibusdam vicesimis ut duarum vinearum, quarum una apud civitatem, altera a fratre Americo de Pax ultra hortum Latinae plantata est, et de variis juribus suo, Jacobi et Garini dictorum sigillis appositis disceptat. — Constantius decanus, Pelagius archidiaconus, Johannes praecentor, Nicolaus thesaurarius, Anselmus, canonici Acconenses; de fratribus Hospitalis: Ferraudus de Barraz marescalcus, Golferius praeceptor, Henricus hospitalarius, Poncius Boschant drapperius. Sumptum est (sine anno, sed putamus eodem anno 1221) ab originali hoc translatum Manasse scribente diacono et legentibus archiepiscopis, (Ivone), Montis Sion, et D., Montis Oliveti, abbatibus (Paoli I, p. 114—115, No. 108; cf. p. 522—528). **945**

„ (Sept. med.). (Accon). — Petrus de Monte acuto, magister Templi, Alano Marcel, locum praeceptoris tenenti in Anglia, nuntiat, christianos Cayri urbem aggressuros inundatione Nili et navibus soldani in tali discrimine positos fuisse, ut pacem peterent et, Damiata reddita, in propria remearent (Rog. de Wendower, Flores ed. Coxe IV, p. 77—79, ed. Hewlett II, p. 263—265; Matthaeus Paris, Chron. maj. III, p. 68—70; Bouquet XVII, p. 754—755; Cibrario, p. 86—88; cf. Röhricht, Studien, p. 51, No. 13). **946**

( „ Sept.). — Oliverius, scholasticus Coloniensis, Mâlik al-Kâmil, soldanum Aegypti, laudat, quod erga christianos in bello Damiatino captos clementissimum se praebuit, atque invitat, ut islami errore abjecto veram fidem christianam profiteatur ac Terram et Civitatem Sanctam, quas christiani antiquitus possederint, restituat (Eccard, Corp. hist. med. aevi II, p. 1439—1445; Röhricht in Zeitschr. f. westdeutsche Gesch. u. Kunst 1891, p. 195—202, No. 5; cf. p. 165—168). **947**

( „ Sept.). — Idem doctores et sapientes Aegypti monet, ut in Jesum Christum verum Dei filium credant (Eccard, Corp. hist. med. aevi II, p. 1445—1449; Röhricht in Zeitschr. f. westdeutsche Gesch. u. Kunst 1891, p. 202—206, No. 6; cf. p. 168). **948**

„ Octob. 15. Accon. — Pelagius, episcopus Albanensis, Apostolicae Sedis legatus, litem, quae inter P(etrum) de Monte acuto Templi et G(arinum) de Monte Acuto Hospitalis magistros de civitate Gibel [1]) et districtu versabatur, quam prior donatione Boemundi, alter Raimundi Rupini pos-

[1]) Cf. supra No. 820, 845, 878.

sidere dicebat, ita disceptat, ut civitas inter utrumque ordinem dividatur; apposita erant sigilla Pelagii, Guillelmi, archiepiscopi Burdigalensis,[2]) fratrum Templi et Hospitalis (Paoli I, p. 113, No. 107; cf. p. 521—522; cf. Delaville le Roulx, Docum., p. 22, No. 14; Lois [ed. Beugnot] II, p. 163—164, not. 6). **949**

[2]) De quo Röhricht, Studien, p. 91.

**1221** Nov. — Johannes de Ibelino, Berity dominus, Beryti Januensibus per manus Philippi Embriaci et Amici Streiaporei [1]) consulum immunitatem, liberam curiam, domos, quae fuerunt Rubaldi Corvi, donat et, ut uno hebdomadis die balneandi scilicet die Jovis in balneo, quod est ante castellum, balneent, concedit et sigillo confirmat. — Rainaldus de Mimars, Thomas de Retel, Terricus Breiban,[2]) Clemens de Gibelei,[3]) Mathaeus de Nesin,[4]) Girardus Liece,[5]) Gunterius [6]) Hardel, Henricus Lepingre, Symon Grimaud. Placentinus etc. ut supra No. 780 (Liber jurium I, p. 665—666, No. 569; De Mas Latrie II, p. 43—44; cf. Pagano, p. 207; Serra IV, p. 146; Olivieri, p. 59, No. 3, § 1). **950**

[1]) Alias: Streinpolain? [2]) Alias: Breibam. [3]) Alias: Gibelin. [4]) Legas: Nefin. [5]) Id est: de Licia (Laodicea)? [6]) Alias: Gauterius Ardel.

„ Dec. — Johannes de Ibilino, dominus Berity, Venetianis in sua civitate liberum commercium et liberam curiam sigillo confirmat. — Rainaldus de Mimars, Thomas de Retel, Mathaeus de Nefin, Terricus Breibam, Symon Grimaud, Henricus Pernigre,[1]) Girardus Liece (Tafel-Thomas II, p. 231—232, No. 261; cf. Marin IV, p. 252—253; Archives d. miss. scientif. II, p. 357; Heyd I, p. 320). [1]) Lepingre. **951**

( „ c.). — Maurus,[1]) ecclesiae Dominici Templi abbas benedicendus, R(adulfo), patriarchae Hierosolymitano, fidem et obedientiam jurat (Rozière, p. 4—5, No. 4; Migne, p. 1113, No. 4). **952**

[1]) Unum tantum modo Maurum, abbatem Templi Domini, ex chartis novimus, aequalem Radulfi, patriarchae Hierosolymitani (ZDPV. X, p. 41).

**1222** April. — Johannes, rex Hierosolymitanus,[1]) antedictam emptionem sigillo confirmat. — Testes ut No. 940; accedunt Johannes Coste, Gaufridus Tortus [2]) (Strehlke, p. 46, No. 57; cf. p. 124). **953**

[1]) Sept. 1222 Johannes cum Pelagio, Sedis Apostolicae legato, Geroldo, patriarcha Hierosolymitano, Garino de Monte acuto, magistro Hospitalis, et Guillelmo Cadel, magno praeceptore Templi, de Terra Sancta profectus et Octob. ejusdem anni apud Brundusium appulsus est (Oliverius, p. 1450; Eracles, p. 355; Gestes, p. 20, 29; Chron. Turon. in Bouquet XVIII, p. 303; Annal. Dunstapl., p. 80—81; Böhmer-Ficker, No. 1409a et 1409b; Winkelmann, Gesch. d. Kaiser Friedrich II, p. 195, 197—198). [2]) Cf. Eracles, p. 380, 394, 406—407.

„ April. — Iniorannus, dominus Bovae, in praesentia regis Johannis ejusque in curia domui Theutonicorum per manum Hermanni magistri domum Tyriensem suam cum introitibus et exitibus, terraciis et appendiciis M bisantiis sigillo apposito vendit, quae ob orienti habet mare, cujus undae pedem muri domus alluunt, ab occidenti extenditur usque ad vicum, qui ducit a la tanerie, a meridie propinqua est cuidam domui Hospitalis, quae fuit Sanche Martin,[1]) a septentrione extenditur usque ad domum Eustacii Busekae (Busekie) et fratrum ejus. — Testes ut No. 940 (Strehlke, p. 45—46, No. 56; Sickel, Monum. graphica, fasc. II, No. 3; cf. Strehlke, p. 124;

[1]) Cf. Eracles, p. 106, 120.

Altpreuss. Monatsschr. 1882, XIX, p. 639, No. 18; Forsch. XXI, p. 499, No. 9). **954**

(**1222**) Jun. 10. Tyri. — Pelagius, Sedis Apostolicae legatus in transmarinis partibus, concilio cum (Radulfo), patriarcha Hierosolymitano, (Simone), archiepiscopo Tyrensi, (Rainerio), Bethlemitano, et (Eustachio?), Valeniensi, episcopis, necnon (Ivone), Montis Sion, (Radulfo), S. Mariae de valle Josaphat, et (Facundo), S. Mariae Latinae, abbatibus, habito, et coram ipsis sigillo confirmat, se controversiam inter Januenses et Pisanos urbis Accon vertentem bajulo Venetorum disceptandam commisisse, quum inter tres communitates olim jurejurando statutum fuisset, ut discordia inter duas exorta mediante tertia tolleretur. — Oliverius, sacri imperii notarius, exemplavit (Janua, Archiv. mazzo III; dedit D. Corn. Desimoni).[1]) **955**

[1]) Anno 1222 Pisani cum Januensibus in civitate Accon pugnam commiserunt et fugati urbis partem magnam cremaverunt, praesertim pulcherrimam turrem communis Januensis. A rege Johanne adjuti denuo Januensibus restiterunt novis incendiis multa damna inferentes, sed «demum ad restitutionem...... bisantiorum ex sententia lata per.... condempnati fuerunt» Scriba (Mon. Germ. SS. XVIII), p. 150.

„ Jun. 23, ind. IX. Accon in ecclesia S. Marci Venetorum. — Philippus Cornarius, bajulus Venetorum, precibus Ugonis Cancellarii, consulis Januensis, et Pechii, consulis Pisanorum, terminum, quo lis inter utramque communitatem exorta ipsius judicio disceptetur, usque ad medium Julium proximum prolongat. — Blasius Simiteculus, Marchio Lombardus, Guido Acotanto. Richobonus Coxannus notarius praecepto Andali, Januensis potestatis, e publico instrumento facto per manum Oberti de Braibante notarii transscripsit (Janua, Archiv. mazzo III; dedit D. Corn. Desimoni). **956**

„ Jun. — Johannes de Ibilino, dominus Berity, Venetis privilegia antea concessa, Andrea Michaelis nuntio exigente, auget et sigillo confirmat. — Rainerius de Mimars, Simon Joppensis, Thomas de Retel, Girardus Leece, Tercius (Terricus) Breban, Climens de Gibelin, Balduinus de Gibelin, Simon Grimaud, Matthaeus de Nef(s)in (Tafel-Thomas II, p. 232—234, No. 262; cf. Archives d. miss. scientif. II, p. 358). **957**

„ Jul. 15, ind. IX. Accon in ecclesia S. Marci Venetorum. — Pechius, consul Pisanorum, et Ugo Cancellarius, consul Januensium, coram Guidone Acotanto, qui Philippi Cornarii, bajuli Venetorum, vices gerebat, et presbytero Nicolao de Vercella confirmant, se terminum, infra quem lites inter utramque communitatem exortae disceptandae essent, precibus Cornarii prorogasse. — Magister Henricus judex, magister Robertus judex, Ugo de Todesco, Conradus Quaracus, Martinus Archantus, Johannes Longus, magister Michael scriba. Richobonus Coxannus notarius praecepto Andali, Januensis potestatis, e publico instrumento facto per manum Oberti de Braibante notarii transscripsit (Janua, Archiv. mazzo III; dedit D. Corn. Desimoni). **958**

„ Octob. 18, ind. IX. Accon in domo Hospitalis. — Henricus, comes Ruthenensis, codicillo varia disponit et ordinat. — Inter testes transmarini: Magister Bertrandus, magister Petrus, Maurinus, physici; Pontius, drapparius Hospitalis, fratres Marsilius, Stephanus de Malavilla, Bertrandus de Macerolis, Gilbertus de Boi et magister de Rupe, milites. Bernardus de Villa francha, notarius publicus, scripsit et suo ac comitis sigillo munivit (Martène, Ampl. Collect. I, p. 1168—1172; Röhricht, Studien, p. 74—75). **959**

1222 Dec. 16, ind. X. Accon in ecclesia S. Marci Venetorum. — Philippus Cornarius, bajulus Venetorum, Ugoni de Ajola et Gaitano, consulibus Pisanorum, confirmat, se sententiam in causa, quae inter ipsos et Januenses vertebatur, crastino die pronuntiaturum esse, eisque mandat, ut cum Pechio olim consule adsint. — Thomas Dandolo, Andreas Vidalis, Nicholaus Quirinus, Andreas de Auro, Marsilius Balbus, Matthaeus Teupulus, Jacobus Cavaturta, magister Henricus, judex Pisanorum, Ugo de Thodesco et Porcellinus, olim consul Pisanorum.—Richobonus Coxanus etc. (Janua, Archiv. mazzo III; dedit D. Corn. Desimoni). 960

„ Dec. 17 (sabbato), ind. X. Accon ante portam ecclesiae S. Petri Pisanorum. — Gilius Quirinus et Johannes Acotanto, nuncii Philippi Cornarii, bajuli Venetorum, Gaitanum, consulem Pisanorum, invitant, ut in ecclesiam S. Marci Venetorum cum Pechino olim consule veniat ad audiendam sententiam. — Gilius et Johannes, Scuto Pisanus. — Ego Richobonus etc. (Janua, Archiv. mazzo III; dedit D. Corn. Desimoni). 961

„ — M(aria) abbatissa et conventus S. Mariae Magdalenae Acconensis ordinis Cisterciensis cum Eustorgio, archiepiscopo Nicosiensi, consilio L., abbatis Bellimontis de Tripoli, eo conveniunt, ut in domo dicti ordinis Nicosiensi abbatissa instituatur, et sigillis conventionem muniunt (Mélanges hist. in Collect. de monum. inédits, Paris 1882, IV, p. 343, No. 1; cf. De Mas Latrie, Hist. de l'île de Chypre III, p. 293, 644—645, 651 et in Archives de l'Orient latin II A, p. 219). 962

1223 Maj. — Johannes de Ibelino, dominus Berity, privilegium supra (No. 950) memoratum repetit et coram Hugone Ferrario et Hugone Fornario, Januensium consulibus, sigillo confirmat. — Reinaldus de Mimars, Simon Jopensis, Bartholomaeus Falconarius, Thomas de Retel, Clemens de Gibelin, Balduinus de Gibelin, Hugo de Mazarea, Henricus Lepingre, Gauterius Hardel, Guillielmus Harneis, Mathaeus de Nephin, Symon Grimaud, Guillielmus de Malembec, Girardus Liece (Liber jurium I, p. 687—688, No. 585; Archives d. miss. scientif., l. c. II, p. 357—358; cf. Pagano, p. 207; Olivieri, p. 59, No. 3, § 2). 963

( „ aestat.). — Nicolaus, patriarcha Alexandrinus, Honorio III exponit, quae christiani Aegypti, Damiata reddita, patiuntur, eumque rogat, ut christianos novum bellum contra Aegypti soldanum paraturos per flumen Rasceti ad insulam Fohae appelli jubeat (Raynaldi, Annal. 1223, § 9—10; Mon. Germ. Ep. I, p. 163—165, No. 233; cf. Röhricht, Studien, p. 51—52, No. 14 et de christianis Alexandriae in carceribus detentis Potthast, No. 4363—4366). 964

„ Sept. 22. — Robertus [1]) de Ibelino, dominus Berithy, communi Massiliensium liberum commercium in urbe sua concedit et sigillo confirmat. — Renaldus de Murras,[2]) Thomas de Ratel, Clemens, castellanus Berithy, Baudinus de Gibelino, Baudinius de Rupe, Henricus milites. Rostag(nus) scripsit (Méry I, p. 287—288). 965

[1]) Corrigatur: Johannes; cf. Heyd I, p. 320. [2]) Legas: Mimars.

„ Dec. 12. In camera S. Ambrosii de Veragine. — Obertus, minister et rector ecclesiae S. Ambrosii, coram Rainerio, episcopo Bethlemitano, Guidonem de Perreto procuratorem constituit (Comte Riant in Atti Soc. Ligure, II Ser., XVII, p. 644, No. 6). 966

(**1224** ante Maj. 12). — Russutana, regina Avoguiae, Honorio III nuntiat, Gregorianos impetu Tartarorum olim impeditos fuisse, quominus christianis Aegyptum occupantibus subvenirent, nunc autem post victoriam de Tartaris reportatam se Friderico II in Terram Sanctam profecturo exercitum mittere velle (Raynaldi, Annal. 1224, § 17—18; Mon. Germ. Ep. I, p. 178—179, No. 251; cf. Röhricht, Studien, p. 52, No. 15). || Itaque Honorius III (12 Maj. 1224) Russutanae nuntiat, Fridericum II ab 24 Jun. 1225 in Terram Sanctam profecturum esse (Raynaldi, Annal. 1224, § 21—22; Mon. Germ. Ep. I, p. 180—181, No. 253; Potthast, No. 7242), et Gregorius IX (13 Jan. 1240) Russutanae nostrae et David nato, Gregorianorum regi, scribit, se iis contra Tartaros auxilium mittere nequivisse, quum praeter Saracenos Syriae et Hispaniae etiam in Italia nonnulli apostatantes ecclesiam impugnent (Ripolli, Bullar. Praedicat. I, No. 198; Mon. Germ. Ep. I, p. 664—665, No. 765; Potthast, No. 10841; cf. Röhricht, Studien, p. 52—53, Not. 8). **967**

( „ ante Maj. 12). — Johannes, constabularius Bratiae, Honorio III nuntiat, regem Georgiae Georgii IV mortuum esse, et pollicetur, se Friderico II XL millia militum auxilio missurum esse (Raynaldi, Annal. 1224, § 19; Brosset, Hist. de Géorgie, addit. p. 304; Mon. Germ. Ep. I, p. 179—180, No. 252; cf. Röhricht, Studien, p. 53, No. 16). || Itaque Honorius III eundem de Friderici II transfretationis termino certiorem facit et rogat, ut eidem auxilium promissum praebeat (Mon. Germ. Ep. I, p. 181—182, No. 254). **968**

**1225** Jan. 14—17. — Henricus III, rex Angliae, Ansaldo de Genua mandat, ut emat C marcatas de scarletto et alia dona pretiosa soldano Damasceno ex parte regis transferenda; has C marcas solutum iri Ansaldo, postquam redierit (Rotuli clausi 1225, II, p. 13b). **969**

„ Febr. 24, ind. XII (XIII). Januae in ecclesia S. Laurentii. — Brancaleonus de Bononia potestas potestates, consules vel vicecomites Januensium in ultramarinis partibus constitutos terras, domos ac varias possessiones, quae ad commune spectant, alienare vetat. — Marchisius, Oliverius, Madius Vassallus, Gallus scribae. Bonusvassallus Caligae Palli notarius scripsit (Liber jurium I, p. 753, No. 617; cf. Archives d. miss. scientif. II, p. 352, 363). **970**

„ Mart. 17. Laterani. — Honorius III Bartholomaeo, episcopo Valaniensi, scribit, se dictae ecclesiae possessiones in protectionem suscepisse, earumque in numero vocat ecclesiam de Margant, casalia Coquet, Jobar, Bathselmon, duas carrucatas graecas in plano Rogiae, medietatem casalis Colcas, decimas Valeniae et Margarti (sic) necnon terrarum, quae olim fuerunt Raynaldi, domini Margati, decimas de Rossa, Potema, Pharang et vicinis casalibus, molendinis et hortis, ecclesiam de Rossa, decimas de Cham, Hisen et Aloso, casalium, quae praefatus Raynaldus habuit in terra S. Parlerii, necnon ecclesias Graecorum et Armeniorum, quae in Valeniensi diocesi constructae episcopi proprii regimine carent (Pitra I, p. 587—588, No. 33; cf. Röhricht in ZDPV. X, p. 235—236 et supra No. 649). **971**

„ Nov., ind. XIV (italice). — Privilegium, quo soldanus Alappinus [1]) et dominus de Saona Venetis per manum legati Thomaxino Foscarino liberum commercium ac securitatem concesserunt (Tafel-Thomas II, p. 256—260, No. 270; cf. Archives d. miss. scientif. II, p. 354; Heyd I, p. 376). **972**

[1]) Al Mâlik al Azîz.

**1225** Dec. 24. — Maria, monasterii S. Mariae Magdalenae Acconensis ordinis Cisterciensis abbatissa, sigillo confirmat, se ab Hospitalis magistro Guarino de Monte acuto sub XXV bisantiorum annuali censu domos cum platea adjacenti accepisse, quae in suburbio, quod vulgariter vocatur Mons Musardus, sitae sunt et affrontant ab oriente in via publica, quae descendit a S. Aegidio et vadit ad S. Magdalenam, a meridie in terram Guidonis de Gliã Pisani, ab occidente in alia via publica et ab aquilone vicinae sunt monasterio S. Mariae Magdalenae. Sigilla apponunt prior S. Sepulchri scilicet magister Petrus, tunc vicarius patriarchae, et capitulum Acconense. — Petrus Briccius, Michael de Joppen, Marcus de Joppen, Benevenutus de Joppen, Jordanus de Jherusalem, Martinus Cordarius, Petrus de Soueni,[1]) Fulco de Tiberiade, Pandulfus, gener domini Valini, Johannes Ursus (Paoli I, p. 254, No. 213). **973**

[1]) Alias: Sauuenic, Sauvani.

**1226** Jan., ind. XIV. — Fridericus II imperator domui Theutonicorum emtionem et privilegia (supra No. 716, 934, 940) sigillo confirmat, libertatem aquarum, herbarum, lignorum ubique per domanium suum ad domus usum concedit, a plateatico aliisque consuetudinibus per regnum Hierosolymitanum terra marique solvi solitis eximit ac statuit, ne quis domum et fratres de possessionibus domus sine judicio et justitia praesumat aliquatenus dissasire, neve quid de proventibus et bonis, quae ad partes cismarinas pro domus et sua utilitate dirigant, exigatur. — Inter testes: Gavianus (Gaynanus) de Cypro; de regno Hierosolymitano: Jacobus, episcopus Acconensis, Balianus, dominus Sydonis, Daniel de Terramunde, Nicolaus Antelmi (Antelin, Ancelin), Gvido de Infante,[1]) Guido de Roniau (Roman, Romau),[2]) Rao, cognatus patriarchae, Gervasius de Malgastel (Mang[n]astel),[3]) Philippus Cynardi (Cuiard, Chinardi), Joannes Pisanus, Raimundus Grimaldus, Gofridus de Villiers, Guido de Nubie et alii. Datum per manum Symonis, archiepiscopi Tyrensis et regni Hierosolymitani cancellarii (H. Bréholles II, p. 531—536; Strehlke, p. 47—48, No. 58; cf. p. 125; Böhmer-Ficker, No. 1590; N. Archiv V, p. 13; Altpreuss. Monatsschr. 1882, XIX, p. 639, No. 21; Forsch. XXI, p. 498, No. 2; p. 499, No. 12). **974**

[1]) Cf. Eracles, p. 375. [2]) Id est: Ronay. [3]) Legas: Maugastel.

„ Jan., ind. XIV. — Isabella, Romanorum imperatrix, privilegium antecedens sigillo confirmat. — Symon, Tyrensis archiepiscopus, regni Hierosolymitani cancellarius,[1]) Balianus, dominus Sydonis, Daniel de Terramunda, Nicolaus, Capuanus (Gainanus, Gaynanus) de Cypro, Guido Infans, Gvido de Roman (Romav), Raho (Rao) de Patriarcha, Gervasius de Emau (Emav) castello, Johannes Pisanus, Raimont Grimaut (Grimant); Goffridus de Villers, Guido de Nubie, magister Petrus, medicus Isabellae, fideles regni Hierosolymitani. Datum per manum dicti Symonis, ejusdem regni cancellarii (H. Bréholles II, p. 536—538; Napiersky, Abdruck zweier Urkunden, Riga 1844, p. 4; Hennes, Codex diplom. II, p. 24—25, No. 23; Strehlke, p. 48—49, No. 59; Böhmer-Ficker, No. 1591). ‖ Hoc privilegium (Dec. 1243) Conradus IV confirmat (Böhmer-Ficker, No. 4484). **975**

[1]) De quo ZDPV. X, p. 18; Winkelmann, Gesch. Kaiser Friedrich II, I, p. 243, 247, 283, 295, 298, 311; Potthast, No. 5380—2, 6804—6, 7751.

„ Mart., ind. XIV. Rivoalti. — Praeceptum, quod Petrus Ziani, dux Venetorum, de navigatione Syriaca et Aegyptiaca Johanni Michaeli, duci

Venetorum Cretensium, dedit quo Venetos in Syria commorantes instanti hieme domum redire et praecepta a papis saepe edita respiciens mercatores Aegyptum lignamina, ferrum, picem vel alia subsidia bellica asportare vetat (Tafel-Thomas II, p. 261—264, No. 271; cf. p. 260; Heyd I, p. 406). **976**

„ Mart. — Johannes de Hibelino, dominus Berriti, donum, quod G(alterius) Brisebarre, quondam Berriti dominus [1]), leprosis S. Lazari de Jerusalem dederat, scilicet X bisantios de redditibus portae Berritensis annuatim recipiendos, sigillo confirmat. — R(ainaldus) de Mimars, Thomas de Retel, Girardus Liece, Clemens de Gibelin, Baldouinus de Gibelin, Henricus Pingre [2]), Guillelmus Arneis (Archives de l'Orient latin II B, p. 150, No. 33). **977**

[1]) Cf. supra No. 395. [2]) Alias: Lepingre.

„ Jul., ind. XIV. Apud S. Miniatum. — Fridericus II imperator fideles regni Hierosolymitani sigillo apposito certiores facit, se, quum Hermannus, magister domus Theutonicorum, bona quondam comitis Joscelini ab Ottone [1]), comite de Ennenberch, Beatrice uxore et Ottone filio empta acquisierit, Jacobum de Amygdala, filium quondam G. junioris filiae Joscelini secundum consuetudinem regni Hierosolymitani de portione, quae ipsum pro parte matris contigerit, investivisse et eundem Jacobum magistrum assecurasse, sicut pro parte matris suae Beatricem primogenitam comitis debuerit assecurare, de cujus venditione domus eadem bona possidebat, ac promisisse, ut eidem domui illam pecuniae quantitatem restitueret, quam pro redimenda eadem parte ipsum contingente dudum per quondam Guillelmum de Amygdala patrem obligata creditoribus suis exsolverit. — G(eroldus) («Wernerus»), patriarcha Hierosolymitanus, Jacobus, episcopus Acconensis, Balianus, dominus Sydonis, Daniel de Tenderemunde, Johannes Pisanus, Goffridus de Williers, Guido de Nubie. Datum per manum Symonis, archiepiscopi Tyriensis et regni Hierosolymitani cancellarii (H. Bréholles II, p. 671—672; Hennes, Cod. diplom. II, p. 28—29, No. 25; Strehlke, p. 49, No. 60; cf. p. 125; Böhmer-Ficker, No. 1668). **978**

[1]) Cf. supra No. 933.

**1227** [1]) Jan. (gallice). — Boemundus IV, princeps Antiochiae et comes Tripolitanus, domui Theutonicorum ejusque magistro Hermanno (Hermant) molendinum, quod extra Antiochiam ad ripam fluminis Fer subter molendino patriarchae situm est, cum vinea adjacente, pressoria et pertinentiis concedit et sigillo confirmat. — Boemont, sires del Botron, [2]) Guiscart de l'Isle, Bertran Porcelet, Amauri Saleman, Pierre de Scandalion, Raimund Arra, Manssel de Gibel, Auberi de Ranquerole (Strehlke, p. 50, No. 61; cf. p. 126). **979**

[1]) Intelligas 1228. [2]) Cf. Eracles, p. 430.

„ Mart., ind. XV. Tripoli. — Richerius, episcopus Melfiensis, imperialis aulae familiaris et nuntius de mandato Friderici II imperatoris pro negotiis exercendis Tripoli constitutus [1]) sigillo confirmat, ad se Mariam, viduam Girardi de Hanis, matrem Thomae, comestabuli Tripolitani, venisse et coram se ipso Thomae contulisse, quodcunque jus dotalicii nomine habebat in terra et feudo, quod idem Girardus in terris gallicanis possedit, unde homo regis Galliae factus fuerat. — Richerius, episcopus Melfiensis, Rogerius, canonicus Melfiensis, Nicolaus, episcopi Melfiensis capellanus.

[1]) Winkelmann, Friedrich II, I, p. 242, 246.

Eustasius, miles de Sydone, Albericus, miles de Rancolariis, Ugo, miles de Glappires, Galterius, miles de Guardia (Archives de l'Orient latin II B, p. 159—160, No. 1). **980**

**1227** Maj. 8. Accon. — Guillelmus de Keviller,[1]) filius Petri de Keviller, confirmat, se, ut patrem in castello Saonae ab Saracenis detentum liberaret, fratri Girino, priori Hospitalis in Francia, concessisse, ut eadem domus in terra sua X modia bladi super decima de Clari perciperet, patre e carcere liberato. Itaque se ipsum in Terram Sanctam profectum Guarinum de Monte acuto magistrum precibus adiisse, ut liberationi patris sui operam daret, sed eundem interea obiisse; nihilominus se praedictam decimam dictae domui confirmare. — Galterus, castellanus de Rassa, Johannes de Aubeigny, Lamfridus, clericus et nuntius regis Franciae, Gerardus clericus, filius Durandi de Fuer, (Petrus III), prior S. Sepulchri[2]), vicem patriarchae gerens, qui sigillum apposuit (Paoli I, p. 219, No. 177; cf. p. 541; Lois [ed. Beugnot] I, p. 373, not.). **981**

[1]) Qui de historia hujus gentis scripserunt, chartam nostram neglexerunt. [2]) ZDPV. X, p. 43.

„ Jun. 17, ind. XV. Accon in domo dicti Hospitalis S. Spiritus Cruciferorum. — Petrus, magister et rector hospitalis S. Spiritus,[1]) infirmus consensu fratrum suorum scilicet presbyteri Boni, Martini, Alberti, Homodei, Johannis, Perettini, dominarum Peronellae, Borghesae et Guilielmae domus sigillo confirmat, petiam terrae, in qua dictum hospitale aedificatum fuit, datam fuisse a Mainardo Tignoso Pisano pro communi Pisano; quum enim Francigenae urbe Acconis potiti fuissent, regem Angliae hospitali domos restituisse et concessisse communi Pisano, ut haberet istud jure patronatus. Itaque se ipsum Pisanorum consulibus Peccio Minestrae Pipino quondam Conetti et Bolgarino Rainaldi, salvo tamen alio jure, potestate ac reverentia ordinis Cruciferorum ejusque magistri in diocesi Bononiensium commorantium, curam et custodiam dictae domus se commendare. — Henricus de Quoza, Ajutus de Gombo, presbyter Jacobus, Leonardus, presbyter ecclesiae S. Petri, presbyter Angelus, Benenatus Rossus, Francarnus Lungus, Bernardus, notarius de Vico, Riccardus quondam Tancredi (G. Müller, p. 94—95, No. 63; cf. p. 439—443). **982**

[1]) Hospitale S. Spiritus a. 1213 loco veteris scholae Saxonicae Romae conditum (Potthast I, p. 425) hac charta memoratur in urbe Accon constitutum. A fratre hujus Hospitalis Guillelmus, episcopus Acconensis (Guill. de Tyro ed. Paris., p. 989), ab alio fratre Albertus, patriarcha Hierosolymitanus, occisus est (Gestes des Chyprois, p. 18). Innocentius IV (4 Jul. 1250) rectori et fratribus S. Spiritus Acconensis concedit, ne teneantur decimas solvere de virgulto (Berger, No. 4779) et (23 Jul. 1250), ne ad exhibendam oboedientiam et reverentiam manualem episcopo Acconensi et aliis praelatis regni Cyprii cogantur (Berger, No. 4758) et Alexander IV (15 Mart. 1255) rectoribus et fratribus confratriae Italicorum S. Spiritus Acconensis statuta in Terra Sancta deliberanda confirmat (Posse, No. 17). Nicolaus III (15 Maj. 1279) varia privilegia a. 1204, 1217 et 1256 concessa confirmat (Potthast, No. 21581).

„ Aug. 21. Anagniae. — Gregorius IX Rainerio, episcopo Bethlemitano, privilegia, quae praedecessores Innocentius II, Lucius II et III, Paschalis II, Calixtus II et Honorius III dictae ecclesiae concesserunt,[1]) scilicet quod Ascalonis parochia Bethlemiticae subjecta sit,[2]) quamvis pravorum hominum dolo et malitia hoc privilegium erasum et corruptum

[1]) Haec privilegia fere omnia deperdita sunt. [2]) Cf. supra No. 59, 232.

fuerit, deinde has possessiones ultramarinas confirmat: decimam Thecuae, de Scyr et Bethscuar, casalia S. Georgii, Bethenase, Bethelaam, Berbetham, Quercus [3]) et jardinum Archas,[4]) in episcopatu Ramensi terram et herbile Belmekim et Oliban, in archiepiscopatu Caesariensi Belveir, in archiepiscopatu Nazaret Bedaica, in episcopatu Thabariae Haim, ecclesiam S. Martini Tyrensem, S. Mariae Gibelletensem, S. Mariae de Monte Peregrinorum cum Calamon, ecclesiam unam Joppensem . . . ., Seylon in territorio Neapolitano, casale Bethleem, terram, quam tenent Hierosolymitani burgenses sitam inter Bethleem et Jerusalem, casale in Galilaea, quod Bedar dicitur, duo casalia in confinio Vallis de Cursu, quae Caphrapalos et Caxusum vulgariter appellantur, domos et hortos in urbe Hierosolyma, unum hominem cum ejusdem possessionibus, domum Acconensem inter ecclesiam S. Mariae de Platea et vetus palatium sitam, juxta Bethlehem, Bethlezan et Artasium possessiones et terras, majus stagnum, unde antiquitus aqua in Bethleem solebat defluere, cum pertinentiis ab Anselmo de Parentela assensu regis collatis, duas carrucatas terrae, quas Geroldus in territorio Phagor donavit, terras in territorio Bethamar, villanum cum hereditate in casali Sayr ab Andrea de Templo collatum, inter Bethlehem et Jerusalem casale, quod donavit Pisellus vicecomes et Gisla uxor et vulgo vocant Cadichinos, in territorio S. Abrahae casale Bethenasipli, ex feudo Radulfi de Fontaneto casale Bechfassam, in urbe Caesareae Palaestinae domum et in ejusdem territorio casale Belveir, in territorio Ramensi casale Thaeria, in casali S. Mariae VIII carrucatas terrae, casalia Bethmelchi, Heberre et Luban, in urbe Joppen domos et terras, juxta flumen Eleutherum II carrucatas terrae, Cayphae domum vicinam portae, qua itur in urbem Accon, et in ejusdem territorio II carrucatas terrae, in urbe Tiberiadis domum et in territorio casale Aim cum pertinentiis, quae cis et citra flumen, quod a mari Cedeleae defluit, sita sunt, casale Sembra ex dono Ulrici, vicecomitis Neapolitani, et casale Capraculae ex dono Bernardii Vaccarii, casale Ramadec, in urbe Ascalonis domum cum stationibus, balneum vicinum, jardinum extra portam, quae respicit ad orientem, muro adjacentem, terras, vineas, furnum et molendinum, IV carrucatas terrae ad S. Michaelem, casale Bethamam prope Ascalonem, juxta viam S. Michaelis V carrucatas terrae, vineam, quae fuit Guilelmi Ruffi, vicecomitis Ascalonitani, contiguam jardino Bethleem, quod est extra portam Ascalonis ad sinistram, casalia Zachariae et S. Georgii cum pertinentiis, quae donavit Gonfredus de Turre, cum feudis ex dono Hugonis, domini de S. Abraham, casale Bethaleam, domos Neapolitanas, domum Tyrensem prope castellum sitam, in diocesi Antiochena casalia Carcasia, Baldadia, Gabamo, vineas de Norsinge, Antiochiae VI domos in vico Panticelli in parochia S. Thomae, domum ecclesiae S. Petri vicinam, domum, ubi fiunt (?) calamitae, III petias jardinorum in parochia S. Jacobi, decimas laborum suorum, quos propriis manibus aut sumptibus colunt, commutationem inter ecclesiam Bethlemiticam et Nazarenam de ecclesia Acconensi rationabiliter factam (Mittarelli, Annal. Camaldul. VI, app. 409; Bullae, quibus eccles. Bethl. possessiones confirmantur [Genevae 1880], 8 pp., 4°; Comte Riant in Atti d. Soc. Ligure, II Ser., XVII, p. 640—656,

---

[3]) Quercus Abraham (Hebron), ut vult Conder in Quart. Stat. 1890, p. 34.
[4]) Arecha in Marini Sanuti descriptione, nunc 'Ain Arik (Survey III, p. 7; Conder in Quart. Stat. 1890, p. 34).

No. 9). || Hanc bullam Urbanus IV (Dec. 1263—Sept. 1264) et Clemens IV (11 Maj. 1266) Thomae Agni, episcopo Bethlemitano, confirmant (Comte Riant, p. 656—660, No. 10—11). **983**

(**1227** Octob. Accon). — G(eroldus), patriarcha Hierosolymitanus, Sedis Apostolicae legatus, P(etrus), Caesariensis, (Hugo), Nazarenus, (Petrus), Narbonnensis, archiepiscopi, P(etrus), Wintoniensis, W(illelmus), Exoniensis, episcopi, (Petrus de Monte acuto), (Garinus de Monte acuto) et (Hermannus de Salza), Templi, Hospitalis et Theutonicorum magistri Gregorio IX exponunt, quae crucesignati in Terra Sancta gesserunt (Raynaldi, Annal. 1227, § 47—49; Rog. de Wendower ed. Coxe IV, p. 145—147, ed. Hewlett II, p. 324—327; Matthaeus Paris III, p. 128—129; Potthast, No. 8090). || Inest epistolae, quam Gregorius IX omnibus Christi fidelibus 23 Dec. 1227 scripsit. **984**

„ Westmonasterii. — Henricus III, rex Angliae, Coradino, soldano Damasci, gratias agit pro muneribus per Juselinum de Jenue Malonn.[1]) transmissis ac petit, ut, christianos, si quos in carcere retineat[2]), liberet (Rymer I A, p. 187—188). **985**

[1]) Cf. supra Nr. 969. [2]) Quantopere alii primates christianorum captivis liberandis operam dederint cf. supra No. 489 not. 1.

**1228** Febr. 11. — Balianus, dominus Sydonis, domui Theutonicorum hortum, qui dicitur jardinus comitissae, vineam quandam et partem quandam terrae, quae dicitur terra coci, ad aratrum unum ante civitatem Sydonis donat et sigillo confirmat. Hic vero hortus contra orientem habet viam, quae ducit Gasiam,[1]) ab occidente viam rectam, quae transit inter hortos et terram Rauli Januensis, contra meridiem tangens magnum campum, ubi fit canimel, contra aquilonem partem viae et olivas Guillelmi de Lye. Vinea vero habet ab oriente communem stratam et publicam, ab occidente viam rectam, quae vadit inter hortos contra flumen de ipsa civitate Sydonis, contra meridiem olivas domus Templi, contra aquilonem olivas domini Brixi. Terra denique praedicta habet ab oriente viam, quae de Sydone directe Sareptam ducit, ab occidente viam maritimam, contra aquilonem campum, qui tangit hortum domini Egidii, contra austrum nullam divisionem, nisi quantum ipsa extenditur terra. Praeterea donat mahumeriam magnam, quae est intra II portas civitatis Sydonis, qua exitur Tyrum versus. — Daniel de Terremunde, Hugo de Mazelria, Baldovinus marescalcus, Joffridus de Scimle, Joffridus de Vilier, Michael Egidius. Factum tempore Hermanni de Salza, domus Theutonicorum magistri (Strehlke, p. 50—51, No. 62; cf. p. 126). **986**

[1]) Meridiem versus de Sidone, nunc el-ghazîjeh.

„ Mart. 4. Romae. — Pelagius, Albanensis episcopus, quum Rodericus, Hospitalis procurator, petiverit, ut quaedam dubia tollerentur, quae insint compositioni olim per se ipsum inter Jacobum, episcopum Acconensem, et magistrum Hospitalis factae, singula capitula, quibus de nonnullis et juribus decimis praesertim casalium Beroeth et Coketh episcopo solvendis agitur, accuratius declarat (Paoli I, p. 116—117, No. 109. Ceterum cf. supra No. 945). **987**

( „ Mart.—Jul.). — R(obertus), episcopus Tripolitanus, Ludovico IX, regi Franciae, scribit, coram se ipso Beatricem,[1]) uxorem Thomae, constabu-

[1]) Cf. supra No. 980.

larii Tripolitani, filii quondam Girardi de Hanis, marito suo omne jus, quod ad se pertinebat nomine dotalicii in terra et feudo, quod idem Girardus bonae memoriae in partibus gallicanis possidebat, quitavisse et concessisse (Archives de l'Orient latin II B, p. 161, No. 2; de sigillo Roberti nostri Schlumberger in Le Musée archéol. II, p. 317—318, No. 17 bis; ceterum cf. ZDPV. X, p. 32). **988**

**1228** Jun. ineunt. (gallice). — Boemunz IV, princeps Antiochenus et comes Tripolitanus, domui Theutonicorum per manum Hermanni magistri C bisantios annuatim de assisia, funda et catena Acconensi recipiendos donat et sigillo confirmat. — Boemon, sire deu Botron, Mansel de Gibel, Ugue Dalmas, Bonacors, Raimont de Mareclee, Raimunt Arra, Perre de Scandalion, Guiscart de l'Isle, Renaut Faisant (Strehlke, p. 53, No. 64; cf. p. 125). **989**

„ Jul. — Thomas de Ham, constabularius Tripolitanus, sigillo confirmat, se, quodcunque in castellania de Lens et comitatu Atrebatensi possidebat, MD libris monetae Parisiensis B(lanchae), reginae Franciae, vendidisse (Archives de l'Orient latin II B, p. 161, No. 3; de sigillo Thomae cf. Schlumberger in Le Musée archéol. II, p. 322—323, No. 19 bis). **990**

„ Jul. — Oliverius de Rupe, praeceptor Templi Franciae, venditionem antedictam a Thoma, constabulario Tripolitano, coram se ipso factam sigillo confirmat (Archives de l'Orient latin II B, p. 162, No. 4). **991**

( „ Sept.—Octob. Accon?). — Fridericus II soldanum Aegypti Mâlik al-Kâmil rogat, ut sibi urbem Hierosolyma tradere velit (Reinaud, Extraits, p. 429—430; cf. Röhricht, Beitr. I, p. 72, Not. 191; Böhmer-Ficker, No. 1735). ‖ De epistola, qua Fridericus II Mâlik al-Muazzam, soldanum Damasci, rogavisse dicitur, ut Terram Sanctam sibi reddat, cf. Amari, Bibl. Arabo Sicul. I, p. 510; II, p. 246; Röhricht, Beitr. I, p. 56, 88; ibidem nuntiatur, Mâlik al-Kâmil soldanum a Friderico (c. 1226) petivisse, ut Terram Sanctam adeat. **992**

„ Octob., ind. II. Accon in camera patriarchae. — Maria, Rainerii quondam constabularii Tripolitani filia, uxor G(irardi) de Haam et mater Thomae, constabularii Tripolitani, necnon Beatrix, olim filia Petri de Revandel ejusdem Thomae uxor, venditionem supradictam (No. 990) sigillo G(eroldi) patriarchae confirmant. — G(eroldus), patriarcha Hierosolymitanus,[1] archiepiscopi de Nazareth et de Ris, A., archidiaconus Tripolitanus, frater Baldouinus de Crescium, castellanus Castri Blanci, V. Ciabot, miles de Accone, Mansellus de Gibel. Paganellus, filius quondam Guidonis, A. S. notarius, scripsit (Archives de l'Orient latin II, p. 162—163, No. 5). **993**

[1]) De quo patriarcha, primo abbate Cluniacensi, tum episcopo Valentinensi cf. Röhricht in ZDPV. X, p. 9; Hist. litt. de la France XVIII, p. 103—105. Vestigia ejus invenimus: Jun. 1226 Mantuae (Koch, Hermann v. Salza, p. 138—139), apud S. Dominum, ubi cum (Simone), archiepiscopo Tyrensi, et J(acobo), episcopo Acconensi, privilegium a Friderico II (Böhmer-Ficker, No. 1634) C(onrado), episcopo Hildensemensi, concessum vidisse confirmat (Lüntzel, Die ältere Diöcese Hildesheim, Hildesheim 1837, p. 397, No. 18; cf. Winkelmann, Acta inedita I, p. 257, No. 282 not.), cum episcopo Jacobo Acconensi adest Parmae (Böhmer-Ficker, No. 1624, 1629, 1643, 1650, 1661, 1668), Sept. 1227 Hydrunti cum Friderico II (Winkelmann, Gesch. Friedrich II, I, p. 290, 293—294, 297—298, 330—331, 333, 338, 501), 9 Aug. 1237 cum Jacobo, episcopo Paphensi, consecrationi monasterii S. Syri Januensis interest (Chartae in Mon. hist. patr. V, p. 1335).

„ Octob., ind. II. Accon. — Fridericus II imperator fratribus S. Lazari de Jerusalem eorumque magistro Gualtero de Novo Castello privilegium

supradictum (No. 628) sigillo confirmat. — Balianus, dominus Sidonis, Odo de Montebeliard constabularius, Johannes de Hibelino, Guarnerius Alemannus (Archives de l'Orient latin II B, p. 151, No. 34). **994**

**1228** Octob., ind. II. Accon. — Idem iisdem privilegia supra (No. 512, 628) laudata sigillo confirmat. — Testes ut supra No. 994 (Archives de l'Orient latin II B, p. 152—153, No. 35). **995**

(**1229**?) Jan. 1. Joppen. — G(eroldus?), patriarcha Hierosolymitanus ac S. A. legatus, clero ac populo Hierosolymitano abbatem Montis Oliveti et decanum Joppensem pro negotiis suis expediendis mittit et benigne recipiendos commendat (Rozière, p. 317, No. 178; Migne, p. 1254, No. 178). ‖ Tempus, quo hac charta scripta fuerit, plane nescimus, quum ex littera G. colligi liceat, Gibelinum, Guillelmum I et II, denique Geroldum scriptorem fuisse; Geroldi nomen proponimus exemplum editoris Cartularii sequuti. **996**

„ Febr. 18. — Fridericus II imperator cum Mâlik al-Kâmil, soldano Aegypti, pacem decem annorum facit (Fragmentum instrumenti in Raynaldi, Annal. 1229, § 15—21, unde Pertz, Leges II, p. 260—261; H. Bréholles III A, p. 86—90; de Mas Latrie, Hist. de l'île de Chypre III, p. 626—629 [cf. I, p. 238, 247]; Auvray, Les registres de Grégoire IX, No. 321; Mon. Germ. Ep. I, p. 297—298, No. 380; gallice in Michaud, Hist. d. croisad. ed. Bréholles, Paris 1862, III, p. 432—434; cf. Röhricht, Beitr. I, p. 40—41; Balan, Storia di Gregorio IX, I, p. 372—373, 396—401; Felten, Gregor IX, p. 77—79; Böhmer-Ficker, No. 1736; Amari, Bibl. Arabo Sicul., vers. I, p. 505—506, 520—521). **997**

( „ init.). — * Gregorius IX Templi et Hospitalis magistros necnon soldanum Aegypti duabus epistolis monuisse narratur, ut Fridericum II imperatorem nefastum capiant vel occidant (Bartholomaeus de Neocastro in Muratori SS. XIII, p. 1162—1163). ‖ De his epistolis fictis cf. Röhricht, Beitr. I, p. 74—75, 93; Amari, Bibl. Arabo Sicul. I, p. 516—517; II, p. 256 et quae Min. Riccio, Studi storici, Neapoli 1863, p. 16 ex regestis Caroli I, regis Siciliae, refert: «Testes deponunt, olim quondam Fridericum II destituisse domum Templi dicta vinea et aliis bonis in Sicilia ex eo, quod ipsi fratres domus Templi capere volebant in Accon dictum imperatorem de mandato pontificis«. Imperatorem a fratribus Hospitalis proditum fuisse (Wochenblatt der Johanniter-Ordensballey Brandenburg 1879, No. 30), quin soldanum papae epistola commonitum imperatorem cepisse, in Germania canebatur (Bartsch, Germania 1878, XXIII, p. 51—52; 1879, XXIV, p. 13—15). **998**

( „ c. Mart. 15). — Hermannus, magister fratrum Theutonicorum, Gregorio IX papae nuntiat, quae a Friderico II imperatore feliciter gesta sunt et quomodo idem cum soldano Aegypti pacem inierit, qua urbs Hierosolyma et alia quaedam loca christianis restituta sunt (Mon. Germ. Leges II, p. 263—264; Hennes, Cod. diplom. ord. Teuton. I, p. 82—84, No. 75; Bréholles III A, p. 90—93; cf. Mon. Germ. Ep. I, p. 298—299, No. 381; Böhmer-Ficker, No. 1737; Ficker-Winkelmann, No. 6768—6769, 6829a, 6839, 6896). **999**

( „ c. Mart. 21). Joppen. — Hermannus, magister fratrum Theutonicorum, cuidam nuntiat, imperatorem Fridericum II 18. die Mart. Hierosolymis coronam portavisse, sed sequenti die archiepiscopum Caesariensem

ex mandato Geroldi, patriarchae Hierosolymitani, omnia loca sancta sub interdicto posuisse, imperatore Joppen reverso [1]) (Mon. Germ. Leges II, p. 264—265; Hennes, Cod. diplom. ord. Teuton. I, p. 84—86, No. 76; Bréholles III, p. 99—102; cf. Mon. Germ., Ep. I, p. 299, No. 383; Böhmer-Ficker, No. 1739). **1000**

[1]) De eadem re Fridericus II (18 Mart. 1219) Gregorio IX, fidelibus suis, Henrico III, regi Angliae, episcopo Hildensemensi et aliis scripsit (Mon. Germ. Leges II, p. 261—264; cf. Mon. Germ. Ep. I, p. 299, No. 382; Böhmer-Ficker, No. 1738) necnon 20 April. (1229) anonymus quidam (Annal. de Waverleia, p. 305 — 307; Mon. Germ. SS. XXVII, p. 461).

**1229** Mart. 26. Accon. — Geroldus, patriarcha Hierosolymitanus, Gregorio IX papae fusius exponit, quae Fridericus II imperator in Terra Sancta egit et quomodo fraudulentam pacem cum soldano Aegypti inierit (Raynaldi, Annal. 1229, § 3—14; Bréholles III A, p. 102—110; Mon. Germ. Ep. I, p. 299—304, No. 384; cf. Auvray, Les registres de Grégoire IX, No. 320; Böhmer-Ficker, No. 1740). **1001**

„ April. 20, ind. II. — Jacobus de Amigdala in excambium a magistro Theutonicorum accipit VI millia et CCCC bisantios sarracenatos, quos Fridericus II imperator dictae domui donavit et concessit pro feudo Jacobo legitima successione matris contingente. Hujus vero feudi casalia sunt: Mobilir (Mobilie),[1]) quod datum est in excambium Jacobo pro Trefile et Castro Novo (quod nunc Montfort dicitur et munitum in manibus dictae domus remanebit), pro horto et molendino in pertinentiis de Trefile sitis et pro casalibus: Jalim, Tharbucha,[2]) Tarbosta,[3]) Suru, Beauer,[4]) Camesru,[5]) Tetramme, Fennes,[6]) Tersias,[7]) Janot,[8]) Getz,[9]) Cabbara[10]) et gastina Camesie,[11]) Junite, Blutun et gastina Hemelie,[12]) quae est in pertinentiis de Janoth,[13]) et castrum Regis. Hos vero bisantios Jacobus de catena et funda Acconis et, si opus esse videatur, a domo Theutonicorum pignoris loco accipiet necnon casalia Erchat, Saphet et Ancre. — De fratribus: Ludolfus, commendator magnus,[14]) Guntherus marescalcus, Counradus drapparius, Henricus hospitalarius, Henricus de Aneboz, Henricus de Confluencia, Counradus de Nassowe, Andreas de Honlo, Uolricus de Durne,[15]) Eberardus; de baronibus: Odo, comestabulus regni, Balianus de Sydone, Johannes de Ybelino, Garnerus de Egensheim, Alemannus, Aimo de Ostehim, comes Thomas de Acerris, Ricardus Filangerius, marescalcus regni Siciliae,[16]) dominus Ricardus, camerarius imperatoris (Strehlke, p. 51—53, No. 63; cf. p. 125). **1002**

Strehlke, p. 54: [1]) Mebelie, [2]) Tarbuca, [3]) Terbasta, [4]) Beaueer, [5]) Camessrea, [6]) Fenes, [7]) Tercia, [8]) Gianot, [9]) Get, [10]) Cabbera, [11]) Camelie, [12]) Hamelie, [13]) Gianot. [14]) Qui proelio Gazensi a. 1230 interfuit (Eracles, p. 546—547). [15]) Qui annis 1234, 1245—1246 in Germania versatur (Hess. Urkundenb. I, No. 14, 45; Perlbach, Preuss. Regesten, No. 248, 252); ceterum de eo conferas Strehlke in Mitth. f. d. Gesch. Esth., Liv- und Kurlands XI, p. 197). [16]) De eo cf. Del Giudice in Arch. storico per le provincie Neapolit. 1890, p. 766—807; 1891, XVI, p. 93—139, 454—498, 675—716.

„ April., ind. II. Accon. — Fridericus II imperator domui S. Mariae Theutonicorum per manum Hermanni magistri cambium quoddam sigillo confirmat. Postquam enim imperator terram Turoni olim a comite Joscelino possessam ac totam ab ipso imperatore consensu quondam imperatricis Isabellae concessam nunc pace recepit, eam dictae domui assignare statuit, sed Alysa, neptis quondam Honfredi juvenis, hanc terram ipsius juris esse

probavit. Magister vero et fratres privilegium a Guidone rege ejusque uxoris Sibillae consensu datum praesentarunt, quo ipse comiti Joscelino et heredibus Turonum et Castrum novum necnon Maron cum pertinentiis Quabrinquen, Belide, Cades, Lahare, Mees et II Megaras[1]) quibusdam conditionibus confirmavit. Itaque imperator domui praedictae pro terra Turoni et Castri novi concedit Maron et dicta loca necnon VII millia bisantiorum de catena et funda Acconis vel, si redditus inde desint, de aliis regni redditibus annuatim recipiendos confirmat. — Raimundus,[2]) princeps Antiochiae et comes Tripolitanus, Odo de Montebeliardo, conestabulus regni Jerusalem, Balianus, dominus Sydonis, Johannes de Ybelino, Gualterius de Caesarea, Guarnerius Alemannus, Aymo, nepos ejus, Daniel de Talremunde, Helyas de Nazareth, Adam Costa senex, Adam Costa juvenis (H. Bréholles III, p. 123—125; Hennes II, p. 34—37, No. 31; Strehlke, p. 54, No. 66; Böhmer-Ficker, No. 1741). **1003**

[1]) Cf. supra No. 653. [2]) Recte corrigit Bréholles: Boemundus.

**1229** April., ind. II. Accon. — Fridericus II imperator domui Theutonicorum per manum Hermanni magistri VI millia et CCCC bisantios annuatim de catena Acconis et funda recipiendos concedit et sigillo confirmat. — Odo de Montebeliardo comestabulus, Balianus, dominus Sidonis, Johannes de Ybelino, Guarnerius Alemannus, Aymo, nepos ejus, Aymarus,[1]) nepos fratris Aymari[2]) (H. Bréholles III, p. 122—123; Strehlke, p. 55, No. 68; cf. p. 125; Böhmer-Ficker, No. 1742). **1004**

[1]) Strehlke, No. 69 varia lectio: Aymo, Haymo, [2]) ibid. No. 67, 69, 70 additur: de domo Hospitalis.

„ April., ind. II. Accon. — Fridericus II imperator bonorum servitiorum memor, quae Pisani Acconenses sibi contulerunt,[1]) Malpillo, Pipino et Biuto, eorundem consulibus, curiam, qua per Thomam de Acerra, bailliorum imperatoris, privati fuerant, sigillo restituit. — Testes ut supra No. 1004 (G. Müller, p. 96—97, No. 65; Dal Borgo, p. 176—177; Bréholles III, p. 134—135; Böhmer-Ficker, No. 1743). **1005**

[1]) Cf. Burchardus in Mon. Germ. SS. XXIII, p. 383.

„ April., ind. II. Accon. — Fridericus II imperator eisdem consulibus Pisanorum omnia jura ac privilegia, quae in Acconis, Tyri et Joppes civitatibus habent, confirmat. — Testes ut supra No. 1004 (G. Müller, p. 97—98, No. 66; Dal Borgo, p. 178—180; Bréholles III, p. 132—134; Böhmer-Ficker, No. 1744). **1006**

„ April., ind. II. Accon. — Fridericus II imperator iisdem curiam et franchisiam in civitate Hierosolymitana plenam concedit et sigillo confirmat. — Testes ut supra No. 1004 (G. Müller, p. 95—96, No. 64 [cf. p. 443—445]; Dal Borgo, p. 180—181; H. Bréholles III, p. 131—132; Böhmer-Ficker, No. 1745; Tronci, Annal. Pisan. I, p. 430; cf. Archives d. miss. scientif. II, p. 364). **1007**

„ April., ind. II. Accon. — Fridericus II, imperator, Conrado de Hohenloe VI millia bisantiorum de redditu catenae et fundae Acconensis annuatim recipiendos ea conditione concedit et sigillo confirmat, ut homo suus factus cum IX militibus servitia reddat. — Testes ut supra No. 1004 (Albrecht, Archiv f. Hohenlohische Geschichte, Oehringen 1870, II, p. 363—365 [cf. p. 215—238]; Archives de l'Orient latin II B, p. 166—167, No. 3; Böhmer-Ficker, No. 1746). **1008**

**1229** April., ind. II. Accon. — Fridericus II imperator domui Theutonicorum per manum Hermanni magistri domum DCXX marcis argenti ab Johanne de Chonchi emtam et pro alia juxta ecclesiam S. Sepulchri sita, quam ultra marcas eidem dederant, sigillo confirmat et concedit, ut inde usque ad domum jam prius possessam voltam construant, neve tamen plateam publicam domos dividentem impediant. Insuper barbacanam a rege Johanne datam et totam terram, quae consistit inter murum Acconis et mare videlicet a porta, quae dicitur Gaufridi Torti, usque ad locum, ubi finit barbacana praedictae domus, cum stationibus suis confirmat et permittit, ut in eadem terra, salva tamen via publica, quodcunque velint, aedificent. — Testes ut supra No. 1004 (H. Bréholles III, p. 128—129; Strehlke, p. 55—56, No. 70 [cf. p. 126]; Böhmer-Ficker, No. 1747). || Hoc privilegium confirmat (Dec. 1243) Conradus IV (Böhmer-Ficker, No. 4486). **1009**

„ April., ind. II. Accon. — Fridericus II imperator domui Theutonicorum per manum Hermanni magistri domum in civitate Hierosolymitana scilicet in ruga Armeniorum prope ecclesiam S. Thomae sitam, quae fuit quondam Balduini regis, hortum, VI carrucatas terrae et domum, quam fratres dicti ordinis ante amissionem Terrae Sanctae in dicta civitate possidebant, cum pertinentiis donat et confirmat. — Testes ut supra No. 1004 (H. Bréholles III, p. 125 — 127; Hennes II, p. 39—40, No. 34; Winkelmann, Acta imp. inedita II, p. 20 — 21, No. 21; Strehlke, p. 55, No. 69 [cf. p. 123]; Böhmer-Ficker, No. 1748; cf. Altpreuss. Monatsschr. 1882, XIX, p. 639, No. 25; p. 646, No. 12). || Hoc privilegium (Dec. 1243) Conradus IV confirmat (Böhmer-Ficker, No. 4485). **1010**

„ April., ind. II. Accon. — Fridericus II imperator commutationem inter Hermannum, domus Theutonicorum magistrum, et Jacobum de Amigdala factam sigillo confirmat; prior enim casale Mebelie alteri dedit pro casali Trefile et Castro novo, quod dicitur Montfort et a dictis fratribus munitum est, horto et molendino, quae sunt de pertinentiis Trefile. — Testes ut supra No. 1004 (H. Bréholles III, p. 120—121; Hennes II, p. 37—38, No. 32; cf. Strehlke, p. 54—55, No. 67 [cf. p. 125]; Böhmer-Ficker, No. 1749; cf. Altpreuss. Monatsschr. 1880; XVII, p. 281, No. 2; 1882, XIX, p. 639, No. 24; p. 646, No. 11). || Conradus IV (Wormatiae April. 1251) praeter omnia alia privilegia, quae Fridericus II antedictis fratribus confirmaverat, hoc privilegium confirmat (Böhmer-Ficker, No. 4542; v. Pettenegg I, p. 65, No. 236). **1011**

„ April., ind. II. Accon. — Fridericus II imperator a magistro Hermanno et domo Theutonicorum castrum Messeniae (Musanie) et domum quandam Margariti supra portum Brundisii pro VI millibus et CCCC bisantiis de catena et funda Acconis annuatim percipiendis hoc pacto accipit in excambium, ut si solutio non fiat, ipse aliud excambium exhibeat. — Testes ut supra No. 1004 (H. Bréholles III, p. 129 — 131; cf. Strehlke, p. 125; p. 150, No. 153; Böhmer-Ficker, No. 1750; Altpreuss. Monatsschr. 1880, XVII, p. 281, No. 3; Forsch. XXI, p. 498, No. 3). || Hoc privilegium Egidius, electus Tyrensis, et B(artholomaeus), episcopus Ebronensis (16 Jul. 1254, Accon), transsumunt (Altpreuss. Monatsschr. 1882, XIX, p. 630, No. 26; p. 641, No. 40). **1012**

„ April., ind. II. Accon. — Fridericus II supradictam (No. 1004) commutationem inter fratres Theutonicos et Jacobum de Amigdala factam

confirmat. — Balianus, dominus Sydonis, Odo de Monte Beliardo, comestabulus regni Jerosolymitani, Johannes de Ybelino, Thomas, comes Acerranus, balivus regni Jerosolymitani, Ricardus Filangerius, marescalcus «noster», Garnerius Alemannus (H. Bréholles III, p. 117—120; Strehlke, p. 54—55, No. 65; Böhmer-Ficker, No. 1751). **1013**

**1229** April., ind. II. Accon. — Fridericus II imperator Montis pessulanis, qui adhuc in navibus Massiliensium Accon venire soliti nunc, quum eidem in banno imperii versentur, praedictam urbem in aliorum navibus adeunt, concedit et sigillo confirmat, ut de rebus et mercimoniis suis ad catenam idem tributum quod antea solvant. — Balyanus, dominus Sydonis, Oddo de Montebelyardo, comes(tabulus) regni Hierosolymitani, Thomas, comes Acerrae, balius ejusdem regni, Johannes de Ybelino, Guarnerius Alemannus, Aymarus, nepos fratris Aymari (Winkelmann, Acta inedita I, p. 272, No. 302; Böhmer-Ficker, No. 1752). **1014**

„ Maj. Accon. — Geroldus, patriarcha Hierosolymitanus, omnibus Christi fidelibus, quis fuerit in Terra Sancta Friderici II processus, denuntiat incusans, quod ille post suum apud Accon reditum fratribus Templi et viris religiosis injurias et damna enumerata intulerit (Matthaeus Paris III, p. 179—184; H. Bréholles III A, p. 135—140). **1015**

„ Maj., ind. II. Tyri. — Fridericus II imperator Johanni de Bagnolo pro servitiis ipsi exhibitis in urbe Hierosolymitana donat et sigillo confirmat domum, quae fuit quondam Petri nunc vero ab imperiali curia tenetur et juxta veterem bocheriam sita est, cum omni propresio et pertinentiis necnon balneum, quod ante faciem ipsius domus est, via publica intercedente. — Balianus, dominus Sydonis, Garnerius Alemannus, Aymo nepos ejus, Daniel de Talremunde, Aymericus Chenardus, Aymarus juvenis, Menabove et alii (Winkelmann, Acta inedita I, p. 273, No. 303; Böhmer-Ficker, No. 1755). **1016**

„ Jun., ind. II. Nicosiae. — Henricus, rex Cypri, domui Theutonicorum et Hermanno magistro casale Clavodie, sicut Johannes de Milmars possederat, cum pertinentiis et domum, quae fuit Druonis de Bedort, cum ambitu suo Nicosiae, quum domos, quas Haymericus II, quondam rex Cypri, eidem domui Nicosiae sitas dederat, aquitarit, concedit et sigillo confirmat. — Guillelmus de Riveto, Aymericus Barlays, Amalricus de Bessano, Gauvanus, Hugo de Gibeleto (Strehlke, p. 56, No. 71; cf. p. 127). **1017**

„ Nov., ind. III. Saonae. — Methafardinus,[1] dominus Saonae, Venetis per manum Johannis Succugullo in dominio suo securitatem et liberum commercium concedit et sigillo confirmat (Tafel-Thomas II, p. 272—273, No. 275; cf. Archives d. miss. scientif. II, p. 354; Heyd I, p. 376). **1018**

[1]) Mozaffer ad-dîn.

„ Dec., ind. III. Adalappi. — Mellechallis,[1] soldanus de Alappo, Venetis per manum Johannis Succugullo, in regno suo securitatem, et liberum commercium, ad pontem [2]) fondicum ad hospitandum, Litiae ecclesiam, curiam, bajulum et furnum, Adaleppi fondicum, curiam et bajulum concedit et sigillo confirmat (Tafel-Thomas II, p. 274—276, No. 276; cf. Archives d. miss. scientif. II, p. 353; Marin IV, p. 246—248; Heyd I, p. 377). **1019**

[1]) Mâlik al-Aziz (1216—1236). [2]) Keschfahân, de quo supra No. 826, not.

**1230** Octob. Accon. — Radulfus, abbas S. Mariae de Josaphat, suo et praesentis G(eroldi), patriarchae Hierosolymitani, sigillo confirmat, Johannem de Canay [1]) domui Theutonicorum casale K(e)issereth cum gastina Mahus per manum fratris Haymonis, vices gerentis magistri scilicet Hermanni, vendidisse et Haymonem pro XXX bisantiis annualibus, quos Radulfus ab Johanne de dictis casalibus acceperat, eidem L annuales concessisse scilicet XXIV de domo, quam a domo Theutonicorum Rollandus de Tercenal [2]) tenebat, et XXVI de gastina quadam, domunculis et logiis civitatis recipiendos. Haec vero domus sita est in platea, qua itur ad catenam, in vico inferiori prope mare et gastina ab oriente contigua est gastinae Haymonis, militis Alemanni, ab occidente viae publicae, quae ducit ad albergam Hospitalis, a meridie viculo cuidam, a septentrione curiae archiepiscopi Nazareni. — P(etrus), archiepiscopus Caesariensis, Thomas, ejusdem ecclesiae archidiaconus, et Guillelmus canonicus; fratres: Stephanus, Johannes, Mel, Hugo et Petrus, monachi S. Mariae de Josaphat (Strehlke, p. 57—58, No. 73; cf. p. 121). **1020**

[1]) Non commutandus cum Johannes Caym (Joinville, § 412, 415). [2]) Delaborde, p. 97: Terceval.

„ Octob. (Dec.). — Haymo, vices gerens Hermanni magistri domus Theutonicorum, excambium in antecedenti (No. 1020) charta memoratum suo et Geroldi, patriarchae Hierosolymitani, sigillo confirmat. — P(etrus), archiepiscopus Caesariensis, Thomas, ejusdem ecclesiae archidiaconus; de fratribus Theutonicis: Luttolfus praeceptor, Gonterus [1]) marescalcus, Conradus Dessohen [2]) castellanus, Henricus de Pluiose, Bruno, [3]) minor praeceptor (Strehlke, p. 58—60, No. 74; Delaborde, p. 97—99, No. 47). **1021**

Delaborde, p. 98: [1]) Gouterius, [2]) Dessoen, [3]) Brumo.

**1231** Febr. 28. Laterani. — Gregorius IX universis ecclesiarum praelatis mandat, quum litteris Friderici II imperatoris, G(eroldi), patriarchae Hierosolymitani, magistrorum (Bertrandi?) Hospitalis et (Hermanni) Templi certior factus sit, regem Persarum, [1]) pluribus civitatibus et aliis locis captis, exterminium Terrae Sanctae anhelare, ut subditos suos ad dictae terrae succursum excitent (Raynaldi, Annal. 1231, § 55; Mon. Germ. Ep. I, p. 348—349, No. 433; cf. Ficker-Winkelmann, No. 6831). ‖ In eundem fere modum (25 April. 1231) Angliae et Franciae regibus (ibid. p. 353, No. 438; Potthast, No. 8724). **1022**

[1]) De invasionibus Tartarorum cf. Abulfeda in Rec. d. hist. d. croisad., aut. arab. I, p. 108; Journ. asiat. 1858, XI, p. 210—248; Brosset, Hist. d. Géorgie, addit. p. 309—317.

„ Mart. 5. Laterani. — Gregorius IX papa (Eustorgio), archiepiscopo Nicosiensi, mandat, ut B(alianum III), filium domini Beritensis, qui cum E(schiva), filia quondam G(ualterii) de Montebeliardo, G(erardi) de Monteacuto relicta, quae tertio et quarto gradu consanguinitatis attingebat eum, matrimonium seu contubernium potius contra interdictum archiepiscopi ac Pelagii, tunc S. A. legati, contraxerat et archiepiscopum, ut Accon fugeret, coegerat, necnon monachos Graecos male de fide catholica sentientes excommunicatos publice nuntiet (De Mas Latrie III, p. 629—630; Potthast, No. 8673). **1023**

„ Jul. 19. Accon in domo patriarchae. — Giroldus, patriarcha Hierosolymitanus ac S. A. legatus, epistolam Gregorii IX 4 Aug. 1228 ad

ipsum datam[1]) repetens coram J., Paphensi episcopo, Bonovassalo de Aldo et D. Albanes, canonico Nicosiensi, E(ustorgii), Nicosiensis archiepiscopi, T., Nimociensis, A., Famagustani, episcoporum eorumque capitulorum procuratoribus ac procuratoribus adversae partis pronuntiat, regem ac nobiles regni Cypri conventioni de decimis factae oboedire teneri (De Mas Latrie, Hist. III, p. 631 et in Archives de l'Orient latin II A, p. 217—218). **1024**

[1]) Qua Geroldo mandatur, ut compositionem supra No. 938 laudatam firmiter observari faciat (Potthast, No. 8250).

**1231** Aug. 11. Reate. — Gregorius IX (Mâlik al-Kâmil), soldanum Aegypti, rogat, ut mercatores Anconitanos, quos Alexandriae capi jusserat, cum omnibus bonis libertati restituat (Raynaldi, Annal. 1231, § 56; Mon. Germ. Ep. I, p. 362, No. 449; Auvray, No. 699; Potthast, No. 8784). ‖ Innocentius IV a. 1245 civibus Anconitanis libertatem emendi et vendendi in urbe Accon confirmat (Potthast, No. 11757—11759; Berger, No. 1404—1407); eosdem 28 Mart. 1224 Fridericus II certiores fecit, se Januenses, qui propter dissensionem inter ipsos et Pisanos exortam urbem Acconem appelli desierint, epistolis et nuntiis adhortatum fuisse, ne a dicto portu declinarent, eosque, quod mandatum fuit, exequi spopondisse, itaque eosdem commonuit, ut dictos Januenses denuo appulsuros foveant ac tueantur (Winkelmann, Acta inedita I, p. 241, No. 263; Böhmer-Ficker, No. 1526; cf. Heyd I, p. 157, 318, 346). **1025**

„ [1]) Sept. 11. Accon. — Castellana, uxor Arnulfi aurificis filiaque quondam Raimundi Barlerii, domui Theutonicorum II carrucatas terrae et voutam in casali Saphet sitas, G(eroldo), patriarcha Hierosolymitano, sigillante, donat (Strehlke, p. 60, No. 75; cf. p. 122; Altpreuss. Monatsschr. 1882, XIX, p. 640, No. 29; p. 646, No. 14; Forsch. XXI, p. 499, No. 15). **1026**

[1]) Charta: 1222, quo anno Geroldus nondum patriarcha fuit. Quum vero Geroldus, inimicorum Friderici II fautor, a Gregorio IX valde vituperatus (17 Jun. 1232) et (7 Jul. 1232) in Italiam venire jussus fuisset (Mon. Germ. Ep. I, No. 467, 468; cf. 469, 474—475), pro 1222: 1232 legere non licet, sed quum autumno anni 1231 in urbe Accon constitutus memoretur (Paoli I, p. 120, No. 112), hic annus praeferendus esse videtur.

„ Sept. 28. — Balianus, dominus Sydoniensis et regni Hierosolymitani bajulus, sigillo confirmat, Nicholaum, filium filiae Sait scribae, feodum suum apud Manuetum situm in curia regia vendendum exposuisse et juxta consuetudinem regni in civitatibus Acconis, Tyri et Caesareae venditionem proclamari fecisse et tandem Hospitali ejusque magistro Garino [1]) necnon fratri Guillelmo de Tyneriis,[2]) praeceptori Acconensi, pro MDC bisantiis vendidisse. — Odo, regni constabulus, Guarnerius Alemannus, Jacobus de Agmidalea, Haymarus de Leyron, Monabeu, Nicolaus Antelmi (Paoli I, p. 255, No. 214; cf. Lois [ed Beugnot] I, p. 640 not.). **1027**

[1]) Sine nomine gentis (Eracles, p. 394, 404), de cujus sigillo Delaville le Roulx in Mém. d. antiq. de France 1880, XLI, p. 70. Alter Garinus antecessor vocatur de Monte acuto (de cujus sigillo ibid. p. 70). [2]) Gestes, p. 68.

„ Sept. Biblii. — Vassalus, episcopus Bibliensis, abbati et conventui de Firmitate scribit, se ipsorum fratrum Andreae et Egidii in Syriam profectorum alterum retinuisse, sed nunc eundem remittere, ac rogat, ut ipsi locum et possessiones, videlicet Sanctum Sergium, domum de civitate, duo casalia, jardinum, vineas et olivetas cum aliis bonis suscipiant ad abbatiam

ibi aedificandam, quae aedificari jamdiu coepta fuerit (Chartes de l'abbaye de St.-Serge de Giblet in Mém. d. antiq. de France XLVIII, p. 23—25). **1028**

**1231** Octob. 8, ind. IV. Accon. — Garinus, magister Hospitalis, rectorem Hospitalis S. Sisimundi Marguisium, syndicum actorem et procuratorem in omnibus causis, quas dicti ordinis fratres in curia Romana habent vel habebunt, sigillo apposito constituit (Röhricht, Amalrich I, p. 492, No. 6). || Antedictus Marguisius in causa, quae procuratorio nomine cum hospitalario Osnelli Pistoriensis diocesis habet, Simonem, chartae portitorem, Rainerio, S. Mariae in Cosmidin cardinali diacono, procuratorem et syndicum suum commendat (ibid.). **1029**

„ Octob. 27. Accon in palatio patriarchae. — G(eroldus), patriarcha Hierosolymitanus, Sedis Apostolicae legatus, pacem inter magistrum Hospitalis et Boemundum IV, principem Antiochiae comitemque Tripolis, his conditionibus factam sigillo confirmat.[1]) Primum magister principi remittit omnia privilegia Hospitali per Rupinum quondam principem data in civitate Antiochena et dominio ejusdem civitatis praeter civitatem Gabuli et castellum Vetulae et obliviscitur omnia damna ab eodem principe domui illata, princeps autem Hospitali donat CCCXVI bisantios annuatim in civitate Tripolis et DCCCLXXIII bisantios annuatim in civitate Antiochiae recipiendos et obliviscitur omnia damna sibi a fratribus illata (Paoli I, p. 120, No. 112; cf. p. 523). **1030**

[1]) Cf. Delaville le Roulx in Mém. d. antiq. de France 1886, XLVII, p. 229—230.

„ Octob. 27. Accon (gallice). — Boemunz IV, princeps Antiochenus et comes Tripolitanus, consensu Bohemundi (Boemund) et Henrici (Henri) filiorum Hospitali gastinam Cellorie,[1]) quam ab Johanne Nicephoro (Johan Nichefor), homine principis ligio, dono et emptione acceperant, sigillo confirmat. — P(etrus), Caesariensis (de Cezaria), H(ugo), Tyriensis (de Sur), Hugues, Nazarenus, archiepiscopi, B(alian), sires de Saesta, O(do) de Monbelyart, constabularius regni Hierosolymitani, Garners Lalemans, B(ohemundus), dominus del Botron, Thomas, marescalcus Antiochiae, Raols, dominus del Pui, Jaques de Monteigni (Delaville le Roulx, p. 169 — 170, No. 68 [cf. p. 24]). **1031**

[1]) p. 170 in dorso: Sellorie. Hic locus jam supra (No. 314) Saloria vocatus idem esse videtur ac Saluara, cujus mentionem faciunt textus assyrici, vel 'Ain as-sallûr prope Antiochiam (Sachau in Sitzungsber. d. Berliner Academie d. Wissensch. 1892, XXI, p. 329 — 334; ibid. p. 325 de Montanis Nigris, p. 326 de S. Simeone, burdsch ar-rassâs, as-sûweidîjeh, p. 326 de Darbessâk, p. 336—338 de Athareb agitur).

„ Octob. 27. Accon (gallice). — Boemund IV, princeps Antiochenus et comes Tripolitanus, consensu filiorum Boemund et Henry, Hospitali per manum Gerini magistri DCCCLXXIII bisantios in civitate Antiochiae scilicet de commercio Antiocheno, eoque deficiente de tanaria sive de assisia vini, vel piscationis et his omnibus deficientibus de ceteris redditibus percipiendos donat et sigillo confirmat. — P(etrus), Caesareensis, H(ugues), Tyriensis, Hugues, Nazarenus, archiepiscopi, B(alianus), dominus de Saesta, O(do) de Monbelyart, constabularius regni Hierosolymitani, Garners Lalamans, B(oemundus), dominus de Betairo,[1]) Thomas, marescalcus Antiochiae, Raols, dominus del Poi,[2]) Jacques de Monthagnhec[3]) (Paoli I, p. 121, No. 113; cf. p. 524). Hoc

[1]) Alias: Botron, Botrys. [2]) Alias: dou Pui (dou Conestable). [3]) Alias: de Monteigni.

privilegium (c. 1250) P(etrus), episcopus Valeniae, se vidisse confirmat (Delaville le Roulx, p. 23). **1032**

**1231** Octob. 27. Accon (gallice). — Boemund IV, princeps Antiochenus comesque Tripolitanus, consensu filiorum Boeumund et Henry Hospitali per manum magistri Gerini CCCXVI bisantios annuatim in civitate Tripolis IV terminis percipiendos sigillo concedit scilicet de funda, eaque deficiente de gruyeria vel officina saponis vel de tanaria et his omnibus deficientibus de aliis redditibus. — Testes ut supra No. 1032 (Paoli I, p. 122—123, No. 114; cf. p. 524). **1033**

„ Dec., ind. V. Ravennae. — Fridericus II imperator precibus Hermanni, fratrum Theutonicorum magistri, eisdem donat et sigillo confirmat terram incultam territorii Acconensis, quae sita est de horto episcopi Acconensis usque ad (terminos terrae Januensium) turrim S. Spiritus et alio latere de via, quae ducit ad Saphet, usque ad fluvium. — Balianus, dominus Sydoniensis, Oddo de Montebeliardo, regni Jerosolymitani conestabulus, Warnerus Theutonicus . . . . . Zacharias, senescalcus Antiochenus . . . . (Duellius, Hist. equit. Teuton. II, p. 7; Bréholles IV, p. 278—279; Strehlke, p. 60—61, No. 76 [cf. p. 123]; Böhmer-Ficker, No. 1919; v. Petenegg I, p. 51, No. 179; cf. Altpreuss. Monatsschr. 1880, XVII, p. 281, No. 4; 1882, XIX, p. 640, No. 24; p. 646, No. 13). || Hoc privilegium repetit (Dec. 1243) Conradus IV (Böhmer-Ficker, No. 4483). **1034**

**1232** April. 9. — Gregorius IX papa abbati et conventui Episcopiae Lapaïs, Nicosiensis diocesis, mandat, ut (Eustorgio), Nicosiensi archiepiscopo, debitam obedientiam exhibeant et (Albertum), patriarcham Antiochenum,[1]) Apostolicae Sedis legatum, (Anselmum?), archiepiscopum Appamiensem, et P., canonicum Antiochenum, procuratores et judices constitutos fuisse, confirmat (De Mas Latrie III, p. 632—633 [cf. I, p. 189]; Potthast, No. 8917). **1035**

[1]) Successor Rainerii patriarchae, antea episcopus Brixiensis, de quo Röhricht in ZDPV. X, p. 4—5; Gestes, p. 77; Mon. Germ. Ep. I, No. 479, 534, 628, 641, 660—661; Potthast, No. 9421, 9917; Böhmer-Ficker, No. 2052. A. 1243 legatus S. Apostolicae (Berger, No. 304), a. 1245 paci inter Innocentium IV et Fridericum II reformandae operam dat (H. Bréholles VI A, p. 266—267; Berger, No. 1358—1359; Mon. Germ., Ep. II, No. 110, 116; Potthast, No. 11644) et ante 22 Jul. 1246 mortuus memoratur (Berger, No. 2026 — 2027). Successor ejus anonymus ab Octob. 1247 vocatur in Berger, No. 3299, 3300, 3368, 3662—3663, 3667; cf. ZDPV. X, p. 4—5.

„ April. Accon. — Johannes de Ybelino, dominus Berithi, et Johannes, dominus Caesareae, sigillis suis appositis plegios ac defensores Gerini, Hospitalis magistri, pro domibus se constituunt, quas Johannes de Ybelino, filius defuncti Philippi de Ybelino, in curia Acconensi vendiderat, quibus cohaerent domus Hospitalis, in quarum una habitat principissa, et domus quaedam domini Manaboi, retro vero doga fossati civitatis, ante via publica. Has igitur domos praedicti defendere et garantizare promittunt ab Aelisia comitissa, uxore quondam Philippi de Ybelino, ejusque filia Maria. — Stefanus Boutier,[1]) vicecomes Acconensis, Guido Antelmi, Bernardus de Conchis, Andreas de Vienna, Raimundus de Conchis, Alanus, Iterus, Seignoretus, jurati curiae Acconensis (Paoli I, p. 292, No. 14; cf. Lois [ed. Beugnot] II, p. 23, not.). **1036**

[1]) Butticularius, bouteiller.

**1232** Jun. 10, ind. IV. Famagusta. — Henricus, rex Cypri, Januensibus per manum Ingonis Ferrarii et Guillielmi de Orto, consulum et vicecomitum Januensium in Syria, liberam curiam, immunitatem, casale de Spoire Nicosiae vicinum et in civitatibus Nicosiae, Famagustae et Paphi domos quasdam concedit et sigillo confirmat. — Johannes de Ibelino, dominus Bitensis (sic),[1] Johannes, dominus Caesariensis, Johannes de Ibelino junior, Ansaldus de Bya (sic),[2] Johannes de Antiochia, Guillielmus vicecomes, Johannes Delmort,[3] Balduinus Delmort, Poncardus,[4] Guillielmus Reimundi, Bertrandus de Balma, Paulus Philippus Lebel,[5] Reimundus de Furno, Guillielmus de Mongizarde.[6] Datum per manum Bonivasalli de Aldo, regni Cypri cancellarii.[7] — Guilelmus de Georgio, sacri imperii notarius, de mandato Guidoti de Rodobio, Januae potestatis, coram Rubeo de Arto, magistro Alberto de Casali et Janunio Osbergerio scribis communis ex autentico Nicolosi de S. Laurentio transscripsit (Liber jurium I, p. 899—902, No. 693; De Mas Latrie II, p. 51—56; cf. I, p. 284—285; Carlo Pagano, p. 21; Olivieri, p. 63, No. 9, § 2; Serra IV, p. 141; Heyd I, p. 362). **1037**

[1]) Beritensis. [2]) Brya. [3]) del Morf. [4]) Pontaldus. [5]) lo Bel. [6]) Mongisard. [7]) De quo Berger, No. 3698—3699, 3712 (Potthast, No. 12869, 12870).

„ Sept. 30. Accon. — Aelis, regina Cypri, coram Odone (de Montebelliardo), regni Hierosolymitani constabulario, Philippo de Troies, vicecomite Acconensi, et juratis infrascriptis sigillo confirmat Girino, Hospitalis magistro, se domum, quae fuit reginae veteris, cum pertinentiis alicui religioni ordini nec vendituram, nec testamento daturam esse, si dicti fratres eam emere velint. — Guido Antelmi, Raimundus de Conches, Petrus de Sauuenic, Alanus, Yterus, Seignoretus, Rainerus campsor (Paoli I, p. 256, No. 215). **1038**

„ Octob. 4. Extra Accon in vinea Hospitalis, quae vocatur Mahomeria. — P(etrus), Caesariensis, et H(enricus), Nazarenus, archiepiscopi, R(adulfus), Lyddensis episcopus, A(rmandus) Petragoricensis,[1] Templi magister, G(irinus), Hospitalis magister, arbitri et compositores electi in causa, quae inter E(ustorgium), archiepiscopum Nicosiensem, et episcopos Cypri ex una parte et H(enricum I) regem ac nobiles Cypri ex altera de decimis quibusdam vertebatur, compositionem olim de eadem re Pelagio Apostolicae Sedis legato mediante factam [2]) repetunt et sigillis appositis amplificant. — Odo, constabularius regni Hierosolymitani, J(ohannes), dominus Caesareae, J(ohannes) de Ybellino, filius quondam Philippi de Ybellino, frater A(rnaldus) de Monte Bruno, marescalcus Hospitalis, frater G(erardus) de Broges, frater B(alduinus) de Benraiges [3]) domus Templi, prior S. Catharinae, A. cantor, G(uillelmus) thesaurarius et Jacobus, canonici Caesarienses, B., cantor Tripolitanus, B., cancellarius Cypri, Maineboef miles. Petrus, Caesariensis, Henricus, Nazarenus, archiepiscopi, Raoulf, Liddensis episcopus, frater Girinus, custos sigilla apposuerunt (De Mas Latrie III, p. 633—636). **1039**

[1]) Antea magister Templi in Sicilia et Calabria (Böhmer Ficker, No. 1763), hoc loco primo magister ultramarinus vocatur. Pugna 17 Octob. 1244 apud Gazam commissa occisus (Chron. de Mailros, p. 156; Matthaeus Paris IV, p. 311) vel captus (ibid. IV, p. 342; Gestes, p. 145, 147) et in carcere mortuus est (Eracles, p. 430; cf. Courzon, § 545). [2]) Cf. supra No. 938. [3]) Alias: Beuraje, apud Courzon, Règle d. Templiers § 618, 640 vocatur s. a. commendator Cypri.

**1233** Febr. 15. Anagniae. — Gregorius IX religionis christianae principia exponens (Mâlik al-Aschraf), soldanum Damasci, hortatur, ut fratres Minores ad ipsum pro sua et suorum salute destinatos libenter suscipiat et diligenter audiat (Raynaldi, Annal. 1233, § 16—22; Wadding, Annal. Minorum II, p. 314—315; Mon. Germ. Ep. I, p. 410—412, No. 512; Potthast, No. 9093). || Iisdem verbis (26 Maj. 1233) scripsit caliphae de Bagdad (Mon. Germ. Ep. I, p. 422—423, No. 527). Ex chronico arabico constat, a. 1233 nuntios Friderici II Damasci soldanum cum multis xeniis adiisse (Rec. d. hist. d. croisad., aut. arab. II, p. 196). **1040**

„ Mart. (gallice). — Buemunz V, princeps Antiochiae et comes Tripolis, Pisanis privilegia, quae ab Raimundo, comite Tripolitano, acceperant et in eadem civitate tenebant, sigillo confirmat. — Henri(cus), frater Boemundi, B(oemundus), dominus del Botron, Gui, dominus de Gibelet, Johan(nes), dominus de Marecle(a), Thomas de Han(m), constabularius Tripolis, Johan(nes) Arra, Hugue Fermin. Datum principatus et comitatus anno I (G. Müller, p. 99, No. 68 [cf. p. 445—461]; Dal Borgo, p. 182; cf. Archives d. miss. scientif., l. c. II, p. 352; Heyd I, p. 323). **1041**

[1]) Alias: Femium.

„ Mart. (gallice). — Boemund V, princeps Antiochiae et comes Tripolis, Pisanis privilegia, quae in toto suo dominio habebant, sigillo confirmat. — Testes ut supra No. 1041 (G. Müller, p. 99—100, No. 69; Dal Borgo, p. 183). **1042**

„ Jun. 18, ind. VI. Tyri in domo archiepiscopi. — Albertus, patriarcha Antiochenus et Sedis Apostolicae legatus, confirmat concordiam, diuturna lite dijudicata, inter Hermannum, Templi et Garinum, Hospitalis, magistros talibus conditionibus factam fuisse. Primum Albertus statuit, ut treuga, quam fratres Hospitalis inierunt cum soldano Alapiae de facto Gabuli, per Templi fratres quoque firmanda sit et iidem medietatem Pariae habere debeant, quamdiu treuga valeret, salva terra partitionis, quam hospitalarii hactenus tenuerunt et tenent, quae est trans fluvium Belnae et citra, quam templarii custodire tenentur; treuga vero finita, templarii Gabulum tenebunt ejusque terram secundum quod hospitalariis noscitur pertinere in appaltum pro MC bisantiis II anni terminis in perpetuum solvendis. Templariis licebit ire et redire per portam, quam habet Hospitale in muro, qui extenditur versus mare prope portum Margati, et per maritimam et per viam, quae est inter barqle et ravinam, quae extenditur usque ad mare et per omnes vias stabilitas vel stabiliendas, salva terra partitionis superius vocata et treuga ab Hospitali cum Saona facta. Si enim templarii bellum Saonae illaturi sunt, ab hospitalariis non adjuvabuntur neque hospitalarii ab templariis, Saonae bello indicto; hospitalarii autem tenebuntur templariis succurrere cum Gabulo bellantibus secundum quod in conventionibus fratris Gaufridi de Donzon et fratris Philippi de Pleseiz, quondam magistrorum Templi et Hospitalis, continetur, et si templarii pacem fecerint cum Gabulo, eandem Hospitalarii tenebunt et vice versa. Si vero Gabulum a christianis captum erit, ipsum dividetur secundum privilegium quondam Pelagii cardinalis. — (Hugo?), Tyrensis archiepiscopus, (Robertus?), Tripolitanus, (G.?), Sydonensis, (Galerannus?), Beritensis, episcopi, magister scolarum, Obertus, canonicus Antiochenus (Paoli I, p. 123—124, No. 115; cf. p. 524; Delaville le Roulx, Docum., p. 22, No. 15; cf. supra No. 949). **1043**

**1233** Jun. — Vassalus, episcopus Bibliensis, abbati et conventui S. Firmitatis ordinis Cisterciensium domum S. Sergii et omnes possessiones suas pro abbatia Cisterciensis ordinis facienda salva tamen ratione ecclesiae Bibliensis, scilicet quod abbas dictae domus S. Sergii episcopo Bibliensi obedientiam debeat, consensu omnium canonicorum capituli scilicet Raimundi cantoris, Salvi archidiaconi, Amarrici subdiaconi et Laurentii sacerdotis sigillo suo confirmat (Chartes de l'abbaye Cistercienne de St. Serge de Giblet in Mém. d. antiq. de France XLVIII, p. 25—26). **1044**

„ Sept. 30, ind. VI. Accon in curia patriarchae. — Hugo, abbas Dominici Templi, consensu canonicorum videlicet Nicolai prioris et Johannis de Alvernia, Johannis et Bartholomaei, laicorum conversorum et fratrum ipsius ecclesiae, coram G(eroldo), patriarcha Hierosolymitano, confirmat, se pro emendis quibusdam domibus, quae fuerunt Constantini Brictii et in ruga Provincialium Acconensi sitae sunt, Eustorgio, Nicosiensi archiepiscopo, praestariam quandam [1]) vendidisse. — A., episcopus Liddensis, N(icolaus), decanus Acconensis, P., abbas Montis Tabor, magister Guillelmus Durandus, canonici Nicosienses; fratres Johannes de Aaras, Guillelmus de Berbisi, Johannes, prior Episcopiae. — Gerardus, quondam Benenati Cascinensis filius, judex imperialis et Pisanorum notarius publicus, scripsit, G(eroldus) patriarcha et Hugo, abbas Dominici Templi, sigillaverunt (De Mas Latrie, Hist. III, p. 636—637 et in Archives de l'Orient latin II A, p. 219—220). **1045**

[1]) Alias: prastia sive praedium.

„ Octob. 3, ind. VI. Accon. In palatio Odonis constabularii. — Odo de Montebeliardo, constabularius regni Hierosolymitani, litem, quae inter domos Templi et Hospitalis ex una parte et cives Massiliae ex altera diu versabatur, disceptat. Domini enim et vicecomites quondam Massiliae scilicet Doncelinus et Hugo, Raimundus de Baucio, Geraldus Ademarii de Montilio et Raimundus Gaufridus de Tritis praedictis domibus concesserant, ut in portu Massiliae naves habere et inde navigare possent, quocunque vellent, sed Massilienses haec privilegia pro nihilo aestimantes eis multa damna et injurias intulerunt. Postquam vero consul Massiliensium Acconensis Johannes de S. Hilario, se a R., comite Tolosano et domino Massiliae, mandatum ac potestatem de hac re respondendi habere, negavit, tandem inter domorum magistros de una parte et Rostagnum de Podio Alto et Guicelminum de Caranzon nomine Massiliensium de altera parte constitutos, dicto Odone et Johanne de Ybelino, domino Beriti, mediantibus, pax et concordia facta est. Itaque Rostagnus et Guicelminus privilegium per manum Guillelmi Imberti, publici notarii, bullatum et a communitate Massiliensium atque comite Tolosano datum agnoverunt, quo conceditur, ut domus Templi et Hospitalis in Paschae et Augusti passagio quibusdam conditionibus binas naves onerare et usque ad MD peregrinos in illis recipere possint, Hermanno de Peragors et Gerino de Monte acuto, Templi et Hospitalis magistris, Rostagno et Guicelmino sigillantibus. — Odo de Montebeliardo, constabularius et bajulus regni, Johannes de Ybelino, dominus Beryti, Johannes, dominus Caesareae, Gauterius de Flori, Anricus de Nazareno, Maccabaeus milites; fratres Templi: Balduinus de Beuraje, [1]) Renaldus Alamannus, Jacobus del Lois, commendator domus Templi Acconensis, Geraldus de

[1]) De quo supra No. 1039, not. 3.

Jussac, Guilelmus Arnaldi; fratres Hospitalis: Arnaldus de Montbrun marescalcus, Guillelmus de Monte acuto drapperius, Rogerius Hispanus, Guilelmus de Castronovo, Nivelon, Rainerius Alemanus. — Petrus de Corveria, publicus notarius, scripsit (Paoli I, p. 124—126, No. 116; cf. p. 524—526). **1046**

**1233** Octob. 24, ind. VI. Accon in palatio reginae veteris. — J(ohannes) de Ibelino, dominus Beryti, O(do) de Montebelliardo, constabularius Hierosolymitanus, B(alianus) de Ibelino, dominus Sidonis, J(ohannes), dominus Caesareae, R(ohardus), dominus de Caypha, J(ohannes) de Amandoleto consuli Januensium Petro de Mari in absentia collegae consulis Picamilii pollicentur, se clam Januensibus cum Pisanis infra VI annos sequentes nullum foedus facturos esse. — Simon Bolletus, Montanarius de Marino. Petrus Petri Rufi notarius scripsit (De Mas Latrie II, p. 58, Not. 1; Giorn. Ligust. IV, 1877, p. 22; cf. Olivieri, p. 59—60; Canale, Nuova istoria della republica di Genova 1860, II, p. 291; Archives d. miss. scientif. II, p. 363; Heyd I, p. 341). **1047**

( „ Octob. sub finem). — Constantinus, dominus de Lampron,[1]) fratribus Hospitalis per manum Guarini de Monte acuto casale de Guvaira concedit et confirmat (Nouv. traités de diplom. IV, p. 703; Daunou, Études hist. III, p. 503, 505; Langlois, Trésor, p. 140, No. 17 et in Mém. de l'acad. de St.-Pétersbourg 1861, III, p. 26; cf. Dulaurier, Recherches I, p. 125—126). **1048**

[1]) Quem Gregorius IX sub protectionem Sedis Apostolicae suscepit (Potthast, No. 10290); ceterum cf. Gestes, p. 20, 29, 30, 105; Eracles, p. 347, 402, 405.

„ Dec. 2, ind. VI. Nicosiae in palatio regis. — Henricus I, rex Cypri, et Johannes de Ybellino, dominus Baruti, Johannes, dominus Caesareae, et Balianus de Ybellino, Johannes de Ybellino juvenis, Balduinus et Ugo de Ybellino, Arnaix de Gibelleto,[1]) Johannes (de) Bria et Penciardus, Philippus de Caffra, Beltranus de Claperio, Heustachius Canis, Gaufredus Taurus, Johannes Pellavila, Philippus de Novaria, Jofredus lo Polli, Aimericus li Reix, Guillelmus Raimundi, Raynaldus Luxer, Raimundus de Furno, Guido de Crexi, Nicolas Capa,[2]) Robertus de Mongissart, Johannes de Hospitali, Johannes de Mimarch,[3]) Paulus de Neapoli, Thomas de Chevida, Lambertus Marescalc., Petrus Ferrandus, Ridam Maffe, Simon Pelladus, Bartholomaeus de Conci, Andreas Hoxon, Guillinus de Malenbec, Thomas Bedoinus, Arnulf Bedoinus, Arnaldus Forzon, Philippus lo Bel, Johannes Helye, Johannes de Crissico, Guillielmus Estribot, Johannes de Ermenia, Baldoinus de Morfo, Ansaldus de Chevida, Gerardus de Ganges, Guido Taurus, Guillelmus de Losana, Johannes Bordinus, Philippus de Gibellet, Ugo Canis Castellano de Savignono constituto et misso legato a Petro de Mari et Piccamiglio, consulibus et vicecomitibus in Syria pro communi Januae constitutis, in toto regno Hierosolymitano et Cyprio omnes Januenses a calendis Junii venturi usque in quinque annos tueri et defendere pollicentur. — Bonus Vassalus de Aldo, Johannes de Guidone, Guido Embriacus, Bonus Vassalus Embriacus, Vivaldus de Vivaldo. — Jacobus Petri Rufi, sacri imperii notarius, scripsit (De Mas Latrie II, p. 56—58; cf. I, p. 302—303). **1049**

[1]) De eo Lois (ed. Beugnot) I, p. 384, 570. [2]) De eo ibid. p. 529; Röhricht, Studien, p. 94. [3]) Alias: Mimars.

**1234** Jan. 12, ind. VI. Caphae in aula domini R. — R(ohardus II), dominus Caphae, in plena curia Januensibus per manum Petri de Mari et Picamilii consulum liberum commercium ac securitatem in toto suo dominio confirmat. — Balduinus de Montegisardo, Daniel de Molenbech junior, Guillielmus Carcail, Rainaldus juvenis, Matthaeus, vicecomes Caphae, Ugo Dauzurre, Thomas de Guino, Conradus Porcellus, Symon Panzanus, Jacobus de Levanto, Guillielmus Henrici drapperii, magister Stephanus notarius. — Petrus Petri Rufi notarius scripsit (Liber jurium I, p. 941—942, No. 718; Serra IV, p. 141—142; cf. Olivieri, p. 60, No. III, § 4). **1050**

„ Mart. 22. Caesareae. — P(etrus), Caesariensis episcopius (sic), consensu capituli Rainaldo de Flori, fratrum S. Lazari magistro, domum et ecclesiam de Painperdu [1] cum pertinentiis ea conditione concedit et sigillo confirmat, ut, quicunque domui et ecclesiae dictis praesit, Petro ejusque successoribus obedientiam faciat et VIII cereos IV rotularum in cathedra S. Petri Caesariensi annuatim reddat (Archives de l'Orient latin II B, p. 154, No. 37). **1051**

[1] Inter Caesaream et Castrum peregrinorum quaerendam (ZDPV. X, p. 278, not. 16).

„ April. 17, ind. VII. Massiliae in aula viridi palatii Communis. — Communitatis Massiliae syndicus Hugo Vivaldus consensu generalis consilii compositionem supra laudatam (No. 1046) confirmat. — Fratres: Bertrandus de Coms, prior S. Aegidii,[1] Arnaudus de Miserata, commendator Hospitalis S. Aegidii, Pontius Bernardio, praeceptor domus Massiliae, Guillelmus de Valencia, commendator navium, Giraudus Pittavinus, sacerdos prioris, Bernardus, sacerdos comitis Tholosae, Ugo de Lucco, commendator domus de Bailles, Guillelmus de Capmeillier, commendator navis Templi, Bosmundus, Petrus, commendator domus de Fossis, et de ceteris: Pontius Astoaudus, Sycardus Alamannus, Poncius de Bosqueto, Sycardus de Miramonte, magister Bertrandus de Comdomio, Arnaudus Johannis, Johannes de Lantar, Rostagnus de Podio alto et plures alii. — Guillelmus Ymberti, publicus notarius, mandato dicti syndici cartam scripsit et sigillo Massiliae communivit (Paoli I, p. 125—127, No. 116; cf. p. 524—526; Delaville le Roulx, Docum., p. 22—23, No. 16). **1052**

[1] Postea magister Hospitalis.

„ Maj., ind. VII. — Alatinus, soldanus Iconii, Gregorio IX scribit, se ab anno III indictionis (1230) usque hunc VII indictionis annum VI personas monachali habitu ad ipsum misisse, sed ex iis II tantum rediisse et dubitandum esse, quin pontifex per dictos nuntios epistolas et mandata acceperit, itaque se nunc fidelem suum ac christianum Johannem de Gabra [1] ad Fridericum II imperatorem et pontificem destinare cum utroque viva voce colloquuturum (Raynaldi, Annal. 1235, § 37—38 [cf. § 40]; Mon. Germ. Ep. I, p. 518—519, No. 634 I). ‖ Hanc epistolam, quam Wilken VI, p. 562, Not. 25 falsam esse putavit, excerpsit biographus Gregorii IX (Muratori, SS. III A, p. 580; cf. Röhricht in Theol. Studien u. Kritiken 1891, p. 362—363). **1053**

[1] Instructionem et enuntiationes ejusdem, quibus nomine ac de mandato domini sui inter alia confirmat, se totam Terram Sanctam, quam christiani ante Saladini tempora possederint, Deo adjuvante, christianis recuperare et possidendam concedere velle cf. in Raynaldi, Annal. 1235, § 39 et Mon. Germ. Ep. I, p. 519, No. 634 II.

**1234** Jul. Nicosiae (gallice). — Henri(cus I), rex Cypri, Guillelmo (Guillaume), filio de Acharie, commutationem quandam sigillo confirmat. — Jehan de Ybelim, dominus de Barruth, Jehan d'Ibelim nepos, Balian d'Ibelim, Bauduym d'Ibelim, Hugues d'Ibelim, Guillaume Visconte, Arneis de Gibelet. Datum per manum Bonivasal d'Aude, cancellarii Cypri (De Mas Latrie III, p. 638). **1054**

„ Aug. Nicosiae. — Henricus I, rex Cypri, sigillo confirmat, Balduynum de Morfo ecclesiae Nicosiensi CXX bisantios annuales concessisse scilicet uni sacerdoti, qui pro remedio animae ipsius divina officia celebraret. — Johannes de Ybellino, dominus Beryti, Johannes de Ybellino junior, Balduinus de Ybellino, Hugo de Ybellino, Guillelmus vicecomes, Arneisius de Gibelet. Datum per manum Bonvassali de Aldo, cancellarii regni Cypri (De Mas Latrie III, p. 639). **1055**

„ Nov. 7. Accon. — Alis principissa, domina Toronis, Craci Montis Regalis et S. Abrahae, fratribus S. Lazari de Jerusalem per manum Rainaldi de Floriaco magistri privilegium supra (No. 266) laudatum sigillo confirmat. — Fulco de Boingnon, Hugo, marescallus Tiberiadensis, Goffridus de Streinpolain, Gervasius de Malcastel, Bartholomaeus de Nibar (Archives de l'Orient latin II B, p. 153, No. 36). **1056**

„ Nov. 22, ind. VII. Margati in camera episcopi Valeniae. — Bartholomaeus, episcopus Valeniae, epistola Gregorii IX papae verbo tenus inserta,[1]) ut controversiam inter Hospitale et Boamundum IV, principem Antiochiae, exortam de facto Maracleae et variis injuriis praedictae domui illatis disceptet, exponit, dictum principem saepe citatum non venisse, sed M., thesaurarium Anteradensem, insufficientem misisse. Itaque se, Accone et Margati consilio habito, dictum castellum Maracleae Hospitali scilicet procuratoribus Roberto de Alvernia, clerico (Eustorgii), archiepiscopi Nicosiensis, et Roberto Pisano judici, filio quondam Maregnani cancellarii, baculo tradito adjudicasse, sigillo confirmat. — Willelmus cantor, Willelmus Lombardus et Franco, canonici Vallanienses, presbyteri: Johannes, bajulus et procurator ecclesiae Vallaniensis, Johannes de Laudicia et Petrus de Margato; Rainaldus et Beltramus milites, Symon turcopulus, frater Stephanus, prior Margati, Giraudus diaconus, Raymundus, diaconus Vallaniensis, frater Raymundus de Mandago vicecastellanus, frater Bernardus Raymundi, praeceptor militum, frater Guillelmus de Cerveria et Gandulfus Boia. Petrus Saporitus, notarius sacri imperii, hanc sententiam in publicam formam redegit (Paoli I, p. 127—129, No. 117). **1057**

[1]) Qua episcopo antedicto controversiam antedictam judicio disceptandam committit (15 Dec. 1233).

„ — Isabella de Betsan, filia quondam Philippi Ruf(fi), et Bertrandus Porcelet fratribus Theutonicorum per manum Luttolfi praeceptoris casale Arabiam (Arrabiam) et (Zechanim), gastinas Berhenne, Mezera (Mizera), Miscalim (Miskalym)[1]) pretio III millium et DC bisantiorum sigilla apponentes coram Ricardo Filangerii, marescalco imperiali ac regni Hierosolymitani balivo, vendunt. — Boemundus, dominus Bot(h)oronis, Thomas de Ham, conestabulus Tripolitanus, Henricus de Rufi et Radulfus, nepos ejus,

[1]) Quod Conder (Quart. Stat. 1890, p. 36) idem esse censet ac muslakhit in Mappa Terrae Sanctae anglica (sheet VI).

Philippus de Maugastel, Ingeramus (Ingerannus) de Femium (Strehlke, p. 61 —62, No. 77; cf. p. 123). **1058**

**1234.** — Ricardus Filangerius, marescalcus imperialis, regni Hierosolymitani bajulus et sacri imperii legatus in partibus Syriae, venditionem antecedentem sigillo suo confirmat. — Testes ut supra (Strehlke, p. 62—63, No. 78). **1059**

**1235** (?) Jan. 22, ind. IX.[1]) — Eython I, rex Armeniae, filius Constantini, cum Ehelisabeth regina, filia Leonis regis, domui Theutonicorum per manum Hermanni magistri et Littoldi commendatoris civitatem Haroniam cum molendinis, sicut eam Goufridus, quondam dominus, possederat, et pertinentia sigillo confirmat, scilicet abbatias Ovide, S. Mammas, Saugre, casalia Lalyan, Costinos, Gausquigne, Cherrare, Chacorim cum molendino, Chainchequice, Aguechemom, Castine, S. Danielem, Davenim, Saargague, S. Thoros, Cievaverac, Pirt, Quiang, Telagre, Mautrigue, Port, Guenecch, Hachoudagre, in quo sunt rustici regis et unus rusticus domini Michaelis d'Andraple et alii regis ligiorum rustici et domini Baudin Emerance. — Datum per manum Manuelis cancellarii (Strehlke, p. 65—66, No. 83; Langlois, Trésor, p. 141—143, No. 18; cf. Strehlke, p. 127; Altpreuss. Monatsschr. 1882, XIX, p. 640, No. 30; Forsch. XXI, p. 499—500, No. 16). **1060**

[1]) Quum annus calculo Armenorum chronologico notatus sed corruptus sit atque constet, Hermannum magistrum Jan. 1236 in Italia moratum esse, annus 1235 statuendus esse videtur.

„ Mart. 20. Perusii. — Gregorius IX Alatino, soldano Iconii, rescribit, se ejusdem nuntium Johannem de Gabra cum litteris laetenter accepisse ac cito nuntios directurum esse plenius responsuros (Raynaldi, Annal. 1235, § 40; Mon. Germ. Ep. I, p. 519—520, No. 634 III; Ficker-Winkelmann, No. 7073; Potthast, No. 9866). || Idem papa eidem eodem dato confirmat, se Johannem de Gabra ad Fridericum II remittere, qui ei decenter de reditu provideat (Mon. Germ. Ep. I, p. 520, No. 634 IV; cf. supra No. 1053). **1061**

„ Jul. 25. Accon. — A(rmandus), Templi, et G(erinus), Hospitalis, magistri de aqua et de molendinis fluminis Acconis, quod descendit ex fonte Recordane se concordiam iniisse, sigillis suis confirmant. — H(ugo), Nazarenus archiepiscopus, R(adulfus), Acconensis episcopus,[1]) O(do), comestabalus regni Hierosolymitani, sigilla sua apponunt (Delaville le Roulx, p. 171—172, No. 70 [cf. p. 24]; Docum., p. 23—26, No. 17; Prutz, p. 54 —55, No. 201). **1062**

[1]) De quo ZDPV. X, p. 21; Gestes, p. 113.

„ Nov. Accon. — Gerinus, Hospitalis magister, cum Nicholao Antelini[1]) sigillo apposito cambium facit de quadam domo, quam fratres Hospitalis emerant ab Ysabella de Petra, pro domo illa, quam dictus Nicholaus domui Hospitalis habebat contiguam. Haec vero domus cum Nicholao commutata adhaeret ab oriente viae publicae et regiae, quae transit per novam portam in hunc modum, ut murus ipsius domus recta linea protendatur a turri, quae est supra portum civitatis, usque ad angulum domus Margarethae positus versus orientem; ab occidente cohaeret domui Templi, quae fuit Guarnerii Theutonici, et aliis domibus sub censu regis constitutis, ex parte meridiei furno, qui dicitur de Malvesin, quibusdam domibus

[1]) In dorso p. 174: Ancelini.

Templi et domui Margaretae supradictae, ex parte septentrionis protenditur in longum super fossatum civitatis. Insuper notandum est, quod in turri super porta nova posita fratribus Hospitalis, quicquid velint, aedificare licet praeter fenestram, unde in hospitium dicti Nicholai respiciatur. — Fratres: Andreas Polm, magnus praeceptor Acconensis, Willelmus, prior ecclesiae, Robertus de Vineis hospitalarius, Thomas Lorrne et Rolandus, socii magistri, Guillelmus le Rat, Sayxius thesaurarius, Durandus, parvus praeceptor, Renaldus de Domibus, Johannes de Infirmaria, Luchas et alii (Delaville le Roulx, p. 173—174, No. 72; cf. p. 37). **1063**

**1235** Nov., ind. IX. Augustae. — Fridericus II imperator precibus Hermanni, magistri Theutonicorum, emtionem supra (No. 1058) memoratam sigillo confirmat (Bréholles IV, p. 792—794; Strehlke, p. 63, No. 79; v. Pettenegg I, p. 72, No. 180; Böhmer-Ficker, No. 2125). || Hoc privilegium (Dec. 1243) Conradus IV confirmat (Böhmer-Ficker, No. 4482). **1064**

„ Nov. (Hierosolymis). — Stephania, filia Boni Johannis linarii, assensu Petri Pisani mariti et Philippi filii Hospitali domos patris sui, quae in capite parmentariae sitae habent versus orientem domos Baudoini de Lisabona, versus meridiem viam parmentariae, versus occidentem viam regalem, versus aquilonem domos Bricii, in curia Hierosolymitana coram Balduino de Piquini, tunc castellano, Girardo de Saises, tunc vicecomite, donat. — Gil(bertus) Auferz, Federicus de Romania, Enricus de Belvais, Redandus de . . . iezian Provincialis, judices (Delaville le Roulx, p. 172—173, No. 71; cf. p. 24). **1065**

„ , ind. VIII. Caesareae. — Petrus, archiepiscopus Caesariensis, consensu capituli fratribus S. Lazari de Jerusalem domum et ecclesiam S. Laurentii de Painperdu in territorio Caesariensi sitas ea conditione concedit et sigillo confirmat, ut, quicunque dictae domui et ecclesiae praefectus sit, archiepiscopo ejusque successoribus obedientiam faciat necnon VIII cereos IV rotularum in ecclesia S. Petri Caesariensi solvat censu tamen cessante, si terra illa in manus Saracenorum inciderit et praesens pax inter Saracenos et christianos inita non teneatur. — Rainaldus de Floriato, magister fratrum S. Lazari, A. cantor, Jacobus thesaurarius, R. et F., canonici Caesarienses (Archives de l'Orient latin II B, p. 155, No. 38; cf. supra No. 1051). **1066**

„ , ind. VIII. Accon. — Robertus, S. Mariae de Latina de Jerusalem abbas, venditionem, quam Johannes Griffus consensu uxoris Mariae in curia Acconensi domui Theutonicorum per manum Lutolfi, praeceptoris et locum magistri tenentis, de petia quadam terrae Acconis fecit, quam idem Johannes a dicta ecclesia sub annuali censu V bisantiorum sarracenatorum tenebat, sigillo capituli confirmat, quae terra ex oriente contigua est vineae Michaelis de Jerusalem, ex occidente horto Pandolfi, ex austro hortis Templi et Andreae de Wienna, ex septentrione horto Rollandi et ingressum habet per viam publicam ante hortum Hospitalis. — Hugo, archiepiscopus Nazarenus, Hugo, abbas Templi Domini, Hugo de Sabilone sacerdos (Strehlke, p. 63—64, No. 80; cf. p. 123). **1067**

**1236** Jan. Tripoli in palatio principis (gallice). — Boemundus IV, (Biemont), princeps Antiochenus et comes Tripolitanus, coram Henrico (Henri), fratre suo, Th(oma) de Han,[1] conestabulo Tripolitano, Guillelmo

[1]) Legas: Ham; cf. Eracles, p. 430.

(Guillelme), vicecomite Tripolitano, Bertrando (Bertran) Porcelet, Petro (Pierre) de Scandalion, Johanne (Johan) de Farabel, domino del Poi, Johanne (Johan) Harra,[2]) Guillelmo (Guillelme) del Moinetre,[3]) Guace de Ranis (Rās), Hugone (Huge) Fermin et fratribus Theutonicorum Lutolfo (Lutol), Ludovico (Lowis) et Johanne privilegium supra (No. 1058) dictum sigillo confirmat. Datum per manum Guillelmi clerici anno principatus III. — Testes ut infra No. 1069 (Strehlke, p. 64—65, No. 82). **1068**

[2]) Alias: Arra. [3]) Alias: Moneta.

**1236** Jan. Tripoli (gallice). — Johan Barlaiz, filius Heimerici (Heimeri) Barlaiz, venditionem, quam Hisabiau de Bethsant, mater patris ipsius, et Betrain Porcelet maritus de casalibus Arabye et Zecanin cum gastinis Berhenne, Mesera, Mischalim fecerunt, coram Boemunt, principe Antiocheno et comite Tripolitano, sigillante confirmat. — Hue (Huc) de Gibelet(h), Johan (Jhean) de Montenac (Monteignach), Renaut (Reinaut de Gibeleth), Renaut (Reinaut) Porcelet, Huge de Tabore (Strehlke, p. 64, No. 81). **1069**

„ Febr. 21. Viterbii. — Gregorius IX [1]) Friderico II imperatori scribit, quae compositio inter magistrum Theutonicorum pro imperatore et Conrado, filio ejus, agentem ex una parte et Henricum de Nazareth, Ph(ilippum) de Trecis, milites Acconenses, pro civibus Acconensibus ex altera parte agentes procurata sit. Dicti enim cives imperatorem ejusque filium Conradum ad omnia jura regni Hierosolymitani in pristinum statum restituent et balivi obedient, salvis tamen assisiis et regni approbatis consuetudinibus. Deinde dissolvent communiam, deponent campanam, amovebunt consules et capitaneos post discordiam ortam a se ordinatos et fidelitatis juramentum iterabunt, Ricardus Filangerius marescalcus ad bajulationis revocabitur officium, sed alius non suspectus administrabit usque ad finem Septembris proximo nunc futuri ab ipso marescalco de consilio O(donis), comestabuli Acconensis, instituendus. Ex tunc vero princeps Antiochenus imperiali auctoritate bajulus vocatus tenebit omnia jura ac tenutas regni ad regem spectantia cum civitate Tyrensi excepto castello per magistrum Theutonicorum tenendo; si vero dictus princeps officium recipere noluerit, dictus comestabulus adducetur et, si iste aliqua occasione amotus fuerit, imperator alium non suspectum eliget et ita servabitur usque ad aetatem Conradi legitimam. Denique imperator omnes cives Acconenses in plenitudinem gratiae revocabit, Johanni de Ibylino, filiis et fautoribus ejus, mercatoribus et omnibus aliis in dicto regno constitutis plenam securitatem praestabit, nullam vero extra regnum dicto Johanni ejusque filiis ac nepotibus videlicet Johanni de Caesaris et alii Johanni de Ybelino (Mon. Germ. Ep. I, p. 571

[1]) Idem papa, postquam pacem a Friderico II cum soldano Aegypti factam «abominabilem» rejeit (Mon. Germ. Ep. I, No. 390, 397—398; Potthast, No. 8418, 8431, 8438), eandem utilissimam accepit (Mon. Germ. Ep. I, No. 427) et Fridericum II laudans (ibid. No. 450; Potthast, No. 8785) observare jussit (Mon. Germ. Ep. I, No. 467), Acconenses (ibid. No. 476—478, 656 I et II, No. 657) et Johannem de Ibelino (ibid. No. 93, 649, 650; Potthast, No. 9974—9975) rebelles coercuit, compositionem inter Odonem constabularium, barones, milites Terrae Sanctae et cives Acconenses ex una parte et Fridericum II ex altera parte mediantibus Antiocheno patriarcha et Hermanno, fratrum Theutonicorum magistro, factam (22 Mart. 1234) confirmavit (Mon. Germ. Ep. I, No. 578; cf. ibid. No. 594; Potthast, No. 9504 et 9505: 8 Aug. 1234) et hac nova conventione pacem inter utramque partem stabilitam esse putavit (cf. Mon. Germ. Ep. I, No. 673, 675, 691; Potthast, No. 10103, 10184, 26256; Röhricht, Beitr. I, p. 50; II, p. 264—271).

—572, No. 674; Potthast, No. 10100). || In eundem fere modum scripsit magistro ac fratribus Hospitalis, O(doni), comestabulo Acconensi, B(aliano), domino Sydonis, et Johanni de Caesariis, magistro et fratribus Theutonicorum, praeceptori et fratribus Theutonicorum, nobilibus ac civibus Acconensibus et aliis regni Hierosolymitani, (Gregorio), Theatino et (Rudolfo), Acconensi, episcopis. **1070**

**1236** Mart. Nicosiae (gallice). — Henri(cus) I, rex Cypri, civibus Massiliae et Montis Pessulani per manus Geraut Oliver(i), consulis Massiliensium, et Reymond(i) de Conches quaedam privilegia in insula Cypri concedit et sigillo confirmat. — Balianus de Ybelin, dominus de Barut et constabularius Cypri, Johan de Ybelin, Baudoin de Ybelin, Hue de Ybelin, Arneis[1]) de Gibelet, Baudoin Doumors,[2]) Philippe de Honeur.[3]) Scriptum per manum Bonvassal Daude,[4]) regni cancellarii (Méry I, p. 419—420; cf. p. 422—424; Ruffi, p. 96; Papon II, p. 354; Germain II, p. 5; Bibl. de l'école d. chartes I B, p. 306; De Mas Latrie I, p. 315; Heyd I, p. 324—325, 334). || Hoc privilegium Innocentius IV 18 Mart. 1250 confirmat (Potthast, No. 13934). **1071**

[1]) Legas: Arneis. [2]) Alias: dou Morf. [3]) Corrigas: Novaire, Novara. [4]) Alias: de Aldo.

„ Maj. Accon. — H(enricus), archiepiscopus Nazarenus, cum H(ugone II), abbate Templi Domini, se a Garino, Hospitalis magistro, et Roberto, abbate S. Mariae de Latina, II privilegia de quibusdam casalibus in territorio Caesariensi Garino magistro a praedicto abbate concessis custodienda recepisse, suo et dicti magistri sigillo confirmat (Paoli I, p. 220, No. 178). **1072**

„ Aug. 10. Accon — Beatrix, filia Galteri Ledur, casale Saphet lo Cathemon (Cadamor) in terra de Torono situm cum pertinentiis domui Theutonicorum per manum Lutolfi, magni praeceptoris et locum magistri tenentis, consensu filiae suae Margaritae et Philippi Malgastel mariti coram Alis, princessa et domina de Torono, ejusque curia M bisantiis sarracenatis vendit et suo ac Philippi sigillis venditionem confirmat. — Goffridus, dominus Cayphae, Balduinus de Florito, Hugo de Tabaria, Gervasius de Malgastel; de hominibus imperatoris: Balduinus de Pinkeingin, Nicolaus Antelmus, Johannes Apertus (Strehlke, p. 66—67, No. 84; cf. p. 121). **1073**

„ Sept. 20, ind. IX. Accon in camera magistri Hospitalis. — Rainaldus Beltramus, sacri imperii notarius publicus, confirmat, se supra dictam chartam (No. 1057) precibus B(ertrandi), magistri Hospitalis, transscripsisse. — Magister Stephanus de Provino, archidiaconus Acconensis, Stephanus, canonicus Tyrensis, Albericus S. Petri de Bergogna, magister Ansaldus judex (Paoli I, p. 127—129, No. 117). **1074**

(**1237** ineunt.). — Philippus, prior fratrum Praedicatorum, Gregorio IX nuntiat, (Ignatium), patriarcham Jacobitarum orientalium,[1]) in Ramis palmarum in processione solemni, quae die illa in descensu Montis Oliveti Hierosolymitani fieri consuevit,[2]) haeresi abjurata confessionem catholicam sibi tradidisse, aliam duos archiepiscopos, Jacobinum Aegypti et Nestorianum

[1]) Eidem Gregorius IX gratulatur 28 Jul. 1237, quod ad unitatem Romanae ecclesiae hortatu fratrum Praedicatorum redierit eorumque habitum induerit (Potthast, No. 10421). [2]) Cf. supra No. 323, 486. Epistolam Ivonis de Tartaris cf. in Matthaeo Paris IV, p. 270—277 ad a. 1243.

Orientis, alium vero praesulem Nestorianorum per regnum sacerdotis Johannes dispersorum litteras misisse et fratri Willelmo de Monte Ferrato cum II fratribus apud eum commorantibus plenam obedientiam ecclesiae Romanae promisisse, necnon quosdam fratres ad patriarcham Jacobitarum Aegypti ivisse et Maronitas ad ecclesiam rediisse; denique nuntiat, cum magistro socios ejus Geraldum clericum et fratrem Juvanum conversum mortuos esse (Matthaeus Paris III, p. 396—399; Albericus in Mon. Germ. SS. XXIII, p. 941—942; Echard, SS. rerum Praedicat. I, p. 104—106; L. Moshemii, Hist. Tartar. eccles., app. p. 36—38, No. 6; cf. excerpta in Annal. Colon. max. in Mon. Germ. SS. XVII, p. 846; Chron. regia Colon., p. 270). **1075**

**1237** April. 17. Laterani. — Gregorius IX (Bertrando?) archiepiscopo et archidiacono Caesariensi, quum Bethlemitanus episcopus bonae memoriae in appellationis causa, quae inter ecclesiam Bethlemitanam ex una et magistrum et fratres S. Johannis ex altera parte de quibusdam possessionibus vertitur, coram papa contestatus fuerit, litem adhuc vigere, mandat, ut dictam litem disceptent judicio et de judicio lato referant (Dedit Comes Riant ex Reg. Gregor. IX, anno XII, fol. 9v et 10r). **1076**

„ Aug. 19, ind. IV (X). Januae. — Lantelmus, notarius sacri palatii, de mandato Jacobi de Alta Cima, judicis et assessoris, Oldrati de Treyeno, civitatis Januae potestatis, testibus Girondo, patriarcha Hierosolymitano, O(thone), archiepiscopo Januensi, sigillantibus et I., episcopo Paphensi, privilegium supra (No. 471) laudatum transscribit et confirmat (Mon. hist. patriae, Chartae I, p. 858—859, No. 544). **1077**

„ Octob. (gallice). — Henri I, rex Cypri, Balian(um) d'Ybelin, dominum de Baruth et Cypri constabularium, necnon Eschivam de Mombelian (uxorem) a se ipso dono accepisse casalia Esteriga et Paleochorio et eadem per manum Guille(lmi) de Forest, unius ex commendatoribus insulae, Hospitali dedisse, sigillo confirmat. — Johan d'Ybel, Baudoin d'Ybel, Hue d'Ybel, Gui d'Ybel, Philippe de Novaire, Guillelme Raimondt. Datum per manum Bonvassal d'Aude, cancellarii Cypri (Paoli I, p. 117—118, No. 110; cf. p. 523; Lois [ed. Beugnot] I, p. 608 not.). **1078**

„ — Chanus Tartarorum Friderico II scripsisse narratur, «ut sibi consuleret, quatinus officium aliquod in sua curia eligeret et de se terram teneret», et Fridericus II respondisse fertur, «quod satis scit de avibus et bene erit falconarius» (Albericus in Mon. Germ. SS. XXIII, p. 943; cf. Röhricht in Forsch. z. deutschen Gesch. 1886, p. 98, Not. 1). **1079**

**1238** April. Accon. — Galterius IV, comes Brennensis, fratribus Templi CCCC arpenta ligni concedit et confirmat. — Eustorgius, archiepiscopus Nicosiensis, Odo de Montebelliardo, constabularius regni Hierosolymitani, Balianus, dominus de Sidone (Bibl. de l'école d. chartes 1872, p. 174, No. 171; ibid. No. 169—170 et in Lalore, Cartul., p. 209—210, No. 48 videas alias chartas (a. 1235—1236) Acconenses a Galtero fratribus antedictis concessas). **1080**

( „ ) Jul. 20. Kenynton. — Henricus III, rex Angliae, Thať, nuncio Veteris de Mussa [1]) in Angliam venturo, securitatem concedit ac confirmat (Rymer I A, p. 236). **1081**

[1]) de Montanis, sive assassinorum?

**1238** Sept. — Guido, dominus Bibliensis, domui Firmitatis et fratribus ibi servientibus domum St. Sergii [1]) pro salute liberorum suorum Henrici, Raimundi et Bertrandi sigillo concedit, «quae domus sita est in monte inter Sanctam Anastasiam et Sanctum Blasium supra Biblium, cum pertinentiis et possessionibus, quae tales sunt, scilicet casale de Soram cum terris cultis et incultis et divisionibus, quae tales sunt: ab occidente versus mare habet signum crucis in una petra et dividit inter Soram et Hotaï, a meridiane (sic) versus Caphartavas habet unum sarcophagum, qui tendit usque ad cruces, et de crucibus tendit ad viam publicam, ab oriente versus Zardas habet sex cruces, quae tendunt usque ad claperium petrarum contra vallem magne cave, quae dividit inter Soram et Besebim». Praeterea concedit molturam frumenti et ordei in molendinis suis, deinde casale Effdar superius [2]) cum gastina Berora et pertinentiis necnon rusticis scilicet Brain, Monfarege et Seit, quod terminatur tali modo: versus orientem habet claperium petrarum, qui descendit versus meridiem usque ad viam publicam, quae ducit ad fontem de Amarseir et subtus eandem viam ad divisionem de Amarseir, versus septentrionem tres cruces factas in lapidibus, quae dixunt ad cavam [3]) et versus mare habet quandam crucem factam in lapides, jardinum quoque juxta mare pertinens usque ad sabulum maris nomine Gapsarmelee cum puteo et tarquilio et cum sua aqua et cum terra usque ad sabulum maris, quae tunc erat cimisterium Sarracenorum. Divisiones praedicti jardini et praefatae terrae ita terminantur: ab oriente tenentur cum via publica, a septentrione cum jardino nomine Hamdaraca, a meridie cum predicto sabulo maris, ab occidente cum muro, qui est finis praenominati jardini. Tres panes quoque succari de calamellis ad fluvium Biblii singulos annos dat, quando laborabuntur, casale etiam nomine Arsexta cum pertinentiis et divisionibus, quae tales sunt: versus orientem inter praedictum casale de Arsexta et casale de Quils subtus viam publicam habet crucem unam factam in lapide contra meridiem et juxta eandem viam publicam habet duas cruces in uno magno lapide, ab occidente versus mare juxta viam publicam ad manum sinistram habet unam crucem in una petra et dividit inter Zardas et praedictum casale et subtus eandem crucem, sicut tendit claperium petrarum per sallem usque ad cursum aquae, habet quattuor cruces, quae tendunt usque ad divisionem Deiseminar, versus meridiem habet sex cruces factas in lapidibus, quae tendunt per vallem usque ad cursum aquae et dividunt inter Arsexta et Beserlin. Haec omnio dictus Guido concedit Petro, tunc abbati S. Sergii (Chartes de l'abbaye Cistercienne de St. Serge de Giblet in Mém. d. antiq. de France XLVIII, p. 26—29; cf. Röhricht in ZDPV. XI, p. 139—141). **1082**

[1]) Id est Mâr Serkhis, fortasse locus sic appellatus apud Schebtin (Renan, Mission, p. 258). [2]) Fedâr al-fauka; cf. Renan, p. 222. [3]) cf. ibid. p. 258.

( „ ) Octob. 6. Accon. — E(ustorgius), archiepiscopus Nicosiensis et patriarchae Hierosolymitani vicarius, H(enricus), archiepiscopus Nazarenus, R(adulfus), Acconensis, R(adulfus I), Liddensis, episcopi,[1]) H(ugo II), abbas Templi, G.,[2]) custos Hospitalis, Arinaudus, magister Templi, comes Gualterus de Brena, O(do) de Monte Beliardi, comestabulus regni Hierosolymitani, B(alianus), dominus Sydoniensis, et J(ohannes), dominus Caesariae, T(heobaldo IV), regi Navarrae et comiti Campaniae, ac dominis R(oberto)

[1]) De quo ZDPV. X, p. 28. [2]) Textus sic; legendum est B(ertrandus de Comps), qui a. 1238 magister Hospitalis fuit; cf. Herquet, Chronologie, p. 39.

de Courtenay et Drogoni de Marlois in Terram Sanctam profecturis suadent, ne occasione treugae passagium differant, quum Sarraceni ipsam non tenuerint, sed plures peregrinos ceperint vel occiderint, ut Massiliae vel Januae naves ascendant et Nimocium in insula Cypro appellantur, ubi cum praelatis, magistris et baronibus Terrae Sanctae deliberent, num in Syriam vel Damiatam sive Alexandriam proficiscantur, et ipsi cibariis recreari possint, praesertim quum a dominis Terrae Sanctae interdictum fuerit, ne extra terram cibaria extrahantur (Martène, Thesaur. I, p. 1012—1013; cf. Hist. litt. de la France XXI, p. 789—790; D'Arbois de Jubainville, Hist. d. ducs et d. comtes de Champagne V, p. 365, No. 2479; Bibl. de l'école d. chartes 1872, p. 174, No. 172; Röhricht in Forsch. 1886, p. 99, No. 2). **1083**

**1238** Nov. 14. — Melecheladen,[1] soldanus Aegypti, Venetis per manum Romei Quirino et Jacobi Barocio legatorum in toto regno suo varia privilegia concedit et confirmat (Tafel-Thomas II, p. 336—341, No. 294; De Mas Latrie, Traités de paix, suppl. p. 76—77, No. 2; Archives d. miss. scientif. II, p. 372—373; cf. Marin VI, p. 337—339; Heyd I, p. 411). **1084**

[1]) Mâlik al-Adil II.

( „ ?). — Gregorius IX M., priorissae S. Mariae et Omnium Sanctorum Acconensi, locum confirmat, in quo praefata ecclesia ab A(alice), regina Cypri, collato ad honorem S. Mariae Aegyptiacae consensu episcopi Paphensis bonae memoriae aedificari incepta fuit, deinde monasterium S. Mariae trium umbrarum in episcopatu Lyddensi prope civitatem Ramathensem cum pertinentiis, domum in suburbio Joppensi prope portam, qua itur Hierosolyma, domum Nicosiae, ex dono Baliani, domini Sidoniensis, domos et curtes Sidonienses, Accone ex dono Guarnerii Alemanni annuum redditum XX modiorum frumenti, domos in urbe Tripoli ex dono praefatae reginae ejusque filii regis, tum XLII modios frumenti, CCLXVI metretas vini, totidem rotas casei, LXXVI leguminorum modios, XIX risi modios, XCV olei rotas, XXXVIII rotas zuccari, XII rotas candelarum, LII rotas saponis, MXCII bisantios albos in redditibus civitatis et territorii Paphensis percipienda confirmat, prout in ipsius regis charta plenius continetur (Ughelli VII, p. 39—42; Potthast, No. 10695; cf. Röhricht in ZDPV. X, p. 229—230). **1085**

**1239** Jan. 24, ind. XII. Tyri. — Riccardus Filangerius, marescalcus imperialis et regni Hierosolymitani bajulus, sigillo confirmat, Sitalmelech (Sitalmale), filiam quondam Abdelmesie Suriani, ejusque filios Munsur (Monsur) et Siliman (Silman) coram se et hominibus ligiis, scilicet Philippo de Malgastel, Guarnerio Theutonico domui Theutonicorum quartam partem casalis Cabesie (Cabecie) CCVI bisantiis vendidisse et ipsius quartae partis sasinam fratri Deutisalvi de ipsa domo pro eadem domo dedisse [1]) (Strehlke, p. 67—68, No. 85; cf. p. 124). **1086**

[1]) P. 124 additur: confirmatio Rauili Tyrensis.

„ Febr. Accon. — Girardus, ecclesiae Montis Syon abbas, domui Theutonicorum petiam terrae in territorio Acconensis, quod Mons suspensorum vocatur, sitam sub annuo censu XX bisantiorum tenendam sigillo concedit. Huic vero terrae est confinis ex parte orientis terra Templi, ex parte occidentis hortus Templi, qui situs est prope cimeterium S. Nicolai, ex parte septentrionis terra S. Lazari de Bethania, ex parte australi strata publica. — Bertrandus, archiepiscopus Caesariensis, Radulfus, episcopus

Acconensis, Johannes, abbas S. Samuelis, Guido, prior S. Katerinae (Strehlke, p. 68—69, No. 86; cf. p. 123). **1087**

(**1239** ineunt.). — Hermannus, magister Templi, Gualtero de Avesnis nuntiat, inter principes et soldanos Saracenorum discordiam ortam esse et bella civilia geri, unum vero eorum pollicitum esse, se in cruce signatorum adventu totam terram suam christianae ditioni subjecturum et baptisma accepturum esse (Albericus in Mon. Germ. SS. XXIII, p. 945; cf. Röhricht in Forsch. 1886, p. 99, No. 3). **1088**

„ April. 20, ind. IX. Trevisii. — Fridericus II inter alia de Gregorio IX conqueritur, qui dispensationes constituit, per quas Sipham, gnatam quondam connestablii regni Cyprii, contra separationis sententiam latam super hoc per Nicosiensem episcopum et de non habitando simul praestito sacramento Balianno de Ybellino et (Aalidem), sororem Johannis de Caesaria, Jacobo de Amendolio, qui prius sororem ipsius desponsaverat, proditoribus imperatoris sibi invicem gradu tertio contingentibus, concessit uxores percepta multa pecuniae quantitate (De Mas Latrie II, p. 61—63; Matthaeus Paris, Chron. maj. III, p. 575—589; cf. p. 586 et Böhmer-Ficker, No. 2431 et supra No. 1023). **1089**

„ April. (gallice). — Lutold, magnus commendator domus Theutonicorum, locum tenens magistri, sigillo confirmat, se de casali de la Noye a Bertram de Comps, Hospitalis magistro, concesso quaedam tributa annuatim reddere debere. — Girard de Mauberge,[1] Symon de Voissi, Sibot de Luneborc, Johan de Beissa, Girard, parvus (le petit) commendator ...., fratres (Delaville le Roulx, p. 175—176, No. 73 [cf. p. 24]; Altpreuss. Monatsschr. XX, p. 388, No. 3). **1090**

[1]) Aperte Girardus de Malberg, postea magister fratrum Theutonicorum factus.

„ April. (gallice). — Bertran de Comps, magister Hospitalis, domui Theutonicorum per manum Lutoldi (Lutol), magni commendatoris et locum magistri tenentis, censu II quintariorum zuccari annuali casale Lanoye sigillo Templi concedit.[1]) — Perre de Vielle Bride, magnus commendator,[2]) Robert hospitalarius, Raimon Motet, Sais thesaurarius, Fortuner, Durant de Soreis, Johan l'aubergere, Guillelme d'Anthioche, fratres Hospitalis (Strehlke, p. 69, No. 87; cf. p. 123). **1091**

[1]) P. 123 legitur: «item domus emit Nohyam et Soffiam a .... pro VII millibus et C bisantiis». [2]) De quo Gestes des Chiprois, p. 122, 126.

„ Dec. Nicosiae. — Henricus I, rex Cypri, ecclesiae Nicosiensi eleemosynam, quae in eadem ecclesia pro anima patrui sui scilicet Guidonis, olim regis Hierosolymitanorum et Cypriorum, erat instituta, sigillo confirmat. — Balianus de Ibellino, dominus Beriti et comestabulus regni Cypri, Henricus, filius principis Antiocheni, Baldoinus de Ibellino, Guido de Ibellino, Baldoinus de Morfo, Robertus de Monte Gisardo, Arnisius de Gibeleto. Datum per manum Bonivasali de Aldo, regni Cypri cancellarii (De Mas Latrie III, p. 642—643). **1092**

„ (Accon.) — Guiccardus, abbas S. Mariae de Latina, venditionem, quam Giot (Guiot) et Johan, filii Michaelis de Jerusalem, Lutolfo, domus Theutonicorum magno praeceptori, DCC bisantiis de vinea [1]) fecerunt, quam idem Johannes annuali censu XIII bisantiorum a dicto monasterio tenebat,

[1]) P. 123: «quae est in novo horto juxta viam de Capharsin.»

sub eodem censu sigillo confirmat. Hujus vero vineae fines sunt: ab oriente vinea, quae fuit Johannis de Conche, ab occidente hortus Rollandi militis, a meridie hortus domus Theutonicorum, a septentrione via publica (Strehlke, p. 70, No. 88; cf. p. 123). **1093**

**1240** April. 25, ind. XIII. Foggiae. — Fridericus II (Henrico III), regi Angliae, scribit, se de clade a christianis in Terra Sancta nuper accepta epistolas transmarinis certiorem factum esse, ac memorat, quantulum suae apud eos suasiones ob contrarium Gregorii IX motum profecerint, sed pollicetur, se liberandis captivis operam dare velle (H. Bréholles V, p. 921—923; cf. quae nos in Forsch. 1886, p. 70, 99, 100 exposuimus). **1094**

( „ Jul.). — Hermannus Petragoricensis, magister Templi, Roberto de Sanford, domorum ejusdem ordinis in Anglia procuratori, nuntiat, soldanum Damascenum totam terram a flumine Jordanis ditioni christianorum restituisse hoc pacto, ut unus alteri contra soldanum Babyloniae auxilium ferat (Matthaeus Paris, Chron. maj. IV, p. 64—65 [cf. Röhricht in Forsch. 1886, p. 100, No. 6]; cf. p. 70—81: «Nuntius, qui eulogium a Terra Sancta transtulit, obviam habuit classem comitis Ricardi prospere velantem. Nuntiavit etiam, quod praedictus soldanus Damascenus certissime proposuit baptismi suscipere sacramentum») (Matthaeus Paris IV, p. 65; cf. p. 25; Röhricht, l. c. p. 84). **1095**

„ Nov. Accon. — Armannus Petragoricensis, magister Templi, consensu fratrum et Bartholomaei de Moretto [1]) magni praeceptoris, Reinaldi de Vicherio, praeceptoris Acconensis, fratribus S. Lazari in civitate Accon constitutis locum in Monte Musardo in vico Anglicorum donat, cui adjacet ab oriente via publica, ab occidente mare, a septentrione domus S. Thomae martyris, a meridie quaedam venella, qua ad mare descenditur, juxta quam est domus Nicolai Anglici, et sub censu XV bisantiorum annuali quibusdam conditionibus concedit sigilloque confirmat. — Bartholomaeus de Morretto, Rainaldus de Vicherio praeceptores; fratres Gerardus de Broies et Rainaldus Alemannus (Archives de l'Orient latin II B, p. 156—157, No. 39). **1096**

[1]) Cf. Eracles, p. 531.

„ (**1240**?), ind. XII. (Accon?) in domo Hospitalis. — Petrus de Veteri Privata, Hospitalis magister, cum Gerardo de Malberch, marescalco Theutonicorum et locum magistri tenente,[1]) sigillans conventionem facit de quarta parte reddituum casalis Arabiae tamdiu solvenda, donec Hospitali de V millibus bisantiorum, pro quibus illud casale magistro ejusdem pignori obligatum erat, satisfactum fuerit. — Guillelmus Silvanectensis, magnus praeceptor Hospitalis,[2]) Arnaldus de Monte Bruno, Geraudus, praeceptor Hospitalis Joppensis, Guillelmus de Correllis,[3]) Gaufridus Baucitensis, Odo de Ermene, fratres Hospitalis; de fratribus Theutonicis: Everardus sacerdos,

[1]) Qui a. 1242 Febr. «noviter creatus» magister (Ryccardus de S. Germano in Mon. Germ. SS. XIX, p. 382) de pace reformanda cum Gregorio IX agit (Böhmer Ficker, No. 3294 — 3295; Ewald II, p. 66), April. 1243 apud Rotenburg versatur (Böhmer-Ficker, No. 4473), eique 1 die Octob. 1243 magisterium confirmatur (Perlbach, Preuss. Reg. No. 206), sed sine dubio coactus resignat medio anno 1244 (Potthast, No. 11505—11508, 11510, 11787 a; Voigt II, p. 516—520; Ewald II, p. 168), ut fratrum Templi ordinem intret, et 29 Nov. 1245 moritur (Perlbach, Necrologe, p. 367). Cf. de Wal, Recherches 1807, II, p. 243 seqq.; Ludwig v. Baczko, G. v. Malbergh, Hochmeister d. deutschen Ordens, Königsberg 1806. [2]) De quo cf. Forsch. 1886, p. 90. [3]) Legas: Corcellis, qui cum fratre Templi Arnulfo, Jacobo

Conradus, castellanus Montisfortis, Petrus drapperius, Evrardus thesaurarius (Strehlke, p. 70—71, No. 89; cf. p. 124). **1097**

Vitali et Ingeram de Jarney concilium Lugdunense (1245) adiit (Archivio storico italiano, III Ser., XXIII, 1876, p. 37; cf. Eracles, p. 464; Harduin, Concil. General. VII, p. 687).

(**1240?**) — *Fridericus II, imperator Nazardino (Zephedino), regi Saracenorum, scribit, ut Terram Sanctam christianis reddat (Petrus de Vinea, Lib. II, c. 18; H. Bréholles V A, p. 397—398, not.). || Huic Nazardinus (Zephedinus) respondisse fertur, ut prohibeat christianos, ne saeviant contra Saracenos, alioquin «invenies me Tibi mutatum» (Petrus de Vinea, l. c. c. 19; H. Bréholles VI A, p. 398 not.; cf. de his fictis epistolis Röhricht in Forsch. 1886, p. 99—100, No. 5). **1098**

**1241** Maj. 7. Accon (gallice). — Balien d'Ybelin, dominus de Baruth, et fratres necnon Johan d'Ybelin, dominus de Arsur, Fridericum II imperatorem, ut gratiam et praeteritorum veniam largiens Simonem de Montfort, comitem de Leicestre, regni Hierosolymitani baillivum transmittat, donec Conradus rex sui juris factus fuerit, et cum Ph(ilippo) de Montfort, domino de Toron, et Jaufrei d'Estraing,[1]) domino de Caiphas, sigillis appositis obedientiam pollicentur (Archives de l'Orient latin I, p. 402—403; cf. Röhricht in Forsch. 1886, p. 83, Not. 9). **1099**

[1]) De quo Eracles, p. 394.

„ Jun. — Johannes de Ibelino, dominus de Arsur, consensu uxoris Aeliz et filiorum domui Hospitalis per manum Petri de Veteri Brivata magistri medietatem molendinorum trium pontium necnon iisdem adjacentem insulam cum terra pertinenti concedit, quae sita est inter molendina praedicta et veterem pontem, quo itur Arsur, quae etiam durat usque ad rivulum magnum de Jorgilra,[1]) decurrentem subtus Turonem, qui vocatur filiae de Comar[2]) et inde labitur usque ad veterem pontem supradictum, ubi etiam meta erat dividens terram Hospitalis a terra domini de Arsur, alia vero cohaerentia terrae ipsius insulae est a praedictis molendinis usque ad alium rivulum venientem de Jorgilia. Haec igitur Johannes de Ibelino III millibus bisantiorum acceptis sigillo apposito vendit. — Domini: Johannes de Cauquelie, Johannes de Margato, Johannes de Merlo, Nicholaus de Barate, Johannes de Logia, Hugo Joppensis, Gervasius de Maugastel (Delaville le Roulx, p. 176—177, No. 74; cf. p. 24). **1100**

[1]) Nunc Dschelîl. [2]) Tell el-mukhmar?

( „ Jul.). — Richardus, comes Cornubiae et Pictavae, B(aldewino) de Ridvariis, comiti Deveniae, abbati de Bello loco et Roberto clerico pacis conditiones accurate enumerat, quam cum Mâlik as-Sâlich, soldano Aegypti, (23 April. 1241) fecerat (Matthaeus Paris IV, p. 138—144; Röhricht in Forsch. 1886, p. 96—99, Beil. I; cf. p. 85—86, 100, No. 7 et eundem in ZDPV. X, p. 290—293). **1101**

„ Nov. 18. Tripoli in palatio episcopi (gallice). — Albertus, patriarcha Antiochenus et S. A. legatus, compositionem inter Boemunz IV, principem Antiochiae comitemque Tripolis, necnon Hospitalis magistrum Pierre de Veille bride de Maracle(a) et Chamel(a) hanc factam fuisse suo et eorundem sigillis confirmat, ut magister omnibus juribus dictarum civitatum renunciet, et princeps Hospitali MCCC bisantios annuales ad catenam Acconis, vel de

funda Tripolitana, vel de officina saponum, de tanaria vel de macello, vel, si omnia deficiant, de aliis redditibus solvat et hoc privilegium in deposito Theutonicorum remaneat, donec dominus Marecle(ae) XV anno aetatis regnando maturus factus fuerit, princeps vero eidem domino ejusque tutori Renaut Barlail,[1]) cujus uxor vocatur Agasse, dominium et omnia jura tradat, quae pater dicti domini Johan de Ravandal mortuus possedit. — Magister Jofrey, electus de Tabarie[2]) et cancellarius Antiochiae, Johan, filius domini de Bot(ero)no; de capitulo Antiocheno: magistri Moyne, Jacque, Gerart; de capitulo Tripolitano: magistri: Hubert, archidiaconus Tripolitanus et canonicus Antiochenus, Andre, canonicus Antiochenus et Tripolitanus, Guillelme d'Yvorie et d'Oste, canonici Tripolitani; de militibus et vasallis principis: B., dominus de Bot(ero)no, Thomas de Ham, constabularius Tripolis, Amaury Saleman, J . . . . . Porcelet, Johan, marescalcus Tripolis, Guillelme, vicecomes Tripolitanus, Thomas Arra, Johan de Gibelet, Johan de Farabel, Henri de Camardais, Paschal de Gibeau; de fratribus Templi: P(etrus) de S. Romain, magnus commendator,[3]) Richart de Bures, castellanus de Chasteau blanc, Pierre de Marmont, Pierre Daramont drapparius; de fratribus Hospitalis: Gu(illelme dou Cha)stel nuef marescalcus, Guillelme de Fores, castellanus de Margat, Arnaut de Montbrun, castellanus dou Crac, Andre Polin, Johan de Montgrison, Johan de Rona, (commendat)or Tripolis, Andre de Foges, advocatus assisiarum Tripolis, magistri: Ogier et Damian capellani, Bertran Galaf; de Praedicatoribus fratres: Robert de Tripoli et . . . . .; de Minoribus fratres: Gautier, Pascal; de Beaumont[4]) fratres: Thomas, Lantier cellararius; de burgensibus Tripolis: Johan de Lambes, Roland Vivien, Bonacors Cismond, Guarin de N . . . . ., Barteleme Rohard et plures alii (Paoli I, p. 129—133, No. 118; cf. p. 526; Lois [ed. Beugnot] I, p. 421 not.). **1102**

[1]) Alias: Barlais. [2]) De quo ZDPV. X, p. 30; Berger, No. 49. [3]) In Layettes II. p. 383, No. 2726 magister in Francia vocatur. [4]) Prope Tripolim.

**1241** Dec. — Guido, dominus Biblii, abbati S. Sergii, Cisterciensis ordinis Bybliensis diocesis, concedit campum in planitie Byblii supra Sanctum Theodorum et vineam conjunctam, quam ipse emerat a Johanne de Maschina pro LX bisantiis, qui campus ab oriente habet murum, ab occidente viam publicam, a septentrione alium murum, a meridie St. Theodori ecclesiam. Hanc concessionem facit consensu Guillelmi Forneae, tunc temporis castellani, Leonis militis, Thomae militis, Johannis Angeleri militis, Angeleri militis, Garnerii militis et sigillo confirmat Johanni, abbati S. Sergii, coram fratre Johanne, monacho Cistercii (Mém. d. antiq. de France XLVIII, p. 29 —30). **1103**

„ Dec., ind. XV. Tyri (gallice). — Philippes de Maugastel consensu filii Thomae et Margaritae uxoris suae domui Theutonicorum per manum Lutolf(i), magni commendatoris, casale Corsy in dominio Tiberiadis situm cum pertinentiis sigillo donat et confirmat. — Luther[1]) Filangier, marescalcus regni Hierosolymitani, Perre, dominus de Scandalion, Garner l'Alaman, Raul l'Aleman, Aimarriz de Fenion et dominus Munreal (Strehlke, p. 72, No. 90; cf. p. 124). **1104**

[1]) Strehlke correxit: Richer.

„ — (Peregrinus?), abbas S. Mariae Latinae Hierosolymitanae, se cum Constantino, abbate S. Petri Cabilonensis, fraternitatem iniisse confirmat

(Casset, L'illustre Orbandale II, VII, No. 74; Perry, Hist. de Châlons-sur-Saone, preuv. p. 66; cf. ZDPV. X, p. 37—38). **1105**

**1242** April. 30. Accon. — Radulfus, episcopus Acconensis, precibus Lutolfi, magni praeceptoris et locum magistri tenentis, domui Theutonicorum sub censu annali LXXV bisantiorum II hortos super ripam fluminis Acconensis sitos concedit et sigillo munit, quorum fines sunt ex oriente molendinum regis, ex occidente terra Theutonicorum, ex austro flumen Acconense, ex aquilone via publica. — Nicholaus decanus, Galterius archidiaconus, Gaufridus cantor, Johannes Yspanus, canonicus Acconensis, judex Sanctorus et magister Matthaeus physicus (Strehlke, p. 72—73, No. 91; cf. p. 123). **1106**

„ Maj. 17, ind. XV. Tyri. — Riccardus Filangerius, marescalcus Friderici II, regni Hierosolymitani baillivus, Petro Pennapedis, castellano Hierosolymitano, CCCC bisantios annuatim de redditibus Hierosolymitanis percipiendos concedit et sigillo confirmat. — Lutardus Filangerius, regni Hierosolymitani marescalcus, Petrus, dominus de Scandalione, Guarnerius Alemannus, Paulus Alemannus. — Hoc privilegium s. a. nomine Riccardini, Henrici et Aylentini, filiorum antedicti quondam Petri Pennapedis et uxoris Agnetae, Oddo Pisanus de domo Orlandorum Petro,[1]) abbati S. Mariae de valle Josaphat Acconensis, recommendat (Röhricht, Amalrich I, p. 493; cf. p. 484). **1107**

[1]) Hujus nomen ex chronicis et chartis nondum notum fuit, qua re nescimus, quo anno abbatis officio functus sit.

„ Aug. 18, ind. I (XV). Accon. — Geraldus Alemannus miles, dictus Magnus,[1]) domui Theutonicorum II domus conjunctas apud Monmusart [2]) in ruga calderariorum sitas et post suam mortem libere possidendas donat, quarum ab uno latere est domus curiae regalis, ab alio domus Hugonis de Calderaria et ab introitu ipsarum domorum platea juxta fossatum, praeterea totum harnesium militare, ut in confraternitatem Theutonicorum recipiatur, et sigillo Radulfi episcopi confirmat. — Radulfus, episcopus Acconensis, ( ),[3]) archidiaconus Acconensis, Ludulfus, praepositus Monasteriensis,[4]) Balduinus de Pinkenie, et Bertoldus milites, Johannes, prior domus Theutonicorum (Strehlke, p. 73—74, No. 92; cf. p. 125). **1108**

[1]) P. 125: Fortis. [2]) Quo nomine arabica vox muzâr «sepulcrum» inesse videtur (Clermont-Ganneau). [3]) Aperte supplendum est: Gualterius. [4]) Qui 14 Febr. 1241 Monasterii constitutus memoratur (Wilmanns, Westfäl. Urkundenb. 1859, III, p. 207, No. 382).

„ — Rostang(us) de Podio Alto Raimundi, comitis Tolosani vicarius Massiliae constitutus, consulibus ejusdem communis Syriae mandat, ut Huguae, tutrici liberorum Guillelmi, vicecomitis Massiliensis, M solidos regales solvant (Méry I, p. 432). **1109**

**1243** Febr. Tripoli in palatio comitis (gallice). — Boemunz IV, princeps Antiochenus et comes Tripolitanus, precibus Raimundi (Raimont) Contet et Guillelmi (Guillaume) Berenger civibus Montispessulanis in dominio suo varia privilegia concedit et sigillo confirmat. — Thomas de Ham, comestabulus Tripolitanus, Johan, marescalcus Tripolitanus, Amauri Saraman, Johan de Farabel, Nicolos Farmac. Datum per manum Johan(nis) cancellarii (Germain, Hist. de la commune de Montpellier, Montpellier 1851, II, p. 513—515, No. 43; cf. Heyd I, p. 324). **1110**

**1243** Maj. exeunt. (gallice). — Postquam Guillelme de Chastel nuef,[1]) magister Hospitalis, et Pierre de S. Romain, commendator (Templi) Tripolitanus, fratres Hospitalis scilicet Hugues Revel, castellanum Crati, et Guillelm(um) Chan. necnon fratres Templi: Richart(um) de Buris, castellanum de Chastelblanc, et Reniaut de Clamcort, castellanum Tortosae, ad litem quandam, quae de possessionibus in comitatu Tripolitano et dominio Margati inter utramque domum exorta fuit, dirimendam elegerunt, dicti arbitri Johan(ne) de Farabel, domino del Pui, adjuncto in loco inter Chastelblanc et Crac sito scilicet in dependentiis castellorum del Sarc et de la Colee congressi judicio suo et sigillis utriusque domus appositis constituunt, ut castellum de Fonteines, casalia de la Mesquie et le Teres necnon gastina de Asor Hospitali, gastinae vero de Genenn et de Reusemeie cum casali de Betire Templo sint, scilicet usque ad hos fines: de torrenti furcillato, cujus II alvi ascendunt usque ad toron(um) del Lucan et ad aliud toron(um) profluentes in mediam vallem de Asor usque ad fundum descendunt ad torrentem, qui valle descendit. — Richart de Bures, castellanus de Chastelblanc, Reinaut de Clamcort, castellanus Tortosae (Paoli I, p. 220—221, No. 179; cf. Delaville le Roulx, Docum., p. 26, No. 18). **1111**

[1]) Qui pugna Gazensi (17 Octob. 1244) captus, sed liberatus, tum apud Mansuram (8 Febr. 1250) denuo captus et (Aug. 1250?) denuo liberatus fuit; vices ejus gessit Johannes de Ronay (Gestes, p. 145, 147, 153—155; Joinville, § 537; Röhricht in Forsch. 1886, p. 93). In Chron. magistr. (Archives d. miss. scientif. 1857, p. 28) nuntiatur: «tempore cujus Templum suscepit residuum Hospitalis, quod postea ipse emit a magistro Templi, qui suus frater erat, precio unius equi». De sigillis Guillelmi de C. ejusque antecessoris Petri de Veteri Privata cf. Delaville le Roulx in Mém. d. antiq. de France 1880, XLI, p. 70.

„ Aug. 30, ind. I. Melfiae. — Fridericus II imperator sigillo confirmat, se a fratre Goffrido Baliano, nuntio magistri Hospitalis, rogatum, ut eidem domui custodiam Ascalonis traderet necnon expensas utiles et necessarias restitueret, Thomae de Aquino, regni Hierosolymitani balio et imperii in partibus transmarinis legato, mandavisse, ut his precibus obsequeretur usque ad beneplacitum imperatoris ejusque heredum, quibus, si dictas expensas restituissent, dictam arcem resposcere liceret (Paoli I, p. 118—119, No. 111; Bréholles VI, p. 116; Böhmer-Ficker, Reg. imperii, No. 3382). Hoc privilegium (30 Nov. 1243) Conradus, rex electus et heres regni Hierosolymitani, antedictis fratribus confirmat (Paoli I, p. 118—119, No. 111; Bréholles VI, p. 848—849; Böhmer-Ficker, No. 4481). De Ascalone fratribus Hospitalis tradita cf. ZDPV. X, p. 239; Potthast, No. 14494, 14927; Berger, No. 1784; Röhricht in Forsch. 1886, p. 96. **1112**

„ Aug. (gallice). — Johan de Gibeleth, filius quondam Guilelmi (Guillaume) de Gibelet, fratribus Hospitalis per manum Guillelmi (Guillaume) de Chasteaunue magistri, ut in ipsius molendino, dicto de la Mer, singulis hebdomadibus C marcibana frumenti libere molant, sigillo apposito concedit. — Hue de Gibeleth, Johan de Farabel, dominus dou Pui, Hue de Balaiz,[1]) Johan Dedde (Delaville le Roulx, p. 178—179, No. 75 cf. p. 24). **1113**

[1]) Alias: Barlais.

„ Octob. (Accon). — Marsilius Georgius, bajulus Venetorum in Syria, postquam exposuit, quo modo cum multis Syriae nobilibus urbe Tyri potitus fuerit et quae cum eisdem egerit, privilegia et bona enumerat, quibus nunc Veneti fruuntur. Primum enim (a rege Johanne olim ablatam) civitatis

tertiam partem et liberam curiam non solum de Surianis, sed etiam de Venetis scilicet de homicidio et furto in praesentia et consensu Castellanorum videlicet Ugoris (Ugonis?) Amiranti, Girardi Pisani et vicecomitis, militis nomine Salvazu, retinuerunt, itaque dominus Beriti misit Jacobinum Barberium, Venetum de Cypro, et Giraldus Castellanus alium furem puniendum. Pariter Judaei in Venetorum curia justificantur et unusquisque eorum masculus, postquam ad aetatem XV annorum pervenit, eorum curiae bisantium annuatim solvere tenetur; nomina eorum sunt: Simol, qui habet II filios Hebe et Mahamar, Mahafa, Daniel, Moyses, Symon, Harham, Brahi. Suriani texarini pro unaquaque fovea, qua texunt, regi per mensem II cartata reddebant, quae nunc Venetis reddunt. Idem omnibus in tercierio Venetorum constitutis scilicet vinum, oleum, candelas et carnes vendentibus necnon apothecariis vectigalia imposuerat et per manum justiciarii, qui vocatur Matasep,[1]) exegerat, quae Veneti nunc per Venetum Johannem Palamum libere exigunt et imponunt. Item unusquisque, qui volebat porcum interficere vel vendere, curiae regis IV denarios solvebat, quod tributum tuazo vocabatur, sed nunc non redditur. Deinde Marsilius formas juramenti judicum, sicut in consuetudine antiqua inventa fuit, necnon fidelitatis et obedientiae addit, quod per omnes in terciario Venetorum constitutos fit, et modum, quo qui domos emunt et vendunt uti debent; deinde, ecclesiam S. Marci in captione Terrae Sanctae primitus fundatam liberam neque ulli jurisdictioni subfuisse, confirmat et possessiones enumerat, quas eadem ecclesia habet. Primum enim fondacum in introitu portae civitatis, cum venitur a catena, et versus plateam II stationes (et extenditur dictum fondacum versus orientem, quantum extenditur ecclesia S. Marci et parum plus), deinde stationem sub porticu S. Marci (in capite vero fondaci est furnus, de cujus redditu commune Venetorum habet III partes et ecclesia S. Marci II ex conventione, quam fecit quondam bajulus Dominicus Acotanto cum plebano de dicto furno et altero, qui fuit communis Venetorum sed nunc terrae motu destructus jacet; de quo furno erat divisio redditus sicut de supradicto), praeterea possidet domum in capite rugae S. Marci nunc destructam, (de qua integra remansit volta), quam Michael Lunizo S. Marco testamento reliquit, et hortum cum dicta domo continuum (quem emit Thomas Dulce, procurator ecclesiae), domum voltam cum cisterna (quae firmans a II lateribus in domibus filii Damiani a Maria Cauco testamento dictae ecclesiae relicta fuerat) necnon hortum extra civitatem, qui firmat versus orientem juxta terram communis Venetorum, quae quondam fuit hortus versus occidentem et firmat juxta rivulum aquae, quae venit de conductu, versus austrum, firmat in loco Serram dicto versus boream et in via publica. Habet quoque praedicta ecclesia IV voltas cum curia juxta ecclesiam dictam versus austrum, ubi clerici cum plebano habitare solent, in tercierio Venetorum ecclesiam S. Jacobi jurisdictioni episcopi Torcellani subditam et subtus IV stationes, versus austrum juxta ecclesiam II, versus austrum voltam (desuper qua erat dormitorium presbyteris dictae ecclesiae) et domum destructam post corsariam (quam retinet magister Haboti). De domo Thosani Maureceni Veneti necnon quondam Rolandi Contareni, quae nunc est Pantelei, singula rotula olei ecclesia S. Marci

[1]) Cf. de Sacy, Chrestom. arabe I, p. 468; Quatremère, Makrizi I A, p. 114—115; II, p. 271; Heyd I, p. 336.

accipere debet, sicut dicitur. Eadem ecclesiam ibidem sitam scilicet S. Nicolai possidet, quae est episcopi Esulae, et versus boream VI stationes continuas cum ecclesia juxta stratam, ex alia parte viae versus ecclesiam domum quandam et aliam (quae habet stationem de subtus cum curia parva necnon cisternam Dulce), versus austrum stationem juxta ecclesiam, denique II stationes parvas cum parva camera desuper una illarum, quae sunt vacuae, et firmat versus orientem in via, quae discurrit de una via in aliam versus occidentem in domo Helyae. Fundacum in tertiario situm sed destructum episcopi est de Caurole; firmat versus orientem et septentrionem juxta domum Petri Scandalionis, versus occidentem juxta domum filii Petri Ruffi et domos Judaeorum, versus austrum in via publica, quae currit sive protenditur ante S. Jacobum et S. Nicolaum. Communi Venetorum hae vero sunt possessiones in civitate et terciario Tyri: domus proprie deputata pro communi cum II curiis, ubi habitat bajulus (quae firmat versus orientem in petia terrae vacuae, quae est filii Simeonis Boni de confinio S. Barnabae Venetorum, versus occidentem in via publica, quae discurrit juxta trivium S. Marci, versus austrum in petia terrae vacuae Thomae Dulce et partim in domo Johannis Pisani militis, versus septentrionem in via publica, quae discurrit ante ecclesiam S. Marci), petia terrae (cujus domus nunc destructae terrae motu firmant versus septentrionem in muro civitatis, versus austrum in via publica, quae discurrit ante ecclesiam S. Marci, versus occidentem in furno et fondaco S. Marci, versus orientem in domo Thomasii Pititoni et Leonis Michaelis), balneum ecclesiae S. Marci vicinum (quod firmat versus occidentem in domo Sepulchri, versus austrum in via publica, versus orientem in domibus Thomasii Dulce et in via publica, versus septentrionem in petia terrae S. Marci), alia II balnea pertinentia communi Venetorum et insimul post trivium S. Crucis archiepiscopatus Tyri (quae firmant versus orientem in via publica, versus austrum in via publica, versus occidentem in via publica, quae discurrit ante trivium S. Crucis, et pars firmat in domo Dominici Bucti, versus septentrionem in via publica), furnus in ruga S. Nicolai (qui firmat in orientem in via publica, in austrum in petia terrae vacuae, quae est communis Venetorum, in septentrionem in via publica, quae discurrit ante ecclesiam S. Nicholai), alter furnus (qui appellatur furnus oscurus et situs est in contrata Cobeib, firmans in occidentem in via publica, in septentrionem in alia via publica), petia terrae vacua et vicina furno in ruga S. Nicolai sito (quae habet puteum et firmat in oriente in via publica, quae discurrit ante domum presbyteri Petri et domum domini Monriale militis, in occidente in domo Rainaldi de Emperas, in septentrione a dicto furno, cujus petiae medietatem dictus Monriale, alteram dictus presbyter censualem tenet), alius furnus communis terrae motu destructus (qui est de partione seu divisione cum furno S. Marci et firmat in petia terrae filii Symeonis Boni et partim in mansione Johannis Tyri, in septentrione in domo communis Venetorum), in capite rugae S. Marci volta, super qua est domus discoperta ab Johanne Tonesto tunc bajulo empta (quae firmat in orientem in via publica, quae pergit versus S. Petrum, in occidentem in domo Rolandi Contareni et partim in domo Johannis Tyri, in septentrionem in via publica, quae discurrit ante S. Marcum), alia petia terrae (quae firmat versus orientem in divisione, quae est inter commune Venetorum et regem, versus occidentem in domo cum curia domini Manasse Dulce, vicecomitis

Venetorum, versus septentrionem in muro civitatis, qui est juxta mare, versus austrum in domo Nicolae, quam emit Jacobus Barocius), alius furnus terrae motu destructus (qui firmat in orientem in via publica, in occidentem in domo, quae fuit Turcopoli nomine Balmene, in septentrionem in via publica, in austrum in domo ....), domus parva cum II voltis et curiis (quae devenit communi a quodam Turcopulo Balmene sine haerede mortuo et firmat in orientem in furno communis destructo, in occidentem et septentrionem in viis publicis), petia quaedam civitatis in loco, qui dicitur Baragesse sita (quae firmat a tribus lateribus in viis publicis, in austrum in terra Templi vacua, et vicina est petiolae terrae, quam emit Marsilius Georgius bajulus), census stationis (quam Thomas Dulce habet in ruga S. Nicolai) et domus (quae fuit filii Helel sine haerede mortui et in solario sita est), praeterea petia magna terrae in contrata Baragese, ubi trahuntur naves quandoque (quae firmat in orientem in portu civitatis, in occidentem in una via, quae est inter dictam petiam terrae et domos Thomasii Dulce et Andreae Galafarii, in septentrionem in via, quae est inter dictam petiam terrae et arsena[l] regis, in austrum in via, quae est inter dictam petiam terrae et domos Thomae Dulce), census, quem commune recipit in fondaco Tyri a vicariis regis (quem, ut dicunt, pro cambio savonariae et tentoriae accepit, sed Dominicus Acotanto olim bajulus minis extorsit), denique domus quasi turris (quae super viam, qua itur ad catenam, sita, sed nunc terrae motu destructa est, et fuit Johannis Garabelli sine herede mortui. Extra civitatem Tyri communi sunt: 1. masera (qua efficitur zucharum), 2. magna petia terrae in fondo, ubi plantantur canamellae maserae vicina (quae irrigatur ex aqua fontis, cujus tertia pars communi est et custoditur a viro, cui adjungit rex II alios, et firmat in orientem ex toto in conductu illo aquae, versus occidentem in mari et littore maris pro parte et pro parte in terra, quam habent feudum communis Rolandus Contareni et Guilielmus Jordanis, versus septentrionem in terram regis, a qua sejungitur rivulo, versus austrum in terram Januensium, rivulo intercedente; et vocatur Caruge, quam Veneti vero vocant Masos), 3. ex alia parte conductus petia terrae (quae in die una paribus boum III laboratur et firmat versus orientem, septentrionem et austrum in terra, quae est Montis Sion, versus occidentem in dicto conductu), 4. alia petia terrae Bellemet vocata (quae firmat versus orientem in terra casalis Thalabie, domini Sydoniae proprii, versus occidentem et austrum in rivulo, qui est inter dictam terram et terram Rolandi Contareni, quam a Venetis feudum tenet, versus septentrionem in rivulo, qui intercedit dictam terram et casale Thalabie), 5. molendina (quorum unum civitati vicinius molens una mola et de uno austo aquae, quam appellant portum de conductu fontis dicti, alterum est super dicto molens, quod nunc rex tenet, prius ab omnibus lateribus firmat in dicto molendino et in terra regis, quam nunc tenent Januenses), 6. aliud molendinum (quod de Caneto dictum olim destructum nunc vero reaedificatum est et de aqua dicti fontis et conductus necnon de austu portus dicti conductus prope hortum archiepiscopi molit; desuper conductu enim juxta portum est ficus Pharaonis et juxta eam currit rivulus aquae de aqua Jemis et, cum currit, pergit ad molendinum desubtus pontem sicut et aqua dicti portus, quae in unum colligitur, unde molit; firmat versus orientem in terra regis, versus occidentem in rivulo, qui est inter Venetos et archiepiscopum Tyriensem, versus septentrionem in terra

domini de Sydonya, versus austrum in rivulo in mare fluente), 7. petia terrae circa XI annos vastata nunc in vineam posita et plantata (quae firmat versus orientem in rivulo, qui discurrit inter Venetos et regem juxta balneum dictum Saladini, versus occidentem in via publica, quae discurrit inter Venetos et vineam Templi, versus septentrionem in terris regis, ubi facit aram., versus austrum in vinea Suriani Josephi), 8. alia petia terrae, ubi olim fuit hortus (quae habet barchilia destructa, ubi colligebatur aqua pro irrigando, et firmat versus orientem in terra, quae fuit Homo Dei, scribae regis, versus occidentem in via publica, versus septentrionem in vinea, quae est nunc Rainaldi, militis de Empam [Emperas], versus austrum in horto S. Marci). Casalium, quae commune possidet, primum est Batiole, ad quod pertinet gastina Mensara, quae est in montana versus orientem (casale vero et gastina firmat in summitate montanae in petia terrae arabice vocatae Galleharge, versus occidentem in mari, versus septentrionem in rivulo, qui discurrit de montanis sub ponte, qui dicitur pons Tyri, versus austrum in monte, sicut aqua discurrit a cacumine montis, quod est dicti casalis, et pergit usque ad salutem frêî [sic!]). In dicto casali sunt XX carugae rusticorum et tanta terra est sufficiens, quae remanet pro sequenti anno seminanda, quam appellant garet; praepositus casalis vocatur gastaldio. Secundum est Mahallie in montanis situm (quod firmat in orientem in casale regis Sahaphie, versus occidentem in casale Zacharie, quod est domini Johannis Dasce, versus septentrionem in casale regis Melequie, versus austrum in casale, quod feudum a Venetis pro uxore sua Guillielmus Jordanis habet), in quo sunt VIII carugae rusticorum (de quibus est media caruca libera, «et postquam seminaverunt, habent tanta terra [sic], quam appellant Garet, quae officitur Mazaticha pro sequenti anno»). De tertio casali Hanoe Templo Domini sunt II partes, Venetis una, in quo sunt II homines eorum Memur et Hagined. Quartum casale appellatur Theiretenne (quod regi II partes, Venetis I solvit et firmat in orientem in casali Maharone, quod Guillielmus Jordanus habet feodum, in occidentem partim in casali regis Focai, partim in casali Zobie et partim in casali Farachiem, quod est Bartholomaei Caym [2]) militis, versus septentrionem in casali Bartholomaei dicti, quod vocatur Caffar de bael, in casali Thoglif, quod Rolandus Contarenus feudum a Venetis tenet, in austrum in casali regis Aiffit), in quo sunt XII homliges: Rays Sade, Rays Haindoule, Rays Meged, Meiram, Braym, Seid, Mahomet, Helel, Habd el-raginam, Selem, Nor el-doule, Baraque. Quintum casale est Homeire (quod firmat versus orientem in casali Dordochie, versus occidentem in casali Soaffi, quod Rolandus Contarenus feodum habet, versus septentrionem in casali Tahirefelse, quod est regis, versus austrum in casali Maron, quod nunc est filio Guidonis Scandalionis), in quo sunt rustici: Raysinegid, Couaha, Habdeluaif. De feudis, quae duces Venetorum concesserunt, enumerantur haec: primum casale Dairram, quod est Vitali Pantaleoni dicto Maluisino, filio Johannis Pantalei de confinio S. Juliani de Venetia, et firmat versus orientem in casali regis Zebiquim, quod fuit de feudo Dame Guide Contarene, versus occidentem in terra casalis Feconiae, quod fuit de feudo, quod eadem dame tenuit, sed

---

[2]) Alias: Bertelme Caym, Chayn († 1 Jan. 1266), cujus epitaphium ediderunt Prutz, Aus Phoenizien, p. 336; cf. 343—344 et Clermont Ganneau in Archives de l'Orient latin II A, p. 459—460.

nunc tenetur a domino Sidonis scilicet emptum a milite, qui stabat cum comite Henrico tunc terrae domino, versus septentrionem in casali Mahalliae, quod fuit de feodo Dame Guide, versus austrum in casali regis Hasye, secundum casale Hobdelemen et tertium Gaifiha, (quod eidem Vitali Pantaleo concessum et in vertice montis situm firmat versus orientem in terra, quae tangit cavam Dame Guide Contarene, versus occidentem in casali Batiole, versus boream in rivulo, cujus mare influentis in alia parte est casale regis Ihanie [Ihame?] quod fuit Dame Guide Contarene, versus austrum in gastina Mensore). Ad quartum casale Maharona pertinent gastinae Beldamon, Jordei, Mezarha, Ursa, Toreig, Torneza, Ras, Lambra, Elmunie, Jalche, Mezara de zote, Derdros, Bisilie, Remedied, ejusque casalis sunt II partes regi, una Venetis (quod firmat in orientem in casali «quod est dominationis terrae» Throronis [sic], in quo divisionis excurrit rivulus intermittens, et in casali ejus dominii Derentare [?] et aliud liaum [Liavum], versus occidentem in terra casalis Terentene, versus septentrionem in casali Joie, quod fuit Dame Guide de feodo, versus austrum in casali Sagnomie, quod est filii Gualteri Morelli, et in casali Caurhamos) et rustici: Gadiri, Bram, Saod, Nagime, Mere, Selem, filius de Timam et pueri de Salem, Bramle Prevost, filius de Megacel (Megatel?), Machimet, filius de Sahade, Casib (cum?). Huic feodo sunt contigui horti II (qui firmant versus orientem in horto S. Johannis Hospitalis, versus occidentem in horto filii quondam Johannis Bernardi, civis Acconensis, versus septentrionem in mari et maris litore, in austrum in via publica). Ejusdem feudi (feudum), quod appellatur una fossa, est petia terrae (quae firmat versus orientem in terra communis, ubi plantantur canamellae, versus occidentem in terram, quae fuit filii Buzicari, versus septentrionem in via publica, versus austrum in terra, quam possidet ecclesia S. Cosmae et Damiani) et gastina Belemed desuper conductu sita (quae firmat in orientem in casali Talabie, in occidentem in conductu aquae, versus septentrionem in terra Pisanorum, versus austrum in terra archiepiscopi et ficu Faratinis [Faraconis?] et rivuli, et feodo possidetur a Guilielmo Jordanis pro uxore sua, quae fuit de domo Pantalei) necnon domus cum furno (quae inhabitatur a dicto Guilielmo cum uxore et firmat versus orientem in via publica, quae discurrit juxta S. Crucis ecclesiam, versus occidentem in curtivo Manase Dulce vicecomitis et in domo Samuelis, qui mortuus est, versus septentrionem in via, quae vadit ad cimeterium juxta S. Crucem, versus austrum in curtivo Balduini Bonvisini) et casale Cafardani cum castro; et ex eodem dicto feudo LX bisantii recipiuntur scilicet de la cassaria, de businis, zalamellis et instrumentis aliis. Communi quoque est casale Soafin cum XIV carugis, (quod firmat in orientem in terra False partim, quod a rege tenetur et fuit de feudo Dame Guide et partim in casali Homehite, in occidentem in casali Amosie a dicto Rolando possesso, in septentrionem in casali, quod filius Guidonis Scandalionis tenet feudum a rege, in austrum in casali Dairhanno, quod dictus Guidonis tenet), in quo sunt homolige: Sob, Rays Sereg, Hasis, Belmesd. Casale Hanosie ejusdem feudi firmat in oriente in antedicto casali Sohafin, in occidente in casali Bedias archiepiscopi Tyriensis, in austrum in casali Dercadenon, in septentrionem in casali Lasachye et habet hominem ligium Rasa. Casale Femom firmat in orientem in casali regis Anderquisse, in occidentem in casali vallis Josaphat Beffele, in austrum in casali, quod vocatur Terre je bene

parti, in septentrionem in casali, quod tenet dominus Engaram (sic); et habet homoliges: Mahalla, Selmen, Hali, Habs, Bellala, Halil. Aliud casale ejusdem feudi vocatur Tolliffif, quod firmat in oriente in terra casalis Hospitalis Megedel, in occidentem in casali Terretenne, in septentrionem in casali Cafar Dabael, quod tenet Bartholomaeus de Caym, versus austrum in casali Joie ab Hugone amirato possesso. Petia terrae ejusdem feudi sita est juxta fontem Dei desuper conductum, qui pergit in civitatem Tyri (quae firmat versus orientem in terra casalis S. Sepulchri partim, quod vocatur Derina, et partim in terra communis, quae vocatur Bellemet, in occidentem in conductu dicto et in petia terrae quam possidet archiepiscopus, versus austrum in casali Sepulchri Darina versus septentrionem in rivulo, qui terram communis et terram feudi intercedit). Alia petia terrae ejusdem feudi appellatur Fossa (quae firmat in orientem in via, quae discurrit in terram communis, in occidentem in Sabulone, in septentrionem in petia terrae S. Cosmae et Damiani, in austrum in terra communis), quam terram vendidit avus dicti Rolandi consensu domini Pantaleonis Barbo, sed Vitalis Galafat tu(c)tor Rolandi dicti emit dicto Rolando tempore Stephani Justiniani tunc bajuli pro LXXV bisantiis. Dictus vero Rolandus de dicto feudo habet domum in tertiario Venetorum ante S. Petrum (quae firmat versus orientem in ruga, quae discurrit ante dictum S. Petrum, versus occidentem in ecclesia Graecorum, versus austrum in domo, quam possidet dominus de Beryto, versus septentrionem in domo Johannis balneatoris). Casale Bethoron habent Veneti cum archiepiscopo Tyriensi, qui eis de parte ipsorum terram detinet (quae firmat versus orientem in petia terrae Nesun casali Tai vicinae, versus septentrionem in petia terrae Hebdel Hoheb, versus austrum in petia terrae, quam habet Hegmed, filius Melaeb, et sufficiens II paribus boum et XL arboribus olivarum plantata Venetis detenta fuit a tempore Salahadini et est laborata a rustico Mufac). Alia petia terrae, quam praepositus archiepiscopi detinet, vocatur Carobleri (quae firmat versus orientem in terra quondam rustici Belhala dicti, versus occidentem in terram rusticorum Venetorum, versus austrum in terra ab archiepiscopo detenta), alia retenta vocatur de Sarde (quae versus orientem firmat in masara, ubi efficitur vinum, versus occidentem in terra, quam tenet archiepiscopi rusticus Hamed, versus septentrionem in terra praepositi dicti, versus austrum in via publica; alia petia sita est juxta fontem, quam tenebat rusticus archiepiscopi Basalag), item detinetur alia terra IX modiis frumenti sufficiens et vinea a Bosalag dicto possessa (quae firmat versus orientem in montana, versus occidentem in vinea, quam tenet Raffa, rusticus archiepiscopi, versus septentrionem montana, versus austrum in vinea, quam habet rusticus Megel Sachays), quae plantabatur ab archiepiscopo in tempore captionis Damiatae. Item detinetur vinea, quam possidet Naym, filius Fetto, rusticus archiepiscopi (quae firmat versus orientem in divisione Megel Sarchais, versus occidentem in vinea rustici archiepiscopi Sade, versus septentrionem in vinea archiepiscopi, quam tenet rusticus Habdelceb, versus austrum in terra archiepiscopi), et vinea alia, quam laborat et possidet Sideomfi, filius Boali (quae firmat versus orientem et occidentem in vineis Venetorum, in septentrionem in oliveta archiepiscopi, quam tenet rusticus Naym, versus austrum in vinea archiepiscopi, quam tenet rusticus Mesied) et vinea, quam tenet rusticus Feebet (quae firmat versus orientem in oliveta archiepiscopi, quam

dictus Tehebet [sic] tenet, versus occidentem in vinea archiepiscopi, quam tenet praepositus casalis, versus septentrionem in vineis Venetorum, versus austrum in vinea archiepiscopi, quam tenet rusticus Zar), denique vinea, quam possidet rusticus Thomanus (quae firmat versus orientem in vinea rustici Zar, versus occidentem in vineis Venetorum, versus septentrionem in vinea archiepiscopi, quam tenet rusticus Venetorum Maummet) et II domus, quarum unam habet praepositus casalis archiepiscopi, alteram nepos ejus Helem (quae habitatae fuerunt a rusticis Venetorum Hoibeid et Thacam) et aliae III, quarum unam tenet rusticus archiepiscopi Hoese, aliam Raffa, tertiam praepositus casalis. In casali Bethoron Venetis sunt III vineae, C arbores olivarum, satis magna petia agri, V carucae et rusticus Mufac ejusque filius Hasem, Mathar, frater dicti Mufac, Josef, filius dicti Mathar, Mahomet Elly cum II filiis Hismahel et Chailiel. Archiepiscopus vero ibidem habet II millia et XL arbores olivarum necnon XV carucas, quas tenent praepositus casalis, Alem, Megehed, Hali, filius Naym, Braym, Gibrim, Zaar, Fehd, Homeil, Meuse, Mesade, Amie, Hagined, Raffa et praepositus dictus. De redditibus ac possessionibus Venetorum Tyri, quorum tertiam partem tenere debebant, plures retinentur: in primis tertia pars reddituum catenae, quae in hoc anno appaltata fuit in CCCCLXXX bisantiis ad rationem de tota; rex vero Johannes omnes Surianos ad dationem catenae liberavit. Item retinentur redditus portae versus terram cum uno fundaco et ex alio fondaco tertiarii, ex macello et tuazo, ex mensuris frumenti, ex vitreo, ex oleo sussimani, ex calce, ex piscaria, ex vino cerevisii (cervese), quod efficitur ex hordeo et focay vocatur, ex lacte. Veneti autem possident Tyri rugam communem superius et inferius cum rege Tyri, qua itur ad catenam, super qua est volta et porta civitatis. In parte regis est fundacum Pisanorum de rege emptum, ubi construxerunt ecclesiam super dicta volta et porta ita, ut in Venetorum parte sit trivia juxta pedes quinque; hujus vero ecclesiae memoria fere evanuit. In civitate Tyri Venetis retinentur hae domus: in primis retinetur ab Ugone amirato domus (quam habere dicitur ab uxore sua, filia Zunzulini Gazelli), secunda (quam marchio Montis ferrati dederat Ansaldo Bonvisini et nunc ejusdem filius tenet Balduinus Bonvisini), tertia domus rugae S. Nicolai (quae a domina Raymunda vidua tenetur et firmat versus orientem in via, quae discurrit ad ecclesiam S. Mariae Graecorum, versus austrum in via, quae discurrit ante S. Nicolaum). Casalium et possessionum, quae feuda dominus dux et commune Venetorum tempore captionis Tyri Rolando Contareno pro III militiis dedit, marito scilicet Dame Guide, enumerantur: casale Latorum, quod est in Lacava, casalia Fetonie, Melequie, Ramadie, Ihannie, Sebequin, Talabie, Amgie, Hameisie, Zaharie, Sahasie, Conoise. Tertiam partem accepit casalium: Haiff, Focay, Johie, Terrefelsei, et in civitate domum (quae nunc tenetur a domino de Berito et firmat in orientem in via publica, quae discurrit ante S. Petrum, in occidentem versus ecclesiam S. Mariae Graecorum, versus septentrionem in domo Rolandi Contareni minoris), quae in tertieria Venetorum habitata fuit a tunc bajulo Pantaleone Barbo, sed, quum dictus Rolandus Contarenus nullo herede relicto obiisset, Dame Guido eam restituere noluit et in protectionem regis suscepta retinuit atque moribunda heredem constituit. Casalium, quae retinentur communi in tertierio Tyri, in quibus habebat tertiam partem, quae rex partim possidet et partim militibus et ecclesiae

tradidit, enumerantur: Lasahephie, Laremedie, Homesie, Lahaya, Resconany, Herrin, Sedequie, Canna, Bofoley, Dercanon, Szorcoorum, Derreme, Herdey, Harbehel, Foraquye, Labosorie, Sahonye, Soquollye, Laiarodie, Lahemedie, Lanahemine, Labasorie, Saffoney, Tyr dube, Hyanoz, Hyanoz, Foquel, Queforcabel, Teyrfebne, (Vitalis Galafarius, Thomas Dulce et alii testantur, quod Dominicus Acotanto bajulus negligentia sua hoc casale Teyrfebne amisit, quod nunc rex possidet), Guafarduum, Michel Serquey, Beris, Migaidel, Maraque, Anderquifa, Maron, Affalquie, Bafaley, Brochey, Dordohaia, Terfelsay, Haymbo Aldelley, Mahalebfet, Sedim (quod casale, Vitali Galafario et Thoma Dulce testibus, tempore Pantaleonis Barbonis dominus Henricus de Campagna retinuit), Sauit Jorge, Zirisia, Nea, Lacassomya. Denique rex retinet molendinum super molendinum Venetorum situm (Tafel-Thomas II, p. 351—389, No. 299; partim in H. Bréholles V, p. 1228—1232; cf. Wilken VII, p. 371; Quatremère, Makrizi II A, p. 213—217; Prutz, Aus Phönizien, p. 266—296; Heyd I, p. 148, 155—156, 162, 338, 342, 345; Röhricht in ZDPV. X, p. 282—290). **1114**

**(1243?** c.). — (Fridericus II) mandat, ut, quum prior et fratres domus Templi nuntiis ad hoc specialiter destinatis a curia Romana impetrare intendant, ut Templum Domini in Jerusalem a dominio imperatoris abdicent in eo castrum contra honorem imperatoris construere proponentes adducantur, ut a proposito desistant, alioquin certiores fiant, omnia eorum bona mobilia et immobilia, quae in regno et imperio inveniuntur, ademtum iri (Winkelmann, Acta inedita I, p. 369—370, No. 434; Böhmer-Ficker, No. 3403; cf. quae nos in Forsch. 1886, p. 89 exposuimus). **1115**

**1244**, ind. II. Accon. — Marsilius Georgius, Venetorum bajulus in Syria, eorum bona enumerat. Veneti possident in ruga Firmi II domos in solario et II alias necnon stationem prope domum Pandulfi in capite, aliam vicinam et furnum, palacio bajuli vicinas XII stationes et tabulam seu bancam in capite palatii V inter palatium et ecclesiam S. Marci sitas, VIII tabulas seu banchas circa logiam sitas, XVI stationes sub magno palatio fundaci super viam et campum, quarum quinta vocatur statio de la cocorda, II stationes juxta logiam et XII cameras, quarum in una habitat Johannes gastaldo, platearius communis, XI domos in palatio magno fundaci in solario de medio existentes, quae incantantur, si caravana Venetorum advenit, domum in superiori parte palatii in solario versus S. Demetrium sitam et IV alias, quarum prima est juxta terraciam, alias VI cameras in superiori dicti palatii sitas, V habitationes in capite fundaci juxta S. Demetrium necnon alias plures, quarum unam domina Pavia, aliam Buraffus plazarius tenet, necnon alias ex alia parte viae a palatio magno fundaci, alias, quas commune habet pro immedietate cum Pandulfo; inter alias, quae sunt supra capum Venetorum, vocantur: una domus cum solario dicta Mahomaria et domus, quae est ex alia parte viae ex opposito logiae S. Marci et communis est pro indiviso cum Balduino de la Tregla videlicet in statione magna, quae est inferius, et in habitationibus, quae sunt super dicta statione, una super alia et cum Nicholao de Misina (?), filio quondam Leonardi Villani, in statione minori dictae domus. Marsilius denique conqueritur de multis tributis, quae contra privilegium a Guarmundo datum et a rege Balduino II confirmatum Venetis imponuntur, cujus tenore iisdem quoque ecclesia et ruga in civitate

Hierosolymitana necnon tertia pars urbis Ascalonitae propriae esse deberet (Tafel-Thomas II, p. 389—398, No. 300; cf. Heyd I, p. 148, 152—153). **1116**

**1244** Mart. — Bonifacius, abbas Cistercii, Eustorgio, archiepiscopo Nicosiensi, scribit, se abbatiam ab A(elisia), vidua Philippi de Ybellino,[1]) Nicosiae constitutam confirmare (De Mas Latrie III, p. 644—645; cf. I, p. 189). **1117**

[1]) Obiit a. 1228 (Eracles, p. 365; Gestes, p. 27).

„ Mart. (partim italice). — Job, filius Melechelcheme,[1]) amicus califfi, soldanus Aegypti, securitatem in toto regno suo Venetianis per manum Leonardi Gradonico et Johannis Premarini concedit et confirmat (Tafel-Thomas II, p. 416—418, No. 301; De Mas Latrie, Traités de paix, suppl. p. 76—77, No. 3; cf. Archives d. miss. scientif. II, p. 371; Heyd I, p. 411). **1118**

[1]) Mâlik as-Sâlich Nedschm ad-dîn, qui eodem fere tempore foedus cum fratribus Templi iniit (Röhricht in Forsch. 1886, p. 88—89).

( „ Jun. c.). — Hermannus Petragoricensis, magister Templi, R(oberto) de Sanfordia in Anglia praeceptori, scribit, se postquam frustra cum soldano Aegypti (Mâlik as-Sâlich Nedschm ad-dîn) de pace componenda egerint, nunc cum soldano Damasci (Mâlik as-Sâlich Ismaël) pacem utilissimam fecisse (Matthaeus Paris IV, p. 288—291; cf. Hist. litt. de la France XXI, p. 795—796; Röhricht in Forsch. 1886, p. 88—89, 100, No. 8). **1119**

„ Jul. 7, ind. II. Accon in palatio magistri Theutonicorum. — Henricus de Honloch, magister domus Theutonicorum,[1]) et Jacobus de Amigdalia, filius Agnetis, filiae comitis quondam Jocelini, sigillantes litem inter utrumque diu versantem dirimunt; Henricus enim Jacobum legitimum heredem de medietate reddituum Maronis et medietate VII millium bisantiorum de funda et catena Acconensi percipiendorum necnon aliorum jurium a dicto Joscelino possessorum investit, Jacobus vero pollicetur, se concambium sive locationem a se de medietate Castri Regis pro VI millium et CCCC bisantiis necnon de altera medietate Maronis pro II millibus et D bisantiis factum ratum habiturum esse. — Conradus de Nasso, praeceptor magnus,[2]) Guarnerus (Guernerius) de Mereberc(h) marescalcus, Gunter(i)us, commendator Apuliae,[3]) Johannes de Nifland(a), castellanus Montisfortis, Conradus hospitalarius, Ludowicus drapperius, Henricus de Diling et Symon de Huasi, fratres Theutonici; Balduinus de Pinkin, Stephanus de Sauvani (Sawani), Raulus Alemannus, Philippus Balduinus (de Baduin) (Strehlke, p. 75—76, No. 98; cf. p. 125; Altpreuss. Monatsschr. 1882, XIX, p. 640, No. 31; p. 646, No. 15; Forsch. XXI, p. 500, No. 17). **1120**

[1]) Aestate anni 1244 magister factus (Ewald II, p. 167) Romam adiit, ubi aes alienum multum contraxit (Hess. Urkundenb. I, No. 79), inde postquam Maj. 1245 in curia Friderici II moratus fuit (Perlbach, Reg. No. 231; Potthast, No. 11787a; cf. Böhmer-Ficker, No. 3474) in Prussiam profectus est (Perlbach, No. 252—254, 271), inde reversus Vindobonae adest 13 Octob. 1246 (Winkelmann, Acta I, No. 473), 13 Jun. 1248 apud Mergentheim (Perlbach, No. 294) et moritur a. 1249 (Voigt III, p. 9), 15 (Perlbach, Necrologe, p. 359, 363) vel 16 Jul. (ibid. p. 365; Ewald II, p. 312). Cf. Zeitschr. f. d. würt. Franken IV A, p. 69—78; IV B, p. 208—216; Stälin, Würt. Gesch., ed. II, I, p. 431. In charta Friederici II (14 Sept. 1245) vicemagister Henricus memoratur (Böhmer-Ficker, No. 4587). [2]) De quo cf. Chron. de Mailros, p. 156. Matthaeus Paris, Chron. maj. IV, p. 338, 342 nuntiat, fratrem nostrum 17 Octob. 1244 pugna occisum fuisse. [3]) Fortasse idem G., qui Henrico de Hohenlohe successit magistro et 4 Maj. (Voigt III, p. 52; Perlbach, Necrologe, p. 364) vel 3 Maj. 1253 (Perlbach, Necrologe, p. 359; SS. rerum Pruss. III, p. 390; cf. Ewald II, p. 313) obiit.

**1244** Jul. 7, ind. II. Accon in palatio magistri Theutonicorum. — Jacobus de Amigdalia Henrico de Honloch, magistro domus Theutonicorum, medietatem suam Maronis pro II millibus et D bisantiis annuatim solvendis locat et sigillo confirmat. — Testes ut supra No. 1120 (Strehlke, p. 77—78, No. 99). **1121**

„ Aug. 20, ind. II. Accon in domo Hospitalis. — Johannes de Rocka Rubea Hospitali per manum Guillelmi de Castronovo magistri casale Esckas in territorio Neapolitano situm donat, quod Dulcis, uxor dicti Johannis, acceperat a Renerio hostiario, qui idem a Guidone, rege Hierosolymitano, tenebat. — Balduinus de Pinckinni, Guilielmus de Malembech, Santorus judex, Guilielmus, prior S. Michaelis presbyter, Bonifatius, canonicus S. Crucis Acconensis, Guilielmus Cotenna de S. Gilio campsor, magister Johannes Medicus, Bernardus de Caselles, Johannes Marescalcus, Johannes de Scalona (Delaville le Roulx, p. 179—180, No. 76; cf. p. 24). **1122**

„ Sept. 11. Accon. — Robertus, patriarcha Hierosolymitanus et Sedis Apostolicae legatus, (Aalis), regina Cypri et balliva [1]) regni Hierosolymitani, (Petrus II), Tyrensis archiepiscopus,[2]) R(adulfus), Acconensis, G., Sidoniensis, R(adulfus II), Lyddensis, episcopi, Hermannus, Templi, Willelmus, Hospitalis, magistri, (Conradus de Nasso), praeceptor Theutonicorum, Odo de Monte Belliardo, dominus Tiberiadensis et constabularius regni Hierosolymitani, Philippus, dominus Turonensis, Innocentio IV papae fusius exponunt, Tartaros Urbem Sanctam cepisse et S. Sepulchrum vastavisse (Chron. de Mailros, p. 156 — 163; Mon. Germ. SS. XXVII, p. 441; cf. Röhricht in Forsch. 1886, p. 100, No. 9). **1123**

[1]) Cf. Gestes d. Chiprois, p. 130; textus legit: bauilla, quod correximus in balliua. [2]) De quo ZDPV. X, p. 18; Berger, No. 57, 2803, 4042.

( „ ? Nov. ineunt.). — Robertus, patriarcha Hierosolymitanus, omnes christianos certiores facit de ingenti clade, quam christiani transmarini vigilia S. Lucae (17 Octob.) apud Gazam acceperunt (Salimbene, Chron., Parmae 1857, p. 60 — 61; Memoriale potestat. Reggiensium in Muratori SS. Italiae VIII, p. 1113; cf. Röhricht in Forsch. 1886, p. 101, No. 12a). **1124**

( „ ? Nov. ineunt.). — G(uillelmus) de Novo Castro, magister Hospitalis,[1]) domino M. de Merlai, nuntiat, Tartaros urbem Hierosolyma cepisse ac vastavisse, christianos vero apud Gazam fugatos esse (Matthaeus Paris IV, p. 307 — 311; cf. p. 306 — 307; Hist. litt. de la France XXI, p. 796; Röhricht in Forsch. 1886, p. 101, No. 12b). **1125**

[1]) Quum magister noster clade Gazensi captus fuerit (Röhricht, l. c. p. 93), hujus epistolae auctor esse non poterit, nisi putare licet, eundem paulo post liberatum esse (Herquet, Chronologie, p. 39—40).

( „ ? Nov.). — Fridericus II imperator omnibus mundi principibus, scribit, quae de invasione Corosminorum et captione Urbis Sanctae per S., nuntium A(lberti), patriarchae Antiocheni, didicerat, et fratres Templi, qui pacem a Richardo, comite Cornubiae, olim factam accipere noluerunt, hujus calamitatis auctores denuntiat (H. Bréholles VI A, p. 236—240; Böhmer-Ficker, No. 3447; cf. Röhricht in Forsch. 1886, p. 100 — 101, No. 10; ibidem [p. 101, No. 11] similes epistolae anonymae citantur). **1126**

[1]) Röhricht, l. c. p. 88—89.

„ Nov. 25. Accon. — Robertus, patriarcha Hierosolymitanus et Sedis Apostolicae legatus, Henricus, archiepiscopus Nazarenus, J., electus Caesa-

riensis,[1]) R(adulfus), Acconensis, et G., Sidoniensis, episcopi, Guillelmus de Rokaforti, vicemagister Templi, H., prior S. Sepulchri, S., Samuelis, B., Montis Oliveti, J., Templi Domini, P., Montis Thabor, et R., Montis Sion, abbates, archiepiscopis, episcopis etc. in Francia et Anglia constitutis de invasione Tartarorum et clade Gazensi accuratissime referunt (Matthaeus Paris IV, p. 337—344; Annal. Burton., p. 257—263; Paoli, Codice I, p. 321—324; Vertot, Hist. d. chevaliers de St.-Jean I, preuv. p. 615; excerptum in Annal. Waverlaiens., p. 334—335; cf. Hist. litt. de la France XXI, p. 796; Röhricht in Forsch. 1886, p. 101, No. 13). **1127**

[1]) De quo ZDPV. X, p. 13; Henri de Courzon, Règle d. Templiers, § 546—550; Berger, No. 2026.

(**1244**? exeunt.). — Henricus, rex Cypri, Friderici II imperatori de miserabili Terrae Sanctae statu refert A., nuntium suum, commendans (H. Bréholles VI B, p. 914—915; cf. Röhricht in Forsch. 1886, p. 102, No. 14). ‖ Hanc epistolam De Mas Latrie, Hist. de l'île II, p. 37 ad annum 1217 vel 1218, Röhricht, Beitr. I, p. 59 ad c. 1222 et v. Löher, Der Kampf Friedrichs II um Cypern, p. 139, Not. 2 ad 1229, Bréholles, l. c. ad annum 1244 exeuntem pertinere censuerunt. **1128**

( „ c.). — Peregrinus, abbas S. Mariae de Latina,[1]) Roberto, patriarchae Hierosolymitano,[2]) per manum Arnaldi, episcopi Liddensis[3]) et ejusdem vicarii, fidem et obedientiam jurat (Rozière, p. 1—2, No. 1; Lois [ed. Beugnot] II, p. 536, No. 51 [ad 1240]; Migne, p. 1111, No. 1). **1129**

[1]) De quo ZDPV. X, p. 37—38. [2]) De quo Gestes, p. 129, 148; ZDPV. X, p. 9—10; Potthast, No. 10878, 10998, 11108, 12283, 12487, 12546, 12941—12942; Berger, No. 12—13, 49, 53, 304, 459, 476, 1429, 1437, 1749, 2057, 2122, 2556, 2585, 2745, 2801, 3965, 4103—4106, 4355; Mon. Germ. Ep. II, No. 6, 128, 389, 565—567, 824, 828. [3]) De quo ZDPV. X, p. 28; Berger, No. 3209, 3286, 4355, 5390.

( „ —**1268**). — Henricus, archiepiscopus Nazarenus, et archidiaconus (?)[1]) Lyddensis epistolam ab Honorio III (22 Jun. 1224) fratribus Theutonicis scriptam transsumunt (Strehlke, p. 331, No. 393 not.). **1130**

[1]) Textus mutilus male: archiepiscopus; annos suprascriptos proposuimus, inter quos Henricus chartis memoratur.

**1245** Febr. 13, ind. IV (III). — Petrus, episcopus Castellanus,[1]) Johanni, presbytero ecclesiae S. Trinitatis Venetianae, nunc habitanti in portibus ultramarinis, ecclesiam S. Marci de Baruto ad ecclesiam Castellanam spectantem a calendis Maji ad unum annum pro censu I marcae sterlingorum concedit et confirmat (Cornelius XIII, part. I, p. 224; Tafel-Thomas II, p. 423—424, No. 305). **1131**

[1]) De quo Ughelli V, p. 1265—1268.

„ Febr. 17, ind. IV. Rivoalti. — Stephanus, plebanus ecclesiae S. Sophiae, Petro, episcopo Castellano, confirmat, se praedem fieri pro una marca illa, quam Johannes presbyter de ecclesia S. Marci Barutensis secundum tenorem chartae XIII Febr. factae ad unum annum solvere tenetur (Cornelius XIII, part. I, p. 225; Tafel-Thomas II, p. 424—425, No. 306). **1132**

„ Febr. 27. Foggiae. — Fridericus II imperator Richardo, comiti Cornubiae, nuntiat, quae ex epistolis conventus Theutonicorum de clade Gazensi comperit, eamque superbiae fratrum Templi et Pullanorum vitio dat (Matthaeus Paris IV, p. 300—305; H. Bréholles VI A, p. 254—256; Böhmer-Ficker, No. 3460). **1133**

**1245** Mart. 5. Lugduni. — Innocentius IV magnum regem (Mangu-chan) ac populum Tartarorum rogat et hortatur, ut ab impugnatione et persecutione christianorum desistant, et fratrem Johannem (de Plano Carpini) ejusque socios nuntios ac latores praesentium commendat (Sbaralea I, p. 353, No. 75; Mon. Germ. Ep. II, p. 74—75, No. 105; Potthast, No. 11572; Berger I, p. 208, No. 1365). Eodem anno mense ac die idem eosdem docet principia religionis christianae et Laurentium de Portugalia, fratrem Minorum nuntium, commendat (Sbaralea I, p. 354—355, No. 76; Potthast, No. 11571; Mon. Germ. Ep. II, p. 72—73, No. 102; Berger I, p. 208, No. 1364). **1134**

„ April. 3. Accon. — Johannes et Symon de Treucis, fratres et milites, consensu matris Agathae Hospitali ejusque praeceptori vices magistri gerenti Johanni de Ronay III carrucatas terrae, aream et domum Casalis albi, quod situm est in plano Acconis juxta viam, quae vadit apud Coquetum, casale Hospitalis, DC bisantiis acceptis concedit; supradicta autem terra cohaeret ab oriente terrae Coqueti, ab occidente per longum continuatur terrae domus Templi et terrae S. Thomae, a meridie adhaeret alteri terrae Hospitalis, a septentrione terrae S. Samuelis. — Radulfus, episcopus Acconensis, qui sigillo confirmat, Rolandus de Luca,[1] Gervasius Malguastel, vicecomes Acconensis, Stephanus de Salvingni, Alardus, Symon Bartolomaei, Johannes de Nefin, Guido Aurifaber, Johannes Philippi, Petrus Michaeli (Paoli I, p. 257—258, No. 217; cf. p. 548). **1135**

[1]) De quo Eracles, p. 330.

„ April. 23. — Godofridus de Praefatis, episcopus Bethlemitanus electus, privilegium a Mathildi, comitissa Nivernensi, concessum confirmat (Gallia christiana XII, instrum. p. 237—238, No. 1; Lagenissière, p. 82—83; ex charta Mathildis). **1136**

„ Nov. 24. Oseney. — Galerandus, episcopus Berytensis[1]) pro subsidio Terrae Sanctae in partibus Angliae constitutus, omnibus ecclesiae de Oseney benefacturis indulgentiam XXX dierum concedit (Archives de l'Orient latin I, p. 404—405). **1137**

[2]) Qui cum Arnulfo, ordinis Praedicatorum, concilium Lugdunense adierat; cf. Hist. litt. de la France XXI, p. 796, ZDPV. X, p. 23—24 et Röhricht in Forsch. 1886, p. 101, No. 13.

„ Nov. 24. — Ismail, filius Ebibecre, soldanus Damasci, Innocentio IV papae, nuntiat, se ejusdem epistolas recepisse et cum fratribus Praedicatoribus esse locutum (Raynaldi, Annal. 1247, § 69—71; Berger I, p. 455, No. 3032). **1138**

„ Dec. 22. Camelae (Emessae). — Salehinus, soldanus Aegypti, Innocentio IV papae, fide Mahometica exposita, rescribit, se cum fratribus Praedicatoribus missis ob impedimentum linguae disputare non potuisse, nuntiat, se Tartaros vicisse, et rogat, ut Innocentius frequentius scribat, deinde edicto omnibus monachis ex partibus occidentalibus terram suam intraturis securitatem promittit profitens, se concordiam inter Latinos et Graecos factam non negare, denique transscribit fiduciam, quae egressa est per praeceptum sublime pro fratribus Praedicatoribus Emessam venturis (Raynaldi, Annal. 1247, § 67—69; Berger I, p. 454—455, No. 3031). **1139**

( „ ?). — Guillelmus de Castro novo, magister Hospitalis, Theobaldo, regi Navarrae, Andream Polinum latorem epistolae discrimina Terrae Sanctae

exponentis commendat (Pamplona, Archives d. comptes de Navarre II, No. 11; dedit Comes Riant). 1140

1246 (1245) Mart. — Heton I, rex Armeniae, cum Helysabeth uxore Venetianis per manum Petri Dandulo legati in toto regno suo securitatem necnon Mamistrae ecclesiam concedit et sigillo confirmat. — Gregorius sacerdos cancellarius scripsit. Gabriel Paulinus notarius etc. ut supra No. 282 (Tafel-Thomas II, p. 426—428, No. 307; Langlois, p. 143—146, No. 19; cf. Archives d. miss. scientif. II, p. 368; Marin IV, p. 155—157; Arch. storico ital., app. IX, p. 315; Dulaurier, Recherches I, p. 126). 1141

„ Maj. 25. — Saloph Beelphet Ayob (Mâlik as-Sâlich), filius soldani Al-Kamel, Innocentio IV, qui pacem vel treugas faciendas rogaverat, respondet, se cum christianis contra assensum Friderici II imperatoris, quocum pater suus et ipse intima familiaritate conjunctus fuerit et sit, componere non posse, sed nuntio suo ad curiam dicti imperatoris constituto mandare, ut papam adeat cum ipso collocuturus (Raynaldi, Annal. 1245, § 52—55; Matthaeus Paris IV, p. 566—568; Annal. Stadenses in Mon. Germ. SS. XVI, p. 370; Chron. Zantfliet in Martène, Ampl. Collect. V, p. 81—82; H. Bréholles VI A, p. 423—425; Berger I, p. 296, No. 1994; cf. Reinaud, Extr., p. 447; Riezler in Forsch. XI, p. 633—634; Winkelmann, ibid. XIII, p. 647; Röhricht, Beiträge I, p. 83, Not. 270 et in Forsch. 1886, p. 95, Not. 7). 1142

„ Aug. 6—15. — Mâlik an-Nâsir, filius Mâlik al-Muazzami, princeps arcium Krak et Schaubek, fide Mahumetica exposita Innocentio IV papae respondet, qui suaserat, ut ad Christi cultum se convertat (Raynaldi, Annal. 1247, § 71—74; Berger I, p. 455, No. 3033). 1143

„ Aug. 15. — Mâlik as-Sâlich, soldanus Aegypti, Innocentio IV papae, rescribit, se dolere de S. Sepulchri destructione, et pollicetur, se malefactores puniturum et claves dicti Sepulchri fidelibus suis daturum, qui nunquam nisi peregrinis aperiant, eique restaurandae et ornandae operam dare velle (Raynaldi, Annal. 1247, § 74—76; Berger I, p. 455, No. 3034; cf. Röhricht in Forsch. 1886, p. 91, Not. 6 et p. 95, Not. 7). 1144

„ (post Sept. 1), ind. V. — Guillelmus, archiepiscopus Mamistanensis, sigillo confirmat, se D., Hospitalis Antiocheni praeceptorem, rogavisse, ut, sibi frumenta et alias decimas, quas Antiochiae dare deberet, Figeniam nunc mitteret, et eundem praeceptorem his precibus annuisse (Paoli I, p. 258, No. 218). 1145

„ Octob. 16, ind. V. Rivoalti. — Stephanus, plebanus S. Sophiae, Petro, episcopo Castellano, confirmat, se praedem fieri pro singulis marcis illis, quas Johannes, nunc presbyter S. Marci ecclesiae Baruthensis, per III annos solvere tenetur, sicut antedictus episcopus charta VIII die Septembris facta constituerat (Cornelius XIII, part. I, p. 226; Tafel-Thomas II, p. 429—430, No. 308; cf. supra No. 1132). 1146

( „ Nov. 11). — Imperator Tartarorum [1]) Innocentio IV papae, qui per nuntios [2]) rogaverat, ut baptismate accepto a caede christianorum

[1]) Kuyuk, qui April. 1248 obiit (Mouradgea d'Ohsson II, p. 234; Heyd, Die Colonien, 1858, p. 266). [2]) Johannem de Plano Carpini et Laurentium de Por-

desistat, [3]) respondet, se precibus ejusdem cedere nolle, ac postulat, ut christiani ipsius dominio se subjiciant [4]) (Chron. Salimbene, p. 84—85; fragm. in Rec. de voyages IV, p. 594—595; cf. Emil Michael, Salimbene und seine Chronik, Innsbruck 1889, p. 33; Röhricht, Zur Correspondenz der Päpste in Theol. Studien u. Kritiken 1891, p. 367). **1147**

tugalia ordinis Minorum (quem Innocentius IV [9 Aug. 1246], patriarchae Graeco Antiochiae et catholico Armeniae commendavit [Potthast, No. 12448; cf. No. 12636; Berger, No. 3046; cf. No. 4051]), de quorum legatione Zarncke, Der Presbyter Johannes in Abhandl. d. Königl. Sächs. Gesellsch. d. Wissensch. 1876, p. 69 et supra No. 1134. [3]) Epistola nostra memoratur in Rec. de la Société de géogr., Paris 1839, IV, p. 779 et, ut videtur, brevissime excerpitur in epistola Sempadii (d'Achery, Spicileg. III, p. 626; cf. infra No. 1155; Yule, Cathay I, not., p. CXXVII—CXXVIII). [4]) Alia epistola memoratur a Matthaeo Paris (V, p. 37—38) qui dicit: «Eadem aestate (1248) venerunt duo nuntii Tartarorum a principe eorum ad dominum papam destinati. Causa autem nuntii eorum adeo cunctos latuit in curia, ut nec clericis, notariis nec aliis licet familiaribus claruit patefactum. Charta autem eorum, quam papae detulerunt, ter fuit de idiomate ignoto ad notius translata, prout nuntii partibus occidentalibus appropinquaverunt. Suspicabatur autem a multis per quaedam argumentorum indicia, quod in charta continebatur propositum concilium Tartarorum fuisse movere bellum in proximo contra Battacium, generum Friderici, Graecum schismaticum et Romanae curiae inoboedientem, quod domino papae non credebatur displicuisse». Henricus III legatos multis donis et muneribus honoravit (cf. Remusat VI, p. 426—427).

**1247** Maj. 6. Lugduni. — Innocentius IV papa, Octaviano, S. Mariae in Via lata presbyteri cardinali, mandat, ut S. Marci Tyriensem et Acconensem ecclesias protegat certo censu definito (Cornelius X, part. I, p. 225; Tafel-Thomas II, p. 445—446, No. 312 [cf. p. 430, No. 309]; Potthast, No. 12505; Berger, No. 3030). **1148**

„ Jun. Nicosiae (gallice). — Johanns d'Ibelin, comes de Japhe et Rames, [1]) Eustorgio (Estorgue), archiepiscopo Nicosiensi, IV hortos suos Nicosiae sitos et versus meridiem horto S. Mariae de Tyro confines sigillo apposito vendit. — Gaultier de S. Bertin, Raimond d'Aguillar, Johan de Barut, Peroaut d'Aude [2]) (De Mas Latrie III, p. 647—648; cf. Archives de l'Orient latin II A, p. 226). **1149**

[1]) Hoc loco primum sic vocatus (De Mas Latrie I, p. 337). [2]) Alias: de Aldo.

( „ ) Jul. 25. In territorio Sitiens castri. [1]) — Bajothnay, [2]) princeps Tartarorum Persiae, Innocentio IV, scribit, se ejusdem nuntios [3]) et litteras accepisse ac per nuntios Aybeg et Sargis mandat, ut, si cum ipso componere vel bellare velit, cito rescribat, nuncios mittat, vel ipse veniat (Vincent. Bellovacensis, Specul. hist. XXXI, c. 51; Raynaldi, Annal. 1247, § 82; Chron. Zantfliet in Martène, Ampl. Collect. V, p. 84—85; L. Moshemii, Hist. Tartar. eccles., app. p. 42, No. 9; Remusat VII, 1824, p. 424—425, No. 1; cf. VII, p. 422—423, No. 2; VI, p. 424). **1150**

[1]) Cujus situm ignoramus (Mouradgea d'Ohsson, Hist. d. Mongols II, p. 221, not. 2). [2]) Baidschu. [3]) Ascelinum (Anselmum), Andream de Longjumeau et Simonem de St. Quintino (et alios fratres ordin. Praedicatorum), cujus relationem excerpsit Vincent. Bellovacensis XXXII, c. 40—51; cf. Raynaldi, Annal. 1247, § 78—81. De hac legatione cf., quae Mouradgea d'Ohsson II, p. 221—231 (ibid. p. 231—232 epistola supradicta), Heyd, Studien über die Colonien d. röm. Kirche in Zeitschr. f. hist. Theol., Leipzig 1858, XXVIII, p. 264—265 et Zarncke, Der Priester Johannes in Abhandl. d. Königl. Sächs. Gesellsch. d. Wissensch., phil. hist. Classe, Leipzig 1876, VIII, p. 71—75 disputarunt.

**1247** Aug. 6. Mediolani. — Octavianus, S. Mariae in Via lata presbyter cardinalis, Apostolicae Sedis legatus, epistolam Innocentii IV repetens ecclesiae S. Marci Venetianae primicerio et capitulo S. Marci confirmat, se Venetorum S. Marci ecclesias Tyriensem et Acconensem in protectionem Apostolicae Sedis suscepisse, et mandat, ut inde binorum bisantiorum censum annualem persolvant (Cornelius X, part. I, p. 225; Tafel-Thomas II, p. 445—447, No. 312 et supra No. 1148). **1151**

( „ ). — Raban Ara,[1]) vicarius Orientis catholicus, Innocentium IV, qui eidem Andream et socium nuntios miserat, rogat, ut imperatorem, praecepta et exemplum Christi vere consequutus, propter stragem christianorum et destructionem S. Sepulchri in gratiam suam recipiat, eique per dictos nuntios redeuntes mittit libellum de terra Sion aliumque de fide ex parte archiepiscopi Nisibini a II archiepiscopis et III episcopis subscriptum ac petit pro J., archiepiscopo Hierosolymitano, de sua gente fratribusque orientalibus christianis in Antiochiae, Tripolis et Acconis urbibus constitutis, scilicet ut iisdem faveat et auxilium suum impendat (Raynaldi, Annal. 1247, §32—36; Mon. Germ. Ep. II, p. 199—200, No. 268; Berger I, p. 455, No. 3035; cf. Röhricht in Forsch. 1886, p. 91, Not. 6). **1152**

[1]) Corrigas: Rabban ata (magister, pater; cf. Abel Remusat VI, p. 413; VII, p. 359).

( „ ). — Ignatius, catholicus Jacobitarum, Innocentio IV papae formulam fidei Jacobitarum per Andream, Innocentii nuntium, revertentem transmittit (Raynaldi, Annal. 1247, § 36—39; Berger I, p. 455, No. 3036). ‖ Adjectae sunt ejusdem catholici formula fidei altera (Raynaldi, Annal. 1247, § 39—41; Berger I, p. 456, No. 3038) et confessiones Johannis primatis Jacobitarum (Raynaldi, Annal. 1247, § 41—43; Berger I, p. 456, No. 3039) et Ensoaib, archiepiscopi Nassibini (Raynaldi, Annal. 1247, § 43—44; Berger I, p. 456, No. 3037; cf. supra No. 1075). **1153**

„ —**1248** April. Nicosiae. — Henricus I, rex Cypri, Johanni de Brena, filio Mariae sororis et Galteri, comitis Brenensis, nepoti suo omnia jura, quae ipse ad comitatum Campaniae et Briae possidet, concedit et sigillo confirmat. — Henricus, filius Bohemundi IV, principis Antiochiae, Balduinus de Ibelino senescalcus, Guido de Ibelino marescalcus, Goffredus le Tor camerarius, Johannes de Bria, Balduinus de Morf (Layettes du trésor d. chartes III, p. 25, No. 3648; d'Arbois de Jubainville, Hist. d. ducs et d. comtes de Champagne V, p. 428, No. 2828 et in Bibl. de l'école d. chartes 1872, p. 175, No. 175; cf. Hist., No. 2309, 2351, 2808, 3128, 3233). **1154**

(**1248**) Febr. 7. Samargant. — Sinibaldus,[1]) constabularius Armeniae, H(enrico I), regi Cypri, et Johanni de Ibelino, sororum suarum Stephaniae et Mariae maritis, nuntiat, se in terram Tartarorum ingressum, eos eorum-

[1]) De hac legatione Sinibaldi, cujus mentionem etiam faciunt Joinville, § 143; Chron. du royaume de la pet. Arménie in Rec. d. hist. d. croisad., aut. armén. I, p. 651, videas Klaproth, Archiv f. asiat. Literatur 1810, I, p. 114—118; St. Martin, Mém. sur l'Arménie I, p. 119—145; Journ. asiat. 1858, XI, p. 452—454; Remusat VI, p. 434—435, 456—457; Zarncke, Der Presbyter Johannes in Abhandl. d. Königl. Sächs. Gesellsch. d. Wissensch., phil.-hist. Classe, 1876, VIII, p. 75—78. Post reditum Sinibaldi rex Armeniae Haython I ipse Tartaros adiit (Journ. asiat. 1858, XI, p. 463—473) et 1255 rediit (Eracles, p. 441; cf. Mouradgea d'Ohsson III, p. 100—102; Remusat VI, p. 457—460; Journ. asiat. 1833, XII, p. 205—214, 274—287; Haython in Louis de Backer, L'extrême orient au moyen-âge, Paris 1877, p. 177).

que imperatorem christianos reperisse; papam eidem legatum misisse interrogaturum, num vere christianus sit, sed hunc postulasse, ut papa ipse veniat et religionem suam cognoscat (Ep. Odonis apud d'Achery, Spicileg. III (fol.), p. 626; Vincent. Bellovacens. XXXI, c. 92; Guill de Nangiaco, p. 360—362; Assises d'Antioche, Venise 1876, p. 90—91; Chron. Zantfliet in Martène, Ampl. Collect. V, p. 87—89; Moshemii, Hist. Tartar. eccles., app. p. 43—51 in No. 12). **1155**

**1248** Febr. 26. — Henricus I, rex Cypri, confirmat, Johannem de Ybellino, comitem Joppensem et dominum Ramatensem, Eustorgio, archiepiscopo Nicosiensi, pretio XII millium bisantiorum redditus M bisantiorum annuales quosdam vendidisse. — Philippus de Novaria, Paulus de Neapoli, Raimundus d'Aguilier, milites et homines ligii. Sigillavit Odo, episcopus Tusculanus, Sedis Apostolicae legatus (De Mas Latrie III, p. 648—649). **1156**

„ Mart. 4, ind. VI. Accon in ecclesia S. Petri Pisanorum. — Benencasa, q. Leonardi Cascinensis filius, Friderici II imperatoris judex et notarius, de mandato Guidonis de S. Cassiano etc., privilegium supra (No. 711) memoratum se coram Nicholao presbytero, capellano dictae ecclesiae, Benvenuto diacono, judice Sanctoro de Juvenatio, Ugolino notario q. Bandini et aliis testibus vidisse et transsumpsisse, confirmat (G. Müller, p. 59—60, No. 36). **1157**

„ Mart. 6, ind. VI. Accon in ecclesia S. Petri Pisanorum. — Benincasa etc. de mandato Guidonis de S. Cassiano etc., se supra (No. 665) memoratum privilegium coram presbytero Nicolao magistro, capellano dictae ecclesiae, Jacopo et Benvenuto diaconis, Ugolino notario domini Bandini, Ildebrando de Gombo, Belcayro de Vico et aliis legisse et in publicam formam redegisse, confirmat (G. Müller, p. 28, No. 23). **1158**

„ Mart. 14, ind. VI. Accon in ecclesia S. Petri Pisanorum. — Benencasa, q. Leonardi Cascinensis filius, Friderici II imperatoris judex et notarius, de mandato domini Guidonis de S. Cassiano q. Galli, consulis communis Pisanorum Accon et totius Syriae, se supra (No. 322, 449, 667, 668, 703) memorata privilegia coram Pipino Conelli (al. Conetti), Ildebrando de Gombo, Opithone Buzaccarino, Bonajuncta Nullo, Ugolino notario q. Bandini et aliis testibus vidisse et in publicam formam redegisse, confirmat (G. Müller, p. 7, No. 5). **1159**

„ Mart. 21, ind. VI. Accon in ecclesia S. Petri Pisanorum. — Benencasa etc. de mandato Guidonis de S. Cassiano etc., privilegium supra (No. 1006) memoratum se coram Gerardo Marandello, Benencasa dicto Grasso quondam Riccii, Pipino Conetti, Ugolino notario quondam Bandini se legisse et transsumpsisse, confirmat (G. Müller, p. 98, No. 67). **1160**

„ Mart. 31, ind. VI. Accon in ecclesia S. Petri Pisanorum. — Benincasa etc. de mandato Guidonis de S. Cassiano etc., se privilegium supra (No. 684) memoratum coram Roberto Tornuli, Jacobo Vallis Sercli, Bartholomaeo campsore, Bonajunta Nullo et Ugolino notario q. Bandini legisse et transsumpsisse, confirmat (G. Müller, p. 39, No. 32). **1161**

„ April. 24, ind. VI (Accon). — Benencasa etc. de mandato Guidonis de S. Cassiano q. Galli, consulis Pisanorum Accon et totius Syriae, se privilegia supra (No. 585, 621, 662, 706, 718, 769, 788, 886, 1041, 1042) memorata coram Vinceguerra Anselmetti, Ildebrando de Gombo, Oddone Soavisi et Ugolino notario q. Bandini vidisse et exemplavisse, confirmat (G. Müller, p. 18, No. 15). **1162**

(**1248** c. Maj.). — *Fridericus II soldanum Babyloniae de Ludovici IX, regis Franciae, expeditione contra Aegyptum parata certiorem fecisse narratur (Reinaud, Extraits, p. 448; Cardonne, p. 12 not.; Bibl. d. croisad., aut. orient, p. 719; Amari, Bibl. Arabo Sicula I, p. 517; II, p. 258; Röhricht, Beitr. I, p. 85, 94). **1163**

„ Aug. 7, ind. VI. Accon. — Peregrinus, abbas S. Mariae de Latina, cum conventu Johanni de Ronay, magno praeceptori ac magistri Hospitalis vices gerenti, casalia de Mondisder et Turrim rubeam,[1] deinde jura sua casalis Caco tali pacto sigillo concedit, ut fratres in civitate Accon inde DCCC bisantios annuatim solvant, etsi praeter Acconem et Tyrum tota Terra Sancta in manus hostium inciderit, si vero utraque civitas amissa fuerit, Hospitale a dicto censu liberum sit; hoc vero pactum, XXV annis praeterlapsis, denuo ac denuo repetitum iri. — Henricus de Josaphat, Hugo, Montis Sion, abbates, A., prior S. Sepulchri, G., archidiaconus Caesariensis, T., decanus Sydoniensis, Elias et Mattaeus, canonici Liddenses, fratres Johannes et Henricus monachi, fratres Bernardus, Galterius monasterii de Latina; de fratribus Hospitalis: Guillelmus de Corcellis marescalcus, Petrus de Aleage, Johannes prior, Johannes de Bubi, castellanus de Crato, Petrus, castellanus de Margat, Martinus Sanche drapparius, Joseph [2]) thesaurarius, Guillelmus de Morret, bajulus Tiri, Clemens, bajulus de Tripoli, Ancelmus, ballivus Antiochiae, Guiscardus, ballivius Armeniae, Guillelmus Pyon, ballivius Cipri, Bernardus de Rome, Hugo de Loroil, Aimarus de la Roche, Petrus de Sardines turcoplerius, Guillelmus de Vals, socius vicemagistri, Adam de Erovile, Johannes de Malengh, magister scutiferorum, Bernardus Corbele infirmarius, Jocelinus de Tonel «feu de Tonell» et alii (Paoli I, p. 259—261, No. 219; Delaville le Roulx, p. 181, No. 78; cf. p. 24). ‖ Hoc privilegium (30 Nov. 1248, Accon) Henricus, archiepiscopus Nazarenus, et G(alterius II), episcopus Acconensis, se vidisse, sigillis confirmant (Paoli I, p. 258, 261, No. 219). **1164**

[1]) Nunc burdsch el-atôt (Survey II, p. 178). [2]) de Cancy, de quo Röhricht in Archives de l'Orient latin I, p. 639—643 not.

„ Sept. 1. Lugduni. — Hugo, S. Sabinae cardinalis presbyter, et Guillelmus, episcopus Anteradensis, priori et fratribus B. Mariae de Carmelo, qui per Reginaldum et Petrum fratres clericos a papa petiverant, ut quaedam gravia ex ipsorum regula tollerentur, scribunt, se ipsius papae mandato dictam regulam correxisse sive mitigasse, et monent, ut illa nova regula firmiter observetur (Bullar. Carmel. I, p. 8—11, No. 6; cf. Potthast, No. 12701, 12679). **1165**

„ Nov. 22. Lugduni. — Innocentius IV Bayonoy regi, principibus et baronibus exercitus Tartarorum scribit, se nuntios eorum recepisse, et addit, se olim ad eos nuntios misisse, dolens, quod Jesum Christum non agnoscant; monet, ut a caedibus maxime christianorum desistant (Berger II, p. 113—114, No. 4682). **1166**

( „ ?). — *Erchaltai,[1]) dux Tartarorum, Ludovico IX, regi Franciae, in insula Cypri constituto amicitiam et auxilium pollicetur latores epistolae Sabeldin Monfac, Davidem et Marcum [2]) commendans (Vincent. Bellova-

[1]) Id est Iltschikathai. [2]) Legati 14 Dec. 1248 apud Cherines in insula Cypro appelluntur, 19 Dec. Nicosiam intrant, sequenti die Ludovicum adeunt, inde 15 Jan. 1249 cum Andrea de Longjumeau, Johanne Goudriche et aliis nuntiis regis

censis, Specul. hist. XXXI, c. 91; Ep. Odonis in d'Achery, Spicileg. III, p. 625—626; Guillelmus de Nangiaco in Bouquet XX, p. 358—360; Annal. Rudberti in Mon. Germ. SS. IX, p. 791; Matthaeus Paris VI, p. 163—165, No. 84 [cf. p. 80, 87]; Chron. Zantfliet in Martène, Ampl. Collect. V, p. 86—87; Duchesne, SS. Franciae V, p. 348; Pitthoeus, Hist. Franc. script., p. 423; Raynaldi, Annal. 1248, § 34—36; Moshemii, Hist. Tartar. eccles., app. p. 47—48, No. 12; Thomas Cantimpratensis, Bonum univ., Duaci 1627, p. 525—527; Remusat in Mém. de l'Institut 1822, VII, p. 423—425, No. 3; cf. VI, p. 439—445). || De hac epistola cf., quae Mouradgea d'Ohsson, Hist. d. Mongols II, p. 236—243; Heyd in Zeitschr. f. hist. Theol. 1858, p. 271—272; Zarncke, Der Presbyter Johannes, p. 78—81; Franz Schmidt in Zeitschr. f. Erdkunde, Berlin 1885, p. 161 seqq. disputaverunt; ceterum cf. infra No. 1215). **1167**

---

necnon epistolis ejusdem et legati instructi proficiscuntur (Röhricht, Kleine Studien, p. 16); antedicti legati (Maj.-Jun. 1251) ad Ludovicum IX Caesareae morantem redeunt (Joinville, § 135, 470—471, 490—493; cf. Eracles, p. 624; Franz Schmidt, p. 162 et infra No. 1195). Horum nuntiorum Ludovici IX mentionem facit Innocentius IV 20 Febr. 1253 (Potthast, No. 14886).

(**1248**? Octob.). — (Guillelmus de Sonnaio), magister Templi, et (Hugo de Jury), marescalcus Templi, Ludovico IX, regi Franciae, scribunt, Mâlik as-Sâlih, soldanum Aegypti,[1]) apud Gazam morari, Jaffam et Acconem in periculo versari, sed ammiratum de mandato dicti soldani, de pace cum ipsis egisse[2]) (Ep. Odonis in d'Achery, Spicileg. III, fol. 625; Vincent. Bellovacensis XXXI, c. 95; Guillelmus de Nangiaco, p. 366). **1168**

[1]) De hujus temporis statu politico cf. Joinville ed. Nat. de Wailly, p. 483—484 et Ibn Khâllikan, Biogr. dictionn. ed. Mac Guckin de Slane III, p. 245—246; IV, p. 145—146; Abulfeda in Rec. d. hist. d. croisad., aut. arab. I, p. 124—125. [2]) Hoc Ludovicus magistrum et marescalcum supra dictos vetuit (Ep. Odonis, l. c.; varias pactiones, quas Ludovicus in Terra Sancta cum variis soldanis iniit, enumerat Röhricht, Kleine Studien, p. 22—24). Fere eodem tempore Ludovicus principi et patriarchae Antiochiae necnon regi Armeniae contra Turcomanos auxilium petenti DC balistarios misit (Joinville, § 142; Ep. Odonis, p. 625; Vincent. Bellovacensis XXXI, c. 95; Guillelmus de Nangiaco, p. 368).

( „ ? Nov.-Dec.). — (Pierre de Biaune?), marescalcus Hospitalis, Ludovico IX, nuntiat, inter Halebi et Aegypti soldanos[1]) bellum vigere et priorem cum rege de pace agere velle (Ep. Odonis, p. 625; Vincent. Bellovacensis XXXI, c. 96; Guillelmus de Nangiaco, p. 368). **1169**

[1]) Pax inter utrumque soldanum chalifa intermediante facta est Maj. 1249 (Ep. Odonis, p. 628; Vincent. Bellov. XXXI, c. 96; Guill. de Nangiaco, p. 368).

( „ c.). — Stephanus de Salerno fratribus leprosorum S. Lazari, qui filium Austorgium benigne in fraternitatem receperint, X solidos annuales concedit. — Durandus Barrel, Durandus Babilion; de fratribus S. Lazari: Ansellus, Hugo; de Hospitali: Aimoinus de Rupe Forti (Archives de l'Orient latin II B, p. 157, No. 40). **1170**

**1249** Jan. 12. Lugduni. — Innocentius IV (Nicolao?), archiepiscopo Tyrensi, ecclesiam S. Marci Tyrensem sub annuali censu II bisantiorum tenendam concedit (Berger I, No. 4379). || In Libro censuum in Opp. Honorii (ed. Migne I, p. 528) confirmatur, S. Marci Venetianorum Acconensem et Tyrensem ecclesias camerae Apostolicae II bisantios annuales solvere teneri; cf. supra No. 1151). **1171**

**1249** Mart. 17, ind. VI. Accon in ecclesia S. Petri Pisanorum. — Benencasa etc. de mandato Guidonis de S.Cassiano etc., se privilegia supra (No.684, 1007) memorata coram Gerardo Marandello, Roberto Tornuli, Jacobo Vallis Sercli, Bartholomaeo campsore et Ugolino notario q. Bandini et aliis testibus legisse et transsumpsisse confirmat (G. Müller, p. 37—38, No. 31). **1172**

„ (1248) Mart. 31, ind. VI. Accon in ecclesia S. Petri Pisanorum. — Benencasa, q. Leonardi Cascinensis filius, Friderici II imperatoris judex et notarius, de mandato domini Guidonis de S. Cassiano quondam Galli, consulis communis Pisanorum Accon et totius Syriae, se privilegia supra (No. 412, 617, 674, 675, 713, 721, 735, 758, 775, 982, 1002) memorata coram Gontulino de Ponte, Roberto Tornuli, Ugolino notario q. Bandini et aliis testibus vidisse et transsumpsisse, confirmat (G. Müller, p. 11, No. 9). **1173**

„ Mart. 31. In insula Cypro. — Odo,[1]) episcopus Tusculanus, Sedis Apostolicae legatus, Innocentio IV, cui jam antea de Ludovici IX, regis Franciae, peregrinatione ultramarina scripserat, quae idem in insula Cypro gessit, refert et nonnullas epistolas excerpit vel verbo tenus affert, quae historiam regni Hierosolymitani attinent (D'Achery, Spicileg. [fol.] III, p. 624 —628; L. ab Moshemio, Hist. Tartar. eccles., app. p. 46—54, No. 12; Joinville ed. Ménard, p. 320, ed. Du Cange, Dissertat., p. 384; Choisy, Vie de St.-Louis I, p. 206. Excerptum a Vincent. Bellovacens. XXXI, c. 89 —95 atque inde a Guillelmo de Nangiaco in Bouquet XX, p. 356—371). **1174**

[1]) De eo cf. Hist. litt. de la France XIX, p. 228—232; Notices et Extraits XXI B, p. 204 seqq.; Berger, No. 3965, 4120, 4623, 4641, 4662—4680; Bibl. de l'école d. chartes D. IV, p. 184; Layettes III, No. 4121; Lambert, Catal. de la Bibl. de Carpentras I, p. 84—85; Pitra, Analecta novissima 1888, II, p. XXIII—XXV, No. 188 —343; M. Chevalier, Répertoire s. voce.

„ April. 30 (gallice). — Johan l'Aleman, dominus Caesareae (Cesaire), domui Theutonicorum ejusque magno praeceptori et locum magistri tenenti Eberardo (Everart) de Saine [1]) casalia prope Accon sita: Beitegen, Seisor, Nef, la Haseinie, Mergecolon et Gelon sub censu annuali concedit casale Nabatige in excambium et casale la Bace casali l'Inbert vicinam pignoris loco accepturus consensu uxoris Margeritae (Marguerite), Heilehuis, sororis suae, sigillo confirmat. — Hayme l'Aleman, cognatus ejusdem Johannis, Jaque Vidau,[2]) Michel, filius domini Raou de Bazele, et Garnier l'Aleman, cognatus Johannis (Strehlke, p. 78—81, No. 100). **1175**

[1]) Qui annis 1251—1254 in Prussia moratur (Ewald II, p. 318; Hennes I, p. 137 —138; cf. Perlbach, Regesten, No. 348, 378, 397, 402, 423, 453, 460) et locum magistri in Syria tenens memoratur anno 1256 (Voigt III, p. 24—25). De Ludovici IX expeditione Aegyptiaca relationem composuit (Annal. Erphord. in Mon. Germ. SS. XVI, p. 37). [2]) De quo Eracles, p. 445, 464, 479. Hanc conventionem necnon omnia alia privilegia, quae fratres Theutonici in Terra Sancta unquam acceperunt, Conradus IV (Wormatiae, April. 1251) confirmat (Winkelmann, Acta inedita I, p. 405—406, No. 485; Böhmer-Ficker, No. 4542).

„ Maj. 12, ind. VI. Limisso sub tenda praeceptoris Terrae Hierosolymitanae. — Guillelmus de Sonayo,[1]) magister Templi, et fratres: Rainaldus [2]) marescalcus, Stephanus de Alta Turre, praeceptor terrae regiminis Hierosolymitani, Jacobus de Montignoso, Marinus nomine (sic), praeceptor

[1]) Guillelmus de Sounaia «magister Templi in Aquitania» a. 1246 vocatur in Layettes du trésor d. chartes II, p. 623, No. 3525 et pugna apud Mansuram commissa (8 Febr. 1250) letaliter vulneratus obiit (Eracles, p. 604; Joinville, § 245, 268—269). [2]) de Vicheriis, qui bello Damiatino interfuit (Joinville, § 185—186,

Uspri, Ferrandus Spagnolus,[3]) praeceptor Antiochiae, Josfredus de Mural, praeceptor militum, Aimericus Jaureo drapperius, sigillo Templi confirmant, se ab Ottone Tornello ejusque sociis Stephano de Guiberto et Guillelmo Gervasio absentibus X millia bisantiorum accepisse iisque in cambium III millia et DCCL libras Turonenses reddere pollicitum esse. — Gaufridus de Florentia, Julianus Coxia, Obertinus Capud Levantus, Johannes de Dayle, Blancus Lupus, milites domini Borbonii (Belgrano, Docum. inediti, Genova 1859, p. 61—62, No. 32). **1176**

382) et postea magister Templi factus est; chartam (15 Jul. 1255 Accon), qua cum Margarita, regina Navarrae, de bonis Templi convenit, cf. in Layettes III, p. 247—249, No. 4184; D'Arbois de Jubainville V, No. 3082. [3]) Fortasse idem ac Ferrandus postea (1259) praeceptor Italiae factus (Atti Lucchese X, p. 273).

(**1249** med. Maj.). — *Ludovicus IX, rex Franciae, soldano Aegypti mandasse dicitur, ut se ipsius imperio subjiciat, alioquin terram ejusdem occupatum iri (Reinaud, Extraits, p. 449; Cardonne, p. 14). **1177**

( „ Maj.). — Fridericus II (Turanschah), soldano Aegypto, epistolam scripsisse legitur, cujus latores de morte ejusdem (2 Maj. 1249) certiores facti ab urbe Accon paulo post redeunt (Joinville, § 443; cf. Eracles, p. 624; Röhricht, Kleine Studien, p. 22, Not. 9). **1178**

( „ Jun. ineunt.). — Soldanus Aegypti Ludovico IX, regi Franciae, respondet, se ipsius adventu et copioso exercitu minime terreri, sed spem suam in Altissimo ponere velle ejusque auxilio ipsius superbiam retusurum esse (Reinaud, Extraits, p. 450—451; Cardonne, p. 15). **1179**

( „ c. Jun. 10). — W(illelmus) de Senay, magister Templi, Roberti de Stanford, ejusdem domus in Anglia receptori, nuntiat, Ludovicum, regem Franciae, Damiatam cepisse (Matthaeus Paris, Chron. maj. ed. Luard VI, p. 162, No. 82; Cibrario, p. 104; de aliis epistolis et fontibus historiam belli Damiatini a Ludovico IX gesti attinentibus cf. Röhricht, Kleine Studien, Berlin 1890, p. 11—14). **1180**

„ Jun. 23, ind. VI (VII). Accon in scalis infradictae domus. — (In praesentia) Nicolai Dragii, Bergognoni . . . . . Guilielmus de Burgaro et Simon Malocellus, consules et vicecomites Januensium in Syria, se pro eodem communi possessionem corporalem medietatis domus accepisse, confirmant, quae quondam fuit Nicolae Antelmi et nunc tenetur nomine dicti communis a Bouarello. — Castellinus de Paxano, sacri imperii notarius, scripsit (Archives de l'Orient latin II B, p. 214, No. 1). || Memoria dignum est, quod annis, quibus Ludovicus in partibus transmarinis morabatur, Pisani, Venetiani et Januenses chartas et privilegia transscribi fecerunt, quibus possessiones eorum enumerantur, fortasse ut auxilio dicti regis, quas amiserant, recuperarent; inter omnes vero maxime Januensibus favit Innocentius IV (Potthast, No. 12367, 12778—12781, 14304, 14320, 14347—13348) privilegiis, quorum in numero graviora continentur epistolis ad priorem S. Crucis Acconensis (Potthast, No. 12778—12781; Berger, No. 3493—3494) et ad abbatem S. Sabbati Alexandriae (Potthast, No. 14347—14348), datis, quibus epistolis rogat, ut Januensibus domum suam in vico catenae Acconensi sitam vendat sive locet; Alexandriam vero, Januensium more nuncupatam, eandem esse ac Caesaream, constat (Winkelmann. Philipp v. Schwaben, p. 41). **1181**

**1249** Jul. 14, ind. VI (VII). Accon. — Guillielmus de Burgaro et Simon Mallocellus, consules et vicecomites Januensium in Syria, in praesentia Johannis Castaneae, Petri Straleriae, Guillielmi Gaberniae, Guillielmi Panzani, Boni Johannis Schacheti, Jacobi de Porta, Sorlioni de Grimaldo, Faravelli Cicade, Johannis Detesalve, Lanfranchi Botarii, Enrici de Vivaldo, Marchisii de Rodoano, Grimaldi Bancherii, Thomaé Carboni, ....., Guidonis de Finemundo et Fulconis de Logia possessiones, domos et census Acconenses ad commune Januensium pertinentes enumerant, de quibus primum vocantur apautus ad passagium: domus ante turrim novam communis domui Johannis Feto vicina cum uno ex suis magazenis, aliud magazenum ejusdem domus, turris vetus ecclesiae S. Laurentii vicina juxta dictam domum communis, apotheca ejusdem turris deversus plateam, palatium vetus communis, subter quod tenetur curia, domus quondam Bonivicini ejusque magasenum, domus prope domum de Capelletis et ante carrubium sita cum magaseno, palatium tertium communis de rugae cooperta (sic) prope domum Thomae Carboni et fratris, cui antejacet via, magesena ejusdem palatii, secundum palatium communis rugae coopertae cum magaseno, palatium logiae communis cum magaseno, palatium Griffi cum mezano et magasenis, tertium palatium deversus Ordamer prope domum Thomae Carboni cum magazeno, domus ad Lordamer et murum Hospitalis sita. Ad annum apautantur: domus quondam Johannis Volantis ante plateam communis et ab uno latere carrubii sita, domus quondam Pignatariae juxta domum praedictam cum magaseno, domus prope bacconerios posita et post darsana via mediante, alia domus vicina, volta juxta bacconerios deversus Lordamer, domus juxta Pisanos carrubio mediante, alia domus in ruga de tribus meagiis post domos Grimaldi Bancherii sita. Inter primos apautus de tempore Simonis Malocelli et Ogerii Ricii consulum de possessionibus communis traditis ad passagium plus offerentibus vocantur: domus ante turrim novam Januensium cum mazano et magaseno, aliud magasenum ejusdem domus, turris vetus communis contigua ecclesiae S. Laurentii, volta ejusdem turris versus plateam communis, palatium vetus communis desuper, subter quod curia tenetur, domus quondam Bonivicini cum magaseno, domus domui de Capelletis vicina cum magaseno, palatium tertium ruae coopertae juxta domos Thomae et Jacobi quondam Sáboneriorum cum II magasenis, secundum palatium de dicta ruga cum magasenis, secundum palatium de dicta ruga cum magasenis, palatium logiae cum magaseno, palatium, quod dicitur Grifus, cum magaseno, palatium contiguum cum magaseno, tertium palatium dictae rugae contiguum cum magaseno, aliud magasenum dictae rugae. Inter apautus domorum communis (ad annum) traditarum plus offerentibus tempore consulatus Simonis Mallocelli et Ogerii Ricii sunt: primum magasenum cum banco turris veteris communis Januae, secundum bancum dictae turris cum apotheca, tertium cum magaseno ejudem turris et cum apotheca deversus plateam communis, domus, quae fuit Ademaris contigua domui communis, quae fuit Pignatariae, apothecae III palatii veteris communis, magasena ejusdem palatii et volta domus, quae fuit Bonivicini, II domus, quae fuerunt Schivetae, superius et desuper, alia domus contigua, alia juxta turrim novam ex parte baconeriae inferius et superius, alia juxta bacconerios, quae fuit Johannis Osbergerii, alia juxta bacconerios contigua, alia ante turrim novam Pisanorum sita, quae

fuit Ugonis calderarii, aliae II domus, quarum una posita est ad Ordamer juxta murum Hospitalis, apautus carnium communis, II banca communis ante ecclesiam S. Jacobi sita, furnus communis more solito licitatus, jardinum communis, quod est intra civitatem Acconensem, more solito licitatum. Summa vero apautuum dictorum ad annum est MIIII bisantii et XVIII karati, de quibus receperunt DX bisantios et V karatos non positis (sic) in hiis solutione, quam habuerunt de domo Johannis Antelmi neque in introitu. Apautuum possessionum extra Accon sitarum sunt: balneum de Nicosia, domus de Famagusta, molendinum de Tyro. Domus vero, unde annuatim census redduntur, sunt: domus Fulconis de Logia et heredum Lamberti quondam fratris, domus Jacobi de Porta, Bonaviae de S. Laurentio, Johannis Curnudae, Durantis Bancherii, quae fuit Johannis Malfitani, domus Johannis Malfitani contigua, Laurentii de Guillielmo, Petri de Varagine quondam, Jacobi de Varagine, Johannis Feto, Cavallaroti, gastina Boni Johannis admirati, domus ejusdem, Laurentii de Vintimillio, Grimaldi Bancherii, Bonaventurae, quae fuit Egiae quondam matris, turris vetus, quae fuit Marchisii de Rodoano et nunc est Johannis Castaneae, domus heredum Guillielmi de Petra, II domus heredum quondam Johannis Galiani, domus ecclesiae S. Laurentii, Guillielmi de Lagneto, quae fuit Cataldi, aliae II domus dicti Guillielmi de Lagneto, domus Durantis Bancherii, quae fuit quondam Clarae, domus, quae fuit Donadei Angelerii et nunc est Petri Bornii, Bedoniae et consortum, domus Jacobi de Mazarina, Nicolae de S. Siro, quae fuit Philippi Maniavachae, domus de Capelletis, heredum Jacobi de Rodoano, Jacobi quondam de Saboneris et Thomae fratrum, Johannis Canzelerii, quae fuit Piperis drapperii, Laurentii de Guillielmo, quae fuit dicti Piperis, Enrici Guercii, quae fuit Marchisii de Rodoano, alia, quae fuit dicti Marchisii, sed nunc est Benvenuti Tossici, heredum Beltrami Pilleti quondam, filiae Guillielmi de Pagana, Jacobi de Levanto, Oberti Filatoris, Johannis Filatoris, Grimaldi Bancherii in darsana. Inter domos liberas vocantur: domus, quae fuerunt Johannis Valantis, Sibiliae Pignatariae, Ademaris, Alexandri militis, Ugonis calderarii, Palmeroti (quae vero domus Palmeroti modo non habitantur propter bellum) necnon domus Guillielmi Grassi, quae fuit Fantini quondam de S. Laurentio, Johannis Castaneae, quae fuit Marchi Olivae, Isabellae de Tyri (sic), Grimaldi contigua domui Jacobi de Mazarina. — Castellinus de Paxano, sacri imperii notarius, scripsit (Archives de l'Orient latin II B, p. 215—221, No. 2; cf. Serra IV, p. 145; Olivieri, p. 60, § 4; Canale, Storia di Genova, Firenze 1860, II, p. 301; Heyd I, p. 153). **1182**

**1249** Octob. 1, ind. VII. Accon in domo communis sita ante turrim novam communis Januae. — Lanfrancus Tornellus, Marinus Bachemus et Stephanus de Guiberto Guillelmum Ceriolum, Antonium de Grimaldo et Guillelmum Gilvasium procuratores suos constituunt, qui III millia et DCCL libras Turonenses a Guillelmo de Sonayo, magistro Templi, pro debito X millium bisantiorum reddendas accipiant. — Bonus Vasallus Nepitella. Guillelmus Tornellus, Vivaldus de Boglasco (Belgrano, p. 62—63, No. 33). **1183**

„ Dec. 12, ind. VII. Tyri. — Simon Malocellus, consul Januensium in Syria ac vicecomes, possessiones enumerat, quas nomine communis et Ogerii Ricii, conconsulis et convicecomites, ad dictum commune pertinentes Tyri inquisivit et invenit, scilicet: (1) in civitate ecclesiam, cui cohaeret ab

uno latere domus quaedam cum III stadiis, (2) jardinetum, cui cohaerent a septentrione domus quondam Thomae Parcanuae, ab occidente quondam Citodarae et Raimundi de Nicia, a meridie domus communis, ab occidente Jacobi Mussi, (3) V domos et gastinam cum ipsis domibus tenentem, quibus cohaerent domus scilicet ab occidente quondam Setedariae, a meridie quondam Tarsiae, a septentrione jardinum quondam Johannis Veneti, ab oriente domus quondam Guillielmi Mussi et Gonellae, (4) retro lobiam communis VI domos, quibus cohaeret ab occidente domus quondam Tarsiae, a II partibus via publica et ab alio latere via privata, (5) retro dictam lobiam III domos, quibus cohaeret ab occidente domus archiepiscopi, a septentrione et meridie via publica et ab alio latere lobia communis, (6) juxta dictam lobiam domum, cui cohaeret volta a II lateribus, a meridie et ab occidente domus Jacobi Mussi, (7) domum palatio communis vicinam, cui cohaeret ab occidente palatium communis, ab alio latere domus archiepiscopi, et antea et a latere via publica, (8) palatium communis cum massera et volta, quae sunt retro ipsum, cui cohaerent ab oriente domus Templi, a meridie quondam Henrici de Torta et Philippi Camelli, ab occidente domus archiepiscopi, ab oriente domus communis et antea via publica, (9) plateam lobiae communis cum aedificio, quod aedificari inceptum habet a III lateribus viam publicam et retro domum communis, (10) quandam gastinam, ubi olim fuit furnus communis, cui cohaeret a III partibus via, a septentrione domus quondam Baldoini Arminii, (11) domum, cui de quadam Rosa emtae cohaeret retro palatium communis, ab uno latere domus communis, antea via publica et ab alio latere domus Georgii de Capellana, (12) in ruga aurifabrorum II balnea, quibus cohaeret ab oriente domus quondam Johannis aurifabri, (13) tertiam partem introitus catenae Tyrensis, (14) domum quondam Petri Pennesinpe, cui cohaerent a II partibus domus archiepiscopi, ab alia domus Ramondi Soldani et Templi, a meridie domus Judaeorum, ab occidente quondam Symonis et a septentrione via publica, (15) campum terrae lo Aracha vocatum, ubi est massera communis, juxta conductum aquae versus orientem, continentem usque ad magnam pillam conductus magni et cohaerentem terrae Venetorum, infra quas cohaerentias est fossatum in medio versus occidentem usque in mare, et a meridie molendino Venetorum et terrae archiepiscopi, quae vocatur Tyronum, (16) circa dictum Tyronum quandam petiam terrae planam, quae protenditur usque ad molendinum communis juxta terram Jacobi Cayme (infra vero campum antedictum de lo Racha est aqua in III partibus labens, quae communi, quamvis a dominis impeciatur, propria est), (17) petiam de terra, quae est infra molendinum communis Januae et Venetorum et superius cohaeret terrae Tyroni et inferius viae publicae, (18) molendinum communis et casale S. Georgii cum pertinentiis, cui cohaerent casale Nobles a meridie via mediante, ab oriente montanea Jacobi Cayme, quae dicitur Farachia, a septentrione ejusdem montanea continens cum dicta montanea alia, ab occidente terra casalis, quae dicitur Sechilia, usque ad dictum casale, partim terra communis, (19) quandam terram planam Maxuca dictam, quae olim jardinum habet ab oriente conductum, a septentrione viam publicam, ab occidente massaram regis, a meridie conductum, (20) jardinum vastum circumdatum muro rupto, cui cohaerent ab oriente et septentrione terra regis et S. Mariae monacharum, ab occidente via Sydonem tendens. —

Factum a supradicto consule et adfuerunt testes: Bonusvasallus Nepitella, Adalardus etiam judex, Jacobus Mussus, Alexander, consul pro communi Tyrensi Januensium, Johannes Grassus, Guillielmus Gafforius (Archives de l'Orient latin II B, p. 222—224, No. 3; cf. Mém. de l'Institut 1818, III, p. 108). **1184**

**1249** Dec. 21. Lugduni. — Innocentius IV archidiacono Antiocheno mandat, ne bona ecclesiarum S. Marci Tyrensis et Acconensis ad Sedem Apostolicam immediate spectantium molestentur (Tafel-Thomas II, p. 447—448, No. 313; Potthast, No. 13894). || Idem eidem eodem die, mense et anno mandat, studeat, ne bona S. Marci Venetorum in regno Hierosolymitano posita ab aliquo molestentur (Tafel-Thomas II, p. 448—449, No. 314; Potthast, No. 13895 et supra No. 1171). **1185**

( „ c.). In campo Ragahu. — * «Messias divina misericordia inflammatus» Fridericum II imperatorem consolatur, contra quem omnes gentes et reges oriuntur, confirmans, se ultionem hostibus ejus redditurum, clericis vero et ecclesiarum pastoribus parsurum esse, a quibus ipsius virtus mundo praedicetur. «Datum anno nativitatis nostre XXIV in campo Ragahu juxta fluvium Chobar presentibus regibus Gog et Magog gentibus olim Montanis, presentibus regibus et principibus Libiae, Eufratis et Egypti, adveniente rege et principe Balthasar,[1]) qui est juxta flumen Chobar, cum principibus potentissimis et David nomen (sic), principis Tartarorum» (Schannat, Vindemiae litterariae I, p. 206, No. 55). **1186**

[1]) Tartarorum principes, se a Balthasaro ortos esse confirmasse, putantur (Röhricht in Archives I, p. 649, not. 73). De fictis epistolis, quas iidem papis scripsisse dicuntur cf. Wattenbach in Archives II A, p. 297—303 et, quae nos annotavimus in Theol. Studien und Kritiken 1891, p. 365.

**1250** Maj. 3, ind. VII (VIII). Accon. — Simon Malocellus etc. possessiones enumerat, quas nomine communis et Ogerii Ricii, conconsulis et convicecomitis, ad commune Januae pertinentes in urbe Accon inquisivit et invenit: scilicet (1) jardinum muris ex parte qualibet circumdatum currachis II, cui cohaerent ab uno latere deversus mare retro murum darsana facta per Hospitale S. Johannis, ab alio latere deversus S. Nicolaum terra et aedificia praedicti Hospitalis, ab aliis II partibus terra et domus Unganorum, (2) extra civitatem II terras in plano, quarum una sita est in loco Dochum XVI terminis terminata, cujus confines sunt more solito designati («et multi ex ipsis terminis sunt circumscripti hac litera: Janua»), (3) aliam terram in dicto plano sitam scilicet loco, qui dicitur Cochetum, XI terminis terminatam. — Factum a supradicto consule; adfuerunt testes Johannes Detessalve, Benvenutus Toxicus, Ogerius de Castello, platearii communis (Archives de l'Orient latin II B, p. 224 in No. 3). **1187**

„ Maj. 3, ind. VII (VIII). Accon. — Simon Malocellus et Ogerius Ricii, consules Januensium in Syria ac vicecomites, instrumento componi faciunt, quae dictus Simon in civitatibus Tyri et Acconis ad dictum commune pertinentia inquisivit et invenit. — Solimanus de Murtedo, sacri palatii notarius, interfuit et scripsit (Archives de l'Orient latin II B, p. 222—224, No. 3; cf. Archives d. miss. scientif., l. c. II, p. 363; Mém. de l'Institut 1818, III, p. 108 ac supra No. 1182, 1187). **1188**

„ Maj. 4 (gallice). — Garssie Alvarez, dominus de Cayphas, consensu uxoris Heluis ecclesiae Montis Thabor per manum Galvani (Gauvain)

abbatis donat terram subter veteri vinea domus S. Eliae de Carmelo sitam, ubi ascenditur usque ad terram vineae de Agis, et inde, ubi directe itur in vallem fratris Templi dictam, ad dextram manum subter et inde usque ad viam furcatam subter cisterna, ubi ascenditur ad S. Margaretam de Carmelo, quae via tota libera remaneat, qualis antea fuit, atque inde directe usque ad ovile prope calcis fornacem situm. — Guillaume Cairar, Balian Antiaume,[1] Johan Coste, Renaut junior et alii (Paoli I, p. 140, No. 122; cf. p. 527). **1189**

[1]) De quo Lois (ed. Beugnot) II, p. 339 not.

**1250** Maj. 15. Accon. — Robertus, patriarcha Hierosolymitanus, coetui cardinalium S. E. R. scribit, christianis Mansurae victis se ipsum quidem cum legato Damiatam elapsum, regem vero Ludovicum paulo post cum fratribus ac dominis Philippo de Monteforti, Baudoino et Gwidone de Ybelino, fratribus Templi et Hospitalis captum fuisse et se eundem 1 die Maji adiisse; tandem regem die Veneris, Damiata reddita, liberatum Acconem appulsum fuisse (Annal. de Burton., p. 285—289). **1190**

( „ c. Maj. 15. Accon). — Epistola, ut videtur, fratrum Templi ad fratres Franciae scripta, qua nuntiant, exercitum christianorum ac regem ingenti clade accepta captum, sed (Odonem), legatum Apostolicum, cum (Roberto), patriarcha Hierosolymitano, fuga elapsos esse; de fratribus Templi III evasisse, de fratribus Hospitalis IV captos fuisse et unum cum rege, ceteros omnes cecidisse excepto vicemagistro et fratre Johanne de Bonay.[1]) Deinde pacem factam fuisse ea conditione, ut christiani Damiatam redderent, sed tenerent Jopen, Azothum, Caesaream, Castrum Peregrinum, Cayfas, Caymotum, Nazareth, Saphotum, Beelford, Tyrum, Canan Turoriis, quam Saraceni occupaverant, rege ante Damiatam constituto, et Sydonem jam antea a Sarracenis occupatam. Denique nuntiatur, vicemagistrum antedictum non captum sed cum drappario Hospitalis interfectum fuisse (Matthaeus Paris, Chron. maj. VI, p. 191—197, No. 95). **1191**

[1]) Aperte legendum est Ronay, de quo videas Delaville le Roulx, p. 181, 211, 212, 219.

( „ post Octob. 17). — Guillelmus de Castro novo, Hospitalis magister, Gualtero de S. Martino praedicatori breviter narrat, Ludovicum, regem Franciae, e captivitate liberatum Accon venisse et, fratribus in Franciam remissis, statum Terrae Sanctae reformare velle, praesertim quum inter Alapensium et Babyloniorum soldanos maxima discordia exorta fuerit (Matthaeus Paris VI, p. 203—204, No. 100; cf. V, p. 202, 211). **1192**

( „ post Octob. 17). — Guillelmus de Castro novo, magister Hospitalis, Gualtero de S. Martino praedicatori nuntiat, se 17 die Octobris e carcere Babyloniorum liberatum Accon venisse et inter Babilonorium et Halapensium soldanos maximam discordiam vigere (Matthaeus Paris, Chron. maj. VI, p. 204—205, No. 101). **1193**

„ Nov. 28. — Petrus, episcopus Valeniensis, sigillo confirmat, coram se ipso Theodorum ejusque fratrem Georgium Laodiceenses, filios Romanoldi defuncti, se suaque Hospitalis de Margato fratribus protegendos tali conditione tradidisse, ut post eorum obitum de suis rebus medietatem acciperent, si vero liberos reliquissent, cuilebet partem legitimam darent sibi aequam retinentes; praeterea eosdem, quamdiu viverent, fratribus Hospitalis II bisantios annuales concessisse, ut ipsos confratres agnoscerent. — Johannes,

dictus Ballivus, canonicus Valeniensis, Raimundus Girardus sacerdos, magister Simon Cimentarius (Paoli I, p. 222, No. 180). **1194**

(**1250** exeunt.). — Vidua chani Kuyuk [1]) Ludovico IX imperat, ut ditioni Tartarorum se subjiciat et tributa mittat, alioquin ipsum cum toto populo ejus interemptum iri (Joinville, § 491—492; Remusat VII, p. 424, No. 4). ‖ Hanc epistolam reportaverunt Andreas de Longjumeau et alii nuntii, qui a rege ad Kuyuk chanum (25 Jan. 1249) missi erant (Joinville, § 471—474; Zarncke, Der Presbyter Johannes, p. 81—87). **1195**

[1]) Qui Aprili 1248 mortuus fuerat (Remusat VI, p. 443, 444, 448; Mouradgea d'Ohsson II, p. 234); cf. supra No. 1147. Nescimus, num Kuyuk intelligatur a Matthaeo Paris, qui (IV, p. 607—608) nuntiat, circa quadragesimam a. 1247 ad regem Ludovicum IX in parliamento constitutum venisse «mandatum regis Tartarorum, ut ei foret subjectus —, qui ore temerario atque profano se in epistola sua asserit immortalem et se suosque affirmat esse eos, de quibus scriptum est, quod terram dedit Dominus filiis hominum».

(**1251** Jul. exeunt. Caesareae). — Robertus, patriarcha Hierosolymitanus, Blancae, reginae Franciae, scribit, regem Ludovicum IX Caesaream munivisse et inter Halapiae soldanum et Babyloniae principes bellum exortum esse (Annal. de Burton., p. 296). **1196**

„ Febr. 25. Lugduni. — Innocentius IV Bellimontis, diocesis Tripolitanae, et S. Samuelis abbatibus, Cisterciensis et Praemonstratensis ordinum, et cantori Berytensi, postquam J(ohannes), S. Nicolai in carcere Tulliano cardinalis diaconus, rem dijudicare nequiverit, causam, quae inter (Guillelmum II?), episcopum Anteradensem, et (Guillelme de S. Dierri?), vicemagistrum Hospitalis Hierosolymitani, de quibusdam decimis versatur, apud Betoron, Tripolitanae diocesis, vel Byblii inquirendam et dijudicandam committit (Berger II, p. 200, No. 5129). **1197**

„ Sept. Nazareth. — Henricus, archiepiscopus Nazarenus, cum capitulo dictae ecclesiae de numero canonicorum, regula, oblationibus necnon de casale Aylot et variis proventibus convenit et conventionem sigillis munit. — Henricus archiepiscopus, G. archidiaconus, Petrus prior, Nicolaus presbyter, Gaufridus presbyter, Sanctius frater (Berger III, p. 18—20, No. 5538). ‖ Hanc conventionem confirmat Innocentius IV 25 Jan. 1252 (ibid. No. 5538) et de eadem (Roberto), patriarchae Hierosolymitano, scribit (ibid. No. 5539). **1198**

**1252** Maj. 6. — Joseph de Cancy, Hospitalis Acconensis thesaurarius, Galtero de S. Martino nuntiat, Ludovicum, regem Franciae, nunc fere totum annum Caesareae muniendae occupatum cum principibus Aegypti in hebdomada paschali ultimo pacem fecisse ea conditione, ut christiani totam terram citra Jordanem sitam tenerent, exceptis Gazara, Gibilino, Grandigerino et Darone, sed soldanum Halapiae usque Casey inter Gazaram et Daronem progressum cum exercitu Aegyptios, quominus cum dicto rege conjungerentur, impedivisse; de ceteris nuntiat, Turcomannos terram Craci Hospitalis et Tripolis vastavisse (Matthaeus Paris, Chron. maj. VI, p. 205—207, No. 102; cf. V, p. 305—306). **1199**

„ Jul. Accon (gallice). — Henri(cus I), rex Cypri et dominus Hierosolymitanus,[1]) Guillelmo (Guigliaume) Chastelneuf, Hospitalis magistro,

[1]) Innocentius IV, qui jam 17 Jul. 1247 (Berger I, No. 4050) et 25 Maj. 1248 (ibid. No. 4107; Potthast, No. 12943; Mon. Germ. Ep. II, p. 401, No. 568) universos

concedit, ut in urbe Acconis II novas portas domus Hospitalis faciat in ruga, quae subter voltam sita est ejusdem Hospitalis propriam — haec vero ruga habet ex una parte inter hospitale infirmorum et ecclesiam S. Johannis et ex altera parte manerium Hospitalis magnum — ita, ut unam portam aedificent in capite dictae rugae versus locum, quo itur in rugam Januensium, alteram in altero capite, quod est versus balnea S. Johannis, ubi itur versus rugam Provincialium. — Johan(nes) de Ibelin(o), dominus d'Arsuf, constabularius et ballivus regnorum dictorum, Pierre, dominus d'Escandalion, Phelippe de Navaire, Girart de Pinquigni, Jaque Vidal, Girart Mainebuef (De Mas Latrie II, p. 66—67). **1200**

Christifideles transmarinos monuerat, ne Fridericum II regem Hierosolymitanum agnoscerent, Conrado IV, filio antedicti Friderici II (1250), dictum regnum et ducatum Sueviae adjudicavit (Potthast, No. 15438; cf. No. 13261; Berger I, No. 4427; Mon. Germ. Ep. II, p. 482—483, No. 675), Henricum I, regem Cypri, (5 Mart. 1247) ab juramento Friderici absolvit (Potthast, No. 12433; Berger I, No. 2441; Mon. Germ. Ep. II, p. 218—219, No. 291), (17 April. 1247) «dominum Hierosolymitanum» appellavit (Potthast, No. 12478; Berger, No. 2531; Mon. Germ. Ep. II, p. 243—244, No. 324) eique dictum regnum defendendum tradidit (6 Jul. 1247; Berger, No. 3068 [cf. No. 3067]; Mon. Germ. Ep. II, p. 299, No. 411). Henricus a. 1253 mortuus est, itaque 14 Maj. 1255 Alexander IV episcopo et archidiacono Acconensibus mandavit, ut Guidonem de Ibelino, Philippum de Novaria et Robertum de Monte Gisardi, testamenti Henrici executores, qui de decimis et proventibus, quos dictus rex archiepiscopo Nicosiensi, ecclesiae Nicosiae et aliis ejusdem diocesis ecclesiis pro sua voluntate subtraxerat, eidem archiepiscopo satisfacere denegabant, ad id per censuram ecclesiasticam cogerent (Potthast, No. 15860).

**1252** Octob. (gallice).[1] — Thomas Berard, magister Templi, dominis, quorum nomina sunt: Henri, dominus de Gibeleth, Guillaume, dominus de Botron,[2] Mellior, dominus de Maraclea, liberi Bertran de Gibeleth, Jehan, marescalcus Tripolitanus,[3] Johan Pharabel, dominus dou Pui, Hugue Saleman, Thomas Arra, Raimont de Mareclee, Baudoin de Mont Olifo, Johan, vicecomes Tripolitanus, Ingue Embriac, Gui dor Patriarche, Raimont de Vedde, Johan de Flaencort, Bertran Faisan, Piere Loup, Pehlippe Estomac, Hue de Mareclee, Piere de la Tor, Johan d'Arches et Jaques de Thabore salvum conductum et protectionem sigillo concedit, ut ad litem quandam dirimendam Tripolim ire liceat. — Recelins de Fox,[4] Jofroiz de Fox,[5] Amblarz, Amfox Gomes, socius magistri, Martinus Senchens, Gilebert Alboin, fratres Templi (Delaville le Roulx, p. 181—183, No. 79; Delaville le Roulx, Docum., p. 26—30, No. 19; Prutz, p. 58—59, No. 242). **1201**

[1]) Hoc datum falsum est, quum Raynaldus Vichier, qui magistro Thomae Berard antecessit, 20 Jan. 1256 obierit (Obituar. de Rheims IV, p. 314 in Mélanges hist.; cf. Henri de Courzon, Règle d. Templiers, § 616; Eracles, p. 443) et constet ex epistola, quam offerunt Annal. de Burton, p. 368—369, eum Sept. 1254 magistri officio functum esse. Idem Raynaldus 19 Aug. 1246 praeter priorem Andream Pollinum praeceptor Templi in Francia memoratur (Layettes II, p. 632, No. 3537) et a. 1247 (Champollion Figeac, Docum. inédits, Paris 1841, I, p. 605—606); magisterium Ludovico IX rege mediante ante Caesaream accepit (Joinville, § 413). Ceterum de eo conferas Belgrano, p. 70, No. 44; p. 109, No. 93: 1251; Archives de l'Orient latin II B, p. 156—157. [2]) Cf. Eracles, p. 430. [3]) Cf. Eracles, p. 322. [4]) Magister Templi in Provincia. [5]) In regula Templariorum Gaufridus de Fos vocatur.

( „ ) (gallice). — Haitum I, rex Armeniae, sigillo confirmat, se compositionem cum Margarite, domina de Sayete, et Yulian(o), domino de Sayete, fecisse, qua filiam suam Femie filio ipsorum Yulian(o) uxorem cum dote

XXV millium bisantiorum dare pollicetur tali vero conditione, ut Julian(us) et Margarite parentes compleant, quod magistro Hospitalis Guilliam de Chastel nov(o) et domino Johan Dibelin, comiti Joppensi, de dotibus filio dandis promiserunt (Paoli I, p. 134—135, No. 119; Langlois, p. 146—147, No. 20). **1202**

**1253** Mart. 8. Joppae. — Arnoldus, episcopus Liddensis, et G(aufridus), electus Bethlemitanus, Joppae in exercitu christiano [1]) constituti Matthaeo, canonico et praeceptori S. Sepulchri, nuntiant, se epistolam Innocentii IV [2]) accepisse, qua commonentur, ut ecclesiae Ebronensi ablata in jus ejus revocent, eique, ut, quae in eadem continentur, exsequatur, mandant (Strehlke, p. 81—82, No. 102; cf. Altpreuss. Monatsschr. 1882, XIX, p. 640, No. 35). **1203**

[1]) Ludovici IX, qui eodem tempore apud Joppen morabatur. [2]) 11 Jan. 1252 in Strehlke, p. 81, No. 101; Potthast, No. 14472; cf. Altpreuss. Monatsschr. XIX, p. 640, No. 34.

„ Mart. init. (gallice). — Johan de Bubie, castellanus Margati, se de mandato magistri Hospitalis necnon consensu fratrum Aimar de la Rôche, castellani Crati, Guichard drapparii, Guillelme de S. Dierri, socii magistri, Jocelme del Tornel, Pierre Davignon, commendatoris Tripolitani, compositionem fecisse cum domino Hue de Balais [1]) de II casalibus Tripoli vicinis, quae Bocombre et Remesque nuncupata dictus Hue de Hospitali tenet, Margati et dicti Hugonis (Hue) sigillis appositis confirmat (Paoli I, p. 138—139, No. 121; cf. p. 527). **1204**

[1]) Barlais.

„ Mart. 21 (gallice). — Juliein, dominus de Saite, Petro (Pierre) d'Avalon, constabulario de Tabaria et domino de Adelon, plateam in civitate Sidonis sitam concedit et sigillo confirmat, quae littori adjacens versus austrum habet domum Theutonicorum, versus meridiem domum fratrum Minorum et extenditur versus occidentem usque ad litus maris et versus orientem usque ad viam, quae ducit ad mare et pertransit domos ipsius Petri necnon dominae Margaritae, matris Juliani, olim dominae Sidonis. — Johan de la Tor, constabularius Sidonis, Joufroi de Vilers, Simon de Chevile, Ralos d'Aachif, Hoede de Cresel (Strehlke, p. 82, No. 103). **1205**

„ Jun. 6. Accon. — Almarricus Barlays, filius quondam Aymarrici Barlays, ex una parte et Popius, magister domus Theutonicorum, consensu Hermanni, magni praeceptoris locum tenentis, Conradi de Minerla hospitalarii, Petri de Convenientia, castellani Montisfortis, Almarrici de Wirzeborg [1]) drapperii, locum marescalci tenentis, Galterii thesaurarii ex altera parte quaestionem, quae de casalibus Arabie et Zaccanyn exorta, in curia O(donis), episcopi Tusculani ac S. A. legati, ventilata, sed appellatione ad S. Apostolicam devoluta erat, exponunt et, casalibus Theutonicis Cafriasif et Saphet in planitie Acconis specialiter obligatis concordiam factam esse, sigillis declarant. — N., episcopus Bibliensis, Adam, archidiaconus Acconensis; domini: Rao de Blance Garde, Tybaldus de Bessan,[2]) Stephanus Selvagninus, Symon de Capite, Aymarri de Caymon, Petrus de Ladona, Nicola, presbyter Almarrici supradicti, Jacobus Vitalis; de fratribus Theutonicis: Balduinus, minor

[1]) Fortasse idem ac Helmerich de Wirzborg (Perlbach, No. 668). [2]) De quo Levi: Di un vase del cavaliere Tebaldo di Bessan (Atti del reale instituto Veneto, Venezia 1891, XXXVIII, p. 93—97).

praeceptor, Henricus, viceprior ecclesiae Theutonicorum Acconensis, Wolfraus, capellanus magistri, Johannes, socius magistri (Rey, p. 29—36; cf. Altpreuss. Monatsschr. 1882, XIX, p. 640—641, No. 36; p. 650; Forsch. XXI, p. 498, No. 6; p. 500, No. 18 et infra No. 1214). **1206**

**1253** Sept. 26. Accon. — Bartholomaeus de Fossa nova, episcopus Ebronensis,[1]) et Popus, magister domus Theutonicorum,[2]) coram Matthaeo, canonico et praeceptore S. Sepulchri, ab Arnaldo, episcopo Liddensi, et G(odofredo), electo Bethlehemitano,[3]) subdelegatis de quibusdam domibus in burgo Montis Musardi in tauaria,[4]) scilicet in territorio ecclesiae Ebronensis prope ecclesiam S. Trinitatis et juxta domum Philippi Tanaor sitis et de volta parva, quam in ruga S. Katherinae [5]) sitam Turricus de Oufholt miles ecclesiae dictae dederat, postquam Gualterius, procurator domus Theutonicorum, paparum Gregorii IX [6]) et Innocentii IV [7]) privilegiis adductis, canonicum dictum ullam jurisdictionem in hac re habere negavit, tandem pro bono pacis et concordiae talem conventionem faciunt, ut praedictus praeceptor de domibus illis VII bisantios annuatim reddere velit, et sigillis conventionem muniunt (Strehlke, p. 82—84, No. 104; cf. Altpreuss. Monatsschr. 1882, XIX, p. 641, No. 37; p. 646, No. 16; Forsch. XXI, p. 500, No. 19). **1207**

[1]) De quo ZDPV. X, p. 26; antea capellanus patriarchae Hierosolymitani 17 Mart. 1249 episcopus factus est (Berger, No. 4422). [2]) Qui annis 1241—1247 Prussiae magnus commendator (Perlbach, Preuss. Reg. No. 182, 214, 215, 217, 248, 252, 271) hoc anno magister in Terra Sancta constitutus memoratur, annis 1254 (10 Mart.; Perlbach, No. 449) usque ad 1256 (20 Sept.; Perlbach, No. 516) in Prussia versatur, aestate 1257 resignat (ibid. No. 579: 3 Maj. 1258 «quondam magister») et 6 Nov. 1263 obiisse dicitur (Voigt III, p. 133; Ewald II, p. 46; cf. Perlbach, Necrologe, p. 367; SS. rerum Pruss. III, p. 390, ubi noster P. de Osterna idem ac P. de Wertheim esse declaratur, quod refutat Aschbach, Gesch. d. Grafen v. Wertheim I, p. 80—81). [3]) De quo cf. Röhricht in ZDPV. X, p. 25 (antea cantore Tripolitano) et plurimas epistolas Innocentii IV ut Berger, No. 837, 956—957, 1066, 1079, 1245, 1531, 1533, 2052, 2057, 3743, 3851. [4]) Aperte legendum est: tan(n)eria. [5]) De ecclesia S. Catharinae vocata; alia ecclesia ejusdem nominis erat apud Montem Gisardum (ZDPV. X, p. 29). [6]) 12 Jun. 1227 (Strehlke, p. 340, No. 416; Potthast, No. 7932). [7]) 13 Jun. 1247 (Strehlke, p. 369, No. 513; Potthast, No. 12599).

„ Octob. Nicosae (gallice). — Henri I, rex Cyprius et dominus Hierosolymitanus, Johan(ni) de Ibelin, domino de Baruth, feoda Balian(o) de Ybelin quondam patri ejusdem collata sigillo confirmat scilicet: Casal Ymbert, le Fierge, le Quiebre, la Sebeque, Jasson, la Guille, Quafrenebit, la Meserefe, Douheyrap, Bene, Samah, la Gabasie. — De hominibus regis: Bertheleme dou Morf, Phelippe de Nouaire,[1]) Galter Quelbe Arab et Gautier Lanne (Strehlke, p. 84—85, No. 105). **1208**

[1]) Alias: de Navaire (De Mas Latrie, Hist. de l'île de Chypre II, p. 67), Navarra, Novare dictus, de quo Hist. litt. de la France XIII, p. 94—96; XXI, p. 433—468 (ubi quoque de Gaufredo Torto, Jacobo et Johanne de Ibelin agitur); Beugnot, Notice sur la vie et sur les écrits de Philippe de Navarre in Bibl. de l'école d. chartes, Paris 1840—1841, A. II, p. 1—31; Gaston Paris in Romania 1890, XIX, p. 99—102 (qui nostrum ex Italiam ortum fuisse confirmat); Paul Richter, Beiträge zur Historiographie in d. Kreuzfahrerstaaten, Berlin 1890 (Dissert. inaugur.), 37 pp., 8° et in Mitth. d. österr. Instituts XIII, p. 255—310; Hans Müller, Der Longobardenkrieg auf Cypern (1229—1233), Halle 1890 (Dissert. inaugur.), p. 1—8.

„ Dec. 22, ind. XII. Accon. — Nicola de Arcu, filius quondam Leonis de Randazio, civis Acconensis, qui se retinet pro Januensibus, coram curia Acconensi scilicet Joanne Grifo, vicecomite Acconensi, Alardo, Joanne

Philippi, Raimundo Odonis juratis et Aliotto, judice et notario publico, Hospitali per manum Hugonis Revel, magni praeceptoris Acconensis, donat domum Acconensem, quae vocatur domus de Spea et sita est ante ecclesiam Hospitalis ex latere occidentis, cujus fines sunt ab oriente et septentrione viae, ab occidente domus Templi, quae fuit dominae Arsuri, a meridie domus, quae fuit Simonis Hugonis et fuerat magistri Johannis Medici, domus Petri Saporiti et Bernardi de S. Th. — Fratres: Johannes de Mallienc,[1]) Petrus de Veteri Brida; Petrus de Fuce, Johannes Sallimbenis. Aliottus Uguicionis, judex et notarius publicus, scripsit (Paoli I, p. 294, No. 16). **1209**

[1]) Alias: Malengh.

**1253** Dec. (gallice). — Johan Laleman, dominus Caesareae, consensu Margaretae uxoris, domus Hospitalis magistro Guillelmo de Chasteaunuef ac Josepho de Cauci thesaurario XII millibus bisantiorum vendit casale Damor in plano Acconis situm, quod adjacet versus orientem casali Cabor Hospitalis, versus occidentem turoni dominae Joiette ejusdem Hospitalis, versus aquilonem (casali) Broet ejusdem Hospitalis et versus meridiem casalibus Careblier [1]) et Tatura,[2]) quae sunt Templi. Si pecunia non solvatur, Johannes XVI milia bisantiorum in damnum promittit, quorum hypotheca datur casale Cafresur, quod est vicinum ab oriente casali Socque dicti Johannis, ab occidente ipsius casali Caco, a meridie casali ipsius Turrarme et Casali Novo (Casal Neuf), archiepiscopi Caesariensis, a septentrione casali Jheure [3]) domini Isamberti. — Hamié Laleman, Guillaume de Pinqueigni, Gautier de Chastillon, Symon de Treies, Elye Charles, Amauri de S. (Ber)tin, ....... Jehan Hoquete (Delaville le Roulx, p. 184, No. 80; cf. p. 25). **1210**

[1]) El-chureiba (Conder 1890, p. 35), vel chirbet et-tîre (Clermont-Ganneau, Rec. I, p. 309, qui p. 310 charruba idem esse censet ac dschebel karubie). [2]) Tamra (Clermont-Ganneau in Journ. asiat. 1888, XI, p. 534; Rec. I, p. 309). [3]) Jaʿarrah (Conder, p. 35) in Mappa Anglica, sheet VIII.

( „ —**1254**). — Mangu chan, imperator Tartarorum, Haythono I,[1]) regi Armeniae, pollicetur, se christianam religionem accepturum et sempiternam cum christianis pacem habiturum esse, si ipsum summum principem agnoscant, seque S. Sepulchrum visitare voluisse sed variis impedimentis retentum, nunc Hulogu, duci suo, mandavisse, ut S. Sepulchrum cum Terra Sancta Saracenis eriperet christianis restituendum, pariter se capitaneo suo Batschu-noyan imperasse, ut chalipham regno ejiceret, et terras Armeniae regi a Saracenis ereptas reddere velle (Haython in Louis de Backer, L'extrême Orient, p. 177—180; Langlois, p. 215—216, No. 4; cf. p. 214, No. 3; Marinus Sanutus, Secreta fidel. crucis, lib. III, p. 13, cap. 6 et supra No. 1155). **1211**

[1]) Idem rex ut Constantinus, dominus de Lampron (Vincent. Bellovacensis XXX, c. 145), cum Ala ed-di o Kaikobad, soldano Iconii, pacem fecit, qua pollicebatur, se Saracenorum religionem nullatenus molestare et monetam in terra sua facere velle, cujus medietas soldani sit (ibid.; Langlois, p. 213, No. 1; p. 214, No. 2) et Haython a Baiduchan mandatum extorsit, quo demolitio ecclesiarum christianorum prohibita est et templa paganorum in scholas Saracenicas immutanda jussa sunt (Langlois, p. 232, No. 7). De pace ab Haythono I cum Bibars, soldano Aegypti (1268), facta cf. Röhricht in Archives II A, p. 393; Langlois, p. 216, No. 5; de itinere ejus ad Batum facto cf. Asiat. Journ. and Month. Reg. X, 1833, p. 137—143; Journ. of the Asiat. Soc. 1876, X, p. 297 seqq.; Cordier, Bibl. Sinica II, p. 931—932.

**1254** Febr. 11, ind. XIII. Accon in ecclesia S. Crucis. — Johannes Marraim, miles Acconensis, coram Ada, archidiacono et vicario episcopi Acconensis, Ugone Pellavillani, vicecomite Acconensi, Alardo, Johanne Philippi, Raimundo Odonis, juratis curiae, et Aliotto, judice ac notario publico, Hospitali per manum Hugonis, magni praeceptoris Acconensis, donat terram suam in planitie Acconis sitam, cujus fines sunt ab oriente terra casalis de la Hadia, quod tenet Rolandus Antelmi, a meridie terra domus Templi, ab occidente Johannis Costae, a septentrione via publica, quae est ad pedem Turonis, qui dicitur Saladini. — Jacobus Vitalis, Rainerius, juris peritus, Bonifacius presbyter; fratres: Johannes de Mallienc, Johannes de Ceriserio, Girardus de Domibus; Guidoctus de Finemonte, Stephanus de Bussello. Coram domino Raul, domino Blancegarde, Fulcone, ejus milite, Jacobo Vitalis, Giraldo Menabovis, Guillelmo de Pinkignin, fratribus: Johanne de Mallienc, Henrico hospitalario, Josepho thesaurario, supradictus Johannes Marraim praeceptori ipse tradit terram antedictam. Aliottus Uguiccionis, judex ac notarius, publicus, scripsit (Paoli I, p. 295—296, No. 17). **1212**

„ Febr. 16. Laterani. — Innocentius IV soldani Iconii precibus eidem fidem vere catholicam exponit fratres Praedicatores nuntios suos commendans (Raynaldi, Annal. 1254, § 5—6; Fontes rer. Austriac., II Sect., XXV, p. 130—131; Fejer, Cod. diplom. IV B, p. 236—238; Potthast, No. 15237; cf. Röhricht in Theol. Studien und Kritiken 1891, p. 364—365). ‖ Eodem mense et anno (ut videtur) Georgiae antistites adhortatur, ut antedictos fratres benigne recipiant ac foveant (Raynaldi, Annal. 1254, § 6; Potthast, No. 15238). **1213**

„ Febr. 19, ind. XII. Romae in hospitio Ottoboni apud ecclesiam S. Clementis. — Ottobonus, diaconus cardinalis S. Adriani, causam, quae inter magistrum Theutonicorum et Aimericum Barlais de casalibus Arabie et Zachanim versabatur, coram fratre Conrado et Perino Yspanio(lo), magistri et Aimerici procuratoribus, disceptat. — Fulgerius, episcopus Perusinus, Albertus Azarii, advocatus curiae, Johannes Leccatornus, canonicus Placentinus, magister Garsia Yspanus, canonicus Ilerdensis, Philippus de Pixano, canonicus Nimocensis, Raimundinus, clericus episcopi, Gifredinus de Vezano notarius, qui scripsit (Strehlke, p. 85—87, No. 106; cf. Altpreuss. Monatsschr. 1882, XIX, p. 641, No. 38; p. 646, No. 17). ‖ Hoc judicium Innocentius IV (27 Febr. 1254) confirmat (Strehlke, p. 87—88, No. 107; cf. Altpreuss. Monatsschr. 1882, XIX, p. 641, No. 39; Potthast, No. 15255). **1214**

( „ Maj. 31). — Mangu-chan, imperator Tartarorum, Ludovico IX, regi Franciae, respondet, legatos, qui eum in insula Cypro quasi de mandato imperatoris adierint, mendaces et impostores fuisse, et mandat, ut cito rescribat, num in amicitiam suam vasallus pervenire, an belli fortunam contra ipsum experiri velit (Voyage de Rubruik in Rec. de la société de géogr., Paris IV, 1839, p. 369—370; Moshemii, Hist. Tartar. eccles., app. p. 5—7, No. 14; Remusat in Mém. de l'Institut 1824, VII, p. 424—426, No. 5; francogallice versa in Mouradgea d'Ohsson II, p. 306—309; cf. Remusat 1822, VI, p. 452—453). ‖ Hanc epistolam Guillelmus Rubruk, (Mart. 1253?) Caesarea a Ludovico IX missus, domum reversus secum duxit (Heyd in Zeitschr. f. hist. Theol. 1858, p. 272—273; Franz Schmidt

in Zeitschr. f. Erdkunde, Berlin 1885, p. 163—253; Zarncke, Der Presbyter Johannes, p. 87—96; Röhricht, Kleine Studien, p. 24). Eodem anno (29 Aug.) Innocentius IV Sartach, regi Tartarorum, filio Batui, de fide christiana accepta gratulatur, quod per Johannem presbyterum sibi intimarit, et monet, ut religionem christianam publice profiteatur, denique excusat moram dicti nuntii prolixiorem, quum ad Sedem Apostolicam accessurus a Conrado IV, Friderici II quondam filio, captus et detentus fuerit, donec Conradus moreretur (Sbaralea I, p. 763—764, No. 586; Moshemii, Hist. Tartar. eccles., app. p. 57—60, No. 15; Potthast, No. 15501; cf. Remusat VI, p. 454—455). **1215**

**1254** Aug. 29. Accon. — Odo, episcopus Tusculanus et S. A. legatus, precibus Aegidii, archiepiscopi Tyrensis, concedit, ut idem in domo, quam in vico Anglicorum Acconensi sitam et Hospitali S. Johannis censivam a Thoma Cordario emerat, hospitale ad recipiendos pauperes peregrinos de Britania aedificet (Archives de l'Orient latin I, p. 427—428 in No. 2). ‖ Hoc privilegium Alexander IV 5 Mart. 1256 antedicto archiepiscopo confirmat (ibid. p. 427—428, No. 2), regulam praescribit (ibid. p. 428—429, No. 3) et concedit, ut pauperibus hospitalis ibidem divina officia celebrare liceat (ibid. p. 429, No. 4), quod (7 Mart. 1260) denuo confirmat permittens, ut, qui in dicto hospitali desesserint, in ejusdem cimeterio sepeliantur (ibid. p. 430, No. 5). Hoc vero Alexandri privilegium Urbanus IV (3 Dec. 1261) confirmat (ibid. p. 432—433, No. 8), postquam (27 Nov. 1261) Hierosolymitani et Antiocheni patriarchatuum Christi fideles, ut antedicto hospitali eleemosynas porrigerent, commonuit (ibid. p. 431, No. 6) idque (27 Nov. 1261) Henrico, archiepiscopo Nazareno, tuendum et defendendum commendavit (ibid. p. 432, No. 7). **1216**

„ Aug. (gallice). — Julien, dominus de Saette et Biaufort, consensu uxoris Femiae et sigillo suo apposito Hospitali per manum Guillelmi de Chastel nuef magistri XXIV millium bisantiorum pretio vendit casale Robert, a Saracenis vocatum Cafrequenne et inter Nazareth Tiberiademque situm, cujus fines hi sunt: versus orientem adjacent Quepsene et gastina de Jubeil, versus meridiem casale de Ain Meher et Raine, versus occidentem Saforie, Romette et Romene, versus septentrionem casale Touraan. — Pierre de Avalon, dominus de Adelon, Johan de la Tor, constabularius de Saette, Jofrei de Villiers, Phelippe de Biaufort, Guillelme de Buillon, Raoul de Achi, Bertheleme Meinebuef, Eude de Creel (Paoli I, p. 141—143, No. 123; cf. Lois [ed. Beugnot] I, p. 421—422 not.). ‖ Hoc privilegium Florentius, episcopus Acconensis, et Johannes, abbas S. Samuelis Acconensis (c. 1258), se vidisse, confirmant (Delaville le Roulx, p. 25). **1217**

„ Sept. 1—Dec. 31 (gallice). — Pactum soldani Melec el-Nasser [1]) Sâlech el-dume weldin [2]) de Aleppo, quod precibus Johan(nis) Secret(i) cum duce Venetianorum fecit (Tafel-Thomas III, p. 60—61, No. 352—353; Bibl. de l'école d. chartes 1851, C II, p. 527—530; cf. Archives d. miss. scientif. II, p. 353—354; Heyd I, p. 377). **1218**

[1]) Mâlik al-nassir. [2]) Id est: salâh al-donia weldîn «emendator mundi et fidei» (Tafel-Thomas II, p. 63, No. 185).

„ Sept. 16. Accon. — Odo, episcopus Tusculanus et S. A. legatus, sigillo confirmat, Guidonem Pictapetram Januensem CCCC bisantios Sarra-

cenos, quos regi Ludovico IX mutuaverat, recepisse (Bibl. de l'école des chartes 1858, p. 284, No. 1; cf. p. 283). **1219**

**1254** Sept. 22, ind. XIII. In Casali Roberti. — Julianus, dominus Sydoniae, sigillo confirmat, se coram dominis Philippo chiamberlengo, Johanne de Ybilino, domino Arsurii, constabulario regni Hierosolymitani, Giraudo de Pinkignin, Raul, domino de Blancegarde, Gualterio Alemanno, Jacobo Vitali, Raul Alemanno, militibus et hominibus ligiis signoriae, necnon raycio dicti casalis magistro Hospitalis Guillelmo de Castronovo solemni ritu Casale Roberti perpetuo possidendum tradidisse. — Johannes de Turri, constabularius Sydoniensis, Guillelmus Bollion,[1]) Johannes Antelmi milites, Judex Guarnerius; Hugo Revel, magnus praeceptor Hospitalis, Ademarius de Rupe,[2]) castellanus Crati, Johannes de Bobus (?),[3]) castellanus Margati, Martinus de Chiambri,[4]) praeceptor Cypri, Guillelmus scriba, Bonomus turcopulus et alii (Paoli I, p. 144—145, No. 124; cf. Lois [ed. Beugnot] I, p. 501 not.). **1220**

[1]) Alias: Bullium. [2]) Alias: de la Roche. [3]) Bubie. [4]) Alias: Camera.

„ Sept. Accon. — Jocelinus, Caesariensis, H(enricus), Nazarenus, archiepiscopi, (Aegidius), Tyrensis electus et consecratus, R(ainaldus de Vicheriis), Templi, G(uillelmus de Castro novo), Hospitalis, magistri, P(opius), marescalcus Theutonicorum et vicemagister, J(ohannes) de Ybelino, comes Joppensis, dominus Rametensis et bajulus regni Hierosolymitani, Philippus de Monteforti, dominus Tyri et Thorom, J(ohannes) de Ybelino, dominus de Arsuria et constabularius regni Hierosolymitani, Julianus, dominus Sydoniensis et Bellifortis, Galfridus de Sergines,[1]) marescalcus regni Hierosolymitani, Johannes Asa magnus, dominus Caesariensis, Henrico III, regi Angliae, scribunt, post Ludovici IX et legati Apostolici recessum et Roberti, patriarchae Hierosolymitani, decessum desolationem Terrae Sanctae crevisse, et latores epistolae Robertum de Atrebato, fratrem ordinis Praedicatorum, et Radulfum, fratrem ordinis Minorum, commendat, ut eorum precibus viva voce fusis aurem benignam praebens tantillo residuo christianitatis ultramarinae consilio et auxilio succurrat (Annal. de Burton, p. 368 — 369; Rymer, Foedera I, p. 308; cf. Joh. de Oxened., p. 202 — 204; Chron. de Lanercost, p. 60—61). **1221**

[1]) Hic Ludovicum IX in Aegyptum comitatus (Joinville, § 173, 302, 309) et cum ipso liberatus (ibid. § 378) post ejusdem reditum (24 April. 1254) cum centum militibus relictus est (Joinville, § 617). De eo conferas, quae in Eracles et Gestes narrantur necnon in Archives de l'Orient latin II A, p. 375, 381, 387 notata sunt. Epistolas a Clemente IV 1265—1268 scriptas, quae nostrum attinent, cf. in Posse, No. 511, 653; Potthast, No. 19169, 19287, 19795, 20011, 20192.

„ Nov. 13. Cari. — Moys Eleysi,[1]) soldanus Aegypti, Venetianis in toto regno suo plurima privilegia concedit et confirmat. Factum praecepto de Sachobo gser fedin[2]) et scriptum per manum Gabrielis Teruixiani (Tafel-Thomas II, p. 483—490, No. 325; De Mas Latrie, Traités de paix, suppl. p. 77—80, No. 4; cf. Archives d. miss. scientif. II, p. 372). **1222**

[1]) Moëzz Izz ad-dîn Aibek. [2]) Quo latere videtur: «sâchib Scharaf ad-dîn» (D. M. Hartmann).

„ Dec. 21. Neapoli. — Alexander IV (Henrico?) abbati et conventui S. Mariae de valle Josaphat Hierosolymitanae diocesis, qui paganorum et aliorum malefactorum rabie imminente coacti fuerunt, ut monasterium

desererent et ad locum alium transferrent, omnia privilegia, quae unquam acceperunt, confirmat (Delaborde, p. 99—100, No. 48). **1223**

**1255** Jan. 30, ind. XIII. Neapoli. — Alexander IV ecclesiae B. Mariae de valle Josaphat privilegia praedecessorum suorum confirmat (Delaborde, p. 100—105, No. 49). || Privilegium fere eadem repetit, quae privilegio supra (No. 290) notato concessa fuerunt. **1224**

„ Mart. 4. Neapoli. — Alexander IV conventui B. Mariae de valle Josaphat confirmat, diplomata, quae pro originalibus a Saracenis olim destructis ab ipso renovari petiverant, plenum et eundem ac diplomata deperdita valorem habitura esse (Delaborde, p. 105—106, No. 50). **1225**

„ Mart. 10. Accon in palatio archiepiscopi Tyrensis. — Ae(gidius), archiepiscopus Tyrensis, coram B(ernardo) cantore, vicario episcopi Acconensis,[1]) Girardo canonico et magistro Petro advocato Acconensibus, qui Signoretum clericum ejusque testes Marchum, clericum de Clavaro, Balduinum Bancarium, Marchionem Marqueis, decanum Tyberiadis, Renaldum et Gerardum carnifices accusarunt, litteras provisionis a Signereto thesaurariis Acconensibus praesentatas examinat et, postquam eas inspexit cum (Joscellino), Caesariensi, et (Henrico), Nazareno, archiepiscopis, (Arnaldo?), Lyddensi episcopo, Templi Domini, Montis Thabor et Sancti Samuelis abbatibus, Tyrensi et Lyddensi archidiaconis, magistro ordinis Minorum, priore fratrum Praedicatorum Acconensium, Templi et Hospitalis marescalcis, dictum Signoretum litterarum falsarum auctorem incarcerari sigillo apposito jubet, donec papa rem dijudicaverit (Paris, Bibl. nation. man. lat., p. 9071, No. 12; sigillum deest). **1226**

[1]) Post mortem Galterii II (1253) Florentius (Jul. 1256) Acconem appulsus est (Röhricht in ZDPV. X, p. 21); vices antea gesserat Adam (cf. supra No. 1212).

„ Mart. 19, ind. XIII. Accon in ecclesia S. Crucis. — Johannes Costa, miles Acconensis, et uxor ejus Joya Hospitali per manum Johannis de Ceriserio, ejusdem receptoris, terram suam muris Acconis vicinam donant, cui adjacet ab oriente terra ipsius domus, quae fuit Johannis Marran, a meridie terra domus Templi, ab occidente terra comitis Januae, a septentrione magna via, qua itur Saphettum et S. Georgium. — Guillelmus Tyrellus, Bartholomaeus Lupus, presbyter Hugo, Peregrinus subdiaconus, Martinus et Pasqualinus, clerici thesauri, Jacobus diaconus (Delaville le Roulx, p. 184—185, No. 81; cf. p. 25). **1227**

„ Mart. 19, ind. XIII. Accon in ecclesia S. Crucis. — Guido et Nicolaus de Ronay, milites Acconenses, filii quondam Guidonis de Ronay, consensu Agnetis matris Hospitali per manum Johannis de Cerisis donant domos et petiam terrae extra muros Acconis prope flumen Mortuum sitam, quae terrae, quam Guido et Nicolaus de Ronay a domo S. Spiritus tenent, et ejusdem domus hortis fluvioque Mortuo adjacet. — Frater Alanus, prior S. Thomae, Ubaldus, juris peritus, presbyter, Johannes de S. Anna presbyter, Johannes Rossellus de Catena, Lamfrancus de Plazalonga notarius (Delaville le Roulx, p. 186, No. 83; cf. p. 25). **1228**

„ Mart. Tripoli in palatio principis Antiocheni (gallice). Boemund VI, princeps Antiochenus et comes Tripolitanus, amore Guillelmi de Castello novo magistri per manum Hugonis (Huge) de Revel, commendatoris Acconensis, Hospitali donat et sigillo confirmat quendam aquae canalem et

decimam piscationis scilicet in longitudine horti sui Gloriette, qui ante portam Hospitalis Tripolitani extenditur, et in longitudine domus ipsius Hospitalis. — De vasallis: Guillaume, dominus dou Botron, Meillor, dominus de Maracle(a), Johan, dominus dou Puy, Johan, marescalcus Tripolitanus, Johan Pierre, Henri de Camerdais, Thomas Arra, Johan de Flaincort, Angele Pierre, Bemond Arra, Pierre de la Gibroille. Datum per manum Johannis cancellarii principatus et comitatus anno III (Paoli I, p. 147—148, No. 126; cf. p. 528). **1229**

**1255** April. 1. Neapoli. — Alexander IV (Guillelmo de Castronovo) magistro et fratribus Hospitalis liberam possessionem loci, in quo in Monte Thabor monasterium [1] a Saracenis destructum exstitit, cum pertinentiis eo pacto concedit, ut infra X annos, si pax vel treugae fuerint inter christianos et Saracenos continuae, postquam praedictorum locorum possessionem fuerint assecuti, in loco ipso munitionem facere et XL milites habere teneantur et abbati ac monachis, qui supersunt, juxta arbitrium (Aegidii), archiepiscopi Tyrensis, et (Henrici?), abbatis S. Mariae de valle Josaphat Accone commorantis, et eorum alterius tantum exhibere debeant, unde vivant. ‖ In eundem fere modum scriptum est archiepiscopo Tyrensi et abbati S. Mariae de valle Josaphat antedictis (Paoli I, p. 273, No. 8; Potthast, No. 15771). **1230**

[1]) De cessione Montis Thabor (Eracles, p. 442, 629) Chron. de Lanercost, p. 61 scribit: «Mons Thabor cum appenditiis venditus est Hospitalariis pro MC bisantiis ita, quod castellum infra dictas treugas fabricarent».

„ April. 8. Neapoli. — Alexander IV (Guillelmo de Castro novo) magistro et fratribus Hospitalis concedit in perpetuum, ut de possessionibus omnibus et bonis, quae tam in castro sito in comitatu Tripolitano, quod Cracum dicitur, quam in locis ei adjacentibus habent, primitias et decimas praediales solvere minime teneantur (Paoli, Codice I, p. 274—275, No. 9; Potthast, No. 15781). **1231**

„ April. 27, ind. XIII. Accon. — Agnes de Ronay, mater Guidonis et Nichole de Ronay, coram presbytero Friderico, Matthaeo de Pignano et Petro Frogerii ab Aliotto notario publico de jure suo certior facta auxilio Velleiano [1]) aliisque ceteris auxiliis renuntians donationem filiorum supradictam (No. 1228) confirmat (Delaville le Roulx, p. 186—187 in No. 83). **1232**

[1]) Id est consilium (senatus consultum) Villejanum (de quo videas Digestorum l. II, § 1) factum Claudio Caesare a. 46 post Chr. natum de obligationibus feminarum, quae pro aliis reae fiunt.

„ April. (gallice). — Johan Laleman, dominus Caesareae, et Margareta uxor, filia olim Johannis, domini de Caesarea, Hospitali L bisantiis annualibus casale Chasteillon concedunt, quod a Galterio de Chasteillon olim possessum nomen accepit, sed Sarracenice vocatur le Meseraa et in territorio Caesareae situm adjacet ab oriente casali Hospitalis d'Hautefié, ab occidente mari, salva via marina, a septentrione casali Templi Caferlet et a meridie fluvio Saluh. — Guillaume de Pinqueigni, Symon de Treies, Amauri de S. Bertin, André del Bez, Elyes Charles, Johan Oquede [1]) (Delaville le Roulx, p. 185—186, No. 82; cf. p. 25). **1233**

[1]) Alias: Hoquete.

„ Maj. 1, ind. XIII. Accon. — Johannes Alemannus, dominus Caesareae, coram Jocelino, archiepiscopo Caesariensi, ecclesiae Hierosolymitanae vicario, Hospitali per manum Hugonis Revel magni praeceptoris omnia,

quae ipse possidet in civitate Accon scilicet in loco, qui dicitur rabattum, donat et confirmat. His autem possessionibus cohaerent a meridie domus S. Margarethae Graecorum, Johannis scribae et domus Belfar scribae, quarum Belfar suam ad censum ab eodem Hospitali tenet, ab oriente via, quae dicitur de furno seu rabbato, domus Mercori, qui vendit fabas, et domus Joannis, filii Amici, a borea domus Theodori Graeci, via, domus Johannis Alemanni, Johannis Barbae, Aysae chiamellatoris, Mariae Maygottae, Constantini, fratris Mangiantis, Johannis Barberii, Johannis Rahu et domus, quae fuit Michaelis de Cantone, quam nunc tenet domina Benevenuta, ab occidente magna via publica. Fratres vero Hospitalis annuatim solvere tenentur: uni sacerdoti, qui celebret in ecclesia S. Nicolai de cimeterio Acconensi, XL bisantios, totidem alii, qui celebret in capella S. Mariae scilicet ecclesiae S. Crucis, et si urbs Hierosolymitana recepta fuerit, totidem alii, qui celebret in ecclesia S. Sepulchri ad altare S. Petri, insuper XX bisantios pro anniversario scilicet X clericis ecclesiae S. Crucis Acconensis, V clericis ecclesiae S. Sepulchri et totidem clericis ecclesiae S. Nicolai de cimeterio, deinde DC bisantios dominae Isabelli de Adelone, quoad vivat. — Jacobus Vitalis miles, Guarnerius, Rainerius, juris peritus, Symon, capellanus archiepiscopi Caesariensis; de fratribus Hospitalis: Henricus hospitalarius, Johannes de Malienc, Petrus Begas, Vitalis. Aliottus Uguiccionis, judex et notarius publicus, scripsit, Joscelinus, archiepiscopus Caesariensis, sigillum apposuit (Paoli I, p. 222—224, No. 181; cf. p. 541—542; Lois [ed. Beugnot] I, p. 607; II, p. 164 not.). **1234**

**1255** Maj. 14. Tripoli. — B(oemundus VI), princeps Antiochenus et comes Tripolitanus, Henrico III, regi Angliae, exponit, Turcimanos totum principatum crudelissime vastavisse et, ut auxilium ferat, precatus latores epistolae Conradum de Duce militem et Gwarennum presbyterum ac capellanum suum commendat (Annal. de Burton, p. 369—371; Rymer I, p. 321). || Rex Angliae «rescripsit eisdem, ut videbatur, telam vitream verbis verisimilibus contexendo, perplexus enim circa negotia regni Ciliciae et Apuliae ad hoc totis nisibus intendebat, ut filius suus Edmundus .... ejusdem regni dominium adquireret» (Annal. de Burton, p. 371; Rymer I, p. 321; cf. Röhricht, Beitr. II, p. 284). **1235**

„ Jun. Accon. — Egidius, archiepiscopus Tyrensis, sigillo confirmat, Thomam Cordarium coram Guillermo de Castronovo, Hospitalis magistro, sibi domum, quam a domo Hospitalis sub annuali censu II bisantiorum in vico Anglorum Acconensi sitam tenebat, CCCC bisantiis vendidisse ad hospitale aedificandum et Johannem Brisebacin aliam ibidem sitam, quam tenebat ab Hospitali, quarum domuum invicem conjunctarum fines sunt ab oriente via communis, ab occidente mare; a meridie altera contingit domum Paumerii defuncti, a septentrione prior domum Hospitalis (Archives de l'Orient latin I, p. 425—426, No. 1; Paoli, Codice I, p. 261, No. 220; cf. p. 548; Röhricht in ZDPV. X, p. 18; Aegidius antea fuerat episcopus Damiatinus). **1236**

„ (post Jun. 30—)Jul. 2, ind. XIII. In locis infrascriptis. — Jocelinus de Tornell, frater domus Hospitalis, confirmat, se nomine ejusdem magistri cum Aliotto Uguiccionis, judice et notario publico, et fratribus Garsia de Rospide, Ferrando, Gonsalvo, Folkeranno, Bertrando, Rogerio necnon Girardino, Petro de Girona, Michaele et Matthaeo turcopulis XXX die

Junii infra dicta casalia inter Mare Tiberiadis, Montem Thabor et Casale Robert sita intravisse possessorem: Jubeil, quod custodiendum concesserit raiciio Abet et Gemeredi, Casta, Capharscept, Saronia, Demie, quod eidem raicio, plurimis antedictorum et Huissetto scriba testibus, concesserit, Sisara, quod concesserit raiciis Messor, Brahym et Bennor, et Lubia, quod concesserit raicio Asyae, sequenti die (1 Julio) intravisse Erbel, quod raicio Abet concesserit, et sequenti (2 Julio) Egdis. — Aliottus Uguicionis, notarius publicus, scripsit (Paoli I, p. 266—297, No. 18). || De ritu, quomodo frater supradictus possessionem acceperit, charta nostra accurate agitur; ceterum de eo conferas Du Cange, Glossarium s. voce baculus et virga. **1237**

**1255** Jun. (gallice). — Johan Laleman, dominus Caesareae, et Marguerite uxor in confraternitatem Hospitalis recepti ejusdem magistro Guillelme de Chastelnuef sigillo apposito promittunt, ut dictam domum, quocunque modo possint, protegere et defendere velint. — Guillelme de Pinquigny, Symon de Treies, Amauri de S. Bertin, Gautier de Chastillon, Eues[1]) Charles vasalli (Paoli I, p. 145—147, No. 125). [1]) Legas: Elyes. **1238**

„ Jul. (gallice). — Henri, archiepiscopus Nazarenus, domui Hospitalis per manum Guillaumi de Chastel Neuf IV casalia in Batof,[1]) territorio diocesis Nazarenae, scilicet Rome, Romene, Cafreezeir et Cane Galilee cum pertinentiis sive CC carrucatas in X annos quibusdam conditionibus sigillo concedit. — Guillaume, archidiaconus Nazarenus, Johan de Brebant, ballivus Nazarenus, Pierre, Marc, fratres ecclesiae Nazarenae, Johan Harneis, Johan de Nazareth, milites et homines ligii, Johan Semes, bais[2]) de Saphorie, et de Boteros, filius ejusdem, scriba (Delaville le Roulx, p. 187—189, No. 84; cf. p. 25). **1239**

[1]) In dorso p. 189: Baunofh. [2]) baillif, raicius?

„ Aug. 16. Accon. — Hugo, archiepiscopus Nicosiensis, cum Guillelmo de Castro novo, magistro Hospitalis, de decimis quibusdam possessionum convenit, quas fratres Hospitalis in urbe et diocesi Nicosiae habebant (E cartul. S. Sophiae No. 91 excerpsit Comte de Mas Latrie in Archives de l'Orient latin II A, p. 235—236; ibid. p. 229—243 de Hugone, supra dicto archiepiscopo). || Nostrae similem conventionem idem cum Thoma Berardi, magistro Templi (Accon 8 Jul. 1261) iniit (ibid. p. 237). **1240**

„ Aug. (gallice). — Johan d'Ybelin, dominus de Arsur,[1]) constabularius regni Hierosolymitani, domui Hospitalis per manum Guillelmi (Guillaume) de Chastel Neuf magistri II millibus bisantiorum II petias terrae in planitie Acconis sitas sigillo concedit, quarum maior adjacet versus orientem viae regali Cafriasin ducenti, versus occidentem vineae Templi, versus aquilonem terrae Januensium et terrae S. Sepulchri, versus meridiem viae et vineae dictis, minor autem versus orientem viae regali, versus occidentem et aquilonem campo Templi, versus meridiem terrae Hospitalis. — Homines dicti Johannis ligii: Johan de Cauquelie, Jaque Vidal, Johan de Margat, Hue de Jadres (Delaville le Roulx, p. 189—191, No. 85; cf. p. 25). **1241**

[1]) In dorso p. 191: de Azoto.

„ Octob. 9. Accon in palatio archiepiscopi Nazareni. — Henricus, archiepiscopus Nazarenus, Madio de Marino Januensi, civi Acconensi, in casali suo Saphoria II carrucatas cum II voltis, sicut eas in burgisiam Radulfus Anglicus ab ecclesia Nazarena olim tenuit, quibusdam conditionibus

concedit et sigillo confirmat, insuper domum civitatis Nazareth cum terra, ubi sunt arbores olivarum, et petiam terrae ad vineam plantandam. Hujus vero domus sunt fines: ab oriente casa quaedam ipsius ecclesiae, ab occidente casa Petri de Berito, ab aliis partibus via publica; fines oliveti sunt: ab oriente quaedam foresta et terra ipsius ecclesiae, ab occidente locus ejusdem desertus, ab una parte terra quondam Syr Aseti; fines denique terrae ad vineam plantandam datae sunt: ab oriente terra Georgii scriba,[1]) ab occidente vinea Johannis Fabri, ab una parte via, quae ad casale Aylot ducit. — Magister Guillelmus archidiaconus, Petrus Yspanus, Ylarius, Andreas Yspanus presbyteri, Albertus, clericus archiepiscopi, Sororius, scriba Syrus, Nazareni (Rey, Recherches, p. 36—38). **1242**

[1]) De quo (Jorge Lescrivain) cf. Lois (ed. Beugnot) I, p. 424.

(**1255**—**1261** Maj.). — Jacobus, patriarcha Hierosolymitanus et Sedis Apostolicae legatus, privilegium a Rogerio, rege Siciliae, fratribus Hospitalis concessum transsumit et sigillo confirmat (Lünig, Cod. diplom. Ital. II, sect. V, p. 1635; Paoli, Dell' origine, app. IV, No. 3). **1243**

**1256** Jan. 16. Laterani. — Alexander IV episcopo Tiberiadensi et abbati monasterii S. Samuelis Acconensis ordinis Praemonstr., scribit, se monasterium S. Lazari de Bethania [1]) ordinis S. Benedicti diocesis Hierosolymitanae a Saracenis paene destructum fratribus Hospitalis contulisse tali vero conditione, ut abbatissae et monialibus ibi constitutis omnia necessaria subministrent et post earum mortem vel discessum alias substituant, itaque episcopo praecipit, ut idem fratribus ipse vel per procuratorem tradat (Paoli I, p. 164—165, No. 135). **1244**

[1]) De quo cf. Vogüé, Les églises, p. 335—338; ZDPV. X, p. 278—279. Urbanus IV a. 1261 cessionem Montis Thabor et nostram supradictam revocavit (Eracles, p. 446; Gestes, p. 166).

„ Jan. Jaffae (gallice). — Johan d'Ybelin, comes de Japhe et Escalone, dominus de Rames, fratribus Hospitalis pro damnis et expensis, quas in Ascalone custodienda ac defendenda habuerunt, per manum magistri Guillaume de Chasteau nuef DCL carrucatas terrae Ascalonitae donat et sigillo confirmat. — De vasallis: Gautier d'Ybelin marescalcus, Estienne de Sauvegni, Baudoin de Sure, Emiorram de Toisi, Baudoin de Corbie, Pierre L'aleman (Paoli I, p. 155, No. 130). **1245**

„ Febr. 2. Japhae (gallice). — Johan d'Ybelin, comes de Japhe et d'Escalone, dominus de Rames, Hospitali per manum magistri Guillaume de Chasteau nuef de dominio suo Ascalonitano casalia Malaques, Saarethe, Heleiquat, Zeite, Amouhde, Elgedeide, Phetora, Semsem, Camsa,[1]) Beitderas [2]) secunda, Elroiheib,[3]) Agelen el-hayet, Agelen el-ahssas et Beze [4]) cum omnibus pertinentiis donat et sigillo apposito concedit, ut dicta domus, Ascalone ejusque territorio bello unquam receptis, in dictis casalibus DCL carrucatas terrae possideat. — De vasallis: Gautier d'Ybelin, marescalcus de Japhe, Estienne de Sauvegni, Enyorran de Toisi, Baudoyn de Surre, Gremont de Luque, Baudoyn de Corbie, Pierre Laleman, Hue de Treies (Paoli I, p. 151—153, No. 128; Lois [ed. Beugnot] I, p. 608 not.). **1246**

[1]) Nunc kemâs (sheet XX), ut Conder, Quart. Stat. 1890, p. 31 censet. [2]) bêt er-rûsch (sheet XX)? Cf. Quatremère, Makrizi I B, p. 237. [3]) Conder: er-ruheibeh prope Beersebam. [4]) Conder: bezza (sheet XVI).

**1256** April. 30. Accon (gallice). — Guillaume de Chastel Nuef, Hospitalis magister, Philippo (Phelippe) de Montfort, domino de Sur et del Tozon,[1]) et Hugoni Revel, commendatori magno Hospitalis, necnon P. Davalon, constabulario de Thabarie, qui electi fuerant, ut controversiam inter Johan(nem) d'Ybelin, comitem Joppensem, et domum Hospitalis de facto Ascalonis exortam dirimerent, terminum judicii promulgandi in festum S. Johannis Baptistae sigillo apposito prolongat. — De fratribus: Joffrei de Raillane, locum marescalci tenens, Guillaume des Corcelles, Phelipe de Glies, Guichart drapparius, Henri hospitalarius, P. turcoplerius, Joseph [2]) thesaurarius (Delaville le Roulx, p. 191—192, No. 86; cf. p. 37). **1247**

[1]) Toron. [2]) de Cancy.

„ April. (gallice). — Boemons VI, princeps Antiochenus et comes Tripolitanus, se cum domo Hospitalis per manum Guillelmi de Castello novo pacem in perpetuum valituram fecisse, sigillo confirmat. — De vasallis: Henri, avunculus principis, Guillaume, dominus dou Botron, Meillior, dominus de Maracle(a), Johan, marescalcus Tripolitanus, Johan de Farabel, dominus del Pui, Henri de Camerdais, Johan Pierre, Thomas Arra, Johan de Flamcort, Baudoin de Mont Olif. Factum principatus et comitatus anno III (Paoli I, p. 153—154, No. 129; cf. Archives d. miss. scientif. II, p. 352—353). **1248**

„ Maj. 5. Accon. — Garinus, Michael, Petrus Monachus, quondam ecclesiae Montis Thabor fratres, Alexandro IV gratias agunt, quod Montem Thabor fratribus Hospitalis contulit, qui olim hostium invasionibus expositus nunc ab iis muniri coeptus est, ac petunt, ut dictis fratribus consilio et juvamine subveniat. — Terricus, ecclesiae Montis Sion, et Johannes, S. Samuelis ordinis Praemonstratensis, abbates sigilla apponunt (Paoli I, p. 149—150, No. 127). **1249**

„ Sept. 15. Accon (gallice). — Jehan de Ibelyn, dominus de Baruth, in X annos domui Theutonicorum per manum Eberhardi (Everarth) de Zahyn, magni commendatoris et locum magistri tenentis, casale Imbert et pertinentia scilicet: le Fierge, le Quiebre, la Scebeique, Jashon, Kapharneby, Douheireth, Benna, Samah, Laguille, Karcara et IV gastinas non habitatas: la Messerephe, la Ghabecie, la Quatranye, la Tyre censu XIII millium bisantiorum annuali concedit et sigillo confirmat. — De hominibus ligiis Beriti: Baylan de Mimars, castellanus de Baruth, Guautier Maynebuef, Johan Babyn, Mathe de Borg, Jaque Lombart; Johan de Ibelin, dominus de Arsur, constabularius et baillivus regni Hierosolymitani, Baudoin de Ibelin, ejusdem regni senescalcus, Phelippe de Montfort, dominus de Sur et dou Thoron, Anceau de Ibelin et Jaque de Ibelin (Rey, p. 38—40; cf. Altpreuss. Monatsschr. 1882, XIX, p. 641, No. 41; Forsch. XXI, p. 500, No. 20). **1250**

( „ ) Octob. 4. Accon. — Guido de Basainvilla, praeceptor Templi, episcopo Aurelianensi nuntiat, Tartaros, multis terris Saracenorum vastatis, urbi Hierosolymorum interitum minari et ante duos menses Mekkanam urbem et Machometi simulacrum terrae motu et igne destructa esse (Duchesne, SS. rerum Franciae V, p. 272; cf. Hist. litt. de la France XXI, p. 794—795; Röhricht in Forsch. 1886, p. 102, No. 15, ubi epistolae similes citantur). **1251**

**1256** Nov. (gallice). — Bartholomeu Monge, baillivus Juliani, domini de Seete et Biafort, confirmat, coram ipso et curia Galterium (Gautier), commendatorem Theutonicorum Sidoniensium, a domino Jehan dou Schuf, filio domini Andre de Schouf, II feoda, quae idem a Juliano tenebat, exceptis gastinis Sidoni vicinis: la Sauraanie, la Begelie, Bescote necnon horto, terra in plano Sidonis et domibus in ipsa civitate sitis, sub annuali censu M bisantiorum accepisse. — Jofrei de Vilers, Hue, ejus filius, Gui de Mimars (Strehlke, p. 97, No. 115). || In margine legitur: «non valet, quia postmodum fuit factus alius contractus». **1252**

**1257** (1256) Jan. 4. Sidon (gallice). — Julien, dominus de Saiete et Beaufort, domui Theutonicorum per manum Annonis (Anne) magistri [1]) totam suam terram Souf sigillo concedit scilicet Bullel (Bulbel), Mahasser (Mahascer) le grant, Delbon, Bethlon, le Barouc, le Foraidis, Queffra, la Zembacquie, Haynzehalta,[2]) Haynhamer, Hainouzeih (Haynoreih), la Orhanie (la Carhanie), Bemmorhei, le Haddis, Ebbrih, Boussaih (Bossaih), la Fornie, Bahaclin, le Doeyir (le Doeir), Bossonnaih le haut, Caffar, Hommeledmith (Cafarhommel Edmith), Dardorith, Bessetfin, la Messeytie (la Messeitie), Sarsorith, Tesfahta, la Homaira, la Loaize, la Fessaiteca, Kaffarhammie (la Fossaiteca, Cafarhamme), Daircossa, la Bakha, la Kanzirie, Benemssin (Bennemssin), Bessemharrir (Bessemharir), la Mougarie (la Mougairie), la Corratye (la Conrathie), Bessonnaih le bas, Hommelmeguithe (Hummelmegunthe), Bahnayl, le Cuneyesce. — De hominibus Juliani: Johan de la Tor constabularius, Johan Harneis marescalcus, Felippe de Beaufort, Jofroi de Viliers, Hue de Viliers, Berteleme Monge, Felippe Hardel, Ote, Johan Genevois, Pierre d'Ancone, Johan de Nibar, Johan Pisan le vieill (Strehlke, p. 88—89, No. 108). **1253**

[1]) Anno noster de Sangerhausen, c. 1255 Niflandiae magnus praeceptor (Perlbach, Preuss. Regesten, No. 521), 29 Jun. 1256 Francofordiae versatur (ibid. No. 524), 13 Dec. 1261 in curia Romana (ibid. No. 653), Jan. et Mart. 1263 in Prussia (ibid. No. 692—693, 697, 700, 705—706, 712), Febr. 1264 (ibid. No. 720, 722—723, 725), 20 Mart. 1265 (ibid. No. 731) et anno 1266 (ibid. No. 746—749, 752) in Germania, 5 April. 1272 Francofordiae (Görz, Mittelrhein. Reg. III, p. 614, No. 2703), 29 Dec. apud Hostraditz (v. Pettenegg I, p. 122, No. 482), Jan. 1273 apud Sachsenhausen (Cod. diplom. Nassoicus I B, p. 489, No. 836) et Sangerhausen (Hennes I, p. 196—197, No. 224); obiit 8 Jul. 1274 (Perlbach, Necrologe, p. 358—359, 362, 364; Voigt III, p. 327; Ewald IV, p. 185). Ceterum de eo conferas Zeitschr. d. Harzvereins XII, p. 550—575; XIII, p. 355—440. [2]) In margine codicis: «Ce sont le(s) gastines, de qui la question est dou Temple et de nous, qui sont sur le Damer, lesquels ce sont les noms: la Delhemie, la Lehedie, le Mechaiera, Margekeneirah».

„ (1256) Jan. 4. Sidon (gallice). — Idem domui Theutonicorum pretio XXIII millium et D bisantiorum terram Scouf cum pertinentiis vendit, quam praecedenti charta paene consona donavisse dixit (Strehlke, p. 89, No. 109). **1254**

„ (1256) Jan. 4. Sidon (gallice). — Idem domui Theutonicorum ejusque magistro Annoni (Anne) castellum Caveam de Tyron donat et sigillo confirmat. — Johan de la Tor constabularius, Jofroi de Viliers, Hue de Viliers, Berteleme Monge (Strehlke, p. 89—90, No. 110; cf. SS. rerum Pruss. I, p. 633). **1255**

„ Jan. 10. Sidon (gallice). — Idem dominus de Sayete et Biaufort domui Theutonicorum per manum Annonis (Anne) magistri feuda ab Johanne de Schuf et de Gezin quondam possessa donat et sigillo confirmat

scilicet: Gezin, Esfif, la Judede, Haddris, Hazibe, Batun, Tyrun, Bikicin, Bennuefe, Elgabetye, Kaytule, Eschemacha, Elcolea, Toura, Elmizraa, Elhozaein, Niha, Elmecheirfe, Bether, Gebbach, Moreste, Elmunzura, Baadran, Elchoreibe, Elmohtara, Butme, Elmuchetne, Sarsurit, Ethchit, Beddei, Cafernebrach, Deir Zekarim, Mechazerbenni, Be'lhun, Deir Elchamar, Deir Bebe, Elbegelie, Boocosta, Ezsaronie, Elkardie, hortum de Besel necnon omnia pertinentia ac jura. — De hominibus Juliani: Johan de la Tor constabularius, Johan Harneis marescalcus, Phelippe de Biaufort, frater Juliani, Joffroi de Viliers, Eude de Creel, Maquaire, Raul de Hachif, Hue de Vilieres, Berteleme Monge, Phelippe Hardel (Strehlke, p. 90—91, No. 111). **1256**

**1257** vel **1258** Jan. 15. Sayete (gallice). — Idem dominus de Sayete et Beaufort Guillelmo (Guillaume) de Chasteau Nuef, Hospitalis magistro, V millibus bisantiorum acceptis III casalia in territorio Sidonis sita sigillo concedit scilicet: Maroenie, Há(á)nouf et Daraya, quorum primum in clym (valle) Essomar adjacet versus orientem casali Guillelmi Meingot nominato Zefta, versus meridiem casali episcopi Teffahäta, versus occidentem casali la Daordie el-Hädidi et versus aquilonem casali Messeigehá; secundum et tertium in valle el-Kärroub sita sunt. Secundum, scilicet Ahánouf, adjacet versus orientem casali Johan(nis) de Fenion [1]) nominato la Geleilie, versus meridiem duobus casalibus Balian(i) de Mimarz, quae vocantur la Zahrorie et Bequifs, versus orientem casali Oedi el-Hämmem et versus meridiem casali dicto Hánouf et Esshym, versus occidentem casali Borgein, quod est domini Gervasii (Gervaise) Amoros, et versus aquilonem dicto Oedi el-Hämmem et terrae domini Johan(nis) Pisan(i). His addit gastinas Bothma, Ecfareisson, Kärbet el-Ezairac, Ecfardebess, Bedagon el-Hämmem, Toreille el-Sefargelis et pertinentia. — De hominibus Juliani: Johan de la Tor, constabularius de Sayete, Johan Harneis, marescalcus de Sayete, Ffelipe de Beaufort, Estienne de Sauveigni, Gautier Macayre, Jofroi de Viliers, Johan Pisan, Johan de Nibar, Johan dou Chastel (Delaville le Roulx, p. 193—194, No. 87; cf. p. 25—26). **1257**

[1]) Alias: Femium, Fermin, Fainon.

„ April. Accon. — Florentius, episcopus Acconensis, conventionem inter ipsum et Hospitalis magistrum Guillelmum de Castro novo factam sigillo confirmat scilicet de domo Philippae, quondam uxoris Guillelmi Capenegre, in vico balnei S. Johannis sita, cui confinis est a parte orientis quaedam curia Hospitalis, a parte occidentis via publica, a parte meridiei domus Hospitalis, quae fuit praedictae Philippae, a parte septentrionis introitus praedictae curiae Hospitalis. — Adam archidiaconus, Bernardus cantor, Johannes thesaurarius, Gerardus, canonici Acconenses (Paoli I, p. 226—227, No. 183; cf. p. 542). **1258**

„ Aug. 10, ind. XI. Accon (gallice). — Johan d'Ybelin, dominus de Arsur, constabularius et baillivus regni Hierosolymitani, consensu dominorum Philippi de Montfort, domini de Sur, Johan(nis) l'Aleman, domini Caesareae, Johan(nis) de Valencenes, domini de Cayphas, Jacobi (Jaque) de la Mandelee, Tybaut de Bessan, Simon(is) de Malembec, Balian(i) Anteaume, Johan(nis) de Flori et aliorum vasallium dicti domini necnon Stephani (Estienne) de Sauvegni, syndici et procuratoris signoriae Hierosolymitanae, confirmat, se communitati Anconitanae per manus syndicorum et procura-

torum Johan(nis) de Guide et Bienvenu de Vidal concessisse, ut in urbe Accon ecclesiam, palatium et albergam aedificarent in terra horto Januensium, muro et mari vicina, vel si plateam mare attingentem habere non possent, ut domos dominorum Johan(nis) Grip, Jop et Jorge mari adjacentes emerent; si vero bellum exortum fuerit, Anconitanos L armatos regno Hierosolymitano dare ejusque amicos et hostes suos habere debere. — Ansaldus Zeba, Johannes Castanea, Guillelmus Guercius, Guillelmus Lanfranci Spinolae, Lamfrancus de Carmadino, Antonius de Grimaldo Januenses; domini: Aegidius, miles de Cayphas, Philippus de Coxi miles, Johannes Bojamontis, Dagus David, Nicola Antonis Mauri, Petrus Salvatici, Nicola Comitis, Anconitani; Johan d'Ybelin, Johan de Valencenes, Jaque de la Mandelea, Tyebaut de Bessan, Symon de Malembec, Balian Antiaume, Estienne de Sauvegny, qui sigilla apposuerunt. Aliottus Uguiccionis, imperialis auctoritate judex ac notarius publicus, interfuit et scripsit (Paoli I, p. 157—161, No. 132; cf. p. 528—529; Heyd I, p. 318). **1259**

**1257** Sept. Accon. — Florentius, episcopus Acconensis,[1]) et Anno, magister domus Theutonicorum, compositionem ineunt et sigillis confirmant de variis juribus ac decimis, praesertim de casalibus Bassa (Labassa), Massob, Cafriasim (Cafriasy), Busenen, Saphet (Sapheth), Noye, in Castro Regis, in quo est domus episcopalis, solvendis et de faciendo annuali Benencase, burgensis Castri Regis, necnon dricturis Ysembardi et Lamberti. — Magister Guillelmus decanus, Adam archidiaconus, Bernardus cantor, Johannes thesaurarius, Gerardus canonici; Evrardus, magnus praeceptor, Arnoldus thesaurarius, Ulricus, Winandus, Fredericus, fratres Theutonici (Strehlke, p. 91—94, No. 112). **1260**

[1]) De quo Röhricht in ZDPV. X, p. 21; Gestes, p. 168. Postquam archiepiscopus Arelatensis factus fuit, patriarchatus Hierosolymitanus cum episcopatu Acconensi conjungitur.

„ Octob. — Jacobus, patriarcha Hierosolymitanus ac Sedis Apostolicae legatus, precibus fratrum Theutonicorum privilegium ipsis ab Alexandro IV 28 Jul. 1257 concessam transsumit et sigillo confirmat (Strehlke, p. 387—388, No. 560 Not.; Napiersky I, No. 144; v. Bunge, Livländ. Urkundenb. I, Reg. I, p. 88, No. 355; v. Bunge, Liv-, Esth- und Kurländische Urkundenregesten, Wiesbaden 1881, p. 62, No. 851; Perlbach, Preuss. Regesten, p. 157, No. 567; cf. Strehlke, p. 388—390, No. 561 et 565: 2 et 9 Aug. 1257). **1261**

„ Nov. 1. Accon. — Terricus, abbas Montis Syon, consensu Jacobi, patriarchae Hierosolymitani [1]) et S. A. legati sigillantis, domui Theutonicorum per manum Annonis magistri pro CCCIX bisantiorum sarracenatorum censu annuali domos Acconenses concedit et sigillo confirmat, quae habent ab oriente viam regalem et domos Hospitalis, quae quondam fuerunt Montis Thabor, ab occidente domum Theutonicorum magistri et conventus, a septentrione viam regalem, a meridie barbacanam, deinde aliam domum parvam, cui confinis est a meridie via regalis, ab occidente domus Theutonicorum magistri et conventus, quae quondam fuit comitis Joscelini, a septentrione domus Albrici Botterii (Strehlke, p. 95—96, No. 113). **1262**

[1]) De quo Röhricht in ZDPV. X, p. 9—10; Schirrmacher, Die letzten Hohenstaufen, p. 203—204; Posse, No. 22, 62, 67, 75; Potthast, No. 16101. Postea (29 Maj. 1261) Urbani IV nomine papatum accepit.

(**1257**). — Alexander IV soldano Iconii, qui in votis habebat ad Christum converti, jam receperat penthateucum Moysis, prophetiam etiam Isaiae et Hieremiae, Pauli epistolas atque Johannis evangelium et Matthaei et postulaverat, ut sibi mitteretur orthodoxus aliquis, a quo in lege Christi quasi vice apostolica plenius instrueretur, respondet, se tales procuraturum ac destinare, qui apud eum in doctrina sana vices apostolicae auctoritatis suppleant eique fidei catholicae seriem et tenorem sub quodam compendio et digitotenus intiment (Raynaldi, Annal. 1257, § 55—72; Potthast, No. 17131. Cf. supra No. 1213). **1263**

**1258** Jan. 9. Anagniae. — Alexander IV (Thomae), episcopo Bethleemitano ac S. A. legato, mandat, ut Januenses, Venetos et Pisanos in partibus transmarinis inter se dimicantes,[1]) qui cum fautoribus et complicibus suis abbati et conventui B. Mariae de valle Josaphat damna et injuria intulerunt, compellat, ut dictae ecclesiae satisfaciant (Delaborde, p. 106 — 107, No. 51). **1264**

[1]) De hoc bello cf. Gestes, p. 152—160; Eracles, p. 443; Müller, p. 445—461.

„ Mart. 20 (gallice). — Julien, dominus de Seete et Biaufort, domui Theutonicorum casale Cafar facouh in territorio de Schuff situm et de Johanne de la Tor, constabulario Sidonis, ejusque uxore Isabelle IV millibus bisantiorum emtum per manum Annonis magistri concedit et sigillo confirmat. — Phelippe de Biaufort, Jofroi de Viliers, Macayre,[1]) Gile, Berteleme Meinebuef, Eude de Creel, Andre Taillevent, Johan de Fenjon,[2]) Gui de Renay,[3]) Hue de Viliers (Strehlke, p. 96 — 97, No. 114; cf. SS. rerum Pruss. I, p. 633). **1265**

Alias: [1]) Maquaire, [2]) Fenion, Femium, [3]) Ronay.

„ Mart. 21. Nicosiae. — Henricus, filius quondam Bohemundi IV, principis Antiochiae, et Isabella uxor, filia Hugonis I, quondam regis Cypri, abdicationem Alicis, reginae Cypri, confirmant (Bibl. de l'école d. chartes 1872, p. 175—176, No. 178; D'Arbois de Jubainville, Hist. d. comtes V, p. 482, No. 3128; De Mas Latrie, Hist. II, p. 69; cf. supra No. 860). **1266**

„ Jun. 11 (gallice). — Juliens, dominus de Seete et de Biafort, venditionem supra (No. 1252) laudatam sigillo confirmat (Strehlke, p. 97—98, No. 115). ‖ In margine legitur: «Non valet, quia postmodum fuit factus alius contractus». **1267**

„ Sept. 12, ind. II. Messanae. — Manfredus, rex Siciliae, potestatem Januensem hortatur, ut Uguezoni de Arezio, civi Messanae ac nuntio Dulcis, heredis Meruli Schilini Januensis, satisfaciat, cujus in urbe Accon mortui pecuniam Jacobus Frixonus et socius, consules Januensium Acconenses, Januam detulerant (Liber jurium I, p. 1286 — 1287, No. 914; Capasso, Hist. diplom. regni Siciliae, Napoli 1874, p. 152, § 288; cf. Böhmer-Ficker, No. 4676). **1268**

„ Octob. 9. Accon in domo S. Sepulchri. — Thomas Berardi, Hugo de Revel [1]) et Anno de Sangerhusen, Templi, Hospitalis et Theutonicorum magistri, se de omnibus querelis, quae inter ipsos in Hierosolymitano,

[1]) De quo Gestes, p. 155, 207—208; statuta ab eodem edita cf. in Delaville le Roulx, De origine, p. 39—40, Bibl. de l'école d. chartes 1887, p. 349; Prutz, Culturgesch., p. 614 — 615, de ejus sigillo Delaville le Roulx in Mém. d. antiq. de France 1886, XLI, p. 70. Inscriptionem, qua magister noster memoratur, edidit Clermont-

Cypri et Armeniae regnis, in principatu Antiocheno et comitatu Tripolitano motae sunt et movebuntur, firmam pacem et concordiam habere pollicentur et sigillis confirmant. — Jacobus, patriarcha Hierosolymitanus, S. Apostolicae legatus, Johannes de Ybellino, dominus Azoti, constabularius et bajulus regni Hierosolymitani, Gaufridus de Sargines, senescalcus ejusdem regni, Johannes de Valentinis, dominus Cayfae, Stephanus de Savignino, magister Guillelmus, decanus Acconensis et archidiaconus Tyrensis (Strehlke, p. 98 — 103, No. 116). ‖ Conventionem nostram Gregorius X (13 Mart. 1275) confirmat (Strehlke, p. 118—119, No. 127; Altpreuss. Monatsschr. I, p. 279, No. 14; XX, p. 391, No. 6; Potthast, No. 21000). **1269**

---

Ganneau in Comptes-rendus de l'acad. d. inscript. 1888, XVI, p. 371, chartam cismarinam ab eodem confirmatam citat Quantin, Rec. de pièces, Auxerre-Paris 1873, p. 301, No. 614 not.

**1258** Dec. 5. — Melec Moys,[1] soldanus Aegypti, Rainerio Geno, duci Venetianorum precibus, quas ejusdem nuntius Gabriel Tervisanus protulerat, se indulgere velle, pollicetur. Factum est per manum Gabrielis Tervisani (Tafel-Thomas II, p. 490—492, No. 326—327). **1270**

[1]) Moëzz Izz ad-dîn Aibeḳ.

**1259** Jan. 8. Anagniae. — Alexander IV (Thomae), episcopo Bethleemitano ac S. A. legato, Montis Oliveti et S. Samuelis abbatibus in urbe Accon commorantibus, ut causam, quae inter (Henricum), archiepiscopum Nazarenum, et (Johannem de Valentinis), dominum de Cayfa, ex una parte et (Jacobum?) abbatem ac conventum B. Mariae de valle Josaphat ex altera parte de casali de Anna ac pertinentiis agitatur, inquirat (Delaborde, p. 108, No. 52). **1271**

„ April. 14. In Monte Peregrino (gallice). — Hue de Gibellet, filius Bertrandi (Bertrant) de Gibellet, Hugoni (Hugue) Revel, Hospitalis magistro, V millibus bisantiorum Tripolitanorum acceptis casale prope Tripolim («en la core de Triple») situm Boutourafig et XV petias terrae campi, qui vocatur «campus Domus», cum omnibus pertinentiis et hominibus sigillo apposito vendit exceptis tamen III villanis Thome, raiz Bolos ejusque fratre raiz Guillaume et excepta I carrucata cum villanis terrae Templi. Dictum vero casale adjacet versus orientem casali episcopi Caphrahael, versus orientem et aquilonem casali episcopi Hab, versus occidentem casali domini Botronis Hayr, versus meridiem casali ipsius Hugonis Haabe. — Henri, dominus de Gibellet, Guillaume, dominus dou Botron, Johan, marescalcus Tripolitanus, Baudoyn de Mont Olif; de hominibus Hugonis: Johan de la Broisse, Johan, dominus dou Monene (Delaville le Roulx, p. 196 — 198, No. 90; cf. p. 26). **1272**

„ April. 30, ind. I (II). Januae in palatio Opizonis de Flisco, quo inhabitat capitaneus populi Guillielmus Bucanigre. — Ugutio de Arezio, civis Messanae, nuntius et procurator Dulcis, uxoris quondam Guillielmi Rubei, et heredis quondam Merli Schilini, civis Messanae in urbe Accon mortui, se a dicto capitaneo integram rationem et satisfactionem de iis recepisse confirmat, quae dictus Merlus reliquerat. — Ferrarius de Castro, Armanus Pinellus (Liber jurium I, p. 1285—1286, No. 913). **1273**

**1259** Jul. 17, ind. II. Tripoli. — Canonici subscripti Bonifacium thesaurarium, Andream et Johannem, canonicos Tripolitanos, compositioni inter magistrum Philippum, cantorem Tripolitanum, et fratres Hospitalis olim de quibusdam decimis factae, a quarum praestatione fratres se liberos esse privilegio a B(ernardo I), episcopo Tripolitano, munito probarunt, primum contradixisse sed nunc ab omni contradictione desistere, sigillo confirmant. — Magister Bartholomaeus, canonicus Antiochensis et cantor Valaniensis, Johannes de S. Vitali. Anselmus de Alex., notarius sacri palatii, scripsit (Paoli I, p. 166—167, No. 137). **1274**

„ Aug. 2. Accon. — E(ustorgius), episcopus Tiberiadensis, et J(ohannes), abbas S. Samuelis Acconensis ordinis Praemonstratensium, priori ecclesiae S. Laurentii Januensium in civitate Tyri constituto epistolam Alexandri IV transmittunt et mandant, ut vices ipsorum gerens praeceptori Hospitalis Tyrensi bona monasterii S. Lazari de Bethania diocesis Tyrensis tradat (Paoli I, p. 164—165, No. 135). **1275**

„ Aug. 2, ind. II. Accon. — E(ustorgius), episcopus Tiberiadensis, et abbas S. Samuelis Acconensis magistro Bartholomaeo, cantori Valeniensi, litteras Alexandri IV transmittunt supra (No. 1275) memoratas et mandant, ut in diocesibus Tripolis, Antaradi, Valeniae et Bibiii vices ipsorem gerens praeceptorem Hospitalis bonorum, quae monasterio S. Lazari de Bethania in civitate et diocesi Tripolitana sunt, possessorem introducat (Paoli I, p. 167, No. 138). **1276**

„ Aug. 5, ind. II. Tyri in platea ante conductum. — Prior S. Laurentii Januensis Tyri confirmat, se acceptis litteris Eustorgii, episcopi Tiberiadensis, et Alexandri IV praeceptorem Hospitalis Tyrensis in domum ante conductum Tyri sitam et ad monasterium S. Lazari de Bethania ordinis Benedicti pertinentem duxisse eique ipsam necnon omnia jura et pertinentia possidenda tradidisse. — Matthaeus presbyter; domini: Bruno, Johannes dictus Paillart, Jacobus dictus Duendon milites, Youseph scriba, Thomas Faber. Aegidius, judex et notarius publicus, scripsit (Paoli I, p. 164—165, No. 135). **1277**

„ Aug. 9, ind. II. Tripoli in domo ecclesiae S. Lazari de Bethania. — Coelestinus . . . . . et Johannes de S. Vitali, assisii ecclesiae Tripolitanae, confirmant, coram se et Jacobo de Baro presbytero et Simone Lornio testibus magistrum Bartholomaeum, cantorem Valeniensem, auctoritate epistolae, quam episcopus Tiberiadensis et abbas S. Samuelis Acconensis scripserunt, praeceptori Hospitalis monasterii S. Lazari de Bethania possessiones in civitate et diocesi Tripolitana sitas tradidisse. — Celestinus, assisius et tabellio, scripsit (Paoli I, p. 167, No. 138). **1278**

„ Aug. Accon. — Thomas Berardi, magister Templi, ejusdem militiae praeceptori in Tuscia mandat, ut precibus Thomae, episcopi Bethlemitani ac Sedis Apostolicae legati, necnon Hugonis de S. Desiderio cardinalis ord. Praedicatorum indulgens excambio competenti accepto de horto Templi Luccensi modicam quantitatem dictis fratribus Praedicatorum concedat (Atti della reale accademia Lucchese, Lucca 1840, X, p. 272—273, No. 9; cf. ibid. XIII, p. 443—452). || In eundem fere modum de eadem re: Petro Ferrandi, praeceptori Templi in Italia vel ejusdem locum tenenti (ibid. X, p. 273—274, No. 9). Has epistolas Henricus, episcopus Luccensis (10 Mart.

1260 ind. III Lucae in palatio episcopali) se vidisse, sigillo confirmat (ibid. X, p. 271—275, No. 9). **1279**

**1259** Octob. 24, ind. III. Accon. — Henricus archiepiscopus et capitulum ecclesiae de Nazareth, quum possessiones suas propter hostium incursus, discordias villanorum Sarracenorum et varias impensas obtinere non possint, Hospitali per manum Hugonis Revel magistri IV casalia diocesis antedictae in loco Batuf sita et Roma, Rometta, Caphrahusepth et Cana Galilaea nuncupata sub tributo II millium bisantiorum per spatium L annorum primo venientium annuatim solvendorum, quibusdam aliis conditionibus additis et Guillelmo, archidiacono Nazareno syndico jurante, concedunt ac sigillis confirmant. — Johannes, marescalcus de Nazaret, Jacobus Vitalis milites, magister Bonanus jurisperitus,[1]) Aliottus notarius; de fratribus Hospitalis: Henricus Theotonicus, magnus praeceptor Acconensis, Guizardus de Lentino marescalcus, Guillelmus de Scorsellis, Jocelmus, castellanus Montis Thabor, Gaufridus de Rellan (Paoli I, p. 162—163, No. 133; cf. p. 529; Lois [ed. Beugnot] II, p. 31; Vogüé, p. 356—358; supra No. 1239). **1280**

[1]) De quo Lois (ed. Beugnot) II, p. 31.

„ Octob. 24. Accon. — Henricus, archiepiscopus Nazarenus, consensu totius capituli, se Hospitale ejusque bona in ecclesiae suae protectionem specialem recepisse, sigillo confirmat. — Jacobus Vitalis miles, magister Bonannus jurisperitus, Aliottus notarius, magister Guillelmus, archidiaconus Nazarenus, Sancius, canonicus Nazarenus; de fratribus Hospitalis: Henricus, magnus praeceptor Acconensis, Guillelmus de Scorsellis, Jocelmus, castellanus Montis Thabor, Gaufridus de Rellan (Paoli I, p. 163, No. 134). **1281**

„ Octob. 25, ind. III. Accon in domo Hospitalis. — Henricus, archiepiscopus Nazarenus, confirmat, se Hospitali dominium de Nazareth necnon XIX casalia cum gastinis censu XIV millium bisantiorum annuali tenenda concessisse, sed precibus Henrici Theotonici, magni praeceptoris Acconensis et vices magistri gerentis, pollicitum fuisse, se totum defectum, qui in redditibus primo anno ex memoratis terris extrahendis inveniretur, recepturum esse. — Fratres: Joscelmus, castellanus Montis Thabor, Diaterno, Robertus de Vela; magister Guillelmus, archidiaconus Nazarenus. Aliottus Uguiccionis, imperiali auctoritate judex et notarius, scripsit (Paoli I, p. 166, No. 136). **1282**

„ Octob., ind. III. Venetiis in ducali palatio. — Rainerius Zeno, dux Venetiae, precibus Arnaudi Efforsivii, ambaxatoris Massiliae, dicti communis civibus pactum societatis et amicitiae, quod in urbe Acconis Laurentius Teupulus capitaneus et Marcus Justinianus, bajulus Venetorum, ex una parte et Guillielmus Comes, nuntius et ambaxator Caroli, comitis Andegavensis, ac consul Massiliensium Acconensium ex altera parte fecerunt, sigillo confirmat (Docum. inédits sur l'hist. de France [Mélanges hist. III], Paris 1880, p. 12—14, No. 2; cf. Bibl. de l'école d. chartes B III, p. 210). **1283**

„ (gallice). — Boemond VI, princeps Antiochenus et comes Tripolitanus, cum Hugue Revel, magistro Hospitalis, pace perpetua facta domos, casalia et terras in sequestro posita, II millia anguillarum annuatim reddere et arbitros ad jura Hospitalis Antiocheni declaranda eligere pollicetur necnon libertatem emendi et vendendi concedit (Delaville le Roulx, p. 196, No. 89; cf. p. 26). **1284**

**1260** Jan. 7, ind. XIV. Accon. — Florentius, episcopus Acconensis, postquam inter ipsum et ipsius praedecessores ex una parte et Johannem, plebanum S. Marci Venetorum Acconensis, ejusque praedecessores de cura parochiali dictae ecclesiae et obedientia episcopo Acconensi facienda necnon nobilem Johannem Dandulum, bajulum Venetorum Acconensium, ejusque consiliarios Leonardum Maurocenum et Marinum Contarenum discordia fuerit exorta, hanc compositionem intervenisse, sigillo confirmat, ut de cetero plebanus antedictus contentus sit, quantum ad parochiam et omnem curam parochialem et omne jus spirituale, quam vel quod sibi vindicare possit quocunque modo in civitate et diocesi Acconensi limitibus istis: scilicet, quantum ambitus novorum murorum, quos nuper aedificaverunt versus plateam Januensium et hospitale S. Johannis et novae clausurae portarum, quas nuper construxerunt versus vicum, qui dicitur Provincialium, comprehendit hoc addito, ut extra portam illam novam, quam aedificaverunt ad caput palatii bajuli, procedendo de S. Marco versus vicum coopertum pertineant ad dictam curam plebani II stationes sive domus usque ad angulum primi vici sive rugae, qui vel quae vergit versus S. Mariam Provincialium, et similiter stationes sive domus, quae sunt ex illo latere inter eundem vicum ex parte Venetorum usque ad furnum regalem exclusive, qui furnus est in angulo vici sive rugae, qui vel quae dicitur Paleacia. Item versus catenam Acconensem exeunt limites dictae parochiae usque ad loggiam regalem exclusive citra catenam versus S. Demetrium et S. Marcum ita, ut illi, qui inter dictos limites dictamque clausuram et muros sive ambitum morantur, ad dicti plebani et ecclesiae S. Marci curam et parochiam pertineant. Ecclesiam autem S. Demetrii et omnes ejus parochianos, qui intra dictae clausurae dictorumque limitum ambitum continentur, plebano quibusdam conditionibus dimittit necnon domos suas inter S. Demetrii ecclesiam ex uno latere et domum Johannis de Nephin, burgensis Acconensis, sitas, ex alio et ab anteriori vicum regis habentes et a posteriori mare sub annuali censu CCCC bisantiorum concedit. Plateam vero sive domum inter fundum Venetorum ex uno latere et ecclesiam sive porticum S. Demetrii ex alio et ab anteriori habentem vicum regium, a posteriori domum presbyteris S. Demetrii tenebunt Veneti et XXV bisantios S. Demetrii et totidem pro domo sacerdotali et in recognitionem dictarum subjectionis et obedientiae L annuatim Veneti solvent, sed hos L reddere minime tenebuntur, si christiani ex urbe cum episcopo ab infidelibus expellerentur. His et pluribus aliis conditionibus expositis debitores et principales redditores Jacobus Vitalis miles, Petrus Bricius, Matthaeus Marmorar et Bartholomaeus de Castello se constituunt. — Hebyas de Chalesio, ecclesiae Romanae publicus notarius, scripsit (Cornelius, Eccles. Venet. X, part. 1, p. 229; Tafel-Thomas III, p. 31—38, No. 343; cf. Archives d. miss. scientif. II, p. 361—362; Heyd I, p. 152). **1285**

„ Jan. init. Tyri (gallice). — Johan, dominus de Sur et dou Thoron, Hospitali per manum magistri Hugonis (Hugue) Revel varia privilegia ac dona sigillo munit, primum scilicet casale Maron in territorio Tyri situm, cui vicina sunt casalia Andreguisse et Torciafe et gastina de Nyha, necnon domum Tyri in introitu rugae sitam, quae domini dicti et Pisanorum fundam separat, et jus aquae de fonte Nostri Domini egredientis; quae omnia dicti Johannis pater bonae memoriae Phelippe de Montfort Hospitali con-

cesserat in cambium portae, quae post domum Hospitalis Tyriensis versus meridiem sita et versus mare patens dictis fratribus ab Amalrico (Haymeri) II rege et Isabella (Isabiau) regina data fuerat. Deinde Hospitali omnia bona confirmat, quae in territorio civitatis Tyri possidet, itaque casalia Migedel cum gastina Theyre, la Tor cum pertinentiis, molendina, II hortos (quorum unus magno domini horto vicinus vocatur la Massoque, alter hortus magnus interjacet hortum, quem dominus Fulco (Foulque) de Caban a domina de la baquerie emit, et hortum domini Guillelmi Jordain burgensis), insuper petiam terrae ante magnum domini hortum inter terram S. Leonardi (Lyenart), quae vocatur la Mosserie, et locum, qui dicitur Raissemon, sitam, aliam, quae sub terra S. Pauli jacet hortum domini Sidonis attingens, aliam vineis plantatam, quae terra lacus dicitur, cum lacu, terrae Thomae de Fignon et templariorum vicinam, aliam dictae terrae lacus et viae, quae est in medio, terra Theutonicorum de altera parte posita adjacentem, aliam, quae attingit hortum de la baquerie et terram ipsius domini, ubi plantantur cannae sachari, vineam, quae vocatur de barbaquane, vineae Templi et fossato urbis vicinam, aliam terram versus meridiem post hortos de la Hasie sitam. Praeterea fratribus Hospitalis concedit, ut aqua, quae mare influxura campis sachari domini egreditur inter la Massoque et terram religiosarum S. Mariae de Tyro terrae domini vicina, quae dicitur dou Fier, utantur neque tamen damnum dictis campis sachari et horto Soran inferentes, et canali domini, qui e fontibus S. Pauli et S. Petri profluit. — Jean . . . . . ., Reymond Descandalion, Ansiau Cay . . . . ., Thomas de Ratel, Amaury de S. Bertin, Thomas de Fignon vasalli (Paoli I, p. 168—170, No. 139; cf. p. 529—531). **1286**

**1260** Jan. 19. — Philippus decanus et capitulum ecclesiae Acconensis conventionem supradictam (No. 1285) sigillo confirmant (Tafel-Thomas III, p. 38, No. 344). **1287**

„ Mart. 1, ind. III. Accon. — Thomas, frater de ordine Praedicatorum, episcopus Bethlehemitanus et S. A. legatus, omnibus regibus, principibus etc. totius christianitatis nuntiat, Tartaros Baldaco expugnata Halapiam infra quindenam cepisse et ejus castrum eisque soldanos de Ruispie, Camellae, dominos de Hamhac et Amon se subjecisse, soldanum vero Damasci ad auxilium Babyloniorum aufugisse, principem Antiochiae ac comitem Tripolis eorum ditionis se fecisse, Acconem vero et Tyrum cum castris Templi, Hospitalis ac fratrum Theutonicorum adhuc resistere, sed in summo discrimine versari, nisi celeriter succurratur, praesertim quum princeps Tartarorum epistola blasfemiis plena christianis interitum minatus fuerit (Chron. Menconis in Mon. Germ. SS. XXIII, p. 547—549; cf. Röhricht, Archives de l'Orient latin I, p. 635; Hist. litt. de la France XXI, p. 727). **1288**

( „ Mart. 1, ind. III. Accon). — Idem praepositos et rectores Frisiae monet, ut mulieres suas ultra mare peregrinaturas propter varia pericula retineant (Chron. Menconis in Mon. Germ. SS. XXIII, p. 549; cf. Röhricht in v. Raumer, Hist. Taschenb. 1875, p. 328, 380—381, Not. 131). **1289**

( „ Mart. 16. Accon). — Epistolae magistri Templi (Thomae Berardi) Henrico III, regi Angliae, et magno praeceptori Templi in Anglia scriptae,[1])

[1]) «Templarius quidam tunc temporis de Terra Sancta properanter accedens in vigilia S. Botulphi (16 Jun.) Londinum advenit deferens quamplures literas

quibus «nuntiatum fuit, quod Tartari Terram Sanctam jam fere usque ad Acram destructam recuperaverunt et, quod mirum est auditu, durante eorum exercitu per XL dietas totam illam terram occupare proponebant, ut sic devastata ibidem, quod absit, majori multitudine facilius possent suam ulterius vastationem dilatare»[2]) (Matthaeus Westmonasteriensis, Francofurti 1601, p. 374). **1290**

domino regi et magistro Templi Londinum et aliis, sed et plures detulit multis tam citra quam ultra montes magnatibus. Qui tanta velocitate tam spatiosam viam transcurrit, quod intolerabili compulsus necessitate die, quo a Terra Sancta recessit, eodem ad XIII septimanas Londinum intravit» (ibid.). [2]) «Adjunxitque idem nuntius, quod omnes ad se confugientes vel captos alienos in prima acie belli exponunt et pugnantes tam viri quam foeminae sicut ante sic et retro bene sagittant. Nec valebit christianitati eis resistere, nisi potenti manu Dei suffulcatur adjutrice. Vastatis enim jam fere omnibus ibidem Templariis et Hospitalariis, nisi festinus interveniat succursus, in mundo quam citius, quod absit, horribilis imminebit interitus» (ibid.).

**1260** April. 14, ind. III. Accon. — Johannes Grifus, miles Acconensis, cum Agatha uxore omni jure et auxilio Vellejano renuntiante, filia quondam Georgii de Vienna, coram magistro Arnulfo de Perona, locum vicecomitis tenente, Alardo Raymundi de Curte, Gaufrido de Tabbaria, Johanne Philippi et Henrico de Contes,[1]) juratis curiae Acconensis, fratre Crapho, hospitalario Acconensi locumque magistri tenente, et Aliotto Uguiccione, Hospitali per manum Josephi de Canci thesaurarii baculo tradito donat hereditatem, quam habet in civitate Acconensi in Monte Musardi ante turrim, quae dicitur Columberius et dictae domus est, ex parte septentrionis inter rugam, quae dicitur de caldoreriis, et rugam, quae dicitur de biscotto, et viam, quae inde vadit, ab oriente usque occidentem usque ad rugam de calderone sive de tribus anellis et domum Michaelis caldorarii, quam tenet ab Hospitali, deinde annualem XVI bisantiorum censum, quem abhinc reddet Ysabella, uxor olim Adae Montifredi. — Craphus, Girardus de Domibus fratres; Petrus Burgensis, Johannes Rofinus, Ghibertus Johannis, Guillelmus Scriba, Francigena, Guidoctus Volans, jurati curiae. Aliottus Uguiccionis, judex ac notarius publicus, scripsit (Paoli I, p. 297—298, No. 19; cf. Lois [ed. Beugnot] II, p. 22, No. 89 not.). **1291**

[1]) Alias: Conches.

„ April. 27. Accon in palatio ecclesiae Acconensis, in quo habitat legatus. — Guillelmus de Campo, sacri palatii notarius, confirmat, magistrum Hugolinum Romanum, procuratorem abbatis et conventus S. Mariae de Josaphat, coram se et testibus infrascriptis Thomae, episcopo Bethlemitano ac Sedis Apostolicae legato, epistolam Alexandri IV papae supra dictam (No. 1264) praesentavisse. — . . .[1]) olim episcopus Beritensis, abbas Bellimontis,[2]) frater Stephanus Bellimontis, Cisterciensis ordinis, frater Galterius, poenitentiarius legati, Philippus, decanus Acconensis (Delaborde, p. 106—107, No. 51). **1292**

[1]) Galerannus? Idem cum Arnulfo, fratre Ordinis Praedicatorum, concilium Lugdunense adiit (Matthaeus Paris IV, p. 344) et s. a. privilegium a Friderico II civibus Acconitanis (28 Mart. 1224) concessum vidisse confirmat (Winkelmann, Acta inedita I, p. 241, No. 263 not.). [2]) De hac abbatia cf. ZDPV. X, p. 35. Abbates anonymi memorantur 1208 (Potthast, No. 186), 1246 (Berger, No. 2039), 1251 et 1253 (ibid. No. 5129, 5178).

„ April. 27. Accon in palatio ecclesiae Acconensis, in quo habitat legatus. — Guillelmus de Campo, sacri palatii notarius, confirmat, Hugo-

linum Romanum, procuratorem abbatis et conventus B. Mariae de valle Josaphat, coram se et testibus infrascriptis Thomae, episcopo Bethlemitano ac Sedis Apostolicae legato, epistolam Alexandri IV praesentavisse insertam — Testes ut supra No. 1292 (Delaborde, p. 108—109, No. 52). **1293**

**1260** Dec. 10, ind. III. Tyri in palatio communis Januae, ubi regitur consilium. — Jacobus Spinula et Guillelmus de Savignano, consules et vicecomites Januensium Syriae, procuratores Fresonum Mallocellum et Johannem de Rovegno, cives Januenses, eligunt, qui nomine communis Thomae, episcopo Bethlehemitano et Sedis Apostolicae legato, literas ab Apostolica Sede impetratas praesentent, qui de mandato papae, ut sibi Pisanorum et Venetorum turres et fortalitiae T. Sanctae tradantur, postulaverit. — Octobonus Piccamilius et Ansaldus Auric. Conradus Cagnata de S. Donato, notarius imperii, scripsit (Tafel-Thomas III, p. 40—41 in No. 346; Sauli, Colonie II, p. 199; G. Müller, p. 455—456; cf. Heyd I, p. 152). **1294**

( „ ). — (Alexander IV) Olaoni, regi Tartarorum, congaudens, quod per ipsius nuntium Johannem Ungarum, se fidem christianam amplecti velle confirmaverat et sacerdotem transmittendum petiverat, gratulatur eumque rogat, ut cum patriarcha Hierosolymitano de proposito suo exsequendo agat (Raynaldi, Annal. 1260, § 29—32). **1295**

( „ c.). — Jacobus, patriarcha Hierosolymitanus, se privilegium a Rogerio I, rege Siciliae, fratribus Hospitalis per manum Gubaldi prioris concessum vidisse, confirmat (Pirrus, Sicilia sacra II, p. 931; Lünig, Cod. diplom. Ital. II, p. 1635—1638, No. 1). **1296**

( „ c.?).[1] — Philippus de Montfort, dominus Tyri, civibus Massiliae coram Egidio, archiepiscopo Tyrensi, et Hugone de Revel, magno praeceptore Hospitalis, quaedam jura concedit (Ruffi I, p. 96; cf. Heyd I, p. 320). **1297**

[1]) Num sub a. 1256 ponendum?

**1261** Jan. 11—17, ind. IV. — Thomas, episcopus Bethlemitanus et Sedis Apostolicae legatus, sigillans exponit, quae cum Venetis et Pisanis egerit, quos de mandato Alexandri IV papae admonuerat, ut sibi turres suas Acconenses assignarent. Die enim XI Januarii syndici et procuratores Januenses venerunt scilicet Fresonus Malocellus et Johannes de Rovegno epistolas Alexandri IV et chartam procurationis suae praesentantes. Die vero XIII ejusdem mensis Johannes Dandulus, bailus Venetorum, Gottifridus Drapperius, consul Pisanorum Acconensium, praesentibus Nicosiensi, (Henrico), Nazareno et (Joscellino?), Caesareensi, archiepiscopis, (Florentio), Acconensi,(Eustorgio),Tiberiadensi et Edessensi, episcopis, (J.?), priore S.Sepulchri, (Simone?), abbate Templi Domini, marescalco et praeceptore Theutonicorum, Goffrido de Sarzinis et aliis congressi sunt, sed quum consilium Venetorum abesset, Johannes Dandulus pro se et consule Pisanorum (quum Venetorum et Pisanorum consilium esset commune), se hac de re respondere posse, negavit. Postquam igitur XV die ejusdem mensis antedicti marescalcus Templi, praeceptor Hospitalis, comes Joppensis, dominus Cayfae, Johannes de Gibelleto, marescalcus regni Hierosolymitani, Acconensis et Tiberiadensis archidiaconi, magister Johannes Pascha, cantor Famagustae, iterum convenerunt, Thomas legatus a Venetis et Pisanis postulavit, ut sibi turres Acconenses infra diem Martis primo venturum, octavum videlicet diem receptionis mandati Apostolici traderent, sed Johannes Dandulus varia

opponens huic obedire noluit et XVII die coram antedictis et domino de Azoto nomine Venetorum et Pisanorum confirmavit, se turres ac munitiones sine mandato dominorum suorum speciali tradere nec velle nec debere. Legatus his auditis terminum usque ad XV dies prorogavit, ut consulerent, quid sibi responderent. — Nicolaus de Panormo, S. Ecclesiae Romanae scrinarius, scripsit (Sauli, Colonie dei Genovesi in Galata, Torino 1831, II, p. 199—204, No. 7; Tafel-Thomas III, p. 39—44, No. 346; Müller, p. 455 —457; cf. Heyd I, p. 350—351). **1298**

**1261** Mart. 4. Accon. — Thomas Berardi, magister Templi, Amadeo, thesaurario Templi in Anglia, fusius narrat de invasione Tartarorum et de summo periculo, in quo christiani Terrae Sanctae versantur, qua de causa fratrem Templi Stephanum ad partes Hispaniae, fratrem Hospitalis in Franciam et fratrem Theutonicorum ad partes Alemanniae cum litteris Sedis Apostolicae legati mittit auxilium petituros et exponit, Templi domum propter plurimas expensas gravissime oneratam esse praesertim, quum Januenses aliique mercatores in urbe Accon non inveniantur, a quibus pecunia mutuari possit (Annal. Burton, p. 491—494; Mon. Germ. SS. XXVII, p. 483—484; Mon. Boica XXIX B, p. 198—201). **1299**

„ Mart. (gallice). — Julien, dominus de Seete et Biaufort, domui Theutonicorum et Annoni (Anne) magistro concedit et sigillo confirmat le Schuf, Henihati, casale de Niha et gastinas, Tyron, Achif, le Hossaim, Amellebene, Sarsouris, Elmesetye et casale Besser cum gastinis, la Meissereyfe, la Gezeyre, casalia la Mensora, Mouresthe et Jebha, gastinam Geisshou, casale Baderen et gastinas, Ouzelle, Houreybe, gastinas de Beninemre, Meisquir, de la Houreybe, casale Mohuthara et gastinam ejus Bede, casale Bouthme et le Ssouff dou Ssoueizeni, casale Cafrenebrach et ejus gastinas, le Doureip et gastinam ejus, quae est in divisione de Maasar Beni Elhon, casalia Deir Zecaron, Maassar Beni Elhon, Befedin, Deir Bebe, Deir Elcamar eorumque gastinas, gastinas de Beni Belmene, Beni Nemre, filiorum de Negeme, le Sscuff de Medenes et de Beni Eleczem, casale Gezin et ejus gastinas, la Couleya, gastinam de Beni Rages et Thora, Bergoiss, la Gabatie, la Ssemeha, Baraquedes, gastinam de Beni Ougih, casale Queitoule ejusque gastinam, casale Bequicin ejusque gastinam Delgane, casalia Bennouthe, Eissif, la Gederde, Bathon, Hazibe, Hadous, Elhoussem et gastinam le Ssoucayef cum omnibus pertinentiis. — De hominibus Juliani: Johan de la Tor constabularius, Johan Harneis marescalcus, Phelippe de Biaufort, frater Juliani, Joffroi de Villiers, Phelippe Hardel, Ode de Creel, Guy de Renay (Strehlke, p. 103—104, No. 117). **1300**

„ Mart. (gallice). — Julien, dominus de Seete et Biaufort, sigillo confirmat, Andream (Andre) de Schuf coram ipso Annoni, Theutonicorum magistro, quicquid de Scuff et pertinentiis possidebat, scilicet le Schuff de Medienes et de Beni Eleczem, casale Gezin et gastinas, la Couleya, gastinam de Beni Raies et Thora, Bergoiss, la Gabatie, la Ssameha, Baraquedes, gastinam de Beni Ougih, casale Queitoule ejusque gastinam, casale Bequicin ejusque gastinam Delguane, casalia Bennouthe, Eissif, Gedeyde, Bathon, Hazibe, Hadous, Elhoussem, gastinam le Ssoucayef cum omnibus pertinentiis VI millibus bisantiorum acceptis et sub annuali censu CCC bisantiorum concessisse. — Testes ut supra No. 1300 (Strehlke, p. 104—106, No. 118). **1301**

**1261** Maj. 1 (gallice). — Balian d'Ybelin, dominus d'Arsur, enumerat et sigillo confirmat vasallos dominii sui, qui nunc stipendia accipientes Hospitali servire tenentur: Johan de Cauquelie, Dimenche d'Arsur, Johan de Margat, Odde de Selouquie, Johan d'Arsur, Johan de Giberin, Raou de Merlo, Gui d'Arsur, magister Petrus Faber (Pierre le charpentier), uxor Gervasii (Gervais), filius Destiene Vescont, Adam et filius de Brehin, Johanna (Jhane) pro filio Jacobi, heredes Antonii (Antoine) Chapelet, magister Alain, magister Pierre de Biauvais, Guillelme le boutillier, Bartheleme et Johan scribae (escrivains), magister Robert, heredes de Vassal le Quec (Cocus), Bertrand le Quec, praedicator (prestre) Linart, in cujus privilegio memoratur lacus de Catorie,[1]) Phelippe dou juge, filius Guilelmi marescalci (le mareschau), filius Johan(nis) de Soraguiau. — Johan de Cauquelie, Odde des Mons, Dimenche, castellanus d'Arsur, Johan de Margat, Johan d'Arsur (Paoli, Codice I, p. 171—173, No. 140; cf. Lois [ed. Beugnot] I, p. 355; Eracles, p. 446). **1302**

[1]) Nunc bahret katûrie inter Dschelîl et Arsûf situm (Gestes, p. 99).

( „ c. Jun. 18). — Guido de Basainvilla, visitator Templi in partibus citramarinis, fratri Franconi de Borno, praeceptori et locum praeceptoris Templi in Aquitania tenenti, tenorem epistolae, quam apud Castrodunum in vigilia S. Barnabae (10 Jun.) a magistro Thoma Berardi scriptam acceperat,[1]) communicat ac nuntiat, in Francia negotium Terrae Sanctae multiplici modo promoveri ac juxta mandatum papae in proximo instanti festo SS. Petri et Pauli (28 Jun.) nuntios ad curiam Romanam mittendos esse, qui de quinque articulis consulant scilicet de negotio Terrae Sanctae, de facto Tartarorum, de subsidio Constantinopolitano, de negotio regni Siciliae et de principe Antiochiae, rege Armeniae, rege Russiae aliisque principibus, qui cum Tartaris foedus inierunt (Mon. Boica XXIX B, p. 197—202; cf. Archives de l'Orient latin I, p. 635, not. 10). **1303**

[1]) Cf. supra No. 1299.

„ Aug. 17. Viterbii, vacante Romana ecclesia. — Jacobus Pantaleonis, patriarcha Hierosolymitanus, G(uillemo), abbati de Monasterio, quocum Parisiis theologiae studiis olim se dederat, congratulatur, quod in episcopatum Laudunensum evectus fuerat, et pollicetur, se Romae morantem ei utilem futurum esse (Paris, Bibl. nation. man. lat. 17193, fol. 188 et fol. 189, s. XVII, cop.). **1304**

„ Aug. 28. Nicosiae. — Hugo, filius (Galterii), comitis Brenensis, ad Theobaldum V, comitem Campaniae, mittit Bartholomaeum de Marchia et rogat, ut eidem bona tradat, quae conventione cum Theobaldo IV facta Alisiae, reginae Cypri, contigerunt (D'Arbois de Jubainville V, p. 503, No. 3233; cf. No. 2309, 2351, 2828, 2955—2956, 3128 et supra No. 860 not.). **1305**

„ Sept. 21. Accon. — Benedictus,[1]) episcopus Massiliensis, T(homae), S. A. legato et patriarchae Hierosolymitano, tractatum suum de S. Trinitate et fide catholica mittit (Baluze, Miscellan. ed. Mansi II, p. 242—243; Lagenissière, p. 91—92). **1306**

[1]) De Benedicto nostro in Terra Sancta constituto cf. Röhricht in Forsch. 1886, p. 82.

„ Nov. ineunte (gallice). — Johan d'Ybelin, dominus de Barut, domui Theutonicorum et Hartmanno (Herteman) de Helderongo, magno commen-

datori et locum magistri tenenti, totam suam terram, quam habet in territorio Acconensi scilicet Casal Imbert, le Fierge et le Quiebre cum omnibus pertinentiis, exceptis tamen II carrucatis Hospitali olim donatis et versus occidentem terrae de Manuet confinem XI millibus bisantiorum annuatim solvendis vendit, sigillo confirmat et constituit, ut, si urbs Accon in manus infidelium inciderit, fratres antedictam summam solvere nullatenus cogantur, sed, si eadem urbs recuperata sit, iterum solvant. — Balian de Mimars, Amauri Hardel, Johan de Gibelin, Phelippe de Retel, Johan Poilevilain, Gautier Mainebuef [1]) (Strehlke, p. 106—109, No. 119). ‖ Idem privilegium Johan d'Ybelin (16 Dec. 1261) domui Theutonicorum per manum Haimon(is), commendatoris Sidoniensis, Conrat(i) thesaurarii et Theoderici (Tierri), ejusdem domus fratrum, sigillo concedit et confirmat coram testibus Baudoin d'Ybelin, senescalco Cypri, Conrado, thesaurario Theutonicorum, Phelippe de Novaire, Beaudoin de Nores (Rey, Recherches, p. 41—44; cf. Altpreuss. Monatsschr. 1882, XIX, p. 642, No. 44; Forsch. XXI, p. 500, No. 21). **1307**

[1]) Qui 20 Jun. 1278 obiit; inscriptionem sepulchri ejusdem edidit Clermont Ganneau in Archives de l'Orient latin II A, p. 458; ibidem uxor Alemanne vocatur.

**1261** Nov. ineunte (gallice). — Johan d'Ybelin, dominus de Barut, domui Theutonicorum per manum Hartmanni (Herteman) de Helderunge, magni commendatoris et magistri locum tenentis, turonum in montanis Baruthi situm Ahmud (Ahmit) cum casalibus, gastinis et terra inter fluvium del Damor et rivum, qui versus terram Baruthi de fontibus ante montana Baruthi sitis exortus in fluvium Damor infunditur, jacentibus, praeterea trans rivum II carrucatas terrae concedit et sigillo confirmat. — Testes ut supra No. 1307 (Strehlke, p. 109—111, No. 120). **1308**

„ Nov. ineunte (gallice). — Harteman de Helderunge, magnus commendator Theutonicorum, antecedentem venditionem (No. 1307) sigillo confirmat. — De fratribus Theutonicorum: Rapol hospitalarius, Gontier drapparius, Friderich de Wida, Pierre de Covelence, Aymon, commendator de Saiete, Conrat thesaurarius, Tierri Deste (Strehlke, p. 111—113, No. 121). **1309**

„ Nov. ineunte (gallice). — Johan d'Ybelin, dominus de Baruth, se pro venditione supradicta (No. 1308) V millia bisantiorum accepisse sigillo confirmat. — Testes ut supra No. 1308 (Strehlke, p. 114, No. 122). **1310**

„ Nov. 24. Viterbii. — Urbanus IV papa Aegidio, archiepiscopo Tyrensi, ut de casali la Byudia nuper acquisito, ut sibi utile esse videatur, libere disponat (Rey, p. 40—41). ‖ In tergo: De dispositione reddituum casalis de la Hondie. **1311**

„ Dec. 9, ind. V. Accon in palatio episcopali. — Nicolaus de S. Germano, publicus notarius, coram Thoma, episcopo Bethleemita et S. Apostolicae legato, necnon testibus infrascriptis videlicet fratre Adam clerico, Signorecto notario, Sygnorecto, filio Anonis, et pluribus aliis sigillo confirmat, Johannem de Amudeo, executorem testamenti Guillelmi de Porta, de consensu fratrum Minorum, fratrum de Carmino, sororum Repentitum (sic) et Leprosorum S. Lazari, quibus Guillelmus de Porta domum suam in ruga Januensium sitam dederat (cujus fines sunt: ab oriente via publica, ab occidente curia B. Mariae de Josaphat, a meridie domus Uberti Taporum, a septentrione domus quondam Ginocti et Alberici de S. Bertino), [1])

[1]) Cujus frater Thomas de S. Bertino fuisse videtur, qui a. 1276 fratribus Templi casale de la Fauconnerie vendidit (Eracles, p. 474; Marin, Sanut., p. 330).

CCCCL bisantiis ecclesiae B. Mariae de Josaphat per manum Jacobi prioris vendidisse ac tradidisse (Delaborde, p. 109—110, No. 53). **1312**

---

Hoc nunc schedjeret abû suqr esse videtur «the tree with the falcons» (Mappa Anglica, sheet V Ki).

(**1261**)[1] (gallice). — Hugue Revel, Hospitalis magister, a Balian(o) d'Ybelin, domino Arsuri et constabulario regni Hierosolymitani, castellum, civitatem et dominium Arsur cum omnibus juribus sub tributo IV millium bisantiorum annuali tali tamen conditione sigillo apposito accipit, ut jura, quibus Balianus fruitur in civitate Acconis, et bisantii, quos in territorio Neapolitano ex domo Henrici, quondam regis Cypri et Hierosolymitani, accipere solebat, ei maneant et fratres Hospitalis Hugoni II, regi Cypri et Hierosolymitano, servitium feodi de Arsurio reddant. — De fratribus: Boniface de Calamandrane, magnus commendator Acconensis, Nichole le Lorgne marescalcus,[2] Pierre de Hayem hospitalarius, Guillaume de Villarret drapparius, Joseph [3] thesaurarius, Henri de Fer,[4] magnus commendator Alemanniae, Rogier de Ver,[5] prior Angliae, Renaut de Nantoil, commendator Tripolitanus, Guillaume de Cerceles, .... ffrère Johan, prior Acconensis (Delaville le Roulx, p. 194—195, No. 88; cf. p. 37). **1313**

[1]) Delaville le Roulx, annis 1258—1269, Herquet (Deutsche Literat.-Ztg. 1883, 15 Sept.) c. 1261—1272 chartam nostram scriptam esse, putat, sed, quum Eracles, p. 446; Annal. Terrae Sanctae, p. 450 (cf. Gestes d. Chyprois, p. 171) nuntient, dominium Arsurii April. 1261 fratribus Hospitalis venditum esse, hunc annum proposuimus. [2]) Postea magister Hospitalis. [3]) Id est de Cancy. [4]) Fer(stemberg); cf. Wochenbl. 1878, p. 139—141. [5]) De quo Delaville le Roulx, Des sceaux d. prieurs anglais (Mél. d'archéol. et d'hist. publiées par l'École franç. de Rome I, p. 375, 380).

**1262** (**1263**) Jan. 17, ind. VI (V). Accon. — Henricus, archiepiscopus de Nazareth, et ejusdem ecclesiae capitulum cum Hugone Revel, Hospitalis magistro, et ejusdem conventu coram Thoma de ordine Praedicatorum, episcopo Bethlemitano et S. A. legato, necnon B., archidiacono Tiberiadensi, de solutione appalti terrae Nazareth et de casali Robert [1]) alias Kafarkenne dicto compositionem faciunt factamque sigillis muniunt, et Henricus inter cetera confirmat, se ab Hospitalis magistro IV millia bisantiorum necnon curiam Acconensem in contracta de Buekelo [2]) sitam accepisse, cujus fines sunt ab occidente et meridie domus, quae fuerunt Helyae, militis de Nazareth, ab occidente domus ejusdem Raymundi Riccardi mercatoris et via publica, a septentrione domus domini Tibaldi de Betsan. — Magister Robertus de Santong., decanus ecclesiae Acconensis, officialis Legati Apostolici, magister Addam, archidiaconus Acconensis, magister Guillelmus, archidiaconus Nazarenus, judex Grillus de Messana, magister Johannes, frater Legati Apostolici, magister Bonnanus, frater Hospitalis Simon de Beco. Johannes de Cannamela (Cannamelis), notarius publicus, scripsit (Paoli I, p. 173—177, No. 141; cf. p. 531—532). **1314**

[1]) Paoli, p. 193: et Naure seu Nore. [2]) Ibidem: Bochella.

„ Jan. 23, ind. VI. Accon in palatio domini Tyri, hospitio legati. — Hugolinus, judex et notarius, sigillo Thomae, episcopi Bethleemitae ac S. A. legati, confirmat, coram se, dicto episcopo necnon testibus infrascriptis Thomam de Caesarea, filium quondam Roberti de Caesarea, civem nunc Tyrensem, in domibus et de bonis B. Mariae de valle Josaphat nutritum eidem ecclesiae per manum Guillelmi prioris domum suam Tyri in contracta

S. Laurentii sitam donavisse, cujus fines sunt ab oriente via publica regalis, ab occidente domus Thomae Constantini, a septentrione domus heredum quondam Perroni Pisani, a meridie domus domini Sidonensis. — Prior de Latina Benevenutus et Galterius de ordine Praedicatorum, dicti legati capellani, Bartholomaeus, canonicus Antiochenus, Durandus, monachus de Josaphat, magister Johannes, advocatus de Lentino, magister Nicolaus, notarius de S. Germano (Delaborde, p. 111—112, No. 54). **1315**

**1262** (**1263**) Febr. 8, ind. VI (V). Accon. — Henricus, archiepiscopus Nazarenus, postquam Alexander IV Hospitali monasterium Montis Thabor contulit, hanc donationem ratam facit eique omnia jura ac privilegia confirmat (Paoli I, p. 179—180, No. 143). **1316**

„ Maj. 1. Tripoli in palatio principis (gallice). — Boemons VI, princeps Antiochenus et comes Tripolitanus, et Hugo Revel, magister Hospitalis, se ad lites, quae inter utrumque fortasse orriturae sint, disceptandas III arbitros elegisse, sigillis confirmant. — Johan d'Angevile, baillivus Antiochiae, Symon, constabularius Antiochiae, Pierre de Azart, senescalcus Antiochiae, Bertheleme Tirel, marescalcus Antiochiae, Johan de Azart, Johan Lombart, Henry, avunculus principis, Henry, dominus de Gibeleth, Meillior, dominus de Mareclee, Guillelme, dominus de Botron, Johan Pierre, Boemond Arra, Pierre de la Gibroille. Datum per manum Guillelmi de Antiochia et Johan(nis) de Tripoli principatus et comitatus anno IX (Paoli I, p. 262—263, No. 221; cf. Lois [ed. Beugnot] II, p. 164 not.). **1317**

„ Maj. 31. Accon (gallice). — Thomas Berard, Templi magister, coram Thoma, episcopo Bethlehemitano ac legato Sedis Apostolicae, Hartmanno (Herteman) de Helderong, magno commendatore ordinis Theutonicorum et vices magistri gerente, necnon Godofredo (Joffrei) de Sergines, senescalco et baillivo regni, ac Guillelmo (Guillaume), domino dou Botron, constabulario regni, arbitris confirmat, controversiam inter domos Templi et Hospitalis, cui tunc praeerat Hugo Revel, de casalibus Cabor, Caymont, la Feve et Damor, quod est in dominio Sidoniensi, diremtam esse, sigillo confirmat. — Fratres: Amaury de la Roche, magnus commendator,[1]) Guillaume de Malai, locum tenens marscalci, Gonsalve Martin, commendator domus Acconensis, Richart le Lop drapparius, Guillaume de Montaignane, commendator de Saette, Bernardus de Poais, commendator militum, Hervi de Lyon turcoplerius, Symon de la Tor, castellanus dou Saphet, Guillaume de Vanoz, castellanus de Chastel Pelerin, Guillaume dou Chastel, castellanus de Beaufort, Pierre dou Cayre et Daubon, socii magistri Templi (Delaville le Roulx, p. 198—200, No. 91 [cf. p. 39]; Docum., p. 31—35, No. 21; Prutz, p. 69—70, No. 314). **1318**

[1]) Qui Urbano IV mandante (29 Febr. 1264; 14 Mart. 1264) praeceptor in Gallia electus (Posse, p. 29—30) saepe memoratur (Bibl. de l'école d. chartes 1858, p. 291; Raynaldi, Annal. 1268, p. 244; Potthast, No. 20280) et secundo bello sacro a Ludovico IX a. 1270 suscepto interfuit (Ep. Condeti, p. 665).

„ Maj. 31. Accon (gallice). — Thomas Berard, magister Templi, cum conventu renuntiat omnibus juribus civitatis Valeniae et Margati, deinde mansus, quem habebant fratres in urbe Sidonis, priusquam urbs eadem in eorum manus venerit,[1]) et casalis Cafarsset in territorio Tabariae. Magister

[1]) Julianus anno 1260 Sidonem et Belfort fratribus Templi vendidit (Eracles, p. 445; Gestes d. Chyprois, p. 162).

vero fratrum Hospitalis fratribus Templi III carrucatas terrae Cafarlet, mansum apud Sidonem et omnia bona offert, quae ipsi habebant in dominio Sidonis et Beaufort, quorum dominus tunc erat Julien, filius Balian(i) d'Ibelin. — Testes ut supra No. 1318 (Delaville le Roulx, p. 200, No. 92 [cf. p. 39]; Docum., p. 35—36, No. 22; Prutz, p. 70—72, No. 315). **1319**

**1262** Sept. 30, ind. VI. Accon in hospitio legati. — Jacobus de Assisia, notarius publicus, coram se et Thoma, episcopo Bethlemitano ac Sedis Apostolicae legato, necnon testibus infrascriptis inter (Petrum), B. Mariae de valle Josaphat abbatem, et Henricum, archiepiscopum Nazarenum, de decimis casalium Ligionis et Tannoch pacem et concordiam sigillis utriusque partis factam esse, confirmat. — (Florentius), episcopus Acconensis, magister Johannes, Thomae legati germanus, Stephanus, episcopi Acconensis clericus (Delaborde, p. 113—114 in No. 55). **1320**

„ Dec. 18. Accon (gallice). — Thomas Berard, magister Templi, cum magistro Hospitalis Hugone Revel de casali Alma, quod fratres Templi permutaverant cum Johanni de Montfort, domino de Toron, et Hospitale revindicabat, ea conditione convenit, ut fratres Templi illud casale reddentes bona, quae permutaverant, recipiant, et Hugo Revel promittit, ut, si casale ab Johanni Hospitali attribueretur, illud Templo concederet bona antedicta, quae illi dederant, recepturus. — De fratribus: Guillaume de Malay marescalcus, Guillaume de Montignane, magnus commendator, Gonsalve Martin, commendator Acconis, Gerard de Bargues, commendator militum,[1] Hervé de Lyon turcoplerius, Pierre de Cayres et Guy d'Aubon, socii magistri, Bienvenu thesaurarius et alii (Delaville le Roulx, p. 200, No. 93 [cf. p. 39]; Docum., p. 36, No. 23; Prutz, p. 72—74, No. 317). **1321**

[1]) In regula Templariorum Girant de Braiges vocatus.

„ Dec. 19, ind. VI. Accon (gallice). — Thomas, episcopus Bethlemitanus et S. A. legatus, Hartyman(nus) de Helderongue, magnus commendator Theutonicorum et vicarius magistri, Gefrei de Sergines, senescalcus et ballivus regni Hierosolymitani, et Guillelme de Botron, ejusdem regni constabularius, compositionem molendina de Doc et Ricordane attinentem faciunt inter Hospitalis ac Templi domos factamque sigillis confirmant. — Henry, archiepiscopus de Nazareth, Raoul, episcopus de Gibel; de fratribus Templi et Hospitalis: Guillelme de Malay, marescalcus Templi, Joceaume Destornel,[1]) marescalcus Hospitalis, Guillaume de Montignan, magnus commendator Templi, Henry de Fer,[2]) magnus commendator Hospitalis, Gonsalve Martin, commendator Templi Acconensis, Gerart de Barges, commendator militum Templi, Pierre de Cayres et Guy d'Aubon, socii magistri Templi, Garcie Semenes hospitalarius, Rogier de Vers, drapparius Hospitalis, Guillelme Descorcelles, Alfonso Piere Farine, Pierre d'Avignon; de militibus saecularibus: Joan de Gibellet, marescalcus regni Hierosolymitani, Johan de Flori, marescalcus de Tabarie, Estienne de Sauveigni, Jaque Vidal et plures alii (Paoli I, p. 177 — 179, No. 142 [cf. p. 532]; Strehlke, p. 114 — 115, No. 123; Delaville le Roulx, Documents, p. 37, No. 24). **1322**

[1]) Alias: d'Estornel, qui cum Hugone de Revel, magistro Hospitalis, in inscriptione vocatur (Comptes-rendus de l'acad. d. inscript. 1888, XVI, p. 371—372).
[2]) de Fer(stemberg?); cf. supra (No. 1313). Henricus Theotonicus locum tenens magistri vocatur (Herquet, Chronologie, p. 38).

**1263** Febr. 12, ind. VI. Accon in camera legati. — Postquam controversia inter (Petrum), B. Mariae de Josaphat abbatem, et H(enricum), archiepiscopum Nazarenum, de decimis casalium Legionis et Thannoc diu agitata, sed coram Thoma, episcopo Bethlemitano ac Sedis Apostolicae legato, ejusque officiali J. materia quaestionis per Hugolinum Romanum, procuratorem et syndicum abbatis dictae ecclesiae, exposita fuit, Thomas legatus privilegiis Bernardi, Nazareni episcopi, Letardi, Nazareni archiepiscopi, et confirmationibus Innocentii II, Adriani IV et Eugenii III paparum necnon documento supra (No. 1321) dicto praesentatis, jus ecclesiae B. Mariae firmum et irrevocabile esse, sigillo suo declarat. — F(lorentius), episcopus Acconensis, R. decanus et A. archidiaconus, Acconenses, magister Bonannus advocatus, Berticius, canonicus Nazarenus, Johannes, capellanus (Florentii) episcopi, Jacobus de S. Quintino, clericus papae, Raynerius, clericus Acconensis, Guarnerius, homo ligius domini Scandalionis, Colardus, procurator episcopi Acconensis. Nicolaus de Panormo, ecclesiae Romanae auctoritate scriba, scripsit (Delaborde, p. 112—115, No. 55). ‖ Hanc conventionem Urbanus IV (13 Nov. 1263) confirmat (ibid. p. 116, No. 56). **1323**

„ Mart. 3. Accon (gallice). — Raoul de Baruth, dominus de Blanchegarde, coram Guillelmo II, patriarcha Hierosolymitano ac S. A. legato, Petro (Pierre) de la Chaissaigne, notario publico, et testibus infrascriptis Amalrico (Amauri) Barlais pretio VI millium bisantiorum censum CCCC bisantiorum annualem, quem idem Amauri pro censu II millium bisantiorum a magistro Hospitalis pro cessione Margati solvendorum dicto Radulfo (Raoul) olim vendiderat, nunc patriarcha et ipso Radulfo sigillantibus vendit. — Gefrei de Sergines, senescalcus et ballivus regni, Guillelme de la Mandalee, dominus Descandelion, Gerard Mainebuef, Jaques Vidau, Amis l'Aleman, homines dicti regni; Johan de ordine Praedicatorum, Sidoniensis, Astorgue, Tiberiadensis, Pierre, S. Abrahae, episcopi, Pierre, prior Praedicatorum Acconensium, Prieur miles («le chevalier»), Johan d'Arsur miles, Paumer sacerdos, Durand de Billiom sacerdos, Nasser turcimannus («esc'vain Sarrasineis»), Poul de la Blanchegarde turcimanus («esc'vain Sarrasineis»), judex («juge») Grill, magister Bonan; de fratribus Hospitalis: Hugue Revel magister, Godefrei Dauvergne, Renaut de Nantuel, Jaque de Taci, Bertrant de Rochebaron, Johan de Lunel, Guillelme de Chery, Johan de Vileloup, Hugues de Durban, Berceor, Pierre d'Oltremone, Hugues de Ruillieu. Petrus de Chassania scripsit (Paoli I, p. 180—183, No. 144; cf. p. 533—534). **1324**

( „ ) April. 4, ind. VI. Accon. — Thomas, episcopus Bethlemitanus et Sedis Apostolicae legatus, Hugo Revel, magister Hospitalis, Thomas Berardi, magister Templi, (Hartmannus), praeceptor et vices gerens magistri Theutonicorum, Goffridus de Sargines, bajulus regni Hierosolymitani, Henrico III, regi Angliae, scribunt, Terram Sanctam invasione Tartarorum, magna caristia et impetu soldani, qui foedere treugae rupto cum magno exercitu totum regnum usque ad portum Acconis occuparit, in summo discrimine positam esse, et, ut celeriter succurrat, instanter petunt (Rymer I, p. 395; cf. Antiquae constitutiones regni Angliae, Londini 1671, p. 132; Echard et Quétif, SS. ord. Praedicat. I, p. 360; Strehlke, p. 115, No. 124; Hist. litt. de la France XXI, p. 804—805; Lagenissière, p. 92; Röhricht in Archives I, p. 635, not. 10). ‖ Huic epistolae alteram breviorem (5 April. [1263] Accon) ad regem Angliae destinatam Thomas Berardi, magister Templi addit, qua

de valetudine sua refert (Rymer I, p. 396; cf. Hist. litt. de la France XXI, p. 804). 1325

**1263** Maj. 10. — Capitulum majoris ecclesiae Augustanae ecclesiam Durenkein (Dürkheim) ad ecclesiam Bethlemitanam pertinentem a «magistro R., rectore Bethlemitane ecclesie de Belmonte, episcopi Bethlemitani et ipsius ecclesie in Lombardia et Alemannia procuratore et vicario generali» pro CX marcis comparat, consensu Sedis Apostolicae sequuturo (Mon. Boica XXXIII A, p. 99—100, No. 92; Steichele, Das Bisthum Augsburg II, p. 330). 1326

„ Jun. exeunt. (gallice). — Guillaume de la Mandelee (Amygdala), dominus de Sc(h)andelion, filius Jacobi (Jaque) de la Mandelee, cum Agnete uxore domui Theutonicorum per manum Hartmanni (Herteman) de Helderunge, magni commendatoris et locum Annonis magistri tenentis, CCCC bisantios annuales donat et sigillo confirmat. — Aufrei de Schandelion, Jaque Vidau, Auberi Antiaume, Jaque de la Colee, prior de Proeis (Strehlke, p. 115—116, No. 125). 1327

„ Aug. 9. Massiliae. — Benedictus, episcopus Massiliae, Guillelmo II, patriarchae Hierosolymitano,[1]) tractatum suum de S. Trinitate et fide catholica [2]) transmittit (Baluze, Miscellan. ed. Mansi II, p. 243). 1328

[1]) Antea episcopus Agennensis, post patriarcha Hierosolymitanus et episcopus Acconensis factus est (Röhricht in ZDPV. X, p. 9—10; Posse, No. 207, 225, 227—231, 274, 424, 426—427; Potthast, No. 19169, 19287, 19295, 19624, 19795, 19823, 20462). [2]) Cf. supra No. 1306.

„ Aug. 26. Apud Urbem Veterem. — Urbanus IV (Guillelmo, fratri Minorum), episcopo Anteradensi, scribit, se ecclesiam S. Mariae ejusque possessiones in protectionem Sedis Apostolicae suscepisse, et Rafaniam, olim sedem episcopalem sed nunc desolatam et a christianis derelictam, dictae ecclesiae S. Mariae Anteradensi subjungit praesertim, quum fratres Hospitalis de decimarum perceptione ac juribus episcopalibus exercendis in castro Craci cum episcopo litigantes, dictum castrum non Anteradensi sed Rafaniensi sedi subesse, confirmarent, deinde episcopatum Anteradensem ab Apamiensi metropoli absolvit patriarchae Antiocheno subjiciens ac praecipit, ne cives, ut antea soliti erant, post mortem episcopi ejusdem palatium ingressi bona mobilia rapere et asportare amplius attentent (Sbaralea II, p. 499—501, No. 88; Potthast, No. 18629). 1329

**1264** Febr. 18, ind. VII. Venetiis in palatio patriarchali. — Guillelmus, frater ordinis Minorum, episcopus Anteradensis, consentiente ac praesente archidiacono Richardo Anteradensi, Marino, episcopo Crapulensi, ejusque ecclesiae III mansos in territorio Moelli dioecesis Trevisianae, quos Guillelmus, frater ordinis Praedicatorum, episcopus Anteradensis, emerat, tradit, et dictus Marinus antedicto Guillelmo fundicum et solum, in quo fundicum extractum est, cum domibus, stationibus, voltis ac territoriis, juribus et privilegiis aliaque, quae dicta ecclesia Crapulensis possidet et possidere consuevit in urbe Tyri, ejusdem civitatis diocesi et pertinentiis ultramarinis, concedit et sigillo patriarchae confirmat (Sbaralea II, p. 546—548 in No. 131). || Hanc permutationem Urbanus IV (15 Mart. 1264) confirmat (ibid. p. 545—548, No. 131 et 132; Potthast, No. 18827, 18828). 1330

„ Mart. 5, ind. VI. Januae in palatio, quod fuit Oberti de Auria. — Guilielmus Scarampus, potestas civitatis Januae, consensu totius consilii

pacem cum Philippo de Monteforti, domino Tyri, factam sigillo confirmat. Philippus enim omnibus Januensibus in dominio suo constitutis securitatem, liberum commercium et liberam curiam promittit necnon praeter tertiam partem reddituum catenae et multa alia privilegia concedit, ut aquam de conductu in terra sua habeant, quae est subtus arcus conductus inter massaram Januensium et molendinum Gerardi Fornerii, pro canamellis faciendis. Insuper confirmat plateam et rugam, quae incipit in ruella, quae est inter domum olim Rollandi Mainebuef a dextera et domum Thomae de Faigno a sinistra, sicut itur de portu per illam ruellam superius usque ad rugam de Carentena et sicut itur illamet ipsa ruga de Carentea versus occidentem usque ad medium voltae, quae est loco vicina, qui vocatur S. Esquerrant, et vadit per medium camini ultra dimittendo XII voltas Templi ad manum sinistram, et curtillium Guilielmi Carehadit ad manum dextram usque ad murum vetulum, qui fuit antiquitus clausura villae, et sicut illemet murus solebat ire versus boream usque ad caminum, qui incipit a cantone curtilii, quod est Venetorum a manu dextra, et curtilii, quod fuit Jacobi Bonvaissel a manu sinistra, et sicut illemet caminus vadit versus orientem inferius dimittendo a dextra domum Gerardi Cachepart et voltas, quae fuerunt Vidalis Calefat, usque ad vallem ad cantonum inferius darcenale, ubi sunt voltae, quae fuerunt Petri Dous, et post revertitur recte versus meridiem usque ad cantonum, qui est ad manum sinistram de ruella, quae vadit versus S. Andream de Josafat, in quo cantono sunt II domus, quae fuerunt Thomae Dous. Et sicut ille murus vadit in illo rengo inferius usque ad modulum et ita sicut itur in modo superius dicto ad manum dextram remanet Januensibus et omnes rugae camini darcenale et plateae et terrae, quae junguntur divisis superius dictis remanent domino. Intra vero dictas divisas communi Januae ecclesiam, palatium, logiam, furnum et alia aedificia ad suam voluntatem usque in II solariis, neque tamen turrim sive aliud, quod pertinet ad fortaliciam, aedificare licet. Insuper Januenses possidebunt balneum, quod olim tenuerunt, vel aliud, quod in ruga sua aedificaverint, necnon in eadem ruga cambium vel tabulas IV cambii, dominus autem Tyri in ruga antedicta cantarium, buciam, modium et mensuras pro ponderando et mensurando habebit. Idem vero communi casalia S. Georgii et Laoraque necnon magnum jardinum, quod fuit reginae, et parvum, quod est subtus castellum, molendinum, quod tenet, et hereditates, quas adhuc habuit, confirmat, sed prope rugam Januensium tabulas II bochariae retinet et constituit, ne bocharia et piscaria utantur nisi ipsius consensu. Januenses vero pollicentur, se dictum dominum ejusque heredes, civitatem ac portum defensuros esse, et Philippus confirmat, se Januenses Tyri constitutos ac mansuros eorumque privilegia ac res in modo, quo dividitur in hoc scripto, protegere velle salvis eorum dominis scilicet rege Franciae, comite de Monteforti et domino regni Hierosolymitani. — Ido Lercarius; magister Albertus de Casali, Bauduinus de Salvo, Symon de Pomaria et Jacobus Fontana notarii. Guilielmus Paiarinus, sacri palatii notarius, scripsit (Archives de l'Orient latin II B, p. 225—230, No. 4; cf. Olivieri, p. 60—61, § 5; Serra IV, p. 146; Heyd I, p. 352). **1331**

**1264** Maj. 25. Apud Urbem Veterem. — Urbanus IV (Guillelmo, fratri Minorum), episcopo Anteradensi, cujus antecessores Templi et Hospitalis magistris aliisque clericis religiosis et secularibus partem decimarum et

aliarum rerum ad dictam ecclesiam spectantium donaverunt, priusquam Rafaniae ecclesia et diocesis Anteradensis uniretur, nunc indulget, ne magistri et clerici antedicti occasione donationis, compositionum et contractuum hujus modi in juribus, quae per unionem antedictam accrevisse noscuntur, sive in loco sive in dioecesi Rafaniensi praefatis quid juris valeant vindicare (Sbaralea II, p. 559—560, No. 151; Potthast, No. 18927). **1332**

**1264** Aug. 8, ind. VII. Antiochiae in domo vicarii patriarchae. — Bartholomaeus, archidiaconus Antiochenus, Opizonis, patriarchae Antiocheni, vicarius, controversiam inter Jacobum, S. Mariae de Josaphat abbatem, et Phemiam, S. Lazari monialium de Antiochia abbatissam, ortam scilicet de petia terrae in partibus Antiochiae prope gastinas Suffiae et Lavedon sita, suo, abbatis et abbatissae sigillis appositis dirimit; huic vero petiae contigua est ab oriente terra Suffiae, quae est monasterii S. Mariae de Ferro, et terra Terrici de Moneta, quae non est Guillelmi Manselli, et via ducens ad molendinum Lebebie et antiquus fossatus vineae, quae fuit quondam Guillelmi de Melfia descendens a summitate toronis de la Sciara versus praedictam terram Guillelmi Manselli, ab occidente flumen Ferri et rivulus primus, qui descendit de praedicto torone in flumen Ferri, a meridie quidam fossatus istam petiam ab alia dividens, quae est eidem monasterio S. Lazari et est ante turrim casalis Lebebie, quod ultra flumen Ferri et monasterii de Arsaia est, a septentrione est fossatus antiquus, quod (sic) est in summitate praedicti toronis de la Sciara, qui incipit a rivo praedicto veniens versus orientem usque ad extremitatem ipsius toronis et descendit versus meridiem, qui erat antiquus fossatus vineae praedicti Guillelmi de Melfia. — Albertus, prior domus Latinae Antiochenae, Gilibertus Alvernus et Johannes Yspanus, fratres de ordine Praedicatorum, Durantus et Nicolaus, monachi de Josaphat. Guillelmus Petri notarius scripsit (Delaborde, p. 117—119, No. 57). || De hac conventione cf. ZDPV. X, p. 220—221 et Ursmar Berlière, p. 491. **1333**

„ Sept. 16, ind. VIII. Accon in platea S. Johannis in domo dicti Hospitalis. — Saliba, civis Acconensis, confrater Hospitalis, testamento suo varia disponit. In primis magistro Hospitalis donat domum in burgo Templi sitam, deinde fabricae Acconensi XXXV et pro uno cappellano, qui pro ipsius anima cantet in ecclesia S. Laurentii Acconensi, per annum XXXVI bisantios legat, ad praeparandam tarraciam ejusdem ecclesiae V, alias summas ac bona sorori suae Naymae, filiastrae suae Isabellae, filiae quondam Stephani, filiae suae Katelinae, Leonardo, Dominico, Thomasino et Georgio nepotibus, Sarquisio ejusque filio, Settedar, uxori quondam fratris, Vistae, filiae Georgii, Caolfae neptibus, quinque filiis Bederae, fratris sui, Laurentio, Nicolao, Bonaventurae, Leonardino et Isabelloni, deinde hospitali de S. Spiritu, S. Agneti et sororibus ejus, fratribus Praedicatoribus, Minoribus, B. Mariae Magdalenae sororibus Repentitarum, fratribus Carmeli, misellis S. Lazari, hospitali S. Antonii, S. Trinitati, S. Brigittae, hospitali S. Katelinae, B. Mariae Provinciali, tum Mariae baptizatae suae, Ameto servo, Sophiae servae, suis baptizandis. De cetero magnum Hospitalis praeceptorem Stephanum de Meses heredem suum et praeter eum testamenti executores Bernardum Petri Pisani et Guillelmum de Mortu Januensem constituit coram Thoma Mausu, praeceptore voltae S. Johannis Hierosolymitani, Jacobo de Messana, Bonaventura de Fabriano, Petro, filio quondam Michaelis

calderarii, Georgio, nepote testatoris, Marineto, baptizato Salibae praedicti. Girardus Bonisani, judex et notarius publicus et communis Massiliensium, scripsit (Paoli I, p. 263—264, No. 222; cf. p. 549; Lois [ed. Beugnot] II, p. 132—133, not. a). 1334

**1264** Sept. 30. Accon. — Thomas Berardi, magister Templi, conventionem quandam coram archidiacono Acconensi de quibusdam Nicosiae domibus inter Templum et archiepiscopum Nicosiensem H(ugonem) factam confirmat (De Mas Latrie III, p. 657—658; cf. Potthast, No. 15216, 15860; Archives de l'Orient latin II A, p. 237, 241). 1335

„ Nov. 27, ind. VIII. Rivoalti. — Thomas Franco, episcopus Castellanus, presbyteri Johanni de Beryto, vicario suo, confirmat, se ab eo per Marinum Genum de confinio S. Mariae Novae unam marcham argenti [1]) accepisse (Cornelius, Eccles. Venet. XIII, part. I, p. 234; Tafel-Thomas III, p. 59, No. 351). [1]) Cf. supra No. 1131. 1336

**1265** Mart. 14, ind. VIII. Accon in domo patriarchae. — Petrus, episcopus Ebronensis,[1]) et Hugo Revel, Hospitalis magister, de casali Naherie in territorio Antiochiae sito, S. A. legato interveniente, talem concordiam ineunt, ut prior jura renuntians ab Hospitali censum LXX bisantiorum annualem accipiat, qui de illo casali nondum culto sed partim vel toto colendo et de casali Pontis Ferri,[2]) simulatque a christianis cultum sit, reddatur. — Symon, abbas Templi Domini, Jacobus, abbas S. Mariae de valle Josaphat, Gernest,[3]) magnus praeceptor domus Theutonicorum; fratres: Guillelmus des Corcellis, Hugo de Vendac, Seguinus de Monteregali; judex Grillus, magister Bonannus et Raynerius, notarius publicus (Delaville le Roulx, p. 229—231, No. 1; cf. p. 39). 1337

[1]) De hujus et Guillelmi II, patriarchae Hierosolymitani, sigillis appendentibus cf. Delaville le Roulx, Les sceaux in Mém. d. antiq. de France 1886, XLVII, p. 235—237, 239—240. [2]) Quod primum memoratur patriarchae proprium ab Honorio III 18 Jul. 1225 (Reg. Honor. IX, ann. IX, reg. V, lib. IX, ep. 375, fol. 68⁰; cf. Röhricht in ZDPV. X, p. 4—5, 264). [3]) Aperte Arnestus de Vulven (Wolfen in Hassia sive Wulfen prope Monasterium), qui 12 die April. anni incerti obiit (Perlbach, Necrologe, p. 364). Hanc conventionem Clemens IV (21 Dec. 1265) confirmat (Delaville le Roulx, p. 31).

„ Jul. — Erardus de Valeriaco miles [1]) sigillo confirmat nomine Ludovici IX, regis Franciae, M libras Turonenses mutuum contrahere sibi licere seque alias gratias ab archiepiscopo Tyrensi accepisse, et pollicetur, si non transfretet infra instans pascha in partes Terrae Sanctae, se litteras regis ac M libras redditurum et proventus terrae suae de S. Valeriano resignaturum esse, quoad dicto archiepiscopo ejusque socio Johanni [2]) de

[1]) De eo cf. Röhricht in Archives I, p. 622; II A, p. 381. Philippus, rex Franciae, Thomae, patriarchae Hierosolymitano, a. 1272 auxilium miserat (Raynaldi, Annal. 1272, § 18) et a. 1274 XXV millia marcarum ad dictum subsidium mutuavit, quas Gregorius X de pecuniis in Francia collectis Erhardum nostrum Philippo reddere jubet (Potthast, No. 20978; cf. Posse, No. 821). A. 1275 Erhardus II millia marcarum sterlingorum de decima Navarrae accipit (Potthast, No. 21079).
[2]) Dominus Cayfae, qui cum Aegidio archiepiscopo in partibus occidentalibus collector fuit decimarum (Potthast, No. 18788—18789, 19115). A. 1264 (7 Jan.) Clemens IV per Guillelmum Tripolitanum nuntium (sine dubio illum G. de Tripoli, conventus praedicatorum Acconensium, cujus tractatum de statu Saracenorum primus plene edidit Prutz, Culturgesch., p. 573—598; cf. Quétif et Echard I, p. 264—265; Röhricht in Forsch. 1886, p. 77; Yule, Marco Polo I, p. 23; Ul. Chevalier s. v.) et episcopum Bethlemitanum certior factus de miserabili statu Terrae Sanctae

Valencenis militi sit satisfactum (Bibl. de l'école d. chartes 1858, p. 284—285, No. 2). 1338

centesimam omnium ecclesiasticorum proventuum per quinquennium in ejusdem subsidium concessit ita tamen, ut pecunia in Cameracensi, Tullensi, Leodiensi, Mettensi et Virdunensi diocesibus collecta ad reparandos muros Jaffae (neve tamen per manus Johannis de Ibelino, comitis Joppensis) conferretur (Paris, Arch. nation. T., p. 448, No. 81). In Epistola Alexandri IV (10 Octob. 1256) comes Joppensis fratribus Templi Acconensis commendatur et laudatur, quod «pro custodia castri Joppen non solum omnia bona sua mobilia et non mobilia et non modicam partem sui patrimonii jam expedit, sed etiam gravi propter hoc premitur sarcina debitorum» (Posse, p. 8, No. 95; cf. Raynaldi, Annal. 1256, § 46).

**1265** Octob. 28. Accon. — Guillelmus II, patriarcha Hierosolymitanus, Thomas Berardi, Templi, Hugo Revel, Hospitalis, magistri, Gaufridus de Sergines miles et Oliverius de Termolis [1]) Ludovico IX, regi Francorum, qui litteris suis sigillatis pollicitus fuerat, se omnibus, qui usque ad IV millia librarum Turonensium Gaufrido militi et Oliverio de Termolis solvenda mutuaverint, ipsum soluturum esse, si litterae cum litteris regis ac patriarchae et magistrorum domorum repraesentarentur, scribunt, consensu Gaufridi et Oliverii praedictorum magistrum Templi II millia et D, magistrum Hospitalis MD libras mutuo accepisse a quibusdam mercatoribus Placentinis et aliis, et sigillis appositis petunt, ut M libras, quamvis literae cum navi naufragio perierint, creditoribus solvat (Bibl. de l'école d. chartes 1858, p. 123—125, No. 1; cf. p. 116—114 et de sigillis Douët d'Arcq, No. 9882). **1339**

[1]) De quo videas Röhricht in Archives de l'Orient latin II A, p. 377, 405.

„ Nov. 23. Parisiis. — Aegidius, archiepiscopus Tyrensis,[1]) O(ctaviano), diacono cardinali S. Mariae in via lata, se saepe sed frustra petivisse, ut officium crucis praedicandae suis debilibus humeris deponatur, ac dicto onere fere labi, sed sperare, negotium Terrae Sanctae ad bonum finem perventurum esse, scribit et ecclesiam suam Tyrensem commendat (Bibl. de l'école d. chartes 1864, p. 85; IV 1858, p. 289—290). **1340**

[1]) De quo Röhricht, Syria sacra in ZDPV. X, p. 18.

„ Nov. 23. Parisius. — Aegidius, archiepiscopus Tyrensis, executor negotii crucis, magistro Richardo, cantori Tripolitano et canonico Tyrensi ac papae thesaurario, inter alia scribit, se sperare, negotium Terrae Sanctae successurum esse, atque ecclesiam Tyrensem commendat. Deinde in schedula affixa queritur, quod votum ac pecunia Terrae Sanctae assignata nunc in subsidium Apuliae convertantur et utrique terrae utilius esse censet, si inter Januenses, Venetos et Pisanos pax et concordia reformaretur, ac petit, ut efficaciter laborare velit, ut sibi ad suam ecclesiam Tyrensem redire a summo pontifice permittatur (Bibl. de l'école d. chartes 1858, p. 287—288, No. 3 ab). **1341**

„ Dec. 21. Perusii. — Clemens IV magistro et fratribus Hospitalis compositionem inter episcopum, capitulum Bethleemitanum et Hospitale factam confirmat, qua casale de Sikania in territorio castri Crati ad censum annuum pro L bisantiis Hospitali concessum fuit (Delaville le Roulx, p. 31). **1342**

**1266** Mart. 9. Nealphae. — Ludovicus IX, rex Francorum, sigillo confirmat, se omnibus, qui in partibus transmarinis Guillelmo patriarchae Gaufrido de Serginis, senescallo regni Hierosolymitani, et Erardo de Valeriaco vel duobus ex istis CCC libras Turonenses mutuaverint has litteras

una cum litteris patentibus dictorum virorum afferentes, dictam summam apud Templum Parisiense soluturum esse (Bibl. de l'école d. chartes 1858, p. 126—128 in No. 3; cf. p. 117; Archives de l'Orient latin II B, p. 210—211 in No. 1). || In eundem modum eodem dato DC, DCC, DCCC libras reddere promittit supradictis mutuo acceptas et CCC, CCCC, DC, DCC libras a Gaufrido de Sergines mutuatas. **1343**

**1266** Jun. — Nonnulli mercatores Placentini, qui Gaufrido de Sergines et Oliverio de Terminis M libras Turonensis nomine regis Ludovici IX mutuaverant, se dictam summam ab eodem recepisse, confirmant (Bibl. de l'école d. chartes 1858, p. 125—126, No. 2). **1344**

**1267** Jan. 30. Nimocii. — Guillermus II, patriarcha Hierosolymitanus et Apostolicae Sedis legatus,[1]) episcopo J. Famagustano, Lanfranco thesaurario et magistro Bertrando, canonico et vicario ecclesiae Nicosiensis, de decimis, quas defuncti tempore mortis suae et rustici ecclesiis debent, scribit (De Mas Latrie III, p. 658—659). **1345**

[1]) De cujus itinere in Cyprum facto cf. Gestes, p. 187.

„ Mart. 10, ind. X. — Philippus, archiepiscopus Amalfitanus, Gregorio de Judice, filio cujusdam Marini, civi Amalfitano, ad annos IV incipientes a prima die Septembris proxime venturi omnes redditus et proventus fundaci, quem major Amalfitana ecclesia habet in urbe Tripoli de Soria, et redditus terrae praedictae Palearea, quam eadem ecclesia in urbe Accon habet juxta rugam Pisanorum, et redditus in partibus ultramarinis uncis undecim concedit, et renuntiat Gregorius omnibus exceptionibus et excomputis praeter tantum, si civitas Tripolis perderetur et caperetur a Saracenis, et promittit antedictus Gregorius fundacum expensis suis procurare et custodire (Pansa II B, p. 53). **1346**

( „ Mart.-Jul.) (gallice). — Guillelmus II, patriarcha Hierosolymitanus, Amalrico (Amauri) de la Roche, commendatori Templi Franciae,[1]) de negotio Terrae Sancta varia proponit. Primum enim postulat, ut, quum Terra Sancta opibus non abundet et hostes saepissime fines regni Hierosolymitani invadant, in urbe Acconis pecunia sufficiens deponatur ad arbalestarios sustentandos, deinde a papa petendum esse censet, ut L milites cum comite de Nevers,[2]) domino Erart de Valeri et aliis in Terram Sanctam profectos retinendos faciat, quorum unicuique LX libras Turonenses solvi oporteat,[3]) tum Gaufrido (Joffroi) de Sargines ejusque militibus X millia Turonensium per annum pro stipendio assignanda esse declarat, dictum vero Gaufridum III millia Turonensium, patrimonio oppignerato et patriarcha, Templi et Hospitalis magistris fidem obligantibus, mutuavisse, neque aliter nisi ex centesima ecclesiarum apud Templum Parisiensi deposita reddenda esse putat, porro petit, ut MDCCC Turonenses pro XLVIII militibus

[1]) Qui Urbani IV impulsu (26 Febr., 14 Mart. 1264) praeceptor Templi in Francia factus (Posse, No. 353, 363, 366; Potthast, No. 18888; Prutz, Entwicklung u. Untergang d. Ordens d. Tempelherren 1888, p. 287—288, No. 14), chartam edit (Prutz, p. 310, No. 1; cf. Potthast, No. 20280) et Ludovici IX bello contra Tunim gesto interest (Ep. Condeti, p. 665), in charta Theobaldi, comitis Campaniae, memoratur anno 1270 (Prutz, p. 297, No. 4). [2]) Qui 7 Aug. 1267 in urbe Accon obiit (Röhricht in Archives II A, p. 381, not. 65; cf. Gestes, p. 176—177). [3]) Turonensis grossus c. 1248 valebat XVIII solidos, Turonensis libra XVIII francos (De Mas Latrie, p. 72); miles hoc tempore stipendium annuale accipiebat L marcas sive duo millia francorum modernorum (Fantuzzi, Mon. Ravennati 1804, VI, p. 75).

in V menses ad defensionem Acconis tenendis mutuatae per thesaurarium Parisiensem mercatoribus, qui mutuaverant, reddantur, insuper desiderat, ut inter Venetos et Januenses pax fiat, ut pauperes ac debiles a transfretando retineantur, rex vero Siciliae VI galeas in partibus transmarinis habeat, denique postulat, ut decimae regni Cyprii ad urbem Acconem muniendam et defendendam deputentur usque ad generale passagium, munitio vero castelli Joppensis, quam patriarcha ipse inceperat, compleatur et perficiatur et passagium generale acceleretur (Bibl. de l'école d. chartes 1858, p. 291—293, No. 5; cf. p. 290—291; De Mas Latrie, Hist. de l'île de Chypre II, p. 71—72). **1347**

(**1267**) Maj. 27. Accon (gallice). — Guillaume II, patriarcha Hierosolymitanus et S. A. legatus, Thomas Berart, Hugue Revel, Aune, Templi, Hospitalis et Theutonicorum magistri, Jeofroy de Sergines, senescalcus regni Hierosolymitani, Theobaldo (Thiebaut), regi Navarrae et comiti de Campania, scribunt, soldanum Aegypti mense Maji planum Acconis devastavisse et inde versus Saphet abiisse,[1]) et exponunt, quare Hugue, comes de Briene, III annos in Terra Sancta moratus reditum suum distulerit, quamvis fratris sui majoris Johan de Brienne mortem audierit; primum enim diu aegrotasse, deinde varias querelas cum avunculo suo Hugues de Lezignan, ballivo regni Hierosolymitano, de eodem munere accipiendo habuisse,[2]) denique, quum Cypro mense Aprilis reditum paraverit, de expeditione a soldano in terram Acconis facta audivisse ac statim, ut eidem civitati succurreret, Acconem rediisse (Martène, Thesaur. I, p. 1013—1014; Paoli, Codice I, p. 326, No. 46; cf. D'Arbois de Jubainville, Hist. d. ducs VI, p. 21, No. 3407; Bibl. de l'école d. chartes 1872, p. 177, No. 185; Hist. litt. de la France XXI, p. 805—807). || Similes epistolas transmarinas de miseria Terrae Sanctae nunc amissas Clemens IV excerpsit 1263—1267 (Potthast, No. 18624, 19169, 19287, 19295, 19795, 19823, 19919). **1348**

[1]) Cf. Röhricht in Archives II A, p. 388. [2]) Gestes, p. 187.

„ Jun. 9. Viterbii. — Clemens IV (Guillelmo II), patriarchae Hierosolymitano ac S. A. legato, mandat, ut omnes, qui fratribus B. Mariae de valle Josaphat redditus, census, decimas, terras, jura et alia bona occultare et occulte detinere praesumant, excommunicet (Delaborde, p. 119, No. 58). **1349**

„ Jun. 28. Accon. — Guillelmus II, patriarcha Hierosolymitanus ac S. A. legatus, Thomas Berardi, Templi, Hugo Revel, Hospitalis, magistri, Gaufridus de Sarginis, senescalcus regni Hierosolymitani, et Erardus de Valeriaco miles, se supra (No. 1343) dictas cautiones Ludovici IX regis vidisse et legisse, litteris suis confirmant (Bibl. de l'école d. chartes 1858, p. 126—128, No. 3; Archives de l'Orient latin II B, p. 210—212, No. 1; cf. II A, p. 381, not. 66; de sigillo Gaufridi de Sargines appendenti cf. Douët d'Arcq, No. 11806 et G. Schlumberger in Le Musée archéol. II, p. 334—337, No. 30). **1350**

„ Jun. 28. Accon. — Guillelmus II, patriarcha Hierosolymitanus, Ludovico IX, regi Franciae, scribit, se ejusdem VIII literas supra dictas inspexisse earumque auctoritate summas, quae in iis vocantur a quibusdam mercatoribus Senensibus mutuo accepisse, ac petit, ut Hugoni Jacobi vel Restorio Junctae vel Jacobo Gilii praesentatas litteras sive transscripta patriarchae et magistrorum sigillis munita solvat (Bibl. de l'école d. chartes 1858, p. 128—129, No. 4; cf. p. 118). **1351**

**1267** Jun. 30. Accon (gallice). — Joffroy de Sargines Ludovico IX, regi Franciae, idem, quod supra (No. 1351) Guillelmus II patriarcha confirmaverat, repetit ac sigillo confirmat (Bibl. de l'école d. chartes 1858, p. 129—130, No. 5). || Idem (17 Jul. 1267 Accon) Erarz de Valeri miles sigillo confirmat (ibid. p. 130—131, No. 6). **1352**

„ Jul. 8, ind. IX. Januae in palatio heredum quondam Oberti Auriae, quo regitur curia potestatis Januae. — Guidotus de Rodobio, Januae potestas, pactum, quod Belengerius, syndicus et procurator communis Januae transmarini, cum Thoma Berardi, magistro Templi, X die Februarii anni antedicti Tyri fecit, sigillo communis munit et corroborat (Giorn. Ligust. 1884, p. 345—349, No. 1; cf. p. 2). **1353**

„ (Aug. 13—16). Viterbii. — Clemens IV in gente nobili Tartarorum Elchani Apacha,[1]) scribit, se ejusdem nuntium benigne accepisse ac libenter audivisse, eundem christianum factum fuisse et congaudere de victoria de Manfredo reportata, et gratias agit, quod, cum Franciae et Navarrae reges cruces assumpserint, etiam ipse regno Hierosolymitano auxilium fere paratus sit (Martène, Thesaur. II, p. 517—518, No. 520; Potthast, No. 20111). **1354**

[1]) Abaghae; cf. Röhricht in Archives de l'Orient latin I, p. 650, not. 81.

„ Octob. 26. Accon. — Guillelmus II ordinis Minorum, episcopus Antaradensis,[1]) fratribus Hospitalis per manum magistri Hugonis Revel concedit, ut pro M bisantiis Sarracenatis,[2]) quos pro universis decimis proventuum castri Craci ex forma arbitrii Guillelmi II, patriarchae Hierosolymitani et S. A. legati, ecclesiae Antaradensi solvere tenebantur, M tantum bisantios Tripolatos annuatim reddant, et constitutiones quasdam ecclesiasticas promulgat, quae maxime pertinent ad vicarios Graecorum et schismaticos (Paoli I, p. 183—184, No. 145; cf. p. 534). **1355**

[1]) Cf. ZDPV. X, p. 31. [2]) Cf. Blancard, Le besant d'or Sarrazinas, Marseille 1880, p. 15—19, 37, quo auctore sarracenatus Acconensis valebat 8,66 Francorum modernorum; ibid. p. 27—28 cf. de tripolatis.

„ Octob. 29. — Hugo Revel, Hospitalis magister, Sedis Apostolicae legato mediante cum Henrico, abbate S. Mariae de Latina,[1]) de casalibus Mondisder et Turris Rubeae necnon dictae abbatiae bonis in casali Caco sitis eo convenit, ut prior de his emphyteusi acceptis censum DCCC bisantiorum annualem solvere teneatur. — Johannes, Liddensis, Bernardus, Berithensis, episcopi, Bartholomaeus, archidiaconus et vicarius ecclesiae Antiochenae, Henricus, canonicus et praeceptor S. Sepulcri; de fratribus Hospitalis: Henricus marescalcus, Guillelmus de Scorzellis, Hugo de Lardarolio, Albertus Alamannus, Constantius Hermanus, Symon de Brolieto, Bonifacius; magister Johannes de Ancona, Nicolaus de S. Geminiano, Bonannus, canonicus Pisanus; frater Petrus de Burgo Dolensi, monachus (de Latina), qui infirmitate detentus negotio interesse nequivit, in praesentia abbatis, prioris et fratris Petri praedictorum consensit testibus: magistro Nicolao de S. Germiniano, Jacobo de Papia et Thoma Andegavensi (Delaville le Roulx, p. 230—231, No. 2; cf. p. 40). **1356**

[1]) De cujus sigillo appendente cf. Delaville le Roulx, Les sceaux in Mém. d. antiq. de France 1886, XLVII, p. 243—247.

**1268** April. 1. Tyri (gallice). — Philippus de Montfort, dominus de Tyro, Ludovicum IX, regem Franciae, rogat, ut ipsius primogenitum filium de portione terrae, quam pater a rege in feudum habet in Albigesio, Car-

cassesio et Narbonesio in hominem accipiat, si pater obierit (Catel, Mém. de l'hist. de Languedoc, p. 705—706; Galland, Du Franc-leu, p. 159; David Devos, Traité du comté de Castres, p. 26; Paoli I, p. 530). **1357**

(**1268** post Maj. 18). — Soldanus Aegypti (Bondocdar) Boamundo VI, principi Antiochiae, epistola acerba et contumeliosa nuntiat, se ipsius urbem Antiochiae 18 die Maji cepisse et cum ecclesiis S. Pauli et S. Cosmae vastavisse, incolis usque ad ultimum interfectis, et Antiochiae vicinas urbes Schakif Talmis et Schakif Kafredenia expugnavisse (Quatremère IB, p. 190—191 [arabice], p. 191—194 [versio gallica]; Reinaud in Journ. asiat. XI, p. 78—85; Reinaud, Extraits, p. 507—512; Wilken, Gesch. d. Kreuzzüge VII, app. p. V—X, No. 2; Weil, Gesch. d. Chalifen IV, p. 63—67; cf. Archives de l'Orient latin II A, p. 399—400, not. 140). || Idem eidem (April. 1270) denuo scripsisse et ab eodem responsum accepisse fertur (brevissime excerptum in Reinaud, Extraits, p. 527 et Menconis chron., p. 557; cf. Archives de l'Orient latin II A, p. 400). **1358**

„ Jun. Aureliani. — Jacobus, abbas Montis Sion, priorem S. Samsonis abbatiae Aurelianensis Hugonem vocat (Rey memoravit in Mém. d. antiq. de France 1888, XLVIII, p. 56). **1359**

„ Jul. 9. Senae. — Conradus II, rex Siciliae, fidelibus Sanensibus quaedam privilegia in regno Siciliae et Accone concedit, scilicet ut apud catenam Acconis tam in introitu quam exitu de C unum tantum curiae regiae solvant (G. Müller, p. 100—101, No. 70; Böhmer-Ficker, No. 4857; cf. Archives d. miss. scientif., l. c. p. 364; Heyd I, p. 318; Schirrmacher, Die letzten Hohenstaufen, p. 373—374). **1360**

„ sub finem Sept. Accon (gallice). — Guido, prior S. Sepulchri, sigillo confirmat, Aymeri(cum) Poiniau et Ysabiau, viduam Johannis de Proveis sed praedicto Aymeri(co) nupturam, cum filio Joffroi in urbem Accon bracchium S. Philippi secum asportavisse (Archives de l'Orient latin II A, p. 181, No. 3; cf. p. 182—183, No. 4). **1361**

„ Octob. 22, ind. XI. Januae in palatio illorum de Aurio. — Quum inter commune Januensium ex una parte et ex altera inter Esbolez, filium Boliezer Damascenum, hominem domini Philippi de Tyro, suo proprio nomine et nomine Musauci Mossolini,[1]) incolae Acconensis, et Salibbi, incolae Acconensis, Azizi, filii Adalab, quorum dicit se esse procuratorem, et Jane Gesan seu de Insula, incolam Acconensem, nomine suo et nomine Belfech, filii Selem, hominis domini Tartarorum, et Felech de Oreci, incolae Acconensis, et Salomonis Casimi, incolae Acconensis, quorum dicit se esse procuratorem, necnon Salomonem, filium Rasini, Damascenum et habitatorem Acconensem, nomine suo et nomine Georgii clerici, cujus se dicit procuratorem, et Bogaleb, filium Belzech, Damascenum, hominem domini Tyri, et Monsor Erminium, hominem regis Armeniae et incolam Ajaccii, nomine suo proprio et nomine Vasachi Baharam, Barsomi Michaelis, Macheroti David et Josep Azizi et Musaut, fratrum de Ajaccio, hominum dicti regis, quorum se dicit esse procuratorem, et Johannem Barsonum nomine Simonis de Antiochia, hominis patriarchae Antiocheni, cujus procurator est, ut apparet ex instrumento manu Simonis Roveti 1268 18 Juli scripto, et nomine Stephani, filii Olfeure, et Nicole, filii Bede, hominum principis

[1]) Mossulitani, mercatores urbis Mossul (Heyd, Hist. du commerce I, p. 176).

Antiochiae, quorum se dicit esse procuratorem, et nomine Calef, filii Aganselli, et Meterilli Aheri, hominum dicti principis, discordia fuisset exorta de damno, quod galea quadam per Luchetum de Grimaldo capta passi fuerunt, commune Januae quibusdam conditionibus idem resarcire promittit. — Albertus de Casali, Januinus Osbergerius, scribae communis, Marinetus de Monterosato notarius, Ogerius de Boso executor (De Mas Latrie II, p. 74—77; Langlois, p. 150, No. 22; cf. Archives d. miss. scientif. II, p. 371; Dulaurier, Recherches sur la chron. armén. I, p. 126). **1362**

**1268** Dec. Parisiis. — Ludovicus IX precibus Philippi de Monteforti, domini Tyrensis, et ad requisitionem fratris Johannis de Monteforti, domini de Torono, Anfredi de Monteforti, Alrchiae [1]) et Heloidis liberorum necnon G(uillelmi II), patriarchae Hierosolymitani, indulgens ejus filium primogenitum in hominem accipit (Catel, p. 706—707; Galland, p. 159; Defos, p. 27; Bellami, Traité d. terriers, p. 213; Paoli I, p. 530—531; cf. p. 529—530 et supra No. 1357). **1363**

[1]) Aalis et Heloise.

**1269** April. 19. Accon (gallice). — Hüe de Hadestel, vicecomes Acconensis, Henry de Conches, Johan Philippe, Johan Jordain, Raimont Oede, Jofrei de Tabarie, Pierre le Hongre, Marc dou Chastel, Gile de Conches, Andreu le Breton, Martin de Nefin, Pelerin Coquerel, jurati curiae civium Acconensium, Hugoni (Hugues), baillivo Hospitalis Acconensi, curiae Acconensis et infradicti ballivi sigillis appositis confirmant, Pelerin(um) Coquerel antedictum consensu Godefredi (Jofrei) de Sargines, ballivi regni, per manum Josephi thesaurarii pro Hugone Revel magistro constituti Hospitali MDCC bisantiis heritagium vendidisse in ruga Provincialium situm, cujus termini sunt: ab oriente adjacet viae communi, quae vadit «vers la jarre routte», ab occidente heritagio dominae Haois et domini Odebrant del Gombe, a septentrione heritagio, quod nuncupatur «le paon» et Andreae (Andreu) Britonis est, inter quae sita est dicta via communis, a meridie heritagio religiosarum S. Mariae Tyrensis. Scriptum per Renier(um) secretarium (Paoli I, p. 265—266, No. 223; Lois [ed. Beugnot] II, p. 99, not. a). **1364**

„ April. Accon (gallice). — Guido, prior S. Sepulchri, sigillo confirmat, Johannem de Proveis militem charta Johannis de la Serée, episcopi Lacedaemoniorum, munitum dictae ecclesiae brachium S. Philippi [1]) ex claustro Rhodensi in urbem Accon asportavisse. — Guillaume Poitevin, «comandor au jor de nostre dite yglise a Acre», Girart et Pierre le Gascon canonici. Haec charta tradita fuit Aymeri(co) Poiniau (Archives de l'Orient latin II A, p. 179—180, No. 1; cf. supra No. 1361). **1365**

[1]) Documentum de S. Philippi brachio Florentiam a. 1204 asportato cf. in Riant, Haymarus Monachus, p. 97—102, No. 52.

„ Jul. Tyri (gallice). — Phelippe de Montfort, dominus de Sur, Hospitali per manum magistri Hugues Revel casale Maron in territorio Tyri situm sigillo concedit, quod adjacet casalibus Andrecife et Torciafe necnon gastinae Niha, praeterea omnia jura, quae ipsius sunt de domo in introitu rugae parvae inter suam et Pisanorum fundam sita, deinde pro domo Hospitalis Tyrensi jus aquae, quae profluit de fonte Domini Nostri. Pro excambio vero Philippus portam post domum Hospitalis Tyriensem sitam accipit, quam ejusdem fratribus Aymeri II rex et Izabel regina dederunt, quae porta exitum habet versus mare et meridiem spectat. — Gile Destrain, filius

domini de Cayphas, Raymont Descandelion, Johan Dais, Thomas de Fenion, Raoul de Villiers, Amauri de S. Bertin vasalli (Paoli I, p. 266—267, No. 224; cf. supra No. 1286). **1366**

**1269** Nov. 9. Accon (gallice). — Amauri Barlais, dominus d'Arrabe, domui Hospitalis per manum magistri Hugue Revel LXXXIV bisantios Sarracenatos annuales, quos domus sibi debebat de cambio Margati, coram Buamont de Nazarel milite, Juge Vivant, Bonifacio de Calamandrane, commendatore magno Hospitalis, et Richart(o), procuratore ejusdem, et pluribus aliis concedit et sigillo confirmat (Paoli I, p. 184—185, No. 146). **1367**

„ Nov. Accon (gallice). — Hugues III, rex Hierosolymitanus et Cypri, domui Hospitalis per manum magistri Hugues Revel locum prope Nimocium situm, qui dicitur Domina Nostra de Combes, cum omnibus pertinentiis ac juribus concedit et sigillo confirmat. — Phelippe d'Ybelin, Jaque d'Ybelin, Gautier d'Ybelin, Huë de Milmars, Pierre le Hongre, Balian de Navaire, Phelyppe le Bufle. Datum per manum Petri (Pierre), episcopi Paphensis, cancellarii regni Cypri (Paoli I, p. 188—189, No. 148; cf. p. 534). **1368**

„ Dec. 25 (gallice). — Jacques l'Hermite miles testatur sub sigillo militis Renaut de Bar, brachium S. Philippi, quod possidet Aimeri Painiau, verum dicti apostoli brachium esse (Archives de l'Orient latin II A, p. 180, No. 2; cf. supra No. 1365). **1369**

„ Accon (gallice). — Hugues III, rex Hierosolymitanus ac Cypri, domui Hospitalis per manum magistri Hugues Revel donationem a Balyan(o) d'Ybelin, domino de Arsur et constabulario regni, factam, scilicet petiam terrae DCC bisantios annuales reddentem, quae sita est in dominio Arsufi prope Les Loges [1]) inter casale Lorgieons, torrentem Trousse paille et fluvium, possidendam, simulatque christiani victores terram recuperaverunt, sigillo confirmat. — Robert de Creseque senescalcus, [2]) Guillelme de Canet [3]) marescalcus, Phelippe de Cossie camerarius, Simon de Malembac, Johan de Flori, marescalcus de Tabarie, Balian Anteaume, Jaque Vidal, Girar Manebuef (Paoli I, p. 186—188, No. 147; cf. p. 534; Lois [ed. Beugnot] II, p. 23 not.). **1370**

[1]) Nunc el-ʿaûdsch vocatum. [2]) Qui proelio Dec. 1269 commisso occisus est (Eracles, p. 458; Röhricht, Der Kreuzzug d. Königs Jacob I von Aragonien in Mitth. d. österr. Instituts XI, p. 378—379). [3]) De quo Eracles, p. 463.

„ Accon (gallice). — Balyan d'Ybelin, dominus de Arsur [1]) et constabularius regni Hierosolymitani, domui Hospitalis per manum magistri Hugue Revel coram rege Hugue IV millia bisantiorum sigillans remittit, quos domus ipsi annuatim pro castello, civitate et dominio Arsurfi solvere tenebatur. — De vasallis curiae Hierosolymitani: Robert de Creseque senescalcus, Guille(lme) de Canet marescalcus, Phelippe de Cossie camerarius, Johan de Flori, marescalcus de Tabarie, Simon de Molembec, Balyan Antelme, Gerard Mainebuef; de vasallis supradicti Balyani: Jaques Vidau, Guide Lovaire, Johan d'Arsur (Paoli I, p. 189—191, No. 149; cf. p. 534; Lois [ed. Beugnot] I, p. 607 not.; cf. supra No. 1313). **1371**

[1]) Marinus Sanutus p. 246 de Arsurio vel Dora nuntiat: «Fuit autem Templariorum, qui etiam post ejus amissionem annuatim solvebant domino Arsur XXVIII milia bizantiorum». Aperte hoc loco pro Templariorum legendum est Hospitalariorum, quum priores nunquam hanc urbem possederint (Gestes, p. 171).

**1270** Jan. init. Tyri (gallice). — Johan de Montfort, dominus de Sur et Thoron, Hospitali per manum magistri Hugues Revel donationem a proavia Aelys factam scilicet casale de Torciafe in territorio Thoronis situm, domum cum horto et II petias terrae concedit et sigillo confirmat. — Guilleaume de Pinquegny, Lirion de Bollon, Gille de Maugastiau, Joifrey Monge vasalli (Paoli I, p. 191, No. 150). || Hoc privilegium (Accon, 28 Nov. 1271) Johan(nes) O. P., archiepiscopus Tyrensis, se vidisse, sigillo confirmat (Paoli, p. 548—549). **1372**

„ (**1271**) Mart. 11, ind. XIV (XIII). Accon in palatio magistri Hospitalis.[1]) — Guido, archiepiscopus Nazarenus, Guillelmus, prior et capitulum Nazarenum, scilicet Amadeus et Robertus canonici, necnon Hugo Revel, Hospitalis magister, sigillis confirmant, se compositionem supra (No. 1314) memoratam utriusque consensu per manum Aegidii, clerici Acconensis, priori statu jurium ac rationum restituto, dissolvisse et cassavisse. — De Templo: Thomas Berardus magister, Cimbelardus[2]) marescalcus, Guillelmus Malart drapparius; magister Raymundus, canonicus Nicosiensis et vicarius patriarchae Hierosolymitani, Johannes, canonicus S. Rufi Valeniensis diocesis, Guillelmus de Canneto, marescalcus regni Hierosolymitani, Jacobus Vitalis, Accursus de Arisio et Vivaldus jurisperiti. Bonacursus Pericioli filius, A. S. notarius, scripsit (Paoli I, p. 192—194, No. 151; cf. p. 534—535; Lois [ed. Beugnot] II, p. 31). **1373**

[1]) Cf. Strehlke, p. 37, No. 45 Not. [2]) De quo Procès d. Templiers I, p. 646.

( „ April.). — Bibars, soldanus Aegypti, Hugonem Revel, magistrum Hospitalis, certiorem facit de arcis Crach Hospitalis expugnatione (Reinaud, Extraits, p. 525—526; cf. Röhricht in Archives de l'Orient latin II A, p. 398). **1374**

„ Octob. Nicosiae (gallice). — Hug(ue) III, rex Hierosolymorum ac Cypri, pro salute Yzabel matris et Johan(nis) II de Ibelin(o) junioris,[1]) olim domini de Baruth, defunctorum ad divina officia celebranda per manum Bernardi, archiepiscopi Nicosiensis electi, varios redditus necnon proventus cujusdam casalis post mortem Philippi de Scandalium recipiendos confert et sigillo munit, et electus, se capellanos Pere et Simon huic officio designasse, sigillo confirmat. — Simon deu For, Johan de Sansons, Philippe de Scandalion, Johan deu For, Gaultier de Luxier, Jofrey Balin. Datum per manum Petri (Pierre), episcopi Paphensis et regni Cypri cancellarii (De Mas Latrie III, p. 660—662). **1375**

[1]) Obierunt a. 1264 (Eracles, p. 447—448; Gestes, p. 171).

**1271** Jan. Sisi (gallice). — Lion III, rex Armeniae, duci Venetianorum Lourens Teupulo et Venetianis per manum legati Pangrant Maripere varia privilegia concedit et confirmat. Ex lingua Armeniaca vertit et scripsit Jeffroy scriba (Langlois, p. 151—153, No. 25; Tafel-Thomas III, p. 115—118, No. 361; cf. I, p. 373; Archives d. miss. scientif. II, p. 369; Archivio storico ital., app. IX, p. 368; Dulaurier, Recherches I, p. 126). **1376**

( „ Maj. exeunte). — Bibars, soldanus Aegypti, proterva epistola Bohemundum, comitem Tripolitanum, certiorem facit de arcis Akkar expugnatione (Weil, Gesch. d. Chalifen IV, p. 70—71; cf. Reinaud, Extraits, p. 526; Röhricht in Archives de l'Orient latin II A, p. 399—400, not. 140). **1377**

**1271** Jun. 2. Accon. — Postquam praesentibus Hugone III rege, Boemundo VI, principe Antiocheno et comite Tripolitano, fratre Thoma Beraldi, magistro Templi, Johanne, episcopo Liddensi, Gailliardo, fratre Praedicatorum et episcopo Bethlemitano, magistro Raimundo, vicario patriarchae Hierosolymitani, Bayliano de Ybellino, constabulario regni, Philippo de Ybellino, quondam Ba(l)duini de Ybellino, praedictus princeps pro Guidone Biblii praesente, filio quondam Henrici, domini Biblii, et ipse Guido a magistro Hospitalis Hugo Revel requisiverunt, ut omnia privilegia, quae eadem domus ab Henrico antedicto acceperat, Guidoni redderet, magister, quum, illa secundum consuetudinem patriae retineri non posse, cognovisset, XLIV privilegia, supradictis IX testibus sigillantibus, restituit. — Landus, canonicus Tripolitanus; de fratribus: Symon de Turre, magnus praeceptor Templi,[1]) Guillelmus de Bel Jocho, praeceptor pro domo Templi in comitatu Tripolitano,[2]) Guillelmus Molahus, drapperius Templi,[3]) Bonifacius de Calamandrana, magnus praeceptor Hospitalis, Nichola(us), marescalcus Hospitalis, Guillelmus de Scorscellis et alii plures (Paoli I, p. 194—195, No. 152; cf. Lois [ed. Beugnot] I, p. 642 not.). **1378**

[1]) De quo Procès d. Templiers I, p. 646. [2]) Cujus (postea magistri) inscriptionem Acconensem memorat Paoli, p. 536. [3]) De quo Procès I, p. 646.

„ Jun. 15 (armeniace). — Constantinus, dominus de Sarvantikar,[1]) cum Johanne, magistro fratrum Theutonicorum, de aedificatione domus et quibusdam vectigalibus convenit, confirmantibus principe fratre Sempad, Sir Gosdantz, Sir Renald et Sir Cuilner (Pacte du seigneur de Sarvantikar avec les chevaliers de l'ordre Teutonique. Docum. armén. de l'an 1271. Traduction et notes, Venise 1873, 8⁰, quem libellum brevissime excerpsit De Mas Latrie in Bibl. de l'école d. chartes 1876, p. 547—548; cf. Simonsfeld in Forsch. XXI, p. 500, No. 23 [qui, chartam nostram ab Leone Alishan in Polyhist. XXXI versam et illustratam esse, memorat]; Altpreuss. Monatsschr. 1882, XIX, p. 642, No. 46). **1379**

[1]) Nunc Serfendkiar versus meridiem et occidentem de Ainzarba (Dulaurier, Recherches I, p. 342, 379; Rec. armén. I, p. 57).

( „ ) Sept. 4. Maragae. — Than Albaga Eduardo, primogenito filio regis Angliae, scribit,[1]) se ejusdem nuntios Reginaldum Rossel, Godefridum de Waus et Johannem le Parker[2]) benigne recepisse, ac proponit, ut cum Camaker, duce Tartarorum, consulat, ubi et quando utriusque exercitus conveniant Sarracenis bellum illaturi (Liber de antiquis legibus in Camden Soc. XXXIV, p. 143; cf. Antiquae constitutiones regni Angliae, p. 160). **1380**

[1]) Cf. Röhricht in Archives I, p. 623. [2]) Ibid. p. 623, 630—631.

„ Octob. 6, ind. XIV. Ajacii in curia regis Armeniae. — Mercatores et homines Abaghae, principis Tartarorum, regis Armeniae, regis Hierosolymitani et Cypri, domini de Tyro, patriarchae Antiocheni scilicet: Anna Xenbs Gavem, Rolez, Felaa, Azis, Bolfet, Saliba, Mansor, Vasac, Daud, Barsoma, Vaaram, Phatios, Michel Mathias, Jusef Altusbochet, Nichifor, Stefam Aachim, Soliman Benerazim, Georges Muzant, Abdalazis nomine ipsorum et aliorum, qui capta quadam galea per Luchetum de Grimaldo damnum magnum passi fuerant, satisfactionem se accepisse, profitentur. — Baron Sebe, baron Michale, Fredericus Dugus Spinula, Jacobinus Lomellinus. Petrus de Vultabio notarius scripsit (De Mas Latrie II, p. 78—79; Langlois, p. 150, No. 23; cf. supra No. 1362). **1381**

**1271** Octob. 7, ind. XIV. Ayacii in logia Januensium. — Jacobus Pelavicinus confirmat, se mercatoribus Abagham, imperatoris Tartarorum, et hominibus regis Armeniae, regis Hierosolymitani et Cypri, ac domini Tyri et Tyronis necnon patriarchae Antiocheni, scilicet Anna Aenbs, Gane Boles, Felaa et sociis eorum XXII milia et DCCXCVII bisantios et VII charatos sarracinales Acconenses solvisse. — Jacobinus Petri Auriae, Johannes Pisanus notarius, Delosolve de Signo, Johannes Quinzanus. Petrus de Vultabio, notarius sacri imperii, scripsit (Langlois, p. 151, No. 24; Archives de l'Orient latin I, p. 441—442 A; [1]) cf. supra No. 1381). **1382**

[1]) Ibidem p. 443—534, No. 1—79 inveniuntur «Acta Friderici de Platealonga e registro Nicolai Dentis notarii» (1274—1279), e quibus historiam regni Hierosolymitani attinentia elegimus.

( „ autumno). — Simon, tituli S. Caeciliae cardinalis presbyter, Sedis Apostolicae legatus, [1]) omnibus Christianis nuntiat, quae de damnis a soldano Aegypti christianis illatis ex epistola abbatis cujusdam [2]) transmarini comperit (Kervyn de Lettenhove in Nouv. mém. de l'acad. de Bruxelles 1850, XXV, p. 18—20, No. 5; Röhricht, Beitr. II, p. 287—288, Not. 52; cf. Archives de l'Orient latin II A, p. 397—399). ‖ Eodem tempore idem scribit episcopo Tornacensi, quae de incursionibus antedicti soldani in fines Acconenses factis et expugnata olim Templariorum arce aliis epistolis transmarinis accepit, et episcopo mandat, ut III die Novembris instantis apud Compendium cum abbatibus et prioribus Cisterciensis, Cluniacensis et Praemonstratensis ordinum compareat de negotio Terrae Sanctae cum ipso deliberaturus (Nouv. mém., l. c. p. 20—21, No. 6; Röhricht, l. c. p. 288—290, Not. 52). **1383**

[1]) Qui post mortem Aegidii, archiepiscopi Tyrensis, officium Apostolici legati suscepit (ZDPV. X, p. 18). Gregorius X tenorem epistolae transmarinae excerpere videtur epistola sua 1 Aug. 1274 ad Simonem directa (Potthast, No. 20884). [2]) «Moramur siquidem in civitate Tripolitana nec audemus ad abbatiam reverti», unde colligendum esse videtur, quod abbas de Bellimonte prope Tripolim (ZDPV. X, p. 35) intelligendus est. Memoria digna sunt nomina possessionum nusquam alibi vocatarum sed Tripoli vicinarum: Bossombre et Roseia, quae a soldano tum destructae sunt.

**1272** Febr. 16, ind. XV. Accon in domo Theutonicorum. — Agnes de Scandalion, uxor Guillelmi de l'Amandelee, domui Theutonicorum per manum Conradi de Anenelt, magni praeceptoris, sigillo confirmat, se contra antedictam domum occasione appaltus per Guillelmum inter eam et ipsum inhiti et annualis census scilicet VI millium et CCCC bisantiorum reddendi quaestionem aliquam movere nolle. — Conradus, magnus praeceptor, Nicolaus drapperius, Johannes de Saxo thesaurarius, Fredericus, Henricus fratres, magister Accursus advocatus. Johannes, clericus Acconensis, assisius ecclesiae S. Crucis Acconensis, scripsit (Rey, p. 45—47; cf. Altpreuss. Monatsschr. 1882, XIX, p. 642, No. 47; Forsch. XXI, p. 500, No. 24). **1384**

„ Jun. 9, ind. XV. Romae. — Guido Ballonis Parmensis, notarius S. E. R., confirmat, fratrem Thomam, patriarcham Hierosolymitanum, diligenti deliberatione habita cum Opizone, patriarcha Antiocheno, dominas quondam ordinis S. Damiani, quae sunt apud ecclesiam S. Andreae de Fractis prope S. Mariam Majorem de Urbe, sigillo apposito a dicta regula absolvisse et ad illam S. Augustini transtulisse. Inter testes patriarcha Antiochenus (Sbaralea III, p. 245—246, not. m). **1385**

**(1272—1279).** — Eduardus I, rex Angliae, Hugoni III, regi Cypri et Hierosolymitano, fratres S. Thomae Acconensis [1]) eorumque magistrum Radulfum de Donmbe commendat (De Mas Latrie, Hist. de l'île de Chypre II, p. 81—82). **1386**

[1]) Capellam S. Thomae Acconensem a. 1191 Guillelmus, clericus Angliae et primus prior, cum cimeterio condidit (Radulfus de Diceto II, p. 80—81). Petrus, episcopus Wintoniensis, a. 1228 cum Friderico II in Terra Sancta constitutus ordinem canonicorum S. Thomae «mutavit in ordinem Spatae Hispaniensis, et, quia locus infirmus erat, translata est habitatio versus mare» (Annal. de Dunstaplia, p. 136; Matthaeus Paris IV, p. 489—490). Possessiones ordinis, qui in bellis sacris claruit (cf. Stubbs, The mediaeval kingdom of Cyprus and Armenia 1878, p. 29—31; Röhricht in Forsch. XX, p. 102, 111; XXVI, p. 102), chartis nonnullis memorantur (ZDPV. X, p. 305 et s. v.). Registrum magistrorum S. Thomae Acconensis continent codices Londoniensis Bibl. Cottonianae Tiberius C V et Nero E VI, quorum alterum offert Hist. d. Templiers du Père M(ansuet) J(eune); cf. Henri de Courzon, Règle d. Templiers, § 545. Ceterum cf. de ordine nostro Monasticum Anglicanum VI, p. 645—648. Codicem Polychronici, quod scripsit Ranulfus, in hospitali S. Thomae Acconensi olim asservatum citat Santarem, Essai de l'hist. de la géographie III, p. 82. Praeter ordinem nostrum fratres S. Eduardi privilegio Eduardi I, regis Angliae, vocantur (Röhricht in Archives de l'Orient latin I, p. 629, not. 81).

**1273** Maj. 17. Accon (gallice). — Hugues Revel, magister Hospitalis, Guidonem (Guion), comitem Flandriae, certiorem facit, Thomam Berardum (Thomas Berard), magistrum Templi, mense Martio praeterito [1]) mortuum ejusque loco Guillelmum (Guillaume) de Bellojoco (Beaujou) electum fuisse; de cetero statum Terrae Sanctae miserrimum esse et, quum pecunia a rege Franciae papae assignata in subsidium Terrae Sanctae consumta sit, omnes christianos cismarinos ab eodem rege et nobilibus ultramarinis auxilium ferendum desiderare (Archives de l'Orient latin I, p. 390—391, No. 5). **1387**

[1]) 25 Mart. (Eracles, p. 463; cf. Gestes, p. 201).

„ Jun. 22, ind. I. Accon in camera patriarchae. — Thomas de ordine Praedicatorum, patriarcha Hierosolymitanus, minister ecclesiae Acconensis et S. A. legatus,[1]) discordiam inter ordinem Theutonicorum et episcopum Ebronensem vertentem dijudicat. Cum enim olim inter priorum et alterius syndicos coram Guidone, archiepiscopo Nazareno, judice a G(eroldo), quondam patriarcha Hierosolymitano, delegato, de domo Acconensi in Monmusardo sita controversia orta fuisset et syndicus episcopi, syndicum alterum pro magistro, magno praeceptore et thesaurario excommunicationis vinculo innodatis libere agere ac petere, negasset, Thomas hanc sententiam, quam dictus syndicus episcopi, archiepiscopo in partes occidentales profecto, promulgaverat fingens, se fuisse judicem delegatum in quadam causa inter Johannem de Accone (Ancona)[2]) et Guilielmum de Amigdelea vertente, cassat et nullius valoris esse, sigillo confirmat. — Bartholomaeus de Paganell de Firmo, imperiali auctoritate notarius publicus, nunc patriarchae, scripsit

[1]) De quo Röhricht in ZDPV. X, p. 10; Posse, No. 667—669, 678—679, 690, 716—717, 720, 759, 831; Potthast, No. 20517, 20527, 21125; Gestes, p. 168; Posse, No. 112; Actenstücke, No. 9 (cf. Potthast, No. 20534). Socius ejus fuit Simon, cardinalis S. Caeciliae, susessor in patriarchatu Johannes, antea episcopus Vercellensis (ZDPV. X, p. 10—11; Gestes, p. 242; Posse, No. 906, 914; Potthast, No. 21462, 21488—21490, 21598), cujus in chartis mentio non fuit. [2]) Qui anno 1281 Pruvini constitutus memoratur (Chron. Rotomag. in Bouquet XXIII, p. 343) et in epistolis pontificum 1272 (Potthast, No. 20654), 1278 (Posse, No. 933): butticularius regis Franciae vocatur.

(Altpreuss. Monatsschr. XX, p. 392—393, No. 7; cf. ibid. 1882, XIX, p. 642, No. 48; Forsch. XXI, p. 500, No. 25). **1388**

**1273** Aug. 9, ind. I. Accon in domo episcopali. — Cum Thomas, Hospitalis thesaurarius Acconensis, pro conventu a Richardo Anglico, cive Acconensi, quasdam domos in ruga taneriae Acconensi sitas pro MDCC bisantiis de consensu Gaufridi, episcopi Ebronensis, cui unaquaeque domus annuatim I bisantium reddebat, emerit, Richardus baculum episcopo tradens se omnibus juribus desaisivit, baculo autem accepto magister possessor factus est dictarum domuum, quarum fines sunt ex parte orientis via publica taneriae, ex parte occidentis mare, ex parte boreae et meridiei quaedam domus Alamannorum et alia Philippi Tanatoris. — Reginaldus, casalarius Hospitalis, Nicolaus Bonohomine, clericus Simon de Mossia; episcopus Gaufredus, qui sigillat. Gauffridus de Pontibus, notarius publicus, scripsit (Paoli I, p. 195—196, No. 153; cf. Lois [ed. Beugnot] I, p. 501, 642 not.). **1389**

„ Aug. 11, ind. I. Accon in camera episcopali. — Godofredus de ordine Praedicatorum, episcopus Ebronensis, et Conradus, magnus Theutonicorum praeceptor, mediante Arnolfo, Nicosiensi decano, coram Thoma, patriarcha Hierosolymitano, conveniunt de domo in Monte Musardo Acconensi sita,[1]) quae habet ab oriente domum Bernardi olivarii, ab occidente episcopi Ebronensis, a meridie viam publicam, et conventionem factam patriarchae ac suis sigillis corroborant. — Guilelmus de Caneta, marescalcus regni Hierosolymitani,[2]) Guilielmus de Flore, miles Acconensis, magister Accursus advocatus; Florentius et Henricus, fratres Theutonici. Johannes, clericus Acconensis, assisius ecclesiae S. Crucis, scripsit (Strehlke, p. 116 — 118, No. 126; cf. Altpreuss. Monatsschr. 1882, XIX, p. 643, No. 49; p. 646—647, No. 19; Forsch. XXI, p. 501, No. 26) **1390**

[1]) Cf. supra No. 1207, 1388. [2]) De eo cf. Eracles, p. 463.

„ Aug. 25, ind. I. Accon. — Thomas de ordine Praedicatorum, patriarcha Hierosolymitanus et ecclesiae Acconensis minister, emptionem supra (No. 1389) dictam suo et Gaufridi, episcopi Ebronensis, sigillo confirmat. — Guillelmus, episcopus Tiberiadensis,[1]) Johannes de Placentia advocatus, Johannes Marricularius, notarius publicus, Jacobus et Dominicus, fratres B. Mariae de Carmelo. Gaufridus de Pontibus, notarius publicus, scripsit (Paoli I, p. 196 — 197, No. 154; cf. Lois [ed. Beugnot] II, p. 99 not.). **1391**

[1]) De quo Röhricht in ZDPV. X, p. 31.

„ (1272) Octob. 12, ind. I. Accon in ruga Pisanorum. — Grassus Pisanus cum Barone Florentino quondam Bonaventurae, socero suo, de dote, quam Alamannae filiae nupturae dare velit, pactum facit. — Actum in domo Grassi, quae est filiorum Ghinibaldi ......... angulo Vanellae, ante domum Bonagiunte Spani coram Pellario, filio domini Rainerii de Pisis, Lamberto quondam Grassi et Simone quondam Aliocti. Ubaldus quondam Corsi de Peccioli, imperiali auctoritate notarius, scripsit (G. Müller, p. 102, No. 71 B). **1392**

( „ c.). — (Gregorius X) (Thomae), patriarchae Hierosolymitano ac S. A. legato, scribit, se novum Templi magistrum G(uillelmum) de Bellojoco ante concilium celebratum in Terram Sanctam remittere non posse et pro ejus subsidio regi Francorum nuntium specialem destinavisse, deinde mandat, ut

Johanni de Graliaco, regni Hierosolymitani senescalco,[1]) de pecunia in subsidium dictae terrae deputata subventionem exhibeat opportunam, et quae literis jam dudum de loco concilii, adventu et nuntiis mittendis praescripserit, perficiat, ac Raynacum mercatorem commendat (Atti dell' accademia Lucchese, Lucca 1845, XIII, p. 456; cf. p. 413—418). || In eundem fere modum de pace inter ipsum et barones congaudens scribit regi Cypri et Hierosolymitano (ibid. p. 457—458; cf. p. 418—420). **1393**

[1]) Qui cum Bonnacurso, archiepiscopo Tyrensi, episcopo Joppensi (!), Guillemo de Corceles, fratre Templi, Jaques Vidal et Enguerran de Jorni concilium Lugdunense a. 1275 adiit (Eracles, p. 464; cf. p. 463; Gestes, p. 237, ubi vocatur «chevetaine des gens dou roy de France et seneschau dou royaume de Jerusalem»; Archives de l'Orient latin I, p. 618, 622—614).

**1274** Febr. 20, ind. I. Ayacii. — Ricomanus quondam Camissarii Pisanus Pugium Scandalionum procuratorem suum constituit (Archives de l'Orient latin I, p. 445—446, No. 6). **1394**

„ Mart. 7, ind. I. — Symon Rapallus testamento inter alia legat Manueli de Antiochia et Cathalinae de Tripoli (Archives de l'Orient latin I, p. 453—454, No. 20). **1395**

„ Mart. 13. Ayacii in logia Januensium. — Antonius de Guisulfo nomine Andrioli fratris confirmat, sibi Obertum de Gavio CCCCL bisantios Tripolatos solvisse, quos idem Obertus pro se et dicto fratre acceperit (Archives de l'Orient latin I, p. 457, No. 26). **1396**

„ Maj. 24, ind. I. Ayacii in domo Nicolosi de Murta. — Pugius Scandalionus confirmat, se a Bono quondam Bonaccorsi Pisani DLV daremos veteres Armeniae accepisse. — Antonius Faber, filius quondam Raynerii Fabris de Accone, Bartholomaeus de Accone, filius Georgii (Archives de l'Orient latin I, p. 486, No. 79). **1397**

„ Jun. 8, ind. I. Ayacii in logia Januensium. — Gualterius, miles principis Tripolis et filius quondam Johannis Ubegir de Antiochia, confirmat, se ab Jacobo Fabro XLI bisantios Tripolatos mutuo accepisse. — Inter testes: Georgius de Tripoli, filius quondam Layci (Archives de l'Orient latin I, p. 491—492, No. 89). **1398**

„ Aug. 2, ind. II. Accon in domo Theutonicorum. — Agnes de Scandalion sigillo confirmat, se domui Theutonicorum per manum Johannis de Saxo thesaurarii omnia bona sua, specialiter casale Acref, pignori dedisse, quum idem Johannes pro II millibus bisantiorum ab Helya Judaeo mutuo acceptis fidem interposuerit. — Petrus de Cypro, Georgius, scriba thesauri Theutonicorum, Petrus, Simeon de Castro Regis, Brahim, scriba Theutonicorum, Petrus de Marono. Johannes, clericus Acconensis, assisius ecclesiae S. Crucis, scripsit (Altpreuss. Monatsschr. XX, p. 393—394, No. 8; cf. 1882, XIX, p. 643, No. 50; Forsch. XXI, p. 500, No. 27). **1399**

„ Octob. 14 (gallice). — Guilleaume de Flori,[1]) vicecomes Acconensis, Johan Jordain, Reimont Odde, Jofrès de Tabarie, Pierre de Hongre, Marc dou Chastiau, Gile de Conches, André le Berton, Martin de Nefin, Pelerin Coqueriau, Guilleaume des II chevaus, Hugue Blanchon, Gui de Laon, jurati curiae Acconensis, confirmant, dominam Marguerite, quae fuit uxor Nicolai de la Monée, redditus domorum suarum Acconensium in manus

[1]) De eo cf. Eracles, p. 475.

Johan(nis) Sas,[2]) thesaurarii ordinis Theutonicorum, tradidisse. — Scriptum per Benevenutum (Bienvenu) scriptorem (De Mas Latrie III, p. 677, not. 2). **1400**

[2]) Johannes de Saxonia a. 1258 Regiomontani frater (Perlbach, No. 585, 587), a. 1261 et 1268 commendator vocatus (ibid. No. 688 et 779).

**1275** Jan. 26. Belliloci. — Eduardus I,[1]) rex Angliae, Abaghae chan, Tartarorum imperatori,[2]) scribit, Davidem, Thomae, patriarchae Hierosolymitani, cappellanum, sibi litteras ostendisse, quibus antedictus chan pollicitus fuerit, se christiana religione accepta christianos Terrae Sanctae adjuvare velle, ac nuntiat, se de passagio ab ipso faciendo nihil certi confirmare posse, sed negotium Terrae Sanctae promovendum ejusque christianos defendendos commendat (Rymer I, p. 520; cf. Remusat VII, p. 344—345; Mouradgea d'Ohsson III, p. 542—544; cf. supra No. 1380). **1401**

[1]) De voto ejusdem transmarino cf. Röhricht in Archives de l'Orient latin I, p. 628, 650—651, not. 81. [2]) Idem Gregorio X epistolis ac nuntiis Lugdunum missis pollicitus fuerat, se christianam religionem amplecti velle, ut Gregorius X 13 Mart. 1275 (Potthast, No. 20999) confirmat; cf. Otton. Frising. Cont. Sanblas. in Mon. Germ. SS. XX, p. 337; Cont. Lambac. ibid. IX, p. 561; Salimbene, p. 262; Muratori SS. III A, p. 425; Chron. Sampetrin. ed Stübel, p. 103; Guill. de Nang. in Bouquet XX, p. 494, 540, 564; Canale, p. 675; Heyd in Zeitschr. f. hist. Theol. 1858, p. 282, 320. Postea Clemens IV (13 — 16 Aug. 1267) eidem gratulatus fuit, quod christianam religionem professus esset (supra No. 1354; cf. Remusat VII, p. 339 — 341; Mouradgea d'Ohsson III, p. 540 — 542). De aliis epistolis Abaghae scriptis cf. Raynaldi, Annal. 1260, § 29—33; Mouradgea d'Ohsson III, p. 410—412; Remusat VI, p. 466; VII, p. 337, de similibus epistolis et legationibus Röhricht in Archives de l'Orient latin I, p. 623, 638, 650—651.

„ Mart. 13. Lugduni. — Gregorius X ordinationem, quae inter Templum, Hospitale S. Johannis et Hospitale S. Mariae Theutonicorum facta est de dirimendis litibus super bonis et juribus in Hierosolymitano, Cypri et Armeniae regnis necnon principatu Antiocheno et comitatu Tripolitano exortis, confirmat (Strehlke, p. 118 — 119, No. 127; Potthast, No. 21000). **1402**

( „ ) Sept. 30. Accon (gallice). — Hugue Revel, magister Hospitalis, Eduardo I, regi Angliae, pacem decem annorum inter christianos et soldanum factam adhuc vigere, sed inter eundem et Tartaros mox bellum oriturum esse, nuntiat (Ch. Kohler et V. Langlois in Bibl. de l'école d. chartes 1891, p. 53—55, No. 1; cf. p. 46—47). **1403**

( „ ) Octob. 2. Accon. — Guillelmus de Bellojoco, magister Templi, Eduardo I, regi Angliae, nuntiat, se 15 die Septembris urbem Accon appulsum [1]) statum Terrae Sanctae, soldano Babyloniae bellum minante, debilem invenisse, et fratres Templi, quum expensis variis pro munitione et defensione arcium et urbium faciendis onerati essent neque ultramarini redditus sufficerent, in summo discrimine versari, itaque supplicat, ut rex «eidem terrae contra persecutionem instantem usque ad generale passagium de competenti suffragetur subsidio» et defectus, quem dicti fratres patiuntur, in aliquo sublevetur (Ch. Kohler et V. Langlois in Bibl. de l'école d. chartes 1891, p. 55—56, No. 2; cf. p. 47—48). **1404**

[1]) Eracles, p. 468 nuntiat, magistrum nostrum 29 Sept. appulsum fuisse.

( „ ). — Thomas ordinis Praedicatorum, patriarcha Hierosolymitanus et episcopus Bethlemitanus, Balianus,[1]) constabularius regni Hierosolymitani

[1]) de Arsurio, a. 1268 constabularius factus (Eracles, p. 457; Gestes, p. 191).

et vicarius regnorum Hierusalem et Cypri, Rudolfum I, regem Alemanniae, quum Saraceni Armeniam vastaverint et christiani Terrae Sanctae inopia pressi sint, rogant, ut dictae Terrae celeriter succurrat, ac latorem epistolae Eliam de Insat [2]) commendant (Gerbert, Cod. epistol. Rudolfi I, p. 66—67, No. 5). **1405**

[2]) Cujus nomen neque e chronicis neque e chartis apparet.

(**1275**?). — Hugo III, rex Cypri, Rudolfum I, regem Alemanniae, rogat, ut de successibus suis rescribere velit (Gerbert, p. 57—68, No. 6). **1406**

( „ ). — Ottocarus II, rex Bohemiae, Bondocdari, soldano Aegypti,[1]) cutes castorinas et alia clenodia mittens [2]) supplicat, ut unum de digitis S. Catharinae vel aliud membrum vel de oleo ex ossibus ejusdem stillanti sibi remittere velit (Dolliner, Cod. epistol. Ottocari II, p. 31—32, No. 12). **1407**

[1]) Bibars. [2]) Hac de causa archiepiscopus Salisburgensis (1276) Gregorio X papae nuntiavit, «quod cum tyrannis et regibus Tartarorum foedo societatis foedere se conjunxit» (Gerbert, Cod. epistol. Rudolfi, p. 135, No. 4; cf. Dudik, Mährische Gesch. VI, p. 157, Not. 2). Plurimos autem christianorum reges et principes amicitiam antedicti soldani quaesivisse, fusius exposuimus in Archives de l'Orient latin II A, p. 367—369. De voto peregrinationis transmarinae a. 1274 facto ab Ottocaro videas Böhmer, Reg. Ottocari, No. 278; Röhricht, Beitr. II, p. 291; Palacky, Gesch. Böhmens, 3 ed. II, p. 234 et Mitth. d. österr. Instituts VII, p. 25—49.

**1276** Sept. 25. Accon. — Hugo Revel, magister Hospitalis, G(uillelmo) de Villareto, priori Hospitalis S. Egidii, fratrem Bertrandum de Goubert commendat benigne recipiendum (Delaville le Roulx, p. 202—203, No. 96). **1408**

( „ ) Nov. 25. Viterbii (gallice). — Johan Vassal miles et Jaques Vassal,[1]) nuntii ab Abagha, rege Tartarorum, ad papam, reges Siciliae et Angliae necnon a rege Armeniae missi Eduardo I, regi Angliae, scribunt, se nunc quidem Viterbii constitutos papae et regis Siciliae responsum exspectare, sed inde mox in Angliam proficisci ejusque regi litteras Abaghae tradere velle (Ch. Kohler et V. Langlois in Bibl. de l'école d. chartes 1891, p. 56—57, No. 3; cf. p. 48—49). **1409**

[1]) Qui curiam Romanam et Petrum I, regem Aragoniae, adierunt (Röhricht in Archives de l'Orient latin I, p. 650, not. 81), necnon Carolum I, regem Siciliae (Riccio, Saggio I, p. 172, No. 180), a quo Guillelmus de Didelone et Robertus de Melun legati ad Abagham mittuntur (edictum 25 Aug. 1277 in Riccio, Saggio I, p. 171, No. 179). Itaque Nicolaus III (1 April. 1278) Gerardum de Prato, Antonium de Parma et alios fratres ordinis Minorum ad dictum regem et imperatorem Tartarorum destinat (Potthast, No. 21291—21293; cf. Remusat VII, p. 245—246; Heyd, Die Colonien 1858, p. 283—284).

( „ ). — Thomas Agni ordinis Praedicatorum, episcopus Bethlemitanus et patriarcha Hierosolymitanus, Rudolfum I, regem Alemanniae, rogat, ut Terrae Santae succurrat contra hostes Aegyptiacos, qui novissime de finibus Babyloniae progressi usque ad loca vicina nunc versus Armeniam,[1]) nunc versus Tripolim et Tyrum discurrerunt [2]) (Gerbert, Cod. epistol. Rudolfi, 1772, p. 64—65, No. 4). **1410**

[1]) C. Maj. 1276 (Gestes, p. 202). [2]) Rudolfus I crucem assumpserat 18 Oct. 1276 (Röhricht, Beitr. II, p. 291; Böhmer, Reg. Rudolfi I, No. 207; cf. Mitth. d. österr. Instituts X, p. 341—346) et anno 1285 Burchardum de Monte Sion ad soldanum Aegypti misit (Makrizi, Hist. d. sultans Mamlouks ed. Quatremère II A, p. 81; Weil, Gesch. d. Chalifen IV, p. 153; Tobler, Descriptiones Terrae Sanctae, p. 500; Röhricht in Archives de l'Orient latin II A, p. 369, Bibl. geogr. Terrae Sanctae, p. 56, No. 143 A, § 21).

**1277** Mart. 18, ind. VI. In turri S. Erasmi prope Capuam. — Carolus I, rex Siciliae, Mariae, dictae domicellae Hierosolymitanae,[1]) quae jura sua regni Hierosolymitani ipsi cesserat, quattuor millia librarum Turonensium annualium confirmat (Riccio, Genealog. di Carlo I di Angio, Napoli 1857, p. 142, No. 16). **1411**

[1]) Filia quondam Bohemundi IV, principis Antiochiae, cognata Hugonis III, regis Cypri, cujus post coronationem (24 Sept. 1269) Tyri factam (Eracles, p. 457; Gestes, p. 191—192), dicti regni Hierosolymitani coronam sibi deferendam esse in curia Romana protestata (Gestes, p. 198—199; Eracles, p. 464, 475—476; Potthast, No. 20532, 20632) jura sua a. 1277 Carolo I supradicto cessit (Gestes, p. 206—207; Eracles, p. 476; cf. De Mas Latrie, Hist. de l'île de Chypre I, p. 425, 430, 445, 454—457; Röhricht in Archives de l'Orient latin I, p. 641—642, not. 35).

„ Jun. 1. Tripoli in palatio principis (gallice). — Boemond VII, princeps Antiochenus et comes Tripolitanus, Venetis precibus Jacobi Contareni (Jaque Conterin) ducis privilegium liberi commercii concessum sigillo confirmat. — De hominibus ligiis: Johan, dominus dou Botron, Guillelme de Farabel, constabularius Tripolitanus et dominus dou Pui, Johan, marescalcus Tripolitanus, Bertheleme de Gibeleth, Johan Dangervile, Johan de Hazard, Nichole Arra, Gui dou Patriarche, Johan Lanfranc, Romain de Rome. Factum principatus et comitatus anno I (Rey, Recherches, p. 47—50). **1412**

„ (falso 1272) Jul. 1, ind. V. In campis Acconis sub tentorio domus Templi juxta ejusdem casale Somelaria[1]) Templi. — Coram Thoma, ministro ecclesiae Acconensis et patriarcha Hierosolymitano ac S. A. legato, Bonarcurso, archiepiscopo Tyriensi, Goffrido, episcopo Ebronensi, Guilielmo de Bellojoco, Templi magistro,[2]) Nicolao, Hospitalis magno praeceptore, Corrado, domus Theutonicorum quondam magno praeceptore, Jacobo Rubei, consule Pisanorum, Bartholomaeo de Firmo, notario publico, Johannes de Montfort, Tyri et Turonae dominus, de tertia Tyri parte, juribus ac pertinentiis cum Albertino Mauroceno, bajulo Venetorum Acconensium, Tyriensium et in tota Syria constitutorum, Marco Foscareno et Philippo Cornarii consiliariis, nomine Jacobi Contareni, Venetorum ducis, agentibus ad pacem et concordiam se devenisse, confirmat. Primum enim Johannes omnes possessiones et bona, quae dictum commune habuit a tempore, quo Marsilius Georgius bajulus Venetus fuerat Tyri et quondam Philippus,

[1]) Gestes, p. 207: au casal Inbert; cf. Röhricht in ZDPV. X, p. 251. Ecclesia S. Georgii de la Saumelaria memoratur in epistola Nicolai IV 3 Maj. 1291 (Langlois, No. 4396). [2]) Antea commendator Templi in Apulia (Eracles, p. 449, 463) et 13 Maj. 1273 magister electus (Eracles, p. 463; Gestes, p. 201), ex partibus occidentalibus arcessitus est a Guillelmo de Poncon, vices magistri gerente, Bertrando de Fox et Gouferio, magno praeceptore. Concilium Lugdunensi a. 1275 adiit (Harduin, Concil. gener. VII, p. 687; Eracles, p. 472), atque inde festo S. Michaelis rediit (Eracles, p. 468; Gestes, p. 201). Postea accusatus est, quod a. 1275 multos servientes Franciae vana promittens fefellerit, quorum quattuor fidem christianam negassent (Procès d. Templiers I, p. 646), et per Matthaeum de Sauvage cum soldano Aegypti amicitiam fecisset (ineunte 1291), «quia aliter non potuissent ipse vel ordo tunc ultra mare remansisse» (ibid. II, p. 215; cf. I, p. 187; Gestes, p. 240, 242); occisus est 18 Maj. 1291, cum Saraceni urbem Accon expugnarent (Röhricht in Forsch. XX, p. 111); inscriptionem (a. 1288) Acconensem, quae pertinet ad historiam magistri cf. in Paoli I, p. 536. Successit ei magister Monachus (Thebaldus) Gaudini, antea castellanus castelli Peregrinorum (Procès II, p. 238—239; cf. p. 14, 313; Gestes, p. 164, 227, 257; Röhricht in Forsch. XX, p. 112—113 et Schottmüller, Untergang d. Tempelherren I, p. 587—589).

Johannis pater, Tyri dominium tenebat, renunciat et dimittit, deinde liberam curiam, liberum commercium et securitatem concedit et promittit, ut ecclesiam, logiam et campanile S. Marci Tyriensis destructa sumptibus suis reparet, iisdem proventus et redditus, quos antea habuerant, restituat. His et aliis pluribus concessionibus adfuerunt praeter supradictos testes de fratribus Templi: Arnaldus de Castronovo, magnus praeceptor, Guido de Foresta marescalcus, Guillielmus de Malassi drapparius, Tibaldus turcoplerius, Pontius, commendator Acconensis, et alii; de fratribus Hospitalis: Raynaldus de Venero, Guillielmus de Labroso, Gerardus Lombardus, Antonius de Fontanea; de fratribus Theutonicis: Johannes de Saxonia thesaurarius, Albertus hospitalarius, Milo, socius thesauri, Vellembergus; de nobilibus: Guillelmus de Pinguigi, Valianus Antelmi, Guido Heremita; de dominis: Accursius de Aretio, Rizardus de Brundusio, Aldebrandinus de Florentia juris periti; de civibus Acconis: Petrus de Gloria, Gotfridus drapparius, Thomas Grassus. — Bartholomaeus de Firmo, notarius publicus, scripsit et sigilla patriarchae et dictorum magistrorum apposuit (Chron. Danduli in Muratori SS. XII, p. 382—383 [cf. p. 393]; Tafel-Thomas III, p. 150—159, No. 369; cf. De Mas Latrie I, p. 461—465; Marinus Sanutus, p. 227; Raynaldi, Annal. 1277, § 18; Eracles, p. 478; Gestes, p. 207; Archives d. miss. scientif. II, p. 360—361; Heyd I, p. 335). **1413**

**1277** Aug. 30, ind. V. Accon in domo episcopali. — Thomas de ordine Praedicatorum, patriarcha Hierosolymitanus et minister ecclesiae Acconensis, Sedis Apostolicae legatus, precibus Johannis, magni praeceptoris fratrum Theutonicorum, epistolam ab Honorio III (18 Jan. 1221) datam per Johannem, clericum Acconensem et S. Crucis assisium, transscribi facit (Strehlke, p. 297, No. 328; cf. p. 320, No. 364: 2 Jun. 1221; p. 330—331, No. 393: 22 Jun. 1224). || Idem eodem anno, mense et loco coram Simone de ordine Praedicatorum, socio patriarchae, et Bartholomaeo camerario privilegium ab Honorio III (22 Jun. 1224) dictis fratribus datum repetit (v. Pettenegg I, p. 138, No. 536; cf. Strehlke, p. 296—297, No. 328: 18 Jan. 1221; p. 320, No. 364: 2 Jun. 1221; p. 330—331, No. 393: 22 Jun. 1224), necnon epistolas, quas Innocentius IV (22 April. 1244) dictis fratribus (Hennes I, p. 224—225, No. 257; Strehlke, p. 359, No. 476 not. [cf. ibid. p. 292, No. 323: 17 Jan. 1221; p. 324, No. 371: 12 Jan. 1223; p. 326, No. 382: 31 Jan. 1223; p. 328, No. 386: 3 Febr. 1223; v. Pettenegg I, p. 137, No. 535] et 4 Maj. 1246) dedit (Strehlke, p. 366, No. 500 not.; Hennes I, p. 227—228, No. 261 [ad 19 Octob. 1277]; cf. Strehlke, p. 326—327, No. 383: 31 Jan. 1223). **1414**

„ Aug. 31, ind. VI. (Accon?). — Matthaeus, archiepiscopus Caesariensis, et Gaufridus ordinis Praedicatorum, episcopus Ebronensis, se per Johannem, clericum Acconensem, privilegium ab Alexandro IV (3 Jun. 1257) fratribus Theutonicis concessum transscribi fecisse, confirmant. — Petrus de Maro, Petrus de Castro Regis, Nycolaus, clericus Acconensis (Strehlke, p. 384, No. 545 not.; cf. p. 281, No. 309: 9 Jan. 1221; p. 324, No. 373: 12 Jan. 1223; p. 331, No. 398: 1 Jul. 1226; p. 385—386, No. 551, 553, 555—557: 15, 18, 27 Jun., 1 et 5 Jul. 1257). **1415**

„ Aug. 31, ind. V. Accon in domo episcopali. — Thomas de ordine Praedicatorum et episcopus Acconensis epistolam ab Honorio III (17 Jan.

1221) fratribus Theutonicis datam et ab Innocentio IV (22 April. 1244) confirmatam per antedictum Johannem clericum et coram antedictis testibus (No. 1415) transscribi facit (Hennes I, p. 224—225, No. 257; cf. Strehlke, p. 359, No. 476: 17 Jan. 1221). **1416**

**1277** Aug. 31, ind. V. Accon in domo episcopali. — Matthaeus, archiepiscopus Caesariensis, et Gaufridus, episcopus Ebronensis, coram Petro de Maro, Petro de Castro regis et Nycolao, clerico Acconensi, per Johannem, clericum Acconensem et S. Crucis assisium, epistolas transscribi facit, quas Honorius III (9 Jan. 1221, 12 Jan. 1223, 1 Jul. 1226) fratribus Theutonicis dedit et Alexander IV (3 Jun. 1257) confirmavit (Strehlke, p. 384, No. 545; cf. ibid. p. 281, No. 309: 9 Jan. 1221; p. 324, No. 373: 12 Jan. 1223; p. 331, No. 398 et infra regestum 19 Octob. 1277). **1417**

„ Sept. 13, ind. VI. Accon in domo episcopali. — Bartholomaeus de Paganellis de Firmo, publicus et curiae Thomae, patriarchae Hierosolymitani ac Sedis Apostolicae legati, notarius, confirmat ejusdem sigillo, (Johannem), magnum praeceptorem fratrum Theutonicorum, privilegium ab Innocentio IV (22 April. 1244) datum sibi muniri fecisse et munitum accepisse (Strehlke, p. 359, No. 476 not.; v. Pettenegg I, p. 138, No. 537; Hennes I, p. 224—225, No. 257; cf. Strehlke, p. 292—293, No. 323: 17 Jan. 1221; p. 324, No. 371: 12 Jan. 1223; p. 326, No. 382: 31 Jan. 1223; p. 328, No. 386: 3 Febr. 1223). ‖ Idem eodem anno, mense et loco confirmat, antedictum Johannem privilegium ab Innocentio IV (inter 28 Jun. 1243 et 7 Dec. 1254) concessum sibi muniri fecisse et munitum accepisse (Strehlke, p. 374, No. 530 not.). **1418**

„ Octob. 19, ind. VI. Accon in domo episcopali. — Bonacursus, Tyrensis, Matthaeus, Caesariensis, archiepiscopi, et Geirhardus, frater ordinis Praedicatorum et episcopus Bethlemitannus, epistolam ab Honorio III (12 Jan. 1216)[1]) ad fratres Theutonicos datam et ab Innocentio IV (3 Maj., 19 Octob. 1244,[2]) 18 Jan., 21 et 23 Jun., 5 Sept. 1245,[3]) 11 Mart. et 11 Maj. 1246)[4]) repetitam se precibus Hermanni,[5]) magistri dictorum fratrum, per Johannem, clericum Acconensem, assisium ecclesiae S. Crucis, transscribi fecisse, sigillis confirmant. — Johannes, clericus Acconensis, assisius ecclesiae S. Crucis et ecclesiae Romanae notarius publicus, scripsit coram Nycolao archidiacono, Michaele thesaurario, Acconensibus, Petro, thesaurario Caesariensi, fratre Johanne Praedicatore, Augustino, canonico Bethlemitano (Strehlke, p. 360, No. 478 Not.; v. Pettenegg I, p. 140, No. 543). ‖ Idem eodem anno, mense et loco transscribi faciunt epistolam Alexandri IV (1 Jun. 1257) iisdem fratribus scriptam (Strehlke, p. 384, No. 544; v. Pettenegg I, p. 143, No. 544). **1419**

Strehlke: [1]) p. 284—286, No. 314, [2]) p. 359—360, No. 478; p. 361, No. 482, [3]) p. 364, De 489; p. 364, No. 491 et 492; p. 364, No. 493, [4]) p. 365, No. 498; p. 366, No. 366. [5]) Intelligendus est Hartmannus de Heldrungen (Strehlke in Mitth. aus dem Gebiete d. Liv-, Esth- u. Kurländ. Gesch. XI, 1868, p. 72—102; cf. p. 3—72, 260—265), qui 29 Nov. 1276 in Syria commorans (Perlbach, Preuss. Regesten, No. 835), deinde a. 1279 (10 Aug.; ibid. No. 855), 1280 (Hess. Urkundenb., No. 381, 384; cf. Zeitschr. f. d. Gesch. d. Oberrheins XXIV, p. 209) et 1281 (7 Dec.; ibid. No. 397) extra Germaniam constitutus memoratur (sed 23 Jan. 1281 Confluentiae adest? cf. Görz, Mittelrhein. Reg. IV, p. 174 — 175, No. 772); anno 1282 (Voigt III, p. 391: Accon 1283) (19 Aug.) obiit et apud Mergentheim sepultus est (Perlbach, Necrologe, p. 359, 366). Anno 1283 Matthias, praeceptor Alemanniae, «vices magistri generalis gerens» vocatur (v. Lang, Reg. Boica IV, p. 237).

**1277** Octob. 19, ind. VI. Accon in domo episcopali. — Bonacursus de ordine Praedicatorum, archiepiscopus Tyriensis,[1]) vicarius patriarchae Hierosolymitani et episcopatus Acconensis, et Gailardus, frater ejusdem ordinis, episcopus Bethlemitanus, epistolam ab Honorio III ad fratres Theutonicos (16 Dec. 1220) datam se precibus Johannis, magni praeceptoris, per Johannem, clericum Acconensem, transscribi fecisse, sigillis confirmant. — Scripsit Johannes, clericus Acconensis, assisius ecclesiae S. Crucis, praesentibus Nicolao archidiacono, Michaele thesaurario, Acconensibus, fratre Johanne Praedicatore, Augustino, canonico Bethlemitano (Napiersky, Index I, p. 3, No. 11; Hennes, Cod. diplom. I, p. 225—226, No. 258; Strehlke, p. 280, No. 307 Not. [cf. p. 307, No. 343: 21 Jan. 1221]; v. Pettenegg I, p. 140, No. 544). || Iidem eodem loco, anno et mense pro iisdem fratribus transsumunt: *a.* Honorii III epistolas de 17 Jan. 1221 (Strehlke, p. 294, No. 325 Not.; Napiersky I, p. 4, No. 13; Hennes I, p. 226—227, No. 259; v. Pettenegg I, p. 139, No. 540), de 18 Jan. (Strehlke, p. 298, No. 329 Not.) et 19 Jan. 1221 (Strehlke, p. 299, No. 331 Not.; v. Pettenegg I, p. 139—140, No. 541 et 542), *b.* Gregorii IX de 14 Jul. 1227 (Strehlke, p. 342, No. 420 Not.; Napiersky I, No. 32; v. Pettenegg I, p. 141, No. 545; p. 219, No. 840; cf. Strehlke, p. 291—292, No. 322: 16 Jan. 1221; p. 349, No. 445: 5 Febr. 1228; p. 351 et 353, No. 451 et 455: 29 Mart. et 17 Sept. 1231), de 21 Jul. 1227 (Strehlke, p. 343, No. 422 Not.; Napiersky I, p. 11, No. 38; cf. Strehlke, p. 338—339, No. 413: inter 24 Jul. 1216—18 Mart. 1227; p. 348, No. 440: 25 Nov. 1227; p. 349, No. 444: 4 Febr. 1228; p. 351, No. 452; v. Pettenegg I, p. 141, No. 546: 29 Mart. 1231), *c.* Innocentii IV de 20 April. 1244 (Strehlke, p. 358, No. 474 Not.; Hennes I, p. 227, No. 260; Comte Riant in Bullet. de la Société d. antiq. 1877, p. 1 [cf. p. 62; p. 62—69 (cum sigillis)]; cf. Strehlke, p. 275, No. 305: 1 Octob. 1218; p. 284, No. 313: 16 Jan. 1221; p. 331, No. 397: 27 Jun. 1226; p. 341, No. 418: 3 Jul. 1227; p. 348, No. 441: 1 Febr. 1228; p. 349, No. 447: 10 Jul. 1230; p. 353, No. 461: 17 Jul. 1233; p. 360, No. 479: 15 Maj. 1244; p. 364, No. 490: 2 Mart. 1245; p. 366, No. 499; v. Pettenegg I, p. 141, No. 547: 21 April. 1246; Strehlke, p. 366, No. 504: 28 Aug. 1246; p. 367, No. 507: 12 Mart. 1247), de 3 Maj. 1244 (Strehlke, p. 360, No. 479 Not.; Napiersky I, p. 21, No. 78; Lünig, Teutsch. Reichsarchiv XVI, p. 82, No. 81; cf. Strehlke, p. 288, No. 317: 21 Jan. 1216; p. 366, No. 505; v. Pettenegg I, p. 142, No. 551: 1 Mart. 1247), epistolam de 17 Maj. 1244 (Strehlke, p. 361, No. 481 Not.; Hennes I, p. 228—229, No. 262; cf. Strehlke, p. 335, No. 406: inter 24 Jul. 1216—18 Mart. 1227; p. 366, No. 501; v. Pettenegg I, p. 142, No. 550: 6 Maj. 1246; p. 369, No. 516: 25 Jul. 1247), epistolam de 4 Maj. 1246 (Hennes I, p. 227—228, No. 261; Strehlke, p. 366, No. 500; v. Pettenegg I, p. 141—142, No. 548—549; cf. Strehlke, p. 326—327, No. 383: 31 Jan. 1223), *d.* Alexandri IV de 6 Mart. 1257 (Strehlke, p. 379, No. 537 Not.; Livländ. Urkundenb. I, p. 382, No. 295; v. Pettenegg I, p. 142—143, No. 552), de 29 Maj. 1257 (Duellius II, p. 11, No. 16; Strehlke, p. 382, No. 541 Not.; v. Pettenegg I, p. 143, No. 553; cf. Strehlke, p. 298—299, No. 330: 18 Jan. 1221; p. 344—345, No. 427: 31 Jul. 1227; p. 346, No. 430: 5 Aug. 1227; p. 383, No. 543: 30 Maj. 1257; p. 398—399, No. 586 et 588: 25 Jun. et 1 Nov.

[1]) De quo Röhricht in ZDPV. X, p. 18—19.

1258), de 3 Jun. 1257 (Strehlke, p. 384, No. 545 Not.; Duellius II, p. 11, No. 14; Lünig, Teutsch. Reichsarchiv XVI, p. 78; cf. Strehlke, p. 281, No. 309: 9 Jan. 1221; p. 324, No. 373: 12 Jan. 1223; p. 331, No. 398: 1 Jul. 1226; p. 385—386, No. 551, 553, 555: 15, 18, 27 Jun.; p. 386, No. 556—557: 1 et 5 Jul. 1257), de 11 Jul. 1257 (Strehlke, p. 386—387, No. 558 Not.; v. Pettenegg I, p. 143—144, No. 555; cf. Strehlke, p. 365, No. 497: 4 Jan. 1246; p. 388, No. 562: 8 Aug. 1257; p. 410, No. 614: 28 Mart. 1261; p. 410, No. 615: 5 April. 1261). **1420**

(**1277**?). — «Serenissimo principi Tartarorum imperatori potentissimo Edwardus, Dei gratia rex Angl(iae), dominus Hibern(iae) et dux Aquitan(iae), felicem regnandi gloriam cum salute. Reges et principes terreni tanto magis dinoscuntur regi celestis glorie complacere, quanto simplices Christi fidelius, ardencius defendere et nocivos et perfidos nituntur virilius debellare, quibus ex collato sibi divinitus incumbit officio, equa justicie libra rempublicam gubernare et Christi infideles christianeque fidei contrarios et rebelles impugnare et destruere juxta posse. Hinc est, quod, cum in partibus Asie et Africe a longissimis retroactis temporibus multa invaluerit prophana secta et sordida Machometi circumquaque pululans et diffundens sua infecta germina nimis late pestem seculo sue contagionis nepharie immittendo, nos, qui, Deo permittente, sumus s(c)eptro regio insigniti, ad tam nephande secte eradiacionem libenter intenderimus in loci distancia, ut alia ardua negocia nobis incumbencia hoc fieri permitterent quovis modo. Nam tempus ad hoc adest acceptabile, ut accepimus, hiis diebus maxime, cum in libris ipsorum contineri dicatur, infra breve tempus terminari et adnullari debere sectam nephariam Machometi. Ut igitur verbum laudabile propositum in hac parte continuantes inchoata per vos ad hujus modi sectam sordidam a seculo penitus abolendam velitis perducere ad effectum, ad hec ad vestram accedunt presenciam religiosi, honesti et litterati viri, ut populum vestrum ad fidem catholicam, sine qua salvus fieri nemo potest, divina operante virtute reducant et instruant in eadem ac ad sumendum bellum contra detestabilem Machometi sectam habilitent et informent, venerabilis scilicet pater Willelmus, Dei gratia Liddensis episcopus, vir utique discretus moribus et sciencia preditus, cum sua venerabili comitiva, quem ad honorem Omnipotentis Dei et favorem fidei christiane vobis, quanto affectuosius possumus, commendamus rogantes ore, corde, quatinus eundem episcopum et ejus comitivam Dei intuitu, sub cujus imperio cuncta consistunt, gloriose et curialiter admittentes eisdem in prosecucione negocii predicti exhibere vos velitis favorabiles et benignos prefato episcopo in hiis, que vestre magnificencie pro augmentacione fidei catholice duxerit exponenda, fidem credulam adhibendo. Dat. etc.» (Paris, Bibl. nation., nouv. acquis. lat., No. 1265, fol. 50—51; cf. fol. 20—21). **1421**

[1]) Incertum est, quo tempore haec epistola (fortasse in numero dictaminum collocanda?) scripta esse possit, sed putare licet a. 1277 (Röhricht in Archives de l'Orient latin I, p. 650), et si res ita se habet, Guillelmum secundum episcopum Lyddensem statuere necesse est, qui post Junium 1271 et ante Junium 1286 episcopatum tenuit (ZDPV. X, p. 28).

**1278** Jan. 20, ind. VI. In castro Ovi prope Neapolim. — Coram Philippo, imperatore Constantinopolitano, Carolo I, rege Siciliae, Margarita regina

aliisque testibus Simon Parisiensis,[1]) archidiaconus Anteradensis, et Guido de Patriarcha miles, nuncii et procuratores Boemundi VII, principis Antiocheni et comitis Tripolitani, cum domicella Margarita,[2]) filia quondam Lodoyci, vicecomitis Bellimontis, filii quondam regis Johannis Hierosolymitani, matrimonium et sponsalia tractantes ejusdem principis uxori futurae dotarium X millium bisantiorum annuatim de redditibus Tripolitanis videlicet de drina, paudico, buchaira et tintoria recipiendum confirmant et annulum aureum tradunt. — Inter testes; Philippus imperator, Carolus I rex, Maria, quondam domicella Hierosolymitana, magister Guilielmus de Fa . . . ., praepositus ecclesiae S. Amati Duacensis, regnorum Hierosolymitani et Siciliae vicecancellarius, Leonardus, cancellarius Achajae, consiliarius dicti regis, frater Jacobus de Tassy, prior Hospitalis Barulitani, Guido Lagueppa, frater ejusdem domus; Vaaram[3]) dapifer, Gaufridus Sarba[4]) et Johannes Jopinus, nuntii regis Armeniae. Johannes de Capua, notarius publicus regis Caroli, scripsit (Rey, Recherches, p. 50—53). **1422**

[1]) Idem «Simon di Parigi, archidiaconus di Courcouse» memoratur in edicto Caroli I, regis Siciliae (4 April. 1278), cum Guidone di Patriarcha (Min. Riccio in Archivio storico ital., IV Ser., I, p. 226), alter (14 April. 1279) familiaris antedicti Bohemundi in Terram Sanctam rediturus (ibid. IV Ser., II, p. 199). [2]) Carolus I, rex Siciliae (1 April. 1278), jubet, Margaritham nostram per Nicolaum de S. Audimaro in navi S. Hospitalis «Bonaventura» Brundusio Tripolim conduci (ibid. I, p. 225) et necessaria ad Rogerium de San Severino Acconem transportari (ibid. et IV Ser., I, p. 3, 5; II, p. 197). Margaritha sine liberis 19 April. 1328 defuncta et in ecclesia monasterii de Maubuisson prope Lutetiam Parisiorum sepulta est (Du Cange, Les familles d'outre mer ed. E. G. Rey, p. 486). [3]) In edictis Caroli I (1 et 6 Febr. 1278) Vaare Ladif, (20 Mart. 1279) Vasas vocatur (Archivio storico ital., IV Ser., I, p. 2, 4; II, p. 197). [4]) In edicto Caroli (30 Jan. 1278) vocatur secretarius regis Armeniae cum Joh. Popino, nuntio ejusdem (ibid.).

**1278** April. 1. Romae apud S. Petrum. — Nicolaus III Abaghae, regi Tartarorum, qui nuntios Johannem Vassallum militem et Jacobum Vassalli[1]) Johanni XXI miserat ac pollicitus fuerat epistolis, si exercitus christianorum in Terram Sanctam transfretaverit, se victualia et exercitus potentiam missurum esse et avunculum suum Quolibey, jamdudum baptizatum, rogavisse, ut a Romana curia mitterentur, qui populum baptizarent et docerent religionem christianam, fratrem Gerardum de Prato, Antonium de Parma, Johannem de S. Agatha, Andream de Florentia et Matthaeum de Aretio ordinis Minorum, praesentium latores, commendat et rogat, ut eis liberum aditum ad imperatorem concedat et ipse faveat (Sbaralea III, p. 291—293, No. 11; Potthast, No. 21291; cf. Remusat VII, p. 350—352; Mouradgea d'Ohsson III, p. 488—490, 545—548). || Idem 4 April. ejusdem anni Quolibey, magnum imperatorem Tartarorum, baptizatum de verbi divini incarnatione, vita et morte erudit rogans, ut nuntios supradictos benigne recipiat (Sbaralea III, p. 293—295, No. 12; Potthast, No. 21293; cf. p. 21292). Idem 22 April. ejusdem anni nuntios supradictos omnibus Christi fidelibus commendat (Sbaralea III, p. 299, No. 20; Potthast, No. 21308). [1]) Cf. supra No. 1409. **1423**

„ Jul. 23. Viterbii. — Nicolaus III Sidoniensi ac Berytensi episcopis injurias et damna enumerat, quae P(aulus), episcopus Tripolitanus, se per B(artholomaeum), episcopum Anteradensem, passum fuisse, nuntiavit, cujus consilio de dominio comitatus Tripolitani disponitur. Primum enim ipso instigante Johannes Petri Saxonis, Stephanus Anibaldi, milites Romani,

Petrus et Theodinus Romicelli, ejusdem Johannis nepotes, de ecclesia S. Mariae de Turri Tripolitanae diocesis violenter extracti, interempti et cremati sunt, deinde milites Tripolitani cum tota fere familia dicti episcopi P(aulum) in ecclesia Tripolitana obsederunt, tum XII milites Tripolitani, ut praedictum P(aulum) et quondam Petrum nepotem ipsius, ecclesiae Tripolitanae thesaurarium, viventem interficerent, promiserunt et quidam canonici precibus adducti confirmarunt, se P(aulo) mortuo ipsum episcopum facturos esse, quo facto dicti milites lapidibus ad portam conjectis clericum quendam e fenestra prospicientem, quem tamen episcopum habuerunt, sagittis, quae adhuc ostiis fenestrae infixae manent, interimere voluerunt. Praeterea milites Landonem, canonicum Tripolitanum et capellanum papae, de mandato episcopi B. vulneraverunt, alium familiarem P(auli) occiderunt et, quum pro parte P(auli) Boamundus VII, princeps Antiochenus et comes Tripolitanus, requisitus fuisset, ut justitiam inde faceret exhiberi, dictus B. confirmavit, P(aulum), nisi de civitate recesserit, familiaris sui mortem occubiturum esse. Quum igitur P(aulus) in domum Templi Tripolitanam fugisset, Boamundus consilio episcopi B. ipsum obsedit comminando, se, nisi episcopus dictam domum reliquerit, ipsum cum tota familia occisurum esse, et, quamquam idem princeps per R., constabularium regni Hierosolymitani, et Hospitalis, Templi ac Theutonicorum magistros, se eandem domum dictae militiae Templi, jura ac libertates post recessum episcopi Tripolitani custodire et ipsum secure dimittere velle, pollicitus fuisset, tamen, quum ad locum fratrum Minorum Tripolitanorum abiisset, dictus B. episcopus principi suggessit, ut illum caperet carceri immittendum; qua de causa P(aulus) urbe exivit. Paulo post princeps domum Templi occupavit et munivit christianis et Sarracenis, per quos Sarracenos supra ecclesiam ipsius domus militiae Templi lex Machometi III millibus christianorum praesentibus exstitit publicata. Denique episcopus B. casale situm juxta Montem Gibelli ad ipsum episcopum Tripolitanum pertinens per exercitum dicti principis destrui fecit et, quum nuntius Franciae et Siciliae regum ipsum principem de praemissis caritative argueret, idem episcopus B. respondit, omnia, quae post obitum quondam B., principis Antiocheni, facta sint, de suo consilio processisse. Quum igitur dictus episcopus Anteradensis haec facinora aliaque plura contra episcopum P(aulum) et Romanos nonnullos Tripoli commorantes fecerit, papa supradictis episcopis mandat, ut episcopum Anteradensem infra VIII menses apud Sedem Apostolicam responsurum citent (Sbaralea III, p. 326—328, No. 45; Potthast, No. 21 364). **1424**

**1278** Sept. 18. Tripoli (gallice). — Boemund VII, princeps Antiochenus et comes Tripolitanus, se et Paulum (Pol), episcopum Tripolitanum, ad litem quandam disceptandam Rogerium (Rogier) de S. Severin, comitem de Marsique, vicarium regni Hierosolymitani, et Nicolaum (Nicoles) de Lorgne, magistrum Hospitalis,[1]) arbitros constituisse, sigillo confirmat. — Johan, marescalcus Tripolitanus, Johan d'Angevile, Johan de Hasart, Raimund Faucard, Nicole Arra, Balyan de Marreclee, Pierre Dyes, principis

[1]) Qui obiit 12 Mart. 1284 (Gestes, p. 208, 217); statuta ab eodem edita cf. in Prutz, Culturgesch., p. 615 — 616; Delaville le Roulx, De origine, p. 39 et in Bibl. de l'école d. chartes 1887, p. 349. De sigillo Nicolai ejusque successoris Johannis de Villariis cf. Delaville le Roulx in Mém. d. antiq. de France 1880, XLI, p. 70. In Chronol. magistrorum (Archives d. miss. scientif. 1857, VI, p. 28) inter Nicolaum et Johannem magister Odde de Pinibus memoratur.

homines ligii (Paoli I, p. 198—200, No. 155; cf. Lois [ed. Beugnot] I, p. 608). **1425**

**1279** Febr. 24, ind. VII. Ayacii in domo Ugolini censarii. — Vivaldus de Quinto, habitator Barruti, testamento suo varia disponens confirmat, se in communi ratione Joannis Sclavoni de Clavaro, habitatoris Baruti, quandam summam habere et Jacobo Zignaigo, habitatori Baruti, XV bisantios sarracenatos debere (Archives de l'Orient latin I, p. 498—500, No. 11). **1426**

„ Mart. 2, ind. VII. Ayacii. — Johannes Sclavonus de Biruto confirmat, se a Johanne de Rapallo de Risecho quandam summam pecuniae accepisse (Archives de l'Orient latin I, p. 503, No. 17). **1427**

„ Mart. 24, ind. VII. Ayacii in logia Januensium. — Paponus Mallonus, Bonifacius de Tiba, Enricus de Grimaldus ejusque frater et procurator Luchetus quibusdam Januensibus navem Hospitalis, quae vocatur Sanctus Andreas, Januam appulsuram naulizant titulo naulizatitionis concedentes et pactum inter ipsos ac Bonifacium de Calamandrana, magnum praeceptorem Hospitalis, de recessione dictae navis factum cassant (Archives de l'Orient latin I, p. 511—512, No. 32). **1428**

„ Maj. 10, ind. VII. Birruti in logia Januensium. — Pucius de Ponzanno Pisanus et Petrus de Bargono notarius in nomine proprio et Johannis de Rapallo et Boche Pisani, Nocellini, confirmant, se XLII bisantios Sarracinales a Gabriello de Rapallo de Risecho accepisse. — Grimaldus de Clavaro, Nicolaus de Clavaro, Symon de S. Donato, Guillielmus Bixia Spinula et Johannes de Magdalena (Archives de l'Orient latin I, p. 526, No. 61). **1429**

„ Aug. 2, ind. VII. Birruti in logia Januensium. — Benvenuta, vidua Vivaldi de Quinto, habitatoris Birrutensis, se ab Johanne de Rapallo de Risecho, fideicommissario bonorum dicti Vivaldi, de ejusdem bonis ac rebus relictis XXXI bisantios et dimidium accepisse, coram Guillielmo Bixia Spinula, consule Januensium Birrutensium, confirmat. — Magister Jordanus, thesorerius in Biruto, Jacobus de Sigratico, Rahu de Beltrame et Berogninus, placearius communis Januae (Archives de l'Orient latin I, p. 526—527, No. 62). **1430**

„ Aug. 2, ind. VII. Biruti in logia Januensium. — Jacobus de Sigratico, se ab Johanne de Rapallo de Risecho, fideicommissario bonorum a Vivaldo de Quintino Birutensi relictorum, XV bisantios, quos dictus Vivaldus ipsi debebat, coram Benvenuta, vidua Vivaldi, et Guillielmo Bixia Spinula, consule Januensium Birutensium, accepisse, confirmat. — Magister Jordanus, thesorerius in Biruto, Rahu de Beltrame et Berogninus placearius (Archives de l'Orient latin I, p. 527. No. 63). **1431**

„ Sept. 15. Accon. — Robertus de Cardolio una cum fratribus Hospitalis et ecclesiae S. Thomae Acconensis E(duardo I), regi Angliae, gratias agit de epistola consolatoria et auxilio promisso ac petit, ut, cum terra Cypri et Syriae de fructibus temporalibus infecunda permanserit neque igitur ecclesia S. Thomae diu incepta fabricari potuerit, ut huic operi porrigat manum adjutricem et magistrum domus diu absentem remittat; denique nuntiat, inter comitem Tripolitanum et fratres Templi magnam guerram versari, inter Sarracenos tantam discordiam, ut ipsos vincere facillimum esse videatur (De Mas Latrie, Hist. II, p. 82—83). **1432**

**1279** Octob. 1, ind. VIII. Accon. — Bonacursus ord. Praedicatorum, archiepiscopus Tyriensis, patriarchae Hierosolymitani et episcopi Acconensis vicarius, sigillo confirmat, Bertinum de Hodye corpus suum et hereditatem suam fratribus Hospitalis S. Johannis dedisse (Paris, Archives nation., S. 5059, No. 24; de sigillo cf. Douët d'Arcq No. 11813 et Schlumberger in Le Musée archéol. II, p. 305—306, No. 8). **1433**

„ Octob. 30, ind. VIII. Leodicheae in platea. — Magister Rollandus medicus Nicolaum de Pampuris procuratorem suum constituit, ut a Guillielmo de Aldone, sive de Cypro et a quacunque persona petere, exigere et recipere valeat, quicquid et quantum pro ipso habere et recipere debeat. — Philiponus de Naulo, Philipus de Rollando et Petrus de Vintimilio curlus (Archives de l'Orient latin I, p. 529, No. 68). **1434**

**1280** April. 23 (24), (ind. VIII). Accon in domo Theutonicorum juxta lectum magni praeceptoris. — Jocelinus, filius Agnetis, olim dominae Scandaleonis et uxoris quondam Guillelmi de Amigdalea (Ammigdalea), quibus de ipsorum mandato summam XVII millia bisantiorum exsuperantem a Judaeis et mercatoribus Senensibus gravibus usuris mutuatam fratres Theutonici sponsores tradiderant, coram Nicolao, archidiacono Acconensi, eidem domui per manum Johannis de Westfalia, magni praeceptoris et locum magistri tenentis, antedictam summam solvere, sigillo confirmat necnon omnia bona sua, specialiter casale Acref in territorio Scandaleonis situm, impignorat. — Frater Petrus de Regio de ordine Praedicatorum; Henricus de Bolande drapparius, Johannes de Saxonia, locum hospitalarii tenens, Hourriguonus (Honrrignonus), Conradus, fratres Theutonici; Amicus Acconensis dictus Laleman (Lalemma), Raimundus Cypren(sis) milites, Georgius (Geggius), scriba in arabico in dicta domo Theutonicorum, Simon de Castro regis, Perrotinus, frater antedicti Jocelini. Johannes, clericus Acconensis, assisius ecclesiae S. Crucis, notarius publicus, scripsit (Altpreuss. Monatsschr. XX, p. 394—396, No. 9; Rey, p. 53—56; cf. 1882, XIX, p. 643, No. 51; Forsch. XXI, p. 501, No. 28). **1435**

„ Octob. 5. Accon. — Gaufridus de ordine Praedicatorum,[1]) episcopus Ebronensis, vicarius patriarchae Hierosolymitani, Edwardo I, regi Angliae, nuntiat, in Terra Sancta magnam caristiam esse propter Armeniae et Cypri defectum et pestilentiam locustarum et propter bellum Caroli I, regis Siciliae, subsidium sperari non posse, treugam vero inter christianos et Saracenos factam nisi usque ad mensem Martii non durare, sed ab his, nuper christianis XXX inter Acconem et Tyrum interfectis, violatam fuisse, Tartarorum nuntium Acconem venisse, qui, eorundem principem cum L millibus equitum in Turchia constitutum esse, nuntiaret et ab Acconensibus peteret, ut eidem militiam suam et cibaria mitterent (Rymer, Foedera IB, p. 586—587; cf. Röhricht in Archives de l'Orient latin I, p. 638, not. 20). **1436**

[1]) De quo ZDPV. X, p. 27; Quetif et Echard I, p. 382—383.

„ Octob. 26, ind. VIII. Nicosiae in domo presbyteri Jacobi de Tripoli, archidiaconi Caesariensis. — Matthaeus, archiepiscopus Caesariensis, constitutiones bonae memoriae Ugonis, archiepiscopi Nicosiensis,[1]) et Oddonis,

[1]) Cf. Labbe, Concil. XI, p. 2383, No. 1 et 2; cf. De Mas Latrie in Archives de l'Orient latin II A, p. 236.

quondam episcopi Tusculani et S. A. legati, precibus Ranulphi, archiepiscopi Nicosiensis,[2]) seu magistri Fulconis ejusdem officialis ad se missi sigillo confirmat. — Dionisius, praepositus abbatiae Episcopiae, Johannes clericus, nepos dicti archiepiscopi. Nicolaus de Monte Alano, R. ecclesiae notarius, scripsit (Mélanges hist. in Collection de documents inédits, Paris 1882, IV, p. 348—349, No. 6). **1437**

[2]) De quo Archives de l'Orient latin II A, p. 245—246.

**1281** Jan. 8. Wiennae. — Paulus de ordine Praedicatorum, episcopus Tripolitanus [1]) et S. A. nuntius, episcopo Misnensi mandat, ut episcopum Merseburgensem et electum Numburgensem ejusque capitulum in ecclesiis suis excommunicatos denuntiari faciat (Cod. diplom. Saxoniae I, p. 193, No. 250). **1438**

[1]) Qui per comitem Tripolitanum et Bartholomaeum, episcopum Tortosanum, expulsus Sedis Apostolicae legatus fuit (1279—1282) in curia Rudolfi I, regis Alemannorum, et Caroli I, regis Siciliae; cf. Röhricht in ZDPV. X, p. 32—33; Posse, No. 1296; Potthast, No. 21 596, 21 597, 21 673, 21 696, 21 697, 21889; Prou, No. 289; Actenstücke, No. 162, 164—166, 168—169, 207, 212, 230 et 233.

„ Jul. 19. — Consilium Venetorum mercatores lignamen Alexandriam portare vetat (De Mas Latrie, Traités de paix, suppl. p. 81, No. 5). **1439**

„ Aug. 20. Accon in ecclesia S. Leonardi. — Adam, Montis Sion abbas, fratribus S. Samsonis Aurelianensis injungit, ut in prioratu suo remaneant (Rey memoravit in Mém. d. antiq. de France 1888, XLVIII, p. 56). **1440**

„ Sept. 12. — Elias, patriarcha Hierosolymitanus,[1]) episcopus Acconensis et S. A. legatus, cum Gaufrido, episcopo Ebronensi, et Rampnulpho, archiepiscopo Nicosiensi, precibus Johannis de Saxonia, procuratoris ac syndici fratrum Theutonicorum, per manum Johannis, clerici Acconensis, ecclesiae S. Crucis assisii et notarii apostolici, privilegium ab Honorio III dictis fratribus 18 Jan. 1221 datum et 2 Jun. 1221, 22 Jun. 1224 repetitum transscribi facit et transscriptum sigillo suo corroborat (Strehlke, Tabulae, p. 297, No. 328 Not.; Livländ. Urkundenb. I, p. 63, No. 60 [cf. Strehlke, p. 320, No. 364: 2 Jun. 1221; p. 330—331, No. 393: 22 Jun. 1224]; Napiersky, Index, p. 6, No. 17). **1441**

[1]) Antea episcopus Petragoricensis, de quo cf. Hist. litt. de la France XXI, p. 822; Röhricht in ZDPV. X, p. 10—11; Posse, No. 973—974, 982; Potthast, No. 22 822; Langlois, p. 126, No. 623 et gravissimam epistolam Nicolai III (10 Maj. 1279) in Delpit, Pélerinages, p. XXXII—XXXIII, quam Potthastius omisit.

( „ ) Sept. 25. Accon (gallice). — Nycole le Lorgne, magister Hospitalis, Eduardum I, regem Angliae, certiorem facit, se ejusdem epistolam accepisse, et nuntiat, Tartaros finibus Armeniae appropinquare, soldanum autem Damasci versari, ceterum arcem Margati optime munitam esse (Ch. Kohler et V. Langlois in Bibl. de l'école d. chartes 1891, p. 58—59, No. 4; cf. p. 49). **1442**

„ — Privilegium pro ecclesia S. Samsonis Aurelianensi datum ab Adamo, Montis Sion abbate, et duobus sigillis munitum (Rey memoravit in Mém. d. antiq. de France 1888, XLVIII, p. 55). **1443**

**1282** Febr. 26, ind. XI. In castro Nefini (gallice). — Princeps Antiochiae et comes Tripolitanus necnon testes infra scripti accuratissime exponunt, Guidonem, dominum de Gibelet, a magistro Templi, Guillaume de Beaujuec

incitatum civitate Tripoli ter potiri conatum fuisse. Primum enim magister hominem suum ligium Pol Elteffaha ad Guidonem miserat, quem admoneret, ut civitatem illam caperet, et dominus de Gibelet cum Guidone de Montolif, qui pollicebatur, se portam S. Michaelis occupaturum et eum ibi exspectaturum esse, cum Henri(co) Mamol, Franceis d'Arches, Pierre Francart, Pierre Jaques, civibus Tripolitanis, necnon cum Johanne Arobe, clerico Templi, et Johanne de Brabantia, priore Templi Tripolitano, societatem iniit. Sed quum dominus de Gibeleto signum de domo Templi datum non animadvertisset, Guido de Montolif illum quaesiturus versus Calamon iter arripuit et tandem ei inter Nephin et Puy dou Conestable occurrit. Paulo post frater Templi (E)stiene et Johannes Arobe Guidonem certiorem fecerunt, comitem Tripolitanum aegrotare, et, ut celeriter veniret, commonuerunt, sed errore et casu intercedentibus novis ille Tripolim non cepit. Tertio magister Templi Ferrandum (Ferrant), socium Ruidecuer,[1]) commendatoris Templi Tripolitani, ad Guidonem de Gibelet misit, qui eum impelleret, ut, quod dictus Pol Elteffaha coram suaserit, perficere non differret, et Ruidecuer epistolis multis, quomodo res Tripolitanae se haberent, ei nuntiabat. Praeterea magister Artaud, commendatorem Templi Acconensem, et Simonem de Farabel, fratres Templi, ad Guidonem destinavit, qui eum urgerent, ut Tripolim occuparet, quum dictus Pol mox succurreret. Guido per manum Domingue Peque, commendatoris Templariorum Gibeletensium, fratris Stiene et Guiot, valeti castellani Tortosani,[2]) fratris Aymari, fratris Symonis de Farabel et turcomani cujusdam IV palafrenarios Tripolim misit, quibus recentibus et integris, si opus esset, in bello uteretur, et deinde certior factus, comitem in arcem Nefin abiisse, columba internuncia necnon per legatum suum Jaquemin, fratrem Pol Elteffaha [3]) adiit, ut acceleraret; qui inter Sidonem et Barut(um) nuntiis acceptis cum Raymund(o) Pignac, arbalestrariorum duce, Galande, Franceis Bes et multis armatis advenit. Sed quum dictus Guido notis secretioribus arcessitus adesset, commendatores Templi duo abire simulabant, prior Tortosam — sed insulam S. Thomae appulsus est —, alter in Montem Cucu, qua re Guido illos in civitate non invenit et, se proditum esse, putavit. Tandem pace cum principe Antiocheno et comite Tripolitano facta promittere coactus est, ut Gibeletum et totam terram suam relinquens abiret et honestius vivendo operam daret, sed a magistro Guilelmo iterum incitatus, a quo frumentum et hordeum acceperat, Pisanis bellum inferre coepit. — Hue ordinis Minorum, episcopus Gibeletensis, Pierre l'Aleman, abbas domus Beaumont ordinis Cisterciensium ante Tripolim, socius ejus Symon de Tripoli, frater Stienne de Barres, prior provincialis Praedicatorum in Terra Sancta, socius ejus Hue Provensal, prior eorundem fratrum Tripolitanorum, frater Mathe, vicarius ministri fratrum Minorum in Terra Sancta, frater Jaque de Antiochia, guardianus eorundem Tripolitanorum, frater Jeremie, Maronitarum patriarcha, frater Abraham, archiepiscopus de Villejargon, Yahanna, archiepiscopus de Resshyn,[4]) Pierre Orland de Valmoton, vicarius de Tripoli, Johan Frangepan et Stienne de Ryet, canonici Tripolitani, Robert, canonicus Gibele-

[1]) In Gestes, p. 211: Redecuer, in Procès d. Templiers ed. Michelet II, p. 16: Rodericus de Cuyre, cujus socius vocatur Rodericus Ynanhes. [2]) Petrus de Sivriaco? Cf. Procès d. Templiers II, p. 221 ad 1280. [3]) In Gestes, p. 211: Pol Teffaha. [4]) Aperta Edessa, arabice Rohas.

tensis, Stiene, prior S. Sepulchri Tripolitani, Gille, magister decretorum, assisius Tripolitanus; de nobilibus: Meillor de Ravendel, dominus Marecleae, Rostain, dominus Botron(i), Guillaume de Farabel, constabularius Tripolitanus, Johan(nes) d'Angeville, Johan(nes) de Hasard, Gui dou Patriarche, Johan(nes) Lanfranc, Daufin de Cremona. Datum per Guillaume Tripolitanum notarium publicum (De Mas Latrie III, p. 662—668 [cf. I, p. 469]; Michaud, Hist. d. croisad. ed. H. Bréholles III, p. 492—499). || Quae hac carta narrantur, confirmata legas in Gestes, p. 210—212. **1444**

(**1282**) Mart. 5. Accon (gallice). — Nycole le Lorgne, magister Hospitalis, Eduardum I, regem Angliae, certiorem facit de pugna 30 die Octob. anni praeteriti apud Emessam inter Tartaros et soldanum Babyloniae commissa (Ch. Kohler et V. Langlois in Bibl. de l'école d. chartes 1891, p. 59—61, No. 5; cf. p. 49). **1445**

„ Mart. 31 (gallice). — Joseph de Cancy, frater Hospitalis [1]) Acconensis, Eduardo I, regi Angliae, scribit de atroci pugna inter Saracenos et Tataros apud Emessam facta, de colloquio, quod soldanus cum Rogerio de San Severino, ballivo regni Siciliae Acconensi,[2]) apud Legon habuit, de fame et caristia, qua Terra Sancta, Cyprus et Armenia vexantur, ac denique supplicat, ut Terrae Sanctae succurrat, quae nunquam facilius expugnari potuerit quam nunc (Lettres d. rois, reines et autres personnages, Paris 1839, p. 288—294, No. 23 in Docum. inédits sur l'hist. de France [varias lectiones et correctiones cf. in Bibl. de l'école d. chartes 1891, p. 52 not.]; anglice in Palestine Pilgrim's Text Society, London 1888, VII, p. 7—14). **1446**

[1]) Cf. Röhricht in Archives de l'Orient latin I, p. 639 et Haupt-Hoffmann, Altdeutsche Blätter, Leipzig 1840, II, p. 77, No. 7. [2]) Archives de l'Orient latin I, p. 641—642; Gestes, p. 206—207, 214.

„ April. 15. — Mâlik al-Mansûr, soldanus Aegypti, cum Guillelmo de Badjuk,[1]) magistro Templi, ejusque fratribus pacem init abhinc in X annos et X menses valituram, qua comprehenduntur de una parte Aegyptus, Syria, castella Assassinorum, provinciae de Hems, Sahjun, Balatanus, Djebelah, Laodicea, Hamah, Aleppo, Foratiah, territoria de Sahel capta, territoria castelli Curdorum, Safitha, Maiar, Oraimah, Halaba, Arka, Taibu, castellum Curdorum, Kulaiat, Marakiah, territorium de Margato et omnia, quae pace a Malik Mansur facta continentur et idem per filium suum Malik as-Saleh expugnabit, cum pertinentiis et de altera parte Tortosa, quae fratribus Templi est et pars cantonorum de Oraimah et Maiar, quae eorundem territorio annexa fuit pace, quae Malik Daher regnante facta est, scilicet XXXVII cantona. Soldanus et fratres Templi sibi et suis plenam securitatem confirmant, neque vero dictis fratribus in toto suo territorio munimenta erigere licebit (Quatremère II A, p. 177—178 [arabice], p. 221—223 [gallica versio]; Michaud, Bibl. d. croisad. II, p. 685—687; Reinaud, Extraits, p. 543—544; cf. De Mas Latrie I, p. 469—470). || Paulo ante (1281) fratres Templi et Hospitalis necnon Bohemundus, comes Tripolitanus, cum supradicto soldano pacem fecerant (Quatremère II A, p. 28; cf. Chron. Danduli in Muratori SS. XII, ad a. 1298; Oesterr. Reimchronik ed. Seemüller, vers. 44779) illis 13 Maj., his 16 Jul. incepturam et in X annos X menses valituram. **1447**

[1]) Guillelmo de Bellojoco.

**1282** Maj. 20. Worcestriae. — Eduardus I, rex Angliae, Josepho de Cauncy gratias agit pro falconibus et Circassianis ephippiis missis eumque rogat, ut mox in Angliam veniat (anglice versum ex «Royal Lettres» in «Record Office» ed. Sanders in Palestine Pilgrim's Text Society, London 1888, No. VII, p. 14—15). **1448**

**1283** post Febr. 22. Accon. — Bartholomaeus, episcopus Berytensis, omnibus christianis, qui ecclesiam S. Elisabethae Marburgensem visitant, XL dierum indulgentiam concedit (Urkundenb. d. deutschen Ordensballey Hessen I, p. 306, No. 409; Böhmer-Will, Reg. archiep. Mogunt. II, p. 419, No. 578). ‖ Eandem chartam sine loco et anno, sed mense Maj. ind. XI (Accon 1283) Guillelmus II, Tiberiadensis, Henricus, Lincopensis,[1]) Hugo, Bethlemitanus,[2]) Gaufridus de ordine Praedicatorum, Ebronensis, episcopi, eidem ecclesiae concedunt (Hess. Urkundenb. l. c.). **1449**

[1]) Qui in urbe Accon testamentum edidit et in ecclesia Minorum sepultus est (Riant, Expédit. d. Scandinav., p. 370). [2]) De quo ZDPV. X, p. 25—26; Potthast, No. 21708; Comte Riant XVII, p. 661, No. 112; Lagenissière, Hist. de l'évêché de B., Paris 1872, p. 102; Prou, No. 2, 60, § 3, 180, 193, 266, 729; Tafel-Thomas III, p. 355; sigillum episcopi nostri a. 1292 edidit Schlumberger in Musée archéol. II, p. 307—308; Douët d'Arcq, No. 11816. Honorius IV (11 Octob. 1285) XII millia librarum Turonensium, quae Adrianus V pro subsidio Terrae Sanctae quibusdam mercatoribus assignanda deputaverat, Hugoni nostro accipienda praecipit (Posse, No. 870, 1341; Prou, No. 183). Martinum IV quoque testamento Terrae Sanctae pecuniam in Templi Parisiensis custodia reliquisse, apparet ex epistola, quam excerpsit Posse, p. 114, No. 1376.

„ Jun. 3. — Mâlik al-Mansûr, soldanus Aegypti, et principes territorii Accon, Sidon et Athlith christiani scilicet Ude senescalcus,[1]) dominium urbis Acconensis tenens, Guillelmus de Badjuk,[2]) Nicole Lelaurin,[3]) Templi et Hospitalis magistri, Kurat,[4]) locum magistri Theutonicorum tenens, cum singulis Templi et Hospitalis fratribus et duobus militibus regis scilicet Guillelmo ballivo et marescalco («vizir») Fehed[5]) pacem abhinc in X annos, X menses, X dies et X horas valituram componunt,[6]) qua continentur de una parte[7]): Aegyptus, Damiata, Alexandria, Nesteraweh, Santariah, Fuah, Reschid, terra de Hedjaz, Gaza, provincia Karak et Schaubak, Salt, Bosra, provincia Ebron, Hierosolyma, Jordanus, Bethlehem, Beit-Djebril, Neapolis, Al-Latrun, Ascalon, Jaffa et Ramlah, Arsur, Caesarea, Kakun, Lydda, Audja cum salina dependente, terrae captae Baisan, Tur, Ladjdjun, Djinin, Ain Djalut, Kaimun, Tabaria, Safed, Tebnin et Hunin, Schakif-Arnun, Karn, mediae partes Alexandrettae, Marun, deinde Bika-Azizi, Maschgar, Schakif-Tirun, caveae Zalaia et aliae, Banias, Subaibah, Kaukab, arx Adjlun, Damascus cum dominio, arx Baalbek, dominium de Hems, Hamah, Balatanos, castellum Curdorum, Safitha, Maiar, Oraimah, Marakiah, Halba, Akkar, Kulaiat, Schaizar, Afamiah, Djebelah, Abu-Kobais, dominium Aleppi, Antiochia,

[1]) Id est Odo de Granson vel potius Heude Pelechien, qui nomine Caroli regis Siciliae, castellum Acconis obtinebat titulo «senescalci Hierosolymitani» utens (cf. infra No. 1466, not. 6; Reinaud, Extraits, p. 545 not.). [2]) Guillelmus de Bellojoco. [3]) Nicole le Lorgne. [4]) Aperte Conradus de Sulmeys sive Solms marescalcus, qui 15 Jul. incerti anni obiit (Perlbach, Preuss. Regesten, p. 364). [5]) Nescimus, quis hoc nomine intelligendus sit. [6]) Hoc temporis spatium Saraceni saepissime statuerunt treugis. [7]) Hujus privilegii et similium nomina geographica omnia excerpimus, cum multa mappis recentissimis et accuratissimis, quas anglica societas Palaestinae, E. G. Rey, Blanckenhorn et M. Hartmann ediderunt, nondum satis accurate definiri possint.

Bagras, Derbesak, Ravendan, Harem, Aintab, Tizin, Saih-alhadid, arx Nedjm, Schakif-Deirkusch, Schogr, Bakas, Suwaida, Albab et Bizaa, Birah, Rahbah, Salamiah, Schumaimis, Tadmor cum omnibus pertinentiis et de altera parte urbs Accon cum pertinentiis et LXXIII cantonis, quorum in numero sunt Chaifa cum VII cantonis, Marina cum terra, monasterium de Saiadj et Mar Elias (sed de casalibus Carmeli vicinis soldani erunt Afa et Mansurah), plurima casalia Carmeli vicina sive XIII cantona, Athlith cum XVI cantonis (soldano erit castellum Haramis; sed quod restat de territorio Athlith per dimidium dividetur), culturae fratrum Hospitalis, quae sunt in territorio Caesariensi, dimidiae partes Alexandrettae et arcis Marun, denique Saida cum XV cantonis (sed territoria montanorum vicinorum soldano erunt). Christiani vero pollicentur, se exceptis Accon, Saida et Athlith, neque munimenta nova erigere, neque vetera reparare, homines soldani tueri et, si rex christianus bellum terris ejusdem illaturus sit, II mensibus ante ejus adventum eidem nuntiare velle. Denique convenitur de ecclesia Nazareth cum IV domibus a clericis et peregrinis secure tenendis (Quatremère II A, p. 179—185 [arabice], p. 224—230 [versio gallica; cf. p. 230—235]; Michaud II, p. 687—692; Reinaud, p. 545—547; Weil IV, p. 154—155). **1450**

**1283** Aug. 1. Accon. — Gaufredus, episcopus Ebronensis, vicarius Eliae, patriarchae Hierosolymitani, Rainulfus, archiepiscopus Nicosiensis, frater Hugo, episcopus Bethlemitanus, Bartholomaeus, episcopus Berytensis, Guillelmus II, episcopus Tiberiadensis, et Henricus, episcopus Lincopensis, omnibus, qui S. Cunigundis ecclesiae Grazensi aedificandae opes et operam contulerint, indulgentias concedunt et sigillis suis confirmant (v. Pettenegg I, p. 159—160, No. 618). **1451**

„ (1282) Dec. 12, ind. XI. Accon in ecclesia Pisanorum. — Guido Bufalus quondam Persavallis Pisanus coram Jacobo notario confirmat, se Tano de Pistorio vade facto a Sigerio Malpilli VI sarrazenatos auri mutuo accepisse. — Actum coram Feo Malacria quondam Jacobi Malacria, Ceo quondam Jacobi de capella S. Caeciliae civitatis Pisanae. Bonaccursus, filius quondam Perricioli, Apostolicae Sedis notarius publicus, scripsit (G. Müller, p. 102—103, No. 71 C). **1452**

**1284** (1283) Jul. 29, ind. XI. Accon in ruga Pisanorum. — Jachectus, filius Henrici Nai, civis Pisanus de Accon, confirmat, se a Rainerio de Gaytanis de Malpilio Pisano XXVI bisantios Acconenses Damiatam secum portandos accepisse. — Actum coram Bertalocto Guileschi, Francisco de Nuvula, filio Salimbenis, Pisanis. Johannes, Jacobi Bideddi quondam filius, imperiali auctoritate judex atque notarius, ut in actis Jacoppi notarii quondam Benenati de S. Geminiano invenit, scripsit (G. Müller, p. 103, No. 71 D). **1453**

„ (1283) Aug. 5, ind. XI. Accon in ecclesia S. Petri Pisanorum. — Sigerius de Gaytano de Malpilio, Pisanus de capella S. Petri in vinculis, Rainerio Rosso suo germano filio quondam dicti Gaytani, distributori bonorum, quae fuerunt Tedicis dicti Ticis Schalabrini, ut de ipsa fidei commissaria apparet per cartam testamenti Tedicis rogatam a Coppo de S. Geminiano notario, omnia jura, quae habet contra Domencionem, filium Henrici Nay, Pisanum Acconensem, concedit. — Actum coram Gerardo, filio Lensi Casei, Dominico, quondam Dietisalvi. Johannes, Jacobi Bideddi quondam filius, scripsit (G. Müller, p. 103—104, No. 71 E). **1454**

**1284** (1283) Nov. 21, ind. XII. Accon juxta domos drapperiorum. — Bartholomaeus de Barba quondam Marci de Barba Pisanus confirmat, se a Guidone Ciaffo, filio Matthaei Ciaffi, concive CCC bisantios mutuo accepisse. — Actum coram Francisco Speciario quondam Genovese et Tavena Ranerii de Senis. Bonaccursus, filius quondam Periccioli, Apostolicae Sedis notarius publicus, scripsit (G. Müller, p. 104—105, No. 71 F). **1455**

**1285** Maj. 18. Anno de gallo de luna Madii die XVIII in Coris. — Argonus, magnus Tartarorum imperator, Honorio IV, Franciae et Siciliae regibus scribit, se exemplum praedecessorum suorum imitatum christianis favere atque Ise turcimanum, Bogacoc, Mengilic, Thomam Banchrinum et Uguetum turcimanum cum exeniis mittere, deinde monet, ut christiani occidentales ad terram Scami (Syriae) et Aegypti capiendas exercitui suo uniantur (Raynaldi, Annal. 1285, § 79—80; Moshemii, Hist. Tartar. eccles., app. p. 84—85, No. 25; Prou, Registres d'Honorius IV, I, p. 346—347, No. 489; cf. Remusat VII, p. 358, 426—427, No. 6; Yule, The book of Ser Marco Polo II, p. 476). **1456**

„ Jun. 6. — Mâlik al-Mansûr, soldanus Aegypti, et Leo III, rex Armeniae, pacem abhinc in X annos, X menses et X horas valituram faciunt, qua comprehenduntur de una parte: Aegyptus, terra de Sahel, territoria Karak et Schaubak, Salt, Belka, Adjlun, Sarkhad, Subaibah, Safed et Schakif, Damascus, Hems, Rahbah et omnia, quae soldanus cepit, castella Curdorum, Akkar, Margatum, Balanias, Beldah et Djebalah, Laodicea, Derbesak, Aintab, turris Risâs sive plumbea, Ravendan, Tell-bascher, Manbedj, castellum Djabar, territorium Bira, Karkar, Kakhta, Katina, Balu cum omnibus pertinentiis captis et capiendis, de altera parte regnum dicti Leonis sub gravi annuali tributo tenendum, cui vero munimenta construere non licebit (Quatremère II A, p. 166 — 172 [arabice], p. 203 — 212 [versio gallica]; Michaud, Bibl. d. croisad. II, p. 700 — 701; Reinaud, Extraits, p. 552—557; Wilken, Gesch. d. Kreuzzüge VII, app. p. X—LIV, No. 1; Langlois, p. 217—231, No. 6; cf. De Mas Latrie I, p. 476). **1457**

„ Jul. 18. — Mâlik al-Mansûr, soldanus Aegypti, cum Margaretha (Mararit), filia domini Henrici, filii principis Boamundi, Tyrensi domina, et ejusdem vicario comite Raimon Jaskend [1]) pacem abhinc in X annos valituram facit, qua comprehenduntur omnes terrae soldani in Aegypto et Syria sitae et, quae dictae Margarethae sunt, scilicet urbs Tyri cum regione circumjacente, pressoria, si iis non insunt habitationes, scilicet Muwaakah, Reschmun, hortus de Audja et molendina, sed soldano reservantur optima casalia Tyro vicina, quae ex tempore Malik ed-Daheri ejusdem erant, scilicet: Kana, Karubia, Asrifia, territorium de Haba-Mahrouma, Medjadil, Amradein; dicta vero domina retinebit X casalia, quae ejusdem erant ex tempore Malik ed-Daheri, scilicet: Ain Abu Abdallah, Kasemieh, Sedes, Kahlab, Marfuf, Djarudiah, Djamadiah, Madkalah, Rasalain, Burdj el-asbetar. Cetera LXXVIII loca Tyro vicina, de quibus vocantur: Talebiah, Dertiah, Dehriah, Funsuniah, Aithiah, Wadi-al-hodjadj, Arabiah . . . ., Malekiah, Deir Amran, Tatebiah, . . . ., Hanneh, Deir Kalun, Sadifar, Reskenaniah, Garaigal, Ziadat, . . . Beni-Dufi, . . . Atlit, salinae Sahnuniah et Ferakhiah, . . . ., Deir Maliah, Hamira . . . , Fakiah, Baruriah, Kafrdigal, Huba, Sarkiah, Madjdal,

[1]) Nomen ignotum.

Beit-ruh, ..., Marun, Tarsendjath, Kafarnai, .... Aschhur, Alemz, Farzun, Durdaghiah, Abrukhiah, ....., Sawafi, Halusiah, Marub, Balith, Deir Kanun, Tardeba, Bedias, Nomanieh, Beduth, Hamraniah, Tura, Sarkiat, ..., Djedidah, Abbasah, Honainathah, Aschhur, Alfah, ...., Misriah, si vici sive casalia non sunt, ad urbem et dominium Tyri pertinebunt; si vero sunt, in numero cantonorum per dimidium divisorum habebuntur. Totius vero territorii erunt fines a meridie Madkalah, castellum Deir-Amran, Burdj-wadi-al-hodjadj, Arabiah, Rif, Barin, ab oriente .... Sakeniah, Madjdas, Scharkiah, Sahnuniah (quae omnia inter cantona per dimidium divisa sunt), Kana, Mahruma, Madjadil, Kafr-denin (quae ad dominium soldani pertinent), a septentrione Asrifia (quod ad idem pertinet ut flumen Kasemieh), ab occidente mare; divisio vero terrarum in cantono de Zehrieh pariter atque in antedictis facta est a paciscentibus perficietur. Deinde Margaretha soldano ejusque hominibus plenam securitatem confirmat et cum eo convenit, quibus poenis homicidae et fures puniendi sint, atque pollicetur, se neque munimenta construere neque hostes soldani adjuvare velle (Quatremère II A, p. 172—176 [arabice], p. 213—221 [versio gallica]; Michaud, Bibl. d. croisad. II, p. 701—707; Reinaud, Extraits, p. 558—560; Wilken, Gesch. d. Kreuzzüge VII, app. p. XIV—XVII, No. 2). **1458**

(**1285**). — «David Johannis, rex Tharsis et Insulae orientalis», regi Hungariae, scribit, thronum suum super colla rebellium exaltatum esse seque dominum Balthasarem ejusque socios Gaspar et Melchior[1]) ad propria reportare velle (Chron. Salimbene, p. 338). || Nostrae epistolae simillimam a «Chayn, nuncio regis celestis», regi Hungariae c. annum 1241 scriptam videas in Neue Mitth. a. d. Gebiete d. hist. antiq. Forsch., Halle 1838, IV, p. 110, unde repetivit v. Hormayr, Die goldne Chronik v. Hohenschwangau, app. p. 68). **1459**

[1]) De his fabulosis regibus cf. Röhricht-Meisner, Ein niederrhein. Bericht über den Orient in Zeitschr. f. deutsche Philologie 1886, p. 6—8 et supra No. 1186.

„ (1283) (gallice). — Pactum, quod dominus de Tyro per manum Jacob(i) Port fecit cum soldano ejusque nomine fungenti amirato de Safed de casali Batiole necnon de aliis casalibus, quorum nomina sunt: Alamonasse, Hambonhabdelech, la Casemie, Ledin, Mehlep, le Babouc, la Hamadie, Rashelam, la Cor de lospital, Lagariddie (Tafel-Thomas III, p. 399—400, No. 392; Itinérair. franç. ed. Michelant et Molinier, Genève 1882, p. 255—256; cf. Archives d. miss. scientif. II, p. 373). **1460**

**1286** Jan. Nicosiae (gallice). — Henri(cus II), rex Hierosolymitanorum[1]) et Cypriorum, pro anima avunculi sui scilicet Bauduin(i) d'Ibelin, olim constabularii regni Hierosolymitani et Cyprii, in ecclesia S. Sophiae Nicosiensi clericum sigillans constituit, qui divinum officium quotidie celebraturus redditibus balneorum nigrorum fruatur, quae olim fuerunt Aymeri Barlais; primus clericus fuit Estienne Durant d'Auvergnas, capellanus regis. — Balien d'Ibelin, senescalcus Cypri, Gaultier de Antiochia, camerarius Cypri, Baudoin de Nores, Johan le Tor, Pierres de Nores, Brimont de Brie, Hugue d'Aguilier (De Mas Latrie III, p. 669—670). **1461**

[1]) Hic 15 Aug. 1286 Tyri rex Jerosolymitanus coronatus Balduinum de Ibelino avunculum constabularium in Terra Sancta reliquit (Gestes d. Chyprois, p. 220), qui annis sequentibus (usque 1309) adhuc vivus memoratur (ibid. p. 325, 332), quare charta nostra aut falsa aut multo post annum supradictum edita esse videtur.

**1286** (1285) April. 13, ind. XIII (XIV). Accon. — Bertoccius, filius Latini Valensani, quum Petro de Brundusio, habitatori Tripolitano, legum professori CC bisantios dare teneatur, prout in carta continetur et Bertoccius coram Saraceno Villano, consule Pisanorum Acconensium et Syriae, Sigerio Malpilli, procuratore dicti Petri, per chartam inde factam ab Angelecto de Rensanis de Cremona, publico notario, et Bonaccurso notario visam est confessus, sed solvere non possit, intermediantibus Latino, patre suo, Bonaventura Rosso, filio quondam Jacobi de Florentia, cive Acconensi, Margarita, filia dicti Latini, et relicta Jacobi Franci compositionem facit. — Actum in domo Johannis Alamanni militis, quam inhabitabat Latinus, pater Bertoccii, coram Gaitano quondam Rossolini et Ugolino, filio Marignani Moroni. Bonaccursus etc. scripsit (G. Müller, p. 105—106, No. 71 G). **1462**

„ April. 19. St. Georgii prope Venetiam. — Cristoforus de Tholemeis de Senis, papae capellanus, sigillo confirmat, se pro censu binorum bisantiorum, quem ecclesia S. Marci Venetorum annuatim in festo Omnium Sanctorum pro ecclesiis S. Marci Tyriensis et Acconensis ecclesiae Romanae solvere teneatur,[1]) a Jacobo Majazocho, canonico S. Marci et archidiacono Castellano, III libras, XVI soldos et X denarios recepisse (Cornelius X, part. 1, p. 226; Tafel-Thomas III, p. 353—354, No. 380). [1]) Cf. supra No. 1151. **1463**

„ Jun. 9, ind. XIV. — Philippus, archiepiscopus Amalfitanus, Deotefece Andriotto, filio quondam Joannis de Matthaeo de Conca, Amalphiae fundicum urbis Tripolis de Sulia pro annuatim VI uncis solvendis concedit et in emphyteusim locat. Actum per notarium Petrum de Felice coram Matthaeo Quartario, judice de Amalfi (Pansa II B, p. 137—138). **1464**

„ Jun. 24, ind. XIV. Accon ante portam castri. — Cagnago, buticularius Henrici II, regis Hierosolymitani et Cypri, confirmat, se nomine dicti regis praeconizavisse, homines regis Franciae in castro Acconis constitutos salvos esse. — Philippus de Fano, Mainardus Aurificus, Jacobus Ratella. Favilachius de Monterapoli, imperiali auctoritate notarius publicus, scripsit (Lois [ed. Beugnot] II, p. 357, No. 1). **1465**

„ Jun. 27, ind. XIV. Accon (latine et gallice). — Henricus II, rex Hierosolymitanus et Cyprius, coram Gaufredo, Ebronensi,[1]) Gaufrido, Liddensi,[2]) Mathaeo, Famagustano, episcopis,[3]) Guillelmo de Bellojoco, magistro Templi,[4]) Brocardo, magistro Teutonicorum,[5]) Jacobo de Taixi, magno praeceptore Hospitalis et magistri locum tenente, Martino, abbate Templi

[1]) De sigillo ejusdem cf. Douët d'Arcq, No. 11818 et G. Schlumberger in Le Musée archéol. II, p. 309, 314, No. 12. [2]) De sigillo Douët d'Arcq, No. 11819 et G. Schlumberger, No. 13; ceterum cf. Prou I, No. 617—618 (19 Sept. 1286). [3]) De sigillo cf. Douët d'Arcq, No. 11817 et G. Schlumberger, No. 11; ceterum cf. Langlois, No. 2602, 2667. [4]) De sigillo cf. Douët d'Arcq, No. 9866. [5]) De sigillo cf. ibid. No. 9952. Intelligendus est Burchardus de Schwanden (cujus loci nomina tria in Suecia inveniuntur), qui 14 Aug. 1270 e Terra Sancta reversus fratribus Theutonicis decimam quandam concesserat (v. Zeerleder, Bern. Urkundenb., p. 30, No. 538), praeceptor factus 12 Maj. 1283 Marburgii charta memoratur (Hess. Urkundenb., No. 418) et 18 Maj. 1286 Francofordiae (Hennes I, No. 301; Guden, Sylloge IV, p. 955); in Hassia moratur (Hennes I, No. 308; Hess. Urkundenb., No. 474—475; Görz IV, p. 324, No. 1429; p. 325, 326, No. 1436, 1438), 4 Dec. apud Thorun (Perlbach, Preuss. Regesten, No. 1014; annis 1287—1289 charta scripta esse videtur, quae exstat in Mecklenb. Urkundenb., No. 285). Anno 1288 (2 Febr.) moratur in urbe Elbing (Perlbach, Preuss. Regesten, No. 1016), 2 Mart. Erphesfordiae (Guden IV, p. 961—962), 7 Febr. 1289 Romae (Napiersky, Index, Rigae,

Domini, Mansello, subpriore Praedicatorum, Geleberto, custode Minorum, in domo (Johannis de Montfort), domini Tyriensis defuncti, hospitatus per magistrum Richardum de Brandusio juris peritum proclamari jubet, se Francogallis, qui nomine regis Siciliae Caroli [6]) castellum urbis Acconis tenebant, si egredi vellent, securitatem promittere, sed si rex Francorum confirmaret, eos suo ipsius nomine castellum occupasse et tenere, idem eis reddere velle, et novem sigillis appositis chartam munit. — Guido Burgundus de S. Leodegario, notarius publicus, scripsit (De Mas Latrie III, p. 671 —673; cf. I, p. 477—480). **1466**

p. 60, No. 238) nomine Rudolfi I, regis Alemanniae (Perlbach, Preuss. Regesten, No. 1031; Potthast, No. 22934; cf. Actenstücke, No. 339, 343); alias chartas annorum 1288—1290 videas in Hess. Urkundenb., No. 508; Perlbach, Preuss. Regesten, No. 1654; Cod. diplom. Lubecc. I A, p. 489—490, 494; Kopp, Gesch. der eidgenöss. Bünde I A, p. 768, not. 2; Entdeckter Ungrund, No. 65 a—65 b (Röhricht, Beitr. II, p. 384—385); v. Pettenegg I, p. 173, No. 671; infra: 23 Dec. 1289. [6]) Quorum dux vocatur Heude Pelechien (Gestes d. Chyprois, p. 214, 219; cf. Eracles, p. 479). Castellum 30 Jun. 1286 Henrico II, regi Cypri, traditum est, qui 15 Aug. Tyri rex Hierosolymitanus coronatus est (ibid. p. 219—220).

**1286** Octob. 16 (17), ind. XV. Accon in domo episcopali, ubi jura redduntur. — Bartholomaeus de Biblio, filius quondam Bertrandi de Biblio, se domui Theutonicorum summam pecuniae, quam debebat, coram Nicolao, archidiacono Acconensi, officiali Helyae, patriarchae Hierosolymitani, ministri ecclesiae Acconensis et S. A. legati, per nuntium et procuratorem suum Symonem, archidiaconum Anteradensem, scilicet J. de Wacholt, procuratori et syndico dictae domus, quibusdam conditionibus propositis reddere, sigillo dicti Nicolai confirmat. — Michael, thesaurarius Acconensis, Jacobus de la Colea miles, Scorius (Sanctorius) de Messana jurisperitus, Petrus Stornellus clericus, Johannes dictus Barberius, Dye bacalarius (Bacularius), Bartholomaeus, notarius publicus, qui scripsit (Altpreuss. Monatsschr. XX, p. 397 —398 in No. 10; Rey, p. 56—58; cf. Altpreuss. Monatsschr. 1882, XIX, p. 643, No. 52; Forsch. XXI, p. 501, No. 29). **1467**

„ Nov. 16, ind. XIV. In domo fratrum Salvatoris de ordine S. Guillelmi, quae est in plano Tripolis. — Bartholomaeus de Biblio, filius Bertrandi de Biblio, compositionem antedictam sigillo confirmat. — Fratres: Johannes Piccardus, Helyas Normannus, Franciscus Fuscus (Tuscus), ordinis supradicti presbyter, Petrus, capellanus Bartholomaei, Ferry, scriba ejusdem, Nicolaus notarius. Nicolaus Pomedellus de Padua, filius quondam Johannis notarii de Dug. (Clugia), notarius publicus et tunc domini vicarii Tripolitani, scripsit (Altpreuss. Monatsschr. XX, p. 396—399 in No. 10; Rey, p. 56—59; cf. Altpreuss. Monatsschr. 1882, XIX, p. 643, No. 53; Forsch. XXI, p. 501, No. 30). **1468**

„ — Hugo, episcopus Bethlemitanus, [1]) omnibus Christi fidelibus, qui fratribus Carmeli sustentationi sive domuum aedificationi manus porrigunt adjutrices, XL dierum indulgentiam concedit (Bullar. Carmel. I, p. 39). **1469**

[1]) In charta Venetiae a. 1287 edita nomen ejus memoratur (Tafel-Thomas III, p. 355).

( „ ?) Jun. 26. Acede (gallice). — Nicole le Lorgne, magister Hospitalis, Eduardo I, regi Angliae, miserabilem statum Terrae Sanctae exponit (Bullet. de la soc. d'hist. de France 1834, I, p. 1—11; Lettres des rois, reines etc. I, p. 338—339, No. 253; correctius in Bibl. de l'école d. chartes

1891, p. 52 not.; cf. Röhricht in Archives de l'Orient latin I, p. 638, not. 20). **1470**

**1287** April. 11. Romae. — Helyas, patriarcha Hierosolymitanus, Hugoni, praeposito ecclesiae S. Sepulchri de Denkendorf, mandat, ut rector ecclesiae de Durinkaheim Augustensis diocesis, qui S. Sepulchro Hierosolymitano unam marcham auri annuatim solvere debebat neque tamen per XX annos solvit, ut dictum tributum postulet, sed concedit, ut dictae marcae dimidiam in ecclesiae suae utilitatem convertat, alteram vero ecclesiae S. Sepulchri Hierosolymitanae missurus, et sigillo confirmat (Ex archiv. regal. Stuttgartensi contulit Dom. Guillelmus Heyd; regestum cf. in Steichele, Das Bisthum Augsburg II, p. 766; cf. supra No. 1326). ‖ Idem patriarcha eodem anno (sine mense) Romae omnibus, qui ad ecclesiam monasterii S. Mariae d'Espanhac facultates conferant, XL dierum indulgentiam concedit (Martène, Thesaur. I, p. 1230—1231; cf. Hist. litt. de la France XXI, p. 822). **1471**

„ Maj. 1. Nicosiae (gallice). — Gerard(us), archiepiscopus Nicosiae, et Johan(nes) de Verni, miles ac dominus de la Gride di Agridia, ad controversiam, quae de juribus duorum casalium exorta erat, dirimendam procuratores elegisse, confirmant, scilicet Nicolaum, decanum ecclesiae Nicosiensis, Gerard(um) de Antiochia, magistrum Bauduim canonicum, Amfrey de Scandeiyon, Johann Larsie et Henri de Verni milites. — Factum en la garentie de mesires Johan de Saverni, mesire Johan de Enhault, chantres de Baphe, Philippe Pellisson, assis de l'eglise de Nicosie (De Mas Latrie III, p. 673—675). **1472**

„ Aug. 22. Montis pessulani in domo fratrum Carmeli. — Acta concilii, in quo Petro de Amiliano, priore generali B. Mariae de Carmelo, fratre Guillelmo de Sanvico,[1]) definitore provinciae T. Sanctae ejusdem ordinis, aliisque definitoribus praesentibus de assumendis chlamydibus agitur (Bullar. Carmel. I, p. 35—38). **1473**

[1]) Qui scripsit Chronica de multiplicatione religionis Carmelitanae per provincias Syriae et de perditione monasteriorum Terrae Sanctae, quod opus saepius impressum fere nihil de amissione Terrae Sanctae continet (Riant, Thaddaeus Neapolitanus, p. V).

**1288** (1287) April. 1, ind. XV. Accon in solario domus in ruga communis Pisani. — Grassus et Benvenutus dictus Grassus, fratres et filii quondam Albertini notarii de S. Cassiano Vallis Arni, Ciolum Rossum quondam Benencasae notarii de Arquata licet absentem procuratorem suum possessionum constituunt, quas ipsi in pleberio S. Cassiani et aliis locis habent. — Actum in solario domus eorum, quae est in ruga communis Pisanorum, coram Bonensingna et Argumento Pisanis. Leopardus, filius quondam Ricchi, imperialis judex et notarius, scripsit (G. Müller, p. 106, No. 71 H). **1474**

„ April. 2. Romae apud S. Petrum. — Nicolaus IV Argoni, regi Tartarorum, significat, se ipsius nuntios Bersaumum episcopum, Sabadinum, Thomam de Anfusis et Uguetum interpretem [1]) benigne recepisse, et pluribus fidei christianae elogiis interjectis eum excitat, ut baptismum et veram religionem accipiat (Sbaralea IV, p. 6—8, No. 5; Moshemius, app. No. 26; Potthast, No. 22631; Langlois, p. 114—115, No. 571). ‖ Eodem anno, mense ac die idem eundem, qui confirmaverat, se, si regnum Hierosoly-

[1]) Cf. Remusat, p. 359—360. Iidem nuntii Argonis in Norwegiam quoque profecti sunt (Riant, Les Scandinaves en Terre Sainte, p. 372).

mitanum de manibus impiorum liberari contigerit, in civitate Hierosolymitana baptismi lavacro renasci desiderare, adhortatur, ut ad baptismum promptus acceleret (Sbaralea IV, p. 8, No. 6; Moshemius, l. c. No. 27; Potthast, No. 22632; Langlois, p. 114—115, No. 577), deinde et Tuctanen[2]) et Elegagem, reginas Tartarorum, monet, ut augendae religioni christianae studium impendant (Sbaralea IV, p. 8, No. 7; Moshemius, l. c. No. 28; Potthast, No. 22633; Langlois, p. 114—115, No. 575—576). **1475**

[2]) Fortasse vidua Abaghae (Mouradgea d'Ohsson IV, p. 69, 79), sed quum jam ante maritum obierit, v. Hammer, Gesch. d. Ilchane, p. 395 censet, principissam Uruk-khatun intelligendam esse. Elegage principissa Ilkotlogh (v. Hammer I, p. 395) esse videtur. De nuntiis ab Argone ad Nicolaum IV missis et receptis cf. Mouradgea d'Ohsson IV, p. 66—81; v. Hammer I, p. 393—396; Heyd, Die Colonien (Zeitschr. f. hist. Theologie 1858), p. 312—320.

**1288** April. 3. Januae. — Guillielmus Ricouerancia, Jacobus Buzacarinus, Guelfus Pandulfini, nobiles Pisani et captivi Januensium, pro pace cum iisdem ineunda de variis conveniunt, inter cetera, ut turris et aedificia Pisanorum urbis Accon nunquam restauranda statim diruantur (Liber jurium II, p. 114—124, No. 56; cf. pacis instrumentum [15 April. 1288], quod exstat ibid. p. 127—164, No. 58 et Heyd I, p. 355, 474.). **1476**

„ April. 7. Romae apud S. Petrum. — Nicolaus IV Dionysio, episcopo Taurisiensi, qui, se fidem catholicam a fratribus Minorum acceptam servare, epistolis confessus erat, gratulatur eumque rogat, ut fidei forma praesentibus adjuncta populos imbuat (Sbaralea IV, p. 9, No. 9; Moshemius, l. c. No. 29; Potthast, No. 22643; Langlois, p. 115, No. 573). || Eodem anno, mense ac die idem Yaulaham,[1]) episcopum in partibus Orientis constitutum, qui litteras per Bersaumam episcopum, Sabadinum, Thomam de Amfusis et Uguetum interpretem, nuntios regis Tartarorum, praesentatas miserat, laudat, quod fratres Minorum fidem catholicam praedicantes favore suo prosequatur, et ejusdem fidei formam mittens monet, ut eam subditis suis inculcet (Sbaralea IV, p. 9—10, No. 10; Potthast, No. 22644; Langlois, p. 115, No. 572). Eodem anno, mense ac die idem Bersaumam, episcopum in partibus Orientis, laudat et ad alios in eadem fide instruendos hortatur (Langlois, p. 115, No. 574). **1477**

[1]) De hoc episcopo Nestorianorum Yabalaha II cf. Journ. asiat. 1881, XVII, p. 83—96; 1889, XIII, p. 313—354; Bedjan, Hist. de Mar Jab-Alaha patriarche et de Raban Sauma 1838, XII, 188 pp., 8° (syriace).

„ April. 12. Romae apud S. Petrum. — Nicolaus IV magistros et fratres ordinum equestrium transmarinos rogat, ut Narjot de Toucy, ammirati Siciliae, uxori Luciae, quondam Bohemundi VII, principis Antiocheni, sorori et comitatus Tripolitani heredi, in dicto comitatu occupando auxilium impendant (Potthast, No. 22651; Langlois, No. 6883—6886; cf. Gestes d. Chyprois, p. 202, 203, 231—237; Heyd I, p. 356—359, 392). **1478**

„ April. 13. Romae apud S. Petrum. — Nicolaus IV Sabadinum Archaontem,[1]) nobilem Tartarum, excitat ad augmentum et dilatationem fidei christianae eique benedictionem suam in remissionem peccatorum concedit (Raynaldi, Annal. 1288, § 35; Moshemius, l. c. No. 30; Potthast, No. 22663; Langlois, p. 115—116, No. 579—580). || In eundem modum scribit Esyae, capellano in partibus Orientis. Eodem anno, mense ac die idem Johannem de Bonachia, Hugonem Gantelini, Petrum de Molina,

[1]) Mongolice: christianum.

Girardum Gasmuri de Constantinopoli, Balabam de Janua, Girardum de Catarco, Georgium Chufi, Johannem Barlaram et Johannem de Casaria laicos, interpretes regis Tartarorum, hortatur ad fidem christianam veram propagandam eisque benedictionem suam mittit (Langlois, p. 116, No. 581). **1479**

**1288** Sept. 30. Reati. — Nicolaus IV (Nicolao), patriarchae Hierosolymitano, magistris Templi (Guillelmo de Bellojo), Hospitalis (Johanni de Villers) et Theutonicorum (Burchardo de Schwanden) ac Johanni de Graliaco, capitaneo gentis Philippi, regis Franciae, in partibus ultramarinis constitutis, qui per Guillelmum de Villers, Hospitalis S. Egidii priorem, Radulphum et Wichardum praedicatores et Bertrandum monasterii S. Mauricii S. Benedicti ordinis, Agennensis dioecesis fratres, papae epistolam miserant, respondet monens, ut ad Terrae Sanctae particulam, quae christianis restat, vigilent (Langlois, p. 126, No. 620). **1480**

„ Nov. 26. Caghiri. — (Mâlik al-Mansûr), soldanus Aegypti, Venetianis in Aegypto et partibus Seme [1]) securitatem et libertatem confirmat (De Mas Latrie, Traités de paix, suppl. p. 81—82, No. 6). **1481**

[1]) Id est Schâm sive Syria (Heyd, Hatten die Venetianer .... ein Consulat in Siam? in: Beitr. z. Gesch. d. Levantehandels. Festschr. f. d. Jubiläum d. Universität Tübingen 1881, II, p. 14).

„ Dec. 23. — Leo III, rex Armeniae, Januensibus per manum Benedicti Zachariae [1]) varia privilegia in regno suo concedit et sigillo confirmat. — Scriptum est per manum Aytoni, cancellarii regis. De Ossino proximos, Pagaronus et Bedrois, camerlengus et scriba, barones, dicti privilegii latorem esse Malik, filium Abbas, confirmant (Liber jurium II, p. 183—185, No. 64; St. Martin in Notices et Extraits XI, p. 97—111; Langlois, Trésor, p. 159—162; Rec. d. hist. d. croisad., aut. armén. I, p. 751—753 latine; armeniace: Papaciants, Originale armeno del privilegio accordato ai Genovesi da Leone III, Venezia s. anno, 4⁰; Notices et Extraits XI, p. 111—114; Rec. d. hist. d. croisad., aut. armén. I, p. 747—751; Langlois, p. 154—158; gallice: Notices et Extraits, p. 114—121 [cf. p. 32; Mém. de l'Institut 1818, III, p. 111—112]; Rec. d. hist. d. croisad., aut. armén. I, p. 753—754. Cf. Annal. Jac. Auriae in Mon. Germ. SS. XVIII, p. 324; Dulaurier in Journ. asiat. 1861, XVIII, p. 327, 338—346, Recherches I, p. 127; Langlois, p. 162, No. 27; Heyd II, p. 84). **1482**

[1]) De quo De Mas Latrie II, p. 129, No. 1, ubi etiam ejusdem tractatus de recuperanda Terra Sancta memoratur.

**1289** Mart. 30, ind. II. Accon. — Adam, ecclesiae S. Mariae Montis Sion de Jerusalem abbas, assensu Nicolai, patriarchae Hierosolymitani, et consilio Radulfi, canonici Montis Sion, Gerardo, episcopo Valeniensi, fructus et proventus prioratus S. Sansonis Aurelianensis sub annuali pensione CXX librarum Parisiensium in civitate Accon solvenda locat et hanc locationem sigillo confirmat (Paris, Archives nation., L. 1001 [olim M. 866] et L. 952; cf. Archives de l'Orient latin II A, p. 195). ‖ De sigillo cf. Douët d'Arcq, No. 11824 et Schlumberger in Le Musée archéol. II, p. 314—315, No. 14). **1483**

„ Mart., ind. II. Accon. — Adam, abbas ecclesiae Montis Sion de Jerusalem, Gerardo, episcopo Valaniensi, prioratum S. Sansonis Duacensem spiritualiter et temporaliter gubernandum committit et hanc concessionem sigillo

confirmat (Paris, Archives nation., S. 5042, No. 11; Bullet. de la commission royale d'hist., IV Sér., II, p. 166; Wauters, Rapport à M. le président de la commission royale d'hist. sur les manuscrits, qui se trouvent à Paris, p. 90; Wauters, Table chronol. VI, p. 263). || De sigillo abbatis cf. Douët d'Arcq, No. 11821 et G. Schlumberger in Le Musée archéol. II, p. 315, No. 15. **1484**

**1289** Maj. c. Kondelan [1]) (mongolice). — Argun, imperator Tartarorum, regi Philippo Franciae, qui legatos ad ipsum destinaverat, pollicetur, se eum medio mense Februarii a. 1291 in planitie Damasci exspectare velle, cum ipso Hierosolyma recepturum, et Muskerilum,[2]) qui cum Bar sauma [3]) hanc epistolam tradit, commendat (Abel Remusat in Mém. de l'Institut de France, Paris 1824, VII, p. 428—430 [cf. p. 375, 430—432, planches 1—3]; germanice vertit Isaac Schmidt, Philologisch-kritische Zugabe zu den von A. Remusat bekannt gemachten zwei mongolischen Originalbriefen der Könige von Persien, Argun und Oeldschaitu an Philipp den Schönen, St. Petersburg 1824, 8⁰; gallice ex tractatu Remusati repetit Mouradgea d'Ohsson IV, p. 71—73; cf. p. 74—76; breviter excerptum in Bibl. de l'école d. chartes 1880, XLI, p. 222—223, 247; cf. L. P(alustrier), Bullet. mon. V, 3, p. 192 seqq.; Yule, The book of Ser Marco Polo 1874, II, p. 472). **1485**

[1]) Prope Ispahanum. [2]) Alias Buscarellus de Gisulfo Januensis, in textu «le koroudje» vocatus, id est armiger (silahdar); cf. Mouradgea d'Ohsson IV, p. 72, not. 2; v. Hammer, Gesch. d. Ilchane I, p. 394. De Buscarello nostro diligentissime disserit Desimoni in Atti Ligure 1879, XIII, p. 552—556 (ibid. p. 556—557 de hac epistola). [3]) Episcopus Nestorianorum (Assemani, Bibl. orient. II, p. 256; Remusat, p. 369—370), alias (supra No. 1152) Raban ata vocatus (Remusat, p. 359—360; Mouradgea d'Ohsson IV, p. 67).

„ Jun. 20, ind. II. Reati. — Maria de Antiochia dicta domicella Hierosolymitana confirmat, se jura, quae habuit in regnum Hierosolymitanum, olim Carolo I, regi Siciliae, tradidisse, qui promisit, ut IV millia librarum Turonensium de redditibus comitatus Andegaviae et in urbe Accon X millia bisantiorum annuatim solveret, sed hanc pecuniam quattuor annis praeterlapsis se non accepisse. Quare eadem cum ejusdem regis successore Carolo II novum pactum init. — Gerardus et Benedictus cardinales, Simon, archiepiscopus Bituricensis, Johannes, abbas S. Germani Parisiensis, Hugo, comes Brenne et Licii, Johannes Scotus. Johannes de Capua, regis notarius, scripsit (De Mas Latrie II, p. 85—89; Syllabus membran., Neapoli II, 1832, p. 225—229 not.). || Alias chartas, quae negotium Mariae domicellae attinent, cf. in Syllabus II, p. 151 (26 Dec. 1294); p. 225 (1299); supra No. 1411. **1486**

„ Jul. 7. Reati. — Nicolaus IV patriarcham Jacobitarum rogat, ut latorem epistolae Johannem de Monte Corvino ejusque socios, fratres Minorum, benigne recipiat et in gremium S. Romanae ecclesiae redeat (Sbaralea IV, p. 83, No. 128; Potthast, No. 22997; Langlois, No. 2218—2227). || Eodem anno, mense ac die idem Dionysio, episcopo [1]) in partibus Orientis, qui epistolam devotissimam per Johannem de Monte Corvino [2]) latorem praesentium curiae Romanae miserat, gratias agit ob praestita

[1]) Taurisiensi. [2]) De legatione Johannis de Monte Corvino cf. d'Avezac in Rec. de la soc. de géogr. IV, p. 416—417; Remusat, p. 362; Zarncke, Der Presbyter Johannes, p. 112—115; Yule, Cathay I, p. CXXXII, 165—175, 198—223.

fratribus ordinis Minorum [3]) beneficia et, ut in devotione ac dicto studio perseveret, adhortatur (Sbaralea IV, p. 84—85, No. 129; Potthast, No. 22998; Langlois, No. 2228). **1487**

[3]) Praeter fratres Minorum fratres Praedicatores in partibus orientalibus nuntii paparum versabantur (Potthast, No. 22645, 22788; Andrié St. Marie, Missions Dominicaines, p. 1—84).

**1289** Jul. 11. Reati. — Nicolaus IV populum Armeniorum, Aethiopum, Nestorianos, Aethiopum imperatorem, Demetrium Georgiae et David Iberorum reges, ut religioni christianae fideles permaneant, monet (Langlois, No. 2234—2239). **1488**

„ Jul. 13. Reati. — Nicolaus IV Cobyla-chan, magno principi Tartarorum, [1]) quum paulo post promotionem suam Argonis, regis Tartarorum, nuntios religiosos Latinos flagitantes receperit, fratrem Johannem de Monte Corvino cum sociis mittit et commendat (Sbaralea IV, p. 85—86, No. 130; Moshemius, l. c. No. 32; Potthast, No. 23003; Langlois, No. 2241). [2]) || Eodem anno, mense ac die idem Caydonem, principem Tartarorum, monet, ut ad cognitionem fidei christianae se convertat (Sbaralea IV, p. 86, No. 131; Moshemius, l. c. No. 33; Potthast, No. 23004; Langlois, No. 2242), et Jolum de Pisis hortatur, ut omnibus religiosis per partes Tartarorum ipsas habentibus transitum auxilium et consilium impendat (Wadding, Annal. Minor. III, p. 198; Moshemius, l. c. No. 34; Potthast, No. 23005). **1489**

[1]) Qui Febr. 1290 obiit (Mouradgea d'Ohsson II, p. 475). [2]) Cf. Mouradgea d'Ohsson II, p. 500—501.

„ Jul. 14. Reati. — Nicolaus IV (Haythonem II), regem Armeniae, quem patre (Leone III) mortuo [1]) erga Romanam ecclesiam devotionis affectum gerere ab Johanne de Monte Corvino, fratre Minorum, audiverat, monet, ut in illa devotione perseveret, eique pro humanitate erga fratres Minorum agit gratias ac fidei formam mittit (Sbaralea IV, p. 86—87, No. 132; Potthast, No. 23006; Langlois, No. 2229). || Eodem anno, mense ac die idem Mariam, sororem clarae memoriae reginae Armeniae, quam lator praesentium Johannes de Monte Corvino de partibus Armeniae reversus collaudaverat, monet, ut in studio erga fidem catholicam et desiderio unionis cum ecclesia Romana perseveret, eique fratres Minorum commendat (Sbaralea IV, p. 87—88, No. 133; Potthast, No. 23007; Langlois, No. 2230—2231). Eodem modo Torosum et alios fratres germanos regis. Eodem anno, mense ac die idem Leoni, comestabulo Armeniae, ab Johanne de Corvino laudato gratias agit, quod fidei catholicae ac Romanae ecclesiae observantiae studet, eumque, ut fratribus Minorum faveat et in dicto studio perseveret, adhortatur (Sbaralea IV, p. 88, No. 134; Potthast, No. 23008; Langlois, No. 2232—2233). Eodem modo scripsit ad marescalcum sive magistrum castrorum et ad universum populum Armeniae. **1490**

[1]) Sempad, Continuat. in Petermann, Beitr. z. Gesch. d. Kreuzzüge aus armen. Quellen, p. 171, 173: 6 Febr. 1289.

„ Jul. 15. Reati. — Nicolaus IV Argoni, regi Tartarorum, cujus devotionem ore Johannis de Monte Corvino latoris praesentium et Roban Bersaumae episcopi [1]) aliorumque nuntiorum ad curiam Romanam missorum didicerat, gratias agit ac suadet, ut fidem christianam recipiat, fratresque Minorum

[1]) Qui a. 1291 denuo Romam venit (Abulfaradsch, Chron. syriac., p. 627).

ipsum adituros commendat (Sbaralea IV, p. 89—90, No. 138; Moshemius, l. c. No. 31; Potthast, No. 3009; Langlois, No. 2232—2233). **1491**

**1289** Aug. 14. Accon. — Wirichus de Homberg,[1] magnus praeceptor Theutonicorum et vices magistri gerens, quum spes Henrici, ducis Megalopolitani,[2] e captivitate Saracenorum liberandi desit, II millia marcarum[3] consulibus Lubeccensibus resignat (Meckl. Urkundenb. III, p. 354, No. 2030; Lübecker Urkundenb. I, p. 489—490, No. 538; Grautoff, Beitr. z. Gesch. Heinrich I, p. 7, Hist. Schriften I, p. 114; Schröter, Specim. diplom., p. IX; Jahrbücher für Meckl. Gesch. XIV, p. 295; cf. Strehlke, Tabulae, p. 119, No. 127 not.). **1492**

[1]) Qui 14 Aug. 1290 obiit (Perlbach, Deutsche Ordens-Necrologe, p. 366); commendator igitur Theutonicorum, quem Gestes, p. 243 in Accone defendenda fortiter pugnantem vocant, Henricus de Bolant esse videtur. [2]) In peregrinatione Accone Hierosolyma facta 25 Jan. 1272 cum domestico Martino Bleyer captus (Jahrb. f. Meckl. Gesch. 1875, XL, p. 39—86), denique anno 1297 a soldano Ladschin cum multis aliis captivis christianorum liberatus est (ibid, p. 81—82; cf. p. 74—75; Wochenblatt der Johanniter-Ordensballey Brandenburg 1885, No. 1—2). [3]) Haec Anastasia, domina Megalopolitana, pro liberatione Henrici 10 Dec. 1287 Lubeccae deposuit (Mecklenb. Urkundenb. III, p. 285, No. 1934; Lübecker Urkundenb. II, p. 52, No. 52; Jahrb. f. Meckl. Gesch. XIV, p. 293—295), et 13 Dec. 1287 consules Lubeccenses confirmant, se hanc summam Burchardo de Schwanden, fratrum Theutonicorum magistro, solvendam accepisse (Meckl. Urkundenb. III, p. 285—286, No. 1935; Lübecker Urkundenb. I, p. 471, No. 519).

„ Aug. 22, ind. II. Accon. — Johannes de Villar(eto), magister Hospitalis,[1]) fratri Rostamo de S. Gieur sigillo apposito mandat, ut detrimentum, quod Hospitale in expugnatione Tripolis[2]) acceperat, sarturus cum equis et armis in proximo passagio partes Syriae accedat (Delaville le Roulx, p. 204—205, No. 98 [cf. p. 37]; Paoli I, p. 268, No. 225). **1493**

[1]) Qui quamvis non in chartis, tamen chronicis et epistolis saepissime memoratur (Gestes, p. 217, 219, 232, 233, 242, 249, 252, 319; Röhricht in Forsch. XX, p. 111); sigillum ejus describit Delaville le Roulx, Note in Mém. d. antiq. de France 1880, XLI, p. 70; statuta ab eodem data cf. in Delaville le Roulx, Bibl. de l'école d. chartes 1887, p. 349; Prutz, Culturgesch., p. 617—618; De Mas Latrie II, p. 89. Statuta Hospitalis in Acconis captione perierunt (Potthast, No. 24938; Prutz, p. 602).

„ Sept. 1. Reati. — Nicolaus IV Bernardo II, episcopo Tripolitano, urbem Tripolim a Saracenis captam esse, nuntiat et officium crucis in Slavonia, marcha Trevisana aliisque Italiae provinciis praedicandae committit (Raynaldi, Annal. 1289, § 66; Potthast, No. 23064). Idem eidem (5 Sept.) mandat, ut inter patriarcham Aquilejensem et ducem Venetorum pacem reconciliet (Langlois I, No. 1334—1336). **1494**

„ Sept. 9. Reati. — Nicolaus IV Nicolao, patriarchae Hierosolymitano, scribit inter cetera: «Dudum in praesentia constitutus exposuisti, quanta onera pro ecclesia Hierosolymitana subire coactus sis, et rogasti, ut mutuum usque ad IV millia librarum Turonensium parvorum licentiam concedere dignaremur, sed nos tibi certis terminis restituendam summam hanc de decima Terrae Sanctae commodavimus». Cum autem pro clausura civitatis Acconensis, reparatione murorum et fossatorum ipsius ac etiam pro continua civitatis ejusdem custodia et machinis construendis, redemptione captivorum hanc summam egeat, patriarchae conceditur, ut ad hos usus dictam pecuniam convertere liceat (Langlois, No. 1357). **1495**

„ Sept. 13. Reati. — Nicolaus IV Nicolao, patriarchae Hierosolymitano, scribit, se XX galeas ad subsidium Terrae Sanctae armari jussisse per

Bernardum II, episcopum Tripolitanum, et Johannem de Grilliaco, capitaneum stipendiariorum a rege Franciae missorum [1]) (Raynaldi, Annal. 1289, § 69; Potthast, No. 23078; Langlois, No. 2252—2257). ‖ Idem (17 Sept.) eidem et Bernardo, episcopo Tripolitano, concedit, ut pecuniam a collectoribus pro subsidio Terrae Sanctae collectam et XVI millia librarum Turonensium ab antecessore Adriano testamento relicta accipiant (Langlois, No. 2259). **1496**

[1]) 17 Jan. 1290 Bernardum et Johannem antedictos XX galeis praeficit (ibid. No. 2269), sed 20 Octob. 1290 Bernardum valde vituperat, quod galeis armandis negligenter providerit (Raynaldi, Annal. 1290, § 8; Potthast, No. 23439; Langlois, No. 4388—4389). Nicolaus IV post Acconem captam Bernardum ad negotium Terrae Sanctae promovendum in Angliam et Norwegiam misit (Bartholomaeus Cotton, p. 225—226; Potthast, No. 23812, 23828; ceterum cf. Potthast, No. 22635 et Prou, No. 544, 674; ZDPV. X, p. 33).

**1289** Sept. 30. Reati. — Nicolaus IV Eduardo I, regi Angliae, scribit, nuper Buscarellum de Gisulfo Januensem, nuntium Argonis, imperatoris Tartarorum, sibi epistolas attulisse, quibus antedictus imperator polliceretur, se christiana religione accepta cum christianis Terram Sanctam recuperare velle, itaque regem rogat, ut antedictum nuntium benigne recipiat (Rymer, Foedera I B, p. 713; Potthast, No. 23096; cf. supra No. 1485). **1497**

„ Octob. 10. Accon. — Johannes de Villar(eto), magister Hospitalis, fratri Guillelmo de Villareto, priori S. Egidii, sigillo apposito mandat, ut fratri Raymondo de Finel, qui poenitentiam egerit, habitum restituat (Delaville le Roulx, p. 205, No. 99; cf. p. 37). **1498**

„ Octob. 17. Accon. — Nicolaus de ordine Praedicatorum, patriarcha Hierosolymitanus, minister ecclesiae Acconensis et S. A. legatus, Guillelmo, abbati S. Mariae de valle Josaphat, sigillo apposito mandat, ut, cum Tripoli capta dicta ecclesia in summo discrimine posita sit, ejusdem bona in Sicilia et Calabria sita in bonum statum redigat, quae sola dictae ecclesiae sustentandae restent (Delaborde, p. 120—121, No. 59; cf. p. 4—5). **1499**

„ Octob. 19. Accon. — N(icolaus), patriarcha Hierosolymitanus, S. A. legatus et ecclesiae Acconensis minister, [1]) Withegonem, episcopum Misnensem, [2]) rogat, ut ad reparandos Acconis muros et conducendos stipendiarios pecuniam colligat et collectam transmittat (Cod. diplom. Saxoniae I, p. 226, No. 291). **1500**

[1]) De quo Röhricht in ZDPV. X, p. 10—11; Gestes, p. 254. [2]) De quo Lippert in Mitth. d. österr. Instituts 1889, p. 580—582.

„ Dec. 23. Erphesfordiae. — Burchardus de Schwanden, [1]) magister fratrum Theutonicorum, consulibus Lubeccensibus concedit, ut II millia

[1]) Cum XL fratribus Theutonicis Accon profectus ibidem magisterium abdicasse dicitur, tribus diebus elapsis (Dusburg in SS. rerum Pruss. I, p. 205; Jeroschin ibid. p. 513—514; Voigt, Gesch. Preuss. IV, p. 55—59), ut ordinem fratrum S. Johannis intraret. Acconi defendendae non interfuit (SS. rerum Pruss. IV, p. 51), sed Henricus de Bolant, «qui gessit vices magistri domus Theutonicorum et multi fratres ejusdem domus et alii cristiani in conflictu cristianorum contra paganos (18 Maj. 1291), dum Accon destructa fuit» (SS. rerum Pruss. III, p. 392; cf. Gestes d. Chyprois, p. 219, 232—233). Charta 23 Aug. 1291 «olim generalis magister» vocatur (Hess. Urkundenb. I, No. 405) et anno 1299 commendator ordinis S. Johannis in Buchsee (v. Zeerleder, Bern. Urkundenb., No. 920, 922, 932; cf. Herquet in Wochenblatt der Johanniter-Ordensballey Brandenburg 1880, p. 122 et ibid. 1863, No. 45—46). Huic successit Conradus de Feuchtwangen, qui aestate 1279

marcarum apud ipsos pro liberando duce Henrico Megalopolitano [2]) deposita Henrico, domino Megalopolitano, resolvant (Grautoff, Hist. Schriften I, p. 116; Meckl. Urkundenb. III, p. 364, No. 2043; Lübecker Urkundenb. II, p. 490, No. 809; Jahrbücher f. Meckl. Gesch. XIV, p. 297). 1501

magnus praeceptor Prussiae et Lithaviae (Perlbach, Preuss. Regesten, No. 825, 858, 862), 1283 «provincialis Franconiae» (v. Lang, Reg. Boica IV, p. 237), 1287 usque ad 2 Mart. 1290 magnus praeceptor Germaniae vocatur (Hess. Urkundenb., No. 471, 474, 477, 503, 598; Görz, Mittelrhein. Reg. IV, p. 320, No. 1411), 30 April. 1292 (Meiningiae) magister (Perlbach, Preuss. Regesten, No. 1089). Cum Burchardo de Schwanden in urbem Acconem ivisse falso narratur (Voigt IV, p. 60—63) et 5 Jul. 1296 mortuus est (Perlbach, Necrologe, p. 359). [2]) Idem 19 Dec. 1289 fratribus Theutonicis confirmat, se plurima clenodia a patre ipsius in urbe Accon relicta accepisse (Meckl. Urkundenb. III, p. 363, No. 2042), 20 Jan. 1290 idem (ibid. III, p. 371—372, No. 2057; Lübecker Urkundenb. III, p. 27—28, No. 29) et 1 Febr. 1290 Anastasia, ducissa Megalopolitana (ibid. III, p. 374, No. 2059; Lübecker Urkundenb. I, p. 494, No. 545; Grautoff, Hist. Schriften I, p. 116; Jahrbücher f. Meckl. Gesch. XIV, p. 298), testantur, se II millia marcarum antedicta recepisse.

**1290** April. 25. — Jacobus, rex Siciliae, ejusque frater Alfonsus III de Aragonia cum soldano Aegypti pactum faciunt (Magasin encyclop., VII année [1801], II, p. 145—161; Reinaud, Extraits, p. 564—566; Wilken VII, app. 3, p. 17—30; Amari, Biblioteca Arabo Sicula, versione I, p. 552—568 [cf. p. 548—551]; Amari, La guerra del Vespro Sicil. 1876, II, p. 332—347, [ed. 1886] III, p. 364—385; Heyd I, p. 424). ‖ Anno 1293 (29 Jan.) Jacobus rex antedictus denuo cum soldano Aegypti (Mâlik al-Aschraf) pactum iniit (Capmany, Mem. hist. de Barcelona IV, p. 17—19; Amari, La guerra del Vespro Siciliano II, p. 352—355 et Reale Accad. dei Lincei, Roma 1883, ser. III, classe di science morali, storiche et filol. XI, p. 422—429). 1502

„ Maj. 13, ind. II. — Melech el-mansor, soldanus Aegypti, et filius Melech Casserat cum Januensibus per manum Oberti Spinulae et Conradi Auriae capitaneorum pactum faciunt securitatem et liberum commercium promittentes (Notices et Extraits XI, p. 33—52; Liber jurium II, p. 243—249, No. 96; Serra IV, p. 135—138; Michele Amari, Nuovi ricordi arabici su la storia di Genova, Genova 1873 [Atti della Società Ligure V], p. 606—614; Belgrano, ibid. 1888, p. 163—175; cf. Annal. Jacobi Auriae in Mon. Germ. SS. XVIII, p. 324; Olivieri, p. 61, No. 6; Mém. de l'Institut 1818, III, p. 112—113; Karabaček in Wiener Zeitschr. f. die Kunde des Morgenlandes 1887, I, p. 33—56; M. Amari in Atti Ligure 1888, p. 147—159; Clermont-Ganneau, Rec. d'archéol. orient., Paris 1888, I, p. 219—224; Heyd I, p. 416—417). 1503

„ Octob. 10. Apud Urbem Veterem. — Nicolaus IV Nicolao, patriarchae Hierosolymitano, mandat, ut domum, quam fratres de poenitentia Jesu Christi tenuerant, fratres S. Augustini pretio modico fratribus Hospitalis vendant (Empoli, Bullar., p. 262; Potthast, No. 23429; cf. Langlois, No. 123, 245). 1504

„ Octob. 15. Apud Urbem Veterem. — Nicolaus IV Nicolao, patriarchae Hierosolymitano, Bernardo II, episcopo Tripolitano, Amalrico, filio quondam regis Cypri, magistris ordinum Templi (Guillelmo de Bellojoco), Hospitalis (Johanni de Villers) et S. Mariae Theutonicorum (Burchardo de Schwanden), Johanni de Grilliaco, capitaneo copiarum regis Franciae, bail-

livo et consulibus Venetianorum confirmat, se ipsorum epistolam de rebus Terrae Sanctae [1]) per P. fratrem ordinis Minorum accepisse eumque ad ipsos remittere, de cetero mandans, ut Terram Sanctam, prout possint, tueantur ac defendant (Sbaralea IV, p. 180—181, No. 331; Potthast, No. 23431). **1505**

[1]) Qua primates Terrae Sanctae post caedem Saracenorum in urbe Accon a stipendiariis papae factam auxilium Nicolai IV implorasse videntur.

**1290** Dec. 2. Apud Urbem Veterem. — Nicolaus IV Eduardum I, regem Angliae, rogat, ut Andream Zaganum [1]) nuper Romae per L., Ostiensem episcopum, baptizatum, Buscarellum de Gisulfo et Marcium, nuntios Argonis, Tartarorum imperatoris, benigne recipiat eorumque preces celeriter adimpleat, quum ipsos cum nuntio Sedis Apostolicae ad imperatorem mox remittere velit (Rymer I B, p. 742; Potthast, No. 23481; cf. supra No. 1497). **1506**

[1]) De quo Remusat, p. 381.

„ Dec. 31. Apud Urbem Veterem. — Nicolaus IV Eduardo I, regi Angliae, latorem epistolae Sabadinum Archaon, nuntium Argonis, imperatoris Tartarorum commendat (Rymer I B, p. 743; Potthast, No. 23511; cf. supra No. 1479). **1507**

(**1291** Mart.). — Melec el-Esseraf (Mâlik al-Aschraf), soldanus Aegypti, (Guillelmo de Bellojoco), magistro Templi, scribit, se, ut caedem Saracenorum a stipendiariis papae in urbe Accon factam ulciscatur, mox urbem oppugnaturum esse (Gestes, p. 242; Amadi ed. Comte De Mas Latrie, Paris 1891, p. 220; Bustron, p. 119; Henri de Giblet, Hist. de' tre' re' Lusignani, Bologna 1647, p. 190; Jauna, Hist. générale du royaume de Chypre, Leides 1717, I, p. 712). || Anonymus quoque de excidio (Martène, Ampl. Collect. V) p. 760—761 epistolam soldani memorat; Ludolfus de Suchem ed. Deycks, p. 42 et Oesterr. Reimchronik referunt, magistrum antedictum soldano amicissimum fuisse; cf. supra No. 1413 Not.). **1508**

„ Mart. 27, ind. III. Januae ante stationem Malocellorum. — Petrus Malocellus, Beltramus Cigala, Octobonus Bucanigra, Acellinus Aure, Batholonus Pepe et Oddoardus Aure, mercatores Januenses, Dionisium Pallastrellum et Obericum de Rustigassio, mercatores Placentiae de societate Rustigassiorum, procuratores constituunt, ut petant et accipiant a fratre Jofrido de Vacherio, visitatore Templi Parisiensis, vel locum ipsius tenente II millia CCCL Turonensium, secundum quod de praedictis plenius constat per litteras sigillatas et litteras apertas fratris Guillelmi de Berigeri, [1]) magistri Templi Acconensis, scriptas in urbe Accon 26 Aug. 1290. — Joannes de Revigno, Vincentius de Palacio, Benedictus de Domoculta, filius quondam Pagani (Archives de l'Orient latin II B, p. 212, No. 2). **1509**

[1]) Bellojoco.

„ April. 27. Apud Montem Noxium. — Hugo, episcopus Bethlemitanus, cum Roberto, comite Nivernensi, sigillans de quibusdam juribus, quae ecclesia Bethlemitana in dicto comitatu habebat, convenit (Gallia christiana XII, instrum. p. 243—246, No. 6; Lagenissière, p. 103—106). **1510**

( „ c. Maj. 25). — Melec Asseraph, soldanus Aegypti, Haythoni II, regi Armeniae, procacibus verbis ac fusius exponit, quomodo urbs Accon ab ipso deleta et incolae occisi fuerint, mandans, ut ipse veniat et tributum,

quod per duos annos non solverit,[1]) solvat (Bartholomaeus Cotton, Hist. Anglicana ed. Luard, p. 215—217 et [e registro Johannis de Pontissera, episcopi Wintoniensis, fol. 122] post indicem in Pet. Langtoft, Chron. ed. Hearne II, p. 1—3; haec et sequens epistola exstat quoque in codice Cantabrigiensi, Corp. Christi 450, fol. 235—238, saec. XIII—XIV). || Huic epistolae vel sequenti simillimam (vel eandem?) esse putamus epistolam arabicam, quam Weil, Gesch. d. Chalifen IV, p. 181, not. 1 ex codice Monacensi arabico (v. Aumer, Catalog d. arab. Handschriften d. Bibliothek zu München 1866, No. 406; cf. Weil IV, p. XI—XIV) citat. **1511**

[1]) Pactum, quod 6 Jun. 1285 Leo III, rex Armeniae, in X annos, X menses, X septimanas, X dies et X horas valiturum cum soldano Aegypti (Kelavûn) fecerat, exstat in Reinaud, Extraits, p. 552—557; Makrizi ed. Quatremère II A, app. p. 201—211; Wilken VII, app. p. 10—14; Langlois, Trésor, p. 217—231; rex eo D millia aureorum (dirhem), L equos nobilissimos et X millia laminum ferreorum quotannis dare tenebatur; cf. supra No. 1457.

(**1291** c. Maj. 25). — Idem soldanus eidem regi Armeniae nuntiat, eadem die, qua Accon capta fuerit, Tyrum quoque expugnatam esse, ac minatur, nisi celerrime tributum solverit, se ejusdem terram vastaturum et urbem Massissam deleturum esse (Bartholomaeus Cotton, p. 218—219). **1512**

( „ c. Maj. 31) (gallice). — Johan de Vilers, magister Hospitalis, priori S. Aegidii breviter narrat, quomodo Saraceni urbem Acconem expugnaverint (E cod. Parisiensi fonds franç., No. 24430, s. XIV ed. Leclerc in Hist. litt. de la France XX, p. 93—95; cf. p. 79—92). **1513**

( „ ) Jun. 15. — Haython II, rex Armeniae, Eduardo I, regi Angliae, miserabilem statum sive exterminium Terrae Sanctae nuntiat, cujus urbes Tyrus, Sydon, Berytus, Tortosa in manus Saracenorum inciderint, et, ut sibi hostibus exposito celeriter succurrat, precatus nuntios suos Angelum et Marcum, fratres Minorum, Ysaac de cognatione sua et Gifredum Countisse commendat (Bartholomaeus Cotton, p. 219—223; Chron. de Lanercost [Bannatyne Club 1839], p. 487—489). **1514**

„ Aug. 13. Apud Urbem Veterem. — Nicolaus IV Anichohamini(am), reginam Tartarorum, laudat, quod fidei christianae dilatandae operam exhibeat, et, quum ipsa Saronem [1]) et Cassianum,[2]) fratres Argonis, regis Tartarorum, ad fidem catholicam assumendam excitaverit, monet, ut filios ejusdem regis ad eandem fidem perducat, ac nuntios Apostolicos Guillelmum de Cherio, poenitentiarum suum, Matthaeum de civitate Theatina, fratres ordinis Minorum, latores praesentium commendat (Sbaralea IV, p. 276—277, No. 521; Moshemius, l. c. No. 37; Potthast, No. 23774; Langlois, No. 6815). || In eundem modum scripsit ad Dathanicatum (Dathanaticatum) reginam Tartarorum. Eodem anno, mense ac die idem Andronico, imperatori Graecorum, antedictos nuntios ad Argonem, regem Tartarorum, destinatos commendat (Sbaralea IV, p. 277—278, No. 523; Potthast, No. 23774; Langlois, No. 6816). In eundem modum imperatori Trapesuntiae, Bersaumae episcopo, catholico Armeniae, episcopo Taurisii, archiepiscopo Trapesuntiae, nobili viro Rubumuthu et regi Armeniae. Eodem anno, mense ac die idem Guillelmum de Cherio, poenitentiarium suum, et Matthaeum de civitate Theatina, lectorem ordinis Minorum, ad terras Tartarorum,

[1]) Num Chataï-Aghûl (v. Hammer I, p. 395)? Ceterum cf. Remusat, p. 383
[2]) Gazan.

Graecorum, Saracenorum Paganorum, Bulgarorum ..., Aethiopum ..., christianorum captivorum apud Tartarorum aliarumque Orientis communionem S. Romanae Ecclesiae non habentium proficiscentes amplissimis facultatibus et privilegiis exornat (Sbaralea IV, p. 278—281, No. 526—528; Potthast, No. 23777—23779; Langlois, No. 6825—6832). Eodem anno, mense ac die idem Ozolum Pisanum apud Tartaros florentissimum auctoritate excitat, ut ad fidem propagandam studia conferat eique antedictos nuntios commendat (Sbaralea, IV p. 278, No. 525; Moshemius, l. c. No. 40; Potthast, No. 23780; Langlois, No. 6820—6823). **1515**

**1291** Aug. 21. Apud Urbem Veterem. — Nicolaus IV Nicolao, filio Argonis, regis Tartarorum, gratulatur de fide christiana recepta, eidem formulam transmittit et antedictos nuntios commendat (Sbaralea IV, p. 281—282, No. 530; Moshemii, l. c. No. 38; Potthast, No. 23792; Langlois, No. 6833). || Eodem anno, mense ac die idem Argoni, regi Tartarorum, gratias agit pro epistola ad curiam Romanam per Chaganum [1]) nuntium missa et confirmat, se ipsius precibus ad Eduardum I, regem Angliae, scripsisse, deinde iterum monet, ut, cum filium suum Nicolaum fecerit baptizari, fidem christianam amplectatur, et antedictos nuntios Apostolicos commendat (Sbaralea IV, p. 282—283, No. 531; Moshemius, l. c. No. 35; Potthast, No. 23791; Langlois, No. 6722). **1516**

[1]) Gazan; cf. supra No. 1506.

„ Aug. 23. Apud Urbem Veterem. — Nicolaus IV Argonem, regem Tartarorum, instanter rogat, ut ad recuperationem Terrae Sanctae celeriter se accingat et subditos sibi populos ad dictum negotium promovendum inducat (Sbaralea IV, p. 282—283, No. 532; Raynaldi, Annal. 1291, § 32; Moshemius, l. c. No. 36; Potthast, No. 23797; Langlois, No. 6809—6814). || Eodem anno, mense ac die idem Sarum, filium Argonis, Saronis fratrem Cassianum (Gazan), et Tagharzar, [1]) ducem Tartarorum, excitat, ut parati accedant ad agnitionem fidei christianae et suscipiant baptismatis sacramentum (Sbaralea IV, p. 283—284, No. 533—534; Moshemius, l. c. No. 39; Potthast, No. 23798; Langlois, No. 6817—6819). **1517**

[1]) Thugadjar.

„ Octob. Nicosiae (italice). — Henricus II, rex Hierosolymitanus et Cypri, Pisanis in regno suo privilegia commercii sigillo confirmat. — Galian de Iblan, senescalcus regni et avunculus, Gualtier de Dampier, Lorenzo de Morffo, Balduin di Nores, Lois di Nores, Johanni Lector. Datum per manum Henrici de Gibeleto, cancellarii regis. Quae omnia et singula suprascripta fuerunt in praesenti libro et charta per Pierum Ser Bartholomaei notarii de Ponte Hete, notarium et scribam publicum curiae (G. Müller, p. 108—109, No. 73 [cf. p. 470—472]; Dal Borgo, p. 145—146). **1518**

**1292** Jan. 23. — Nicolaus IV regi Philippo Franciae Thomam de Tolentino, Marcum de Monte Lupone, fratres ordinis Minorum, et Gaufridum Countisse, nuntios regis Armeniae, auxilium petituros commendat (Raynaldi, Annal. 1292, § 1; Sbaralea IV, p. p. 315, Oo. 592; Potthast, No. 23900; Langlois, No. 6852—6853; cf. supra No. 1514). **1519**

I.

# INDEX PERSONARUM.

## II.

# INDEX LOCORUM.*)



*) De modernis locorum nominibus accuratissime disputavimus in ZDPV. X, p. 195—345; XI, p. 139—149; XII, p. 33—35.

III.

# INDEX RERUM.

# IV.

# GLOSSARIUM.

---

Adaquarium, aquaeductus? 229.
agullia, ital. aguglia, obeliscus 216.
allumen, ital. allume, francog. alun, germ. Alaun 133.
anchoraticum, ancoragium, ital. ancoraggio, portorium maritimum 161, 183.
angaria, deportatio currus auxilio 36.
apaltus, ital. apalto, locatio 272, 290, 296, 310, 311, 343, 360.
apotheca, statio 48, 113, 241, 243, 310.
arpentum, francog. arpent, jugerum 281.
arvoutus, francog. arc-boutant, erisma, anteris 230.
asinaria, francog. asnerie, infirmaria, hospitale; cf. index person. s. voce.
assisia: 1) lex, 2) legislatio regni Hier., 3) lex particularis (Beugnot, Lois s. voce) 102, 111, 118, 135, 147, 166, 170, 175, 198, 248, 257, 261.
autorixator, qui confirmat? 61.
avaria, species tributi 232.

Bacconeria, stabulum, forum porcorum 310.
bafumeria, mahumeria, templum Saracenorum, quod alias dicitur mosquea 11.
bajulatio, officium tutelae 156, 279.
banca, mensa nummularia 297.
bancum turris, volta, ubi merces expo nuntur? 310, 311.
barbacana, francog. barbacane, spatium muros et fossatum urbis vel arcis interjacens 71, 134, 164, 199, 264, 337.
barria, murus urbem vel arcem saepiens, suburbium 135.
berchile, berquilium, barqle, francog. bercail, ovile, caula 88, 98, 111, 127, 272, 293.
bisantius, albus 242, 283, sarrazenatus 116, 122, 195, 196, 207, 263, 278, 321, 322, 331, 354, 357, 373, 376, tripolatus 116, 354, 363.
bocharia, ital. beccheria, francog. boucherie 109, 112, 143, 266, 348.
bonemagre planities, bona (quamvis) macra? 54.
bordellum, aedicula, domunculum 37.
boverie, francog. ferme 199.
brabantini, id est bisantini 181.
bucca, ital. bocca, francog. bouche, os, introitus 28.
bucciaria, buchaira, idem ac bocharia 177, 371.
bucia, butta, cupa, dolium, lagena 348.
buflaria, ut videtur, forum bubalorum, bovum 127.
burgesia, praedium, feodum parvum 153, 229, 326.
busina, lat. et ital. buccina, francog. buisine, species tubae 294.

Cabellaria terra, praedium servitio militari obnoxium, feudum cavalorum 53.
calderarius, ital. calderajo, francog. chaudronnier 288.
calumniari, forma juris petere 51, 68, 70.
caminum, ital. cammino, francog. chemin 348.
campsor, idem ac cambiator, ital. cambiatore, francog. cambiste 299, 305, 306.
canna, ital. canna, mensura architectonica (II metra excedens) et agri 117.
cantarium, ital. cantaro 82, 348.
canuta, cavuta, caverna, volta 64, 146.
capicerium, capistitium ecclesiae 144.
capus idem ac caput 297.
caravana 96, 297.
carbones, carbunculi, fines 230.
carcosium, francog. carcois, charcois,

truncus, cadaver intestinum, macellum 168.
carnarium, ital. carnajo, francog. charnier, angl. charnel 98.
caroblerius, ital. carobolo, carrubio, francog. caroubier (Linn. Ceratonia siliqua) 99, 108, 217, 295.
carrubium, quadrivium 310.
carrucata, francog. caruge, charrue, quantum agri uno anno aratro coli potest 193, 292.
cartatum, caratum, species nummi eadem ac carublorum, quorum XXIV bisantium valebant 290, 311, 360.
cartula, idem ac charta? 177.
cassaria, nomen instrumenti, sed cujus? 294.
catena sive curia catenae 105, 122, 165, 180, 197, 261, 263—265, 298, 312, 336, 355.
cathara, «viridis», nomen mahumeriae 34, 93, 153.
cathrans, arab. katrân, bitumen 43.
chaudemar, arab. al-schamah, idem atque Acheldemah, ager sanguinis 55.
chiamberlengus, ital. camerlengo, camerarius, quaestor 322.
chiamellator, francog. chamelier, camelarius 325.
chisseria, arab. kassarîja, basilica, porticus mercatorum 135.
circulus, lapis molaris? 71.
claperius, francog. clapier, cubile cuniculi 282.
clibanus, graec. κλίβανος, furnus 84.
clym, graec. κλῖμα, arab. iklîm, vallis 330.
compassus S. Sep., ital. compasso, francog. compas, circulus centrum mundi designans 123; cf. Tobler, Golgatha p. 329.
contracta, ital. contrada, francog. contrée 292—295, 343.
cordoenarius, francog. cordonnier, ital. cordovaniere 113.
corsaria, locus urbis Tyri unde vocatus? 290.
curba, ital. corba? 230.
curtile, curtillium, hortus rusticus, domus rusticana praediolo adjuncta 42, 64, 72, 111, 127.
cutocotrophium, graec. πτωχοτςοφεῖον, hospitale 22.

Dacitum, ital. dacio, tributum 232.
daremus, arab. dirhem, nummus arab. 363.
darsena, ital. darsena, portus interior 178, 310, 313.
darus, nomen domus 19, 105.
directura, ital. diritto, vectigal 235, 336.
doga, ital. doga, francog. douve, murus fossam saepiens 270.
dognus id est dominus 108, 144.
dragomanagium, officium interpretis sive drogomani, turcimani 38, 61, 89, 109, 139, 165.
drina (duana?) 371.
duana, francog. douane, portorium, vectigal, officium 226, 243.
duna, ital. duna, francog. dune, germ. Düne, collis arenosus littoris 111.

Ectulum, edulium, cibus? 163.
emphyteusis, francog. emphytéose, locatio in perpetuum 354, 381.
estracones, estraconomi, stationes, domicilia 102.
excortitatio, francog. escorcherie 143.

Felitus, filutum, francog. filet, rete? 53, 54.
francesius, immunis, liber 193, 219, 222.
franchesia, liberum commercium 40, 146, 196, 264.
funda, fundacum (forum, fundicium generale) 49, 73, 105, 113, 122, 161, 166, 168, 175, 180, 261, 263—265, 278.
funeidec, arab. fundacum parvum 48, 49.

Garettare (garantare), francog. gareter, laborare, colere 35, 99, 293.
gastaldio, ital. castaldione, praefectus vici, platearius communis 293, 297.
gastina, vastina, arab. chirbe, vicus destructus 42, 87, 91.
grippum, ital. grippo, navicula 64, 147.
gruyeria, gruaria, officium viridarii forestarii, sed legendum erit gruteria, officina pigmentarii 270.

Hebeneboleit (Ibn abu'l Lait) 48.
herminaria, hermanarium, aedes in feudum data 127.
hypotheca, pignus 319.

Incantare, occupare 297.
insula, complexus domorum vel possessionum 184, 286.

Jardinum, francog. jardin 93, 105, 138, 140, 259, 260, 268, 282, 311—313.
jarra, arab. dscharra, ital. giarra, hispan. jarra, amphora XII litras continens 29, 169.
jornata, francog. journée, modus agri 94.
Judairia, locus urbis, quem Judaei inhabitant 109.

Lambita, male pro: cambiator? 225.
liganzia, servitium feudale 112.
linarius, ital. linajuolo, francog. linier 278.
listra, graec. λίτρον, francog. litre 35, 102, 148.

lobia, germ. Laube, porticus 312.
logia, ital. loggia, solarium, porticus superior 64, 267, 297, 310, 367.

Macellum, ital. macello, laniarium 116, 122, 164, 175.
maceria, massera, massaria, pressorium 35, 86, 102, 111, 292.
marescum, francog. marais, angl. marsh, germ. Marschland 35.
masos, idem ac carrucata 292.
mazanum? 310.
mazaticha, vox arabica agri culturam quandam designans 293.
mecuchia, arab. mekkûk, amphora c. VIII litras continens 17.
mercibanus, modus frumenti; nescimus, unde vox deducenda sit 102, 289.
mitreta, metreta, graec. μετρητής, francog. metrète, amphora XXVII litras continens 229, 242, 283.
morarius, ital. moro, francog. mûrier, morus 229, 230.
morvellarius, idem ac morarius? 217.
mota, legas: montana 29.
motasep, vox arab. «justitiarius» 290.
muzâr, arab. sepulcrum 288.

Naulus, ital. naulo 71, 373.

Occipium, pars posterior 85.
octonarius, modus seu pondus? 135.
oedi, arab. wâdî, vallis cum fluvio 330.

Palafrenarius, equus cursarius 376.
palmarius, peregrinus palmam gestiens 136.
palmentaria, vicus parmentariorum 135, 278.
panarius furnus 20.
pandicum (fundacum?) 371.
paramenta, vasa sacra, vestes sacrae 224.
parmentarius, palmentirs, francog. parmentier 65, 85, 112, 113, 127, 135, 151.
pensa, pondus 177.
pertusum (vulpis), francog. pertuis, specus (vulpis) 230.
petia, pars 57, 61, 88.
pignataria? 310.
pillum conductus 312.
plateaticum, vectigal forense 256.
plebanus, sacerdos, curio 290.
pleberium, parochialis ecclesia 384.
porcharia idem ac bacconeria 112.
portorium, vectigal 72.
prastia, proastium, praedium 193, 225, 226.
princessa, id est principissa 280.
proprisia, francog. pourpris, regio 191, 266.

Quintale, quintardus, quintarius, pondus C. librarum 63, 146, 148, 155.

Rabbatum, arab. ribât, statio, hospitale 325.
raicius, arab. reis, praefectus 27, 138, 322, 326, 333.
raisagium, officium raisii? 53.
ravina (rabina), ager rabis seu napis consitus, vel. francog. ravine, torrens? 272.
rengum, ital. rango, ordo 348.
risus, ital. riso, francog. ris, oryza 283.
robuinus, species pecuniae III solidos valens 120.
rota, rotula, arab. rotl, species ponderis 40, 60, 141, 278, 283, 290.
rubbum, ital. rubbio, frumenti mensurae species 131, 140.
rubus salvaticus (silvaticus) 229.

Sablon, francog. sable 35.
saisina, possessio 69, 283.
samitus, pannus holosericus 80.
sartum, terra dumetis purgata et ad culturam redacta 116.
savoneria, ital. saponeria, francog. savonnerie 292.
Scam, arab. schâm, Syria 380, 386.
scarlettum, ital. scarletto, francog. écarlate 255.
scribania, scribanagium, tabularium forense 89, 144, 145, 165.
sellaria, camera, ubi asservantur ephippia 135.
sochelbes, vox arabica, «platea telarum» 156.
solarium, cubiculum majus ac superius 79, 292, 297, 384.
soqueddik, vox arabica «forum galli» 223.
stabulum, francog. estable 55.
stadium, stagium, pomarium, pluteus 312.
statera (στατήρ) 140, 177.

Tablagium, praestatio pro tabula seu jure habendi mensam in foris et nundinis, in qua prostant res venales 235.
tanneria, francog. tannerie, officina, ubi coria praeparantur 74, 102, 109, 253, 269, 270, 287, 318, 362.
tarquilius, quid sit, plane nescimus 282.
teloneum, ital. telonio, tributum 26, 29.
tenda, ital. tenda, tentorium 308.
tentureria, ital. tintoria, francog. teinturerie 102, 292, 371.
tenuta, ital. possessio 279.
terciaria, species vectigalis 183.
terciarium, tertia pars (urbis) 290—296.
terracia, ital. terracia, francog. terasse 297, 349.

terracium, terraticum, terragium, ager, praedium, praestatio domino feudi solvenda 68, 88, 89, 120, 252.

tolum, graec. τόλος, fastigium Templi sive ecclesiae rotundum 149.

torculare, pressorium 82.

toron(um), collis 111, 112.

tuazo, vox arabica, tributum 290, 296.

turcimanus, ital. turcimano, interpres 346, 376, 380.

Venella, franz. venelle, via strictior, viculus 285.

venghus, ager viminibus consitus 230.

vinum cerevisii (Focay, vox arab. fukkâʿa) 296.

volta, vouta, francog. voûte 11, 42, 241, 268, 310, 312, 326.

voltura (volta?) turris 55.

vrequinnus, francog. virebrequin, vilebrequin, germ. Traubenbohrer, pressorium (Dom. Gaston Paris) 241.

Zalamella (calamellum), species instrumenti musici, alias chalemel, germ. Schalmei 294.

V.

# ABBREVIATIONES.

Accon.(ensis)
advoc.(atus)
Amalf.(itanus)
anon.(ymus)
Ant.(iochia, -iochenus)
archid.(iaconus)
archiep.(iscopus)
Armen.(iae)
ammir.(atus)
Ascal.(onitanus)
baj.(ulus)
bed.(uinus)
Bersab.(ae)
Beryt.(ensis)
Bethl.(eemitanus)
burg.(ensis)
butt.(icularius)
Bybl.(iensis)
Caesar.(iensis)
cam.(erarius)
can.(onicus)
canc.(ellarius)
cant.(or)
cap.(ellanus)
card.(inalis)
cast.(ellanus)
cellar.(arius)
civ.(is)
cler.(icus)
com.(es)
commend.(ator)
consang.(uineus)
cons.(ul)
Constant.(inopolitanus)
const.(abularius)
cust.(os)
dap.(ifer)
dec.(anus)
diac.(onus)
Dom.(ini)
dom.(inus)
drapp.(arius)
duc.(es)
eccl.(esia)
Edess.(anus)
ep.(iscopus)
fil.(ius)
fr.(ater)
H.(ospitale S. Johannis)
hospital.(arius)
Hier.(osolymitanus)
imp.(erator)
infirm.(arius)
Jan.(uensis)
Joppens.(is)
jud.(ex)
jur.(atus)
juv (enis)
Laodic.(eae)
mag.(ister)
magn.(us)
Mahum.(eriae)
maresc.(alcus)
marit.(us)
Massil.(iensis)
mat.(er)
med.(icus)
mil.(es)
mon.(achus)
Nazar.(enus)
Neapol.(itanus)
Nicos.(iensis)
nob.(ilis)
not.(arius)
nunt.(ius)
pat.(er)
patr.(iarcha)
Petrac.(ensis)
pinc.(erna)
Pis.(anus)

pleb.(anus)
pot.(estas)
praec.(eptor)
praecent.(or)
praepos.(itus)
presb.(yter)
princ.(eps)
Ramat.(ensis)
reg.(es)
sac.(erdos)
sanctimon.(ialis)
senesc.(alcus)
Sep.(ulcrum)
Sidon.(iensis)
soc.(ius)
sold.(anus)
subdiac.(onus)
Sur.(ianus)
Tartar.(orum)
T.(emplum)
thes.(aurarius)
Th.(eutonici fratres)
Tiberiad.(ensis)
Tortos.(anus)
Tripol.(itanus)
turcopler.(ius)
turcopul.(us)
Tyr.(iensis)
Valan.(iensis)
Valen.(iae)
Ven.(etianus)
vicar.(ius)
vicecom.(es)
vicecomit.(es)
villan.(us)
ZDPV. (Zeitschrift des Deutschen Palästina-Vereins).

## VI.

# INDEX OPERUM, QUAE SAEPIUS CITANTUR.


**Actenstücke** zur Geschichte des deutschen Reiches unter Rudolf I. und Albrecht I., WIEN 1889, 8°.

**Amari** (M.), I diplomi arabi de R. Archivio Fiorentino, FIRENZE 1863, 4°.

**Archives** de l'Orient latin, PARIS 1881, 1884, 2 voll., 8°.

**Auvray**, Les registres de Grégoire IX, PARIS 1890 — 1892, 2 fasc., 4° (nondum perfectum).

**Baluze** (S.), Innocentii epistolarum libri XI, PARISIIS 1682, fol.

**Berger** (E.), Les registres d'Innocent IV, PARIS 1881—1892, 2 voll. et 2 fasc., 4° (nondum perfectum).

**Berlière** (U.), Die alten Benedictinerklöster im heiligen Lande (Studien und Mittheilungen aus dem Benedictiner- und Cistercienser-Orden 1888, IX, p. 113—130, 260—274, 473—493).

**Beugnot** (Comte), Lois (Assises du royaume de Jérusalem), PARIS 1841, 1843, 2 voll., fol.

— Mémoire sur le règne des terres dans les principautés françaises fondées en Syrie par les Francs (Bibliothèque de l'école des chartes C. IV, 1853, p. 529—545; V, 1854, p. 31—57, 236—250, 250—262, 409—416, 417—427, 427—447).

**Borgo** (Dal F.), Raccolta de scelti diplomi Pisani, PISA 1765, 4°.

**Bréholles** (H.), Historia diplomatica Friderici Secundi, PARIS 1852—1861, 6 voll., 4°.

**Bréquigny**, Diplomata, chartae, epistolae; part. II tom. 1, 2: Innocentii III epistolae anecdotas exhibens, PARISIIS 1791, fol.

**Camera** (M.), Memorie storico-diplomatico dell' antica città e ducato di Amalfi, SALERNO 1876, 2 voll. 4°.

**Cange** (Du), Les familles d'outre-mer éd. E. G. Rey, PARIS 1869, 4° (cf. E. G. Rey, Sommaire du supplément, CHARTRES 1881, 8°).

**Christomanos** (A.), Abendländische Geschlechter im Orient im Anschlusse an Du Cange, Les familles d'outre-mer, WIEN 1889, 8°.

**Cibrario** (L.), Dei Tempieri e della abolizione degli ordini equestri di S. Lazzaro, di S. Maurizio e dell' Annunziata, FIRENZE—TORINO 1868, 8°.

**Delaborde** (F.), Chartes de Terre Sainte provenant de l'abbaye de Notre Dame de Josaphat, PARIS 1880, 8°.

**Delaville le Roulx** (J.), Documents concernant les Templiers, PARIS 1882, 8°.

**Delaville le Roulx**, Les archives, la bibliothèque et le trésor de l'ordre de S. Jean de Jérusalem à Malte, PARIS 1883, 8⁰.
— De prima origine Hospitalariorum Hierosolymitanorum, PARISIIS 1885, 8⁰.
**Dudik** (B.), Des hohen Deutschen Ritterordens Münz-Sammlung in Wien, WIEN 1858, 4⁰.
**Dulaurier** (E.), Étude sur l'organisation politique .... du royaume de la Petite Arménie (Journal asiat. 1861, XVII, p. 377—439; 1862, XVIII, p. 289—357).
**Fanucci** (B.), Storia dei tre celebri popoli maritimi dell'Italia Veneziani, Genovesi e Pisani, PISA 1817—1822, 4 voll., 8⁰.
**Germain** (Ch.), Histoire du commerce de Montpellier, MONTPELLIER 1861 2 voll., 8⁰.
**Hennes** (H.), Codex diplomaticus ordinis S. Mariae Theutonicorum, MAINZ 1845, 1861, 2 voll., 8⁰.
**Heyd** (W.), Studien über die Colonien der römischen Kirche (Zeitschrift für historische Theologie 1858, XXVIII, p. 260—327).
— Histoire du commerce du Levant au moyen-âge, LEIPZIG 1885, 1886, 2 voll., 8⁰.
**Langer** (O.), Die politische Geschichte Genuas und Pisas im XII. Jahrhundert, LEIPZIG 1882, 8⁰.
**Langlois** (V.), Essai historique et critique sur la constitution sociale et politique de l'Arménie sous les rois de la dynastie Roupénienne (Mémoire de l'académie de St.-Pétersbourg 1861, III, No. 3).
— Trésor des chartes d'Arménie, VENISE 1863, 4⁰.
**Langlois** (Ch. V.), Les registres de Nicolas IV, PARIS 1886—1892, 7 fasc., 4⁰ (nondum perfectum).
**Layettes** du trésor des chartes éd. Teulet, PARIS 1863—1875, 3 voll., 4⁰.
**Liber jurium** reipublicae Genuensis (Mon. historiae patriae), AUGUSTAE TAURINORUM 1853, fol.
**Löwenfeld** (Jaffé-), Regesta pontificum Romanorum, LIPSIAE 1886—1888, 2 voll., 4⁰.
**Mas Latrie** (Comte L. De), Histoire de l'île de Chypre sous la maison de Lusignan, PARIS 1852—1862, 3 voll, 8⁰.
— Traités de paix et de commerce, PARIS 1886, 4⁰. Suppl. ibid. 1872, 4⁰.
**Méry** (L.), Histoire analytique et historique des actes et des délibérations du corps et du conseil de la municipalité de Marseille, MARSEILLE 1841, I, 8⁰.
**Müller** (G.), Documenti sulle relazioni della città Toscane coll'Oriente, FIRENZE 1879, 4⁰.
**Neues Archiv** für ältere deutsche Geschichtswerke, HANNOVER 1876—1892, 8⁰.
**Olivieri** (A.), Carte e cronache monoscritte per la storia Genovese, GENOVA 1855, 8⁰.
**Pansa** (F.), Istoria dell'antica republica d'Amalfi, NAPOLI 1724, 2 voll. in 1 vol., 4⁰.
**Paoli** (S.), Codice diplomatico del sacro militare ordine Gerosolimitano oggi di Malta, LUCCA 1733, fol. I.
— (A.), Dell'origine ed instituto .... S. Giambattista, ROMA 1781, 4⁰.
**Papon** (P.), Histoire de Provence, PARIS 1778, 4⁰, II.
**Perlbach** (E.), Preussische Regesten, KÖNIGSBERG 1876, 8⁰.
— Deutsche Ordens-Necrologe in Forsch. z. deutschen Gesch. 1877, p. 357—372.
— Altpreuss. Monatsschrift, KÖNIGSBERG 1882, XIX, p. 630—650.
**Pettenegg** (G. von), Die Urkunden des deutschen Ordens-Centralarchivs, PRAG-WIEN 1887, I, 8⁰.
**Posse** (O.), Analecta Vaticana, OENIPONTI 1878, 8⁰.
**Potthast** (A.), Regesta pontificum Romanorum, BEROLINI 1874—1878, 2 voll., 4⁰.

**Prou** (M.), Les registres d'Honorius IV, PARIS 1888, 4⁰.

**Prutz** (H.), Die Besitzungen des deutschen Ordens im heil. Lande, LEIPZIG 1877, 8⁰.

— Die Besitzungen des Johanniter-Ordens in Palästina und Syrien (ZDPV. IV, 1881, p. 157—194).

— Malteser-Urkunden, MÜNCHEN 1883, 4⁰ (ex ephemeride: Archivalische Zeitschrift ed. Freiherr von Löher, 1883, IV).

— Elf Deutschordens-Urkunden (Altpreuss. Monatsschrift XX, p. 385—400).

— Culturgeschichte der Kreuzzüge, BERLIN 1883, 8⁰.

**Rémusat** (A.), Mémoires sur les relations politiques des princes chrétiens avec les empereurs Mongoles (Mém. de l'Institut de France 1822, VI, p. 398—470; 1824, VII, p. 335—438).

**Rey** (E. G.), Étude sur l'architecture des croisés en Syrie, PARIS 1871, 4⁰.

— Recherches géographiques et historiques sur la domination des Latins en Orient, PARIS 1877, 8⁰.

— La société civile dans les principautés franques en Syrie (Cabinet histor. 1879, XXV).

— Les colonies franques en Syrie, PARIS 1883, 8⁰.

**Riant** (Comte P.), La donation de Hugue, marquis de Toscane (Mém. de l'acad. des inscriptions 1884, XXXI B, p. 151—195).

**Rozière** (E. de), Cartulaire de l'église du S. Sépulchre de Jérusalem, PARIS 1849, 4⁰.

**Ruffi** (L.), Histoire de Marseille, MARSEILLE 1696, fol.

**Schlumberger** (G.), Les principautés franques du Levant, PARIS 1877, 8⁰.

— Numismatique de l'Orient latin, PARIS 1878 (suppl. ibid. 1882), 4⁰.

**Serra** (G.), Storia dell' antica Liguria, TORINO 1834—1838, 4 voll., 8⁰.

**Simonsfeld** (H.), Zur deutschen Geschichte aus Venedig (Forsch. zur deutschen Geschichte 1881, XXI, p. 498—502).

**Strehlke** (A.), Tabulae ordinis Theutonici, BEROLINI 1869, 8⁰.

**Tafel-Thomas**, Urkunden zur älteren Handels- und Staatsgeschichte der Republik Venedig (Fontes rerum Austriacarum, II Sectio, vol. XII—XIV), WIEN 1856—1857, 3 voll. 8⁰.

**Tronci** (P.), Annales Pisani, PISA 1862 (II ed.), 2 voll., 8⁰.

**Wauters** (A.), Table chronologique des chartes et diplômes imprimés concernant l'histoire de la Belgique, BRUXELLES 1866—1885, 7 voll. 4⁰.

**Winkelmann** (E.), Acta imperii inedita, INNSBRUCK 1880, I, 8⁰.

# VII. INDEX CORRIGENDORUM ET ADDENDORUM.

Errores typographicos leviores omittentes hoc loco graviores tantum enumeramus.

P. 10, lin. 16: c. 4; p. 12, lin. 40: Hugonem, lin. 48: Guidone; p. 30, lin. 35: II, p. 488 — 489; p. 45, lin. paenult.: 178; p. 49, lin. 12: 9; p. 53, lin. 34: transscripsisse; p. 64, lin. 41: de Arcu Jude; p. 110, lin. 8: pugnantibus; p. 113, lin. 21: persolvant; p. 114, lin. 27: Urbanus III; p. 119, lin. 41: 1241—1242; p. 126, lin. 18: (Amalrico); p. 132, lin. 23: πρωτοδηάκονος, lin. 24: τῆς ἁγίας ἀναστάσεως; p. 134, lin. 14: emtae; p. 144, lin. 43: septentrione; p. 148, lin. 7: Lorminat; p. 151, lin. 10 et 33: raicius, p. 17 et 37: parmentarius; p. 164, lin. 23: in quo; p. 166, lin. 37: juvenis; p. 168, lin. 17: ab altera ei; p. 183, lin. paenult.: dictorum; p. 194, lin. deleas: No. 1191; p. 218, lin. 13: 791; p. 219, lin. 14: precibus; p. 219, lin. 28—29: 792, 799, 807; p. 225, lin. 16: 781; p. 227, lin. 44: 795; p. 288, lin. 45: 799; p. 231, lin. 9: Guidonem (pro: uxorem), lin. 45: suffraganeis; p. 239, lin. 40, p. 240, lin. 25, p. 244, lin. 26 et 37, p. 246, lin. 8 et 40, p. 250, lin. 18: 1893; p. 259, lin. paenult.: Arecha; p. 263, lin. 49: et seqq.; p. 276, lin. 22: Bohemundus V; p. 277, lin. 24: laetanter; p. 278, lin. 45: Bohemundus V; p. 279, lin. 25: iterabunt, neque; p. 288, lin. 42: Bohemundus V; p. 304, lin. 12: Sin; p. 314, lin. 46: cuilibet; p. 318, lin. 47: Italia; p. 322, lin. 29: commendant, lin. 39: cf. Dorez-Guiraud, Registres d'Urbain IV, No. 53—56; p. 327, lin. 27: cf. Dorez Guiraud (17 Sept. 1261), No. 15 et (23 Jan. 1262; 1 Nov. 1262; 12 Febr. 1263) No. 44, 157, 210—211); p. 333, lin. 14: Thomas Berardi, Templi magister (10 Octob. 1258) cum Felice, priore et rectore S. Aegidii Acconensis, pactum facit de illa ecclesia sub tributo LX librarum Turonensium annuali tenenda, quam Urbanus IV epistolae (22 Jan. 1263) verbo tenus insertam confirmat (Dorez - Guiraud No. 193), lin. 24: inquirant; p. 346, lin. 9: 1320; p. 354, lin. 43: Geminiano; p. 365, lin. 30: Archiv für österr. Geschichtsq. LXIX (pro: Mitth.); p. 366, lin. 41: Lugdunense; p. 380, lin. 29: XIV (pro: LIV); p. 385, lin. 36: 1888; p. 389, lin. 2: 23009; p. 393, lin. 39: Dathanaticatam; p. 395, lin. 44: p. 315, No. 592.

# INDEX INDICUM.

(Leopoldus Pawliczek in officina Wagneriana Oeniponti composuit.)

# REGESTA

# REGNI HIEROSOLYMITANI

## (MXCVII—MCCXCI)

## ADDITAMENTUM

EDIDIT

REINHOLD RÖHRICHT.

OENIPONTI

LIBRARIA ACADEMICA WAGNERIANA.

1904.

Tipis Wagnerianis, Oeniponti.

# Praefatio.

Quum, ex quo tempore Regesta regni Hierosolymitani (Oeniponti 1893) nostra in lucem prodierunt, haud paucae chartae adhuc non notae, quae ad historiam dicti regni pertinent, editae sint, opus nostrum regestis ex illis novis fontibus haustis et observationibus quibusdam aliis complere utilissimum nobis visum est. Ut vero percommoda brevitate utamur, libros saepe citandos sic notavimus: Chron. (Hagenmeyer, Chronologie de la première croisade in Revue de l'Orient lat. VI, VII. VIII, IX); D. Cart. (Delaville le Roulx, Cartulaire de l'ordre de St. Jean de Jérusalem, Paris 1894—1904, 4 voll. Fol.); HEp. (Hagenmeyer, Epistulae et chartae, quae pertinent ad primum bellum sacrum, Oeniponti 1901); Invent. (Delaville le Roulx, Inventaire de pièces de l'ordre de l'Hôpital in Revue de l'Orient lat. III); RG., RH., RK. (Röhricht, Geschichte des Königreichs Jerusalem, Innsbruck 1897, Regesta regni Hierosolymitani, Oeniponti 1893, Geschichte des ersten Kreuzzuges, Innsbruck 1901); ZDPV. (Zeitschrift des Deutschen Palästina Vereins).

Gratias optimas maximas debemus atque dicimus collegae amicissimo Domino Charles Kohler, qui non solum textum Cartularii abbatiae S. Mariae de valle Josaphat ab ipso de novo edendi, sed etiam chartas plures ineditas benignissime nobis obtulit aliisque subsidiis variis nos liberaliter adjuvit.

BEROLINI, 1. Aug. 1904.

Reinhold Röhricht.

# SUPPLEMENTUM.

Postquam hoc opusculum finitum fuit, nonnulla regesta Urbani IV modo edita invenimus, quae praetermittere nolumus.

**1263** Nov. 13. Apud Urbem veterem. — Urbanus IV (Guillelmo II), patriarchae Hierosolymitano, mandat, ut monasterio S. Mariae de valle Josaphat aliquam personam idoneam in abbatem[1]) praeficiat (Registr. Urbani IV, No. 2223).

[1]) Jacobum?

**1264** Martio 26 ibid. — Idem eidem mandat, ut Julianum, dominum Sidoniensem, et S.[1]), regis Armeniae natam, compellat, quod non obstante ad invicem contracti matrimonii irregularitate vitam communem agant (ibid. No. 1466).

[1]) Sibylla, filia regis Haythonis, nupsit Sept. 1254 Bohemundo VI, Euphemia (1252) Juliano Sidoniensi.

„ Martio 31 ibid. — Idem eidem mandat, ut constitutionem de certo canonicorum numero ab olim episcopo Guillelmo Anteradensi editam confirmet (ibid. No. 1490).

„ Aprili 1 ibid. — Idem eidem mandat, ut in ecclesia Nazarena pro Santio Guidonem de Paladru pro priore haberi faciat (ibid. No. 1503).

„ Aprili 5 ibid. — Idem episcopo Lidensi scribit propter praebendas in ecclesia Lidensi vacantes (ibid. No. 1555).

„ Majo 19 ibid. — Idem priori S. Sepulchri Hierosolymitano et archidiacono Tiberiadensi mandat, ut Jacobum de S. Quintino, canonicum Lyddensem, in ecclesia Berytensi in canonicum recipi faciat (ibid. No. 1983).

„ Majo 25 ibid. — Idem episcopo Anteradensi indulget, ne fratres Hospitalis quidquam sibi vindicent in ecclesia Anteradensi ratione donationis et compositione initarum, antequam Sedes Apostolica locum, ecclesiam et diocesim Raffaniensem Anteradensi ecclesiae uniret (ibid. No. 1709; in eundem modum scriptum est propter fratres Templi ibid. No. 1710; cf. RH. No. 1329 et 1332).

„ Junio 5 ibid. — Idem episcopo Anteradensi mandat, ut magistrum Henricum, canonicum Anteradensem, vicarium archiepiscopi Januensis, qui non obstante mandato quondam episcopi Anteradensis in eadem ecclesia per X annos post competentem terminum assignatum residere non curavit, praebenda privet (ibid. No. 1811).

(**1097** Sept. exeunt?). — Epistola S(imeonis), patriarchae Graecorum Hierosolymitani, quam Hagenmeyer, Chron. No. 205 sub finem Octobr. et HEp. No. VI, p. 59—61, 141—142, (cf. p. 242—247) c. 18 Octobr. scriptam esse censet. || Ejusdem patriarchae (med. Octobr. ejusdem anni?] epistolam idem auctor (Chron. No. 228 et HEp. No. IX, p. 68—75, 146—149, 269—275) c. 15 Jan. 1098 Antiochiae scriptam esse putat. **1**

( „ Nov.). Edessae. — Epistolam a principe Edessae ad Balduinum, ducis Godofredi fratrem, missam esse ineunte Februario 1098 Hagenmeyer, (Chron. No. 231) censet; cf. RG. p. 100. **3**

(**1098** c. Febr. 15). Antiochiae. — De epistola principis Antiochiae Yaghi-Sijan cf. Chron. No. 237. **6**

( „ Jul. ineunte). Antiochiae. — Epistola a Bohemundo I et aliis ducibus mense Aprili vel Julio scripta, sed fortasse ab Hugone, episcopo Gratianopoli, zelum christianorum excitaturo ficta esse videtur, quam archiepiscopo et canonicis ecclesiae Turonensis misit (Chron. No. 319*; HEp. No. XII, p. 79—84, 153—155, 298—308; cf. RG. p. 222, Not. 1). **10**

( „ Jul. 14). — Bohemundi I privilegium exstat quoque in Imperiali di Sant'Angelo, Caffaro, 1894, p. 372—374, Not. 16 (cf. Cafarus in Rec. d. crois. V, p. 56); de eodem cf. Chron. No. 300; HEp. No. XIII et XIV, p. 84—88, 155—156, 308—311, 311—312, ubi quoque de juramento Januensium (RH. No. 16) agitur; cf. RG. p. 153—154. **12**

( „ Sept. 11). Antiochiae. — De Bohemundi I aliorumque principum epistola cf. Chron. No. 314; HEp. No. XVI, p. 93—100, 161—165, 341—358. **14**

„ Octob. 3—10 — Urbanus II apud Barum concilium tenet »tractans et disponens cum multis terrae senatoribus ad Jerusalem profecto tendere« (Epist. cleri Lucc. in Riant, Invent. p. 224; Chron. No. 319; RG. p. 223; HEp. p. 95, 103, 369). **15a**

(**1099** c. 15 Mart.). Apud Archam[1]). — De epistola a Raymundo, comite S. Aegidii, scripta cf. Chron. No. 359 (c. 9 Mart.); RG. p. 170. **19**

[1]) De Arka (Irka) nunc conferas Max van Berchem in Journ. asiat. 1902 (Mai—Juin), p. 393—394.

( „ c. 10 April). Apud Archam. — De epistola, qua principes Alexio I imperatori respondent, cf. Chron. No. 361; RG. p. 171—172. **20**

„ April 24—30. — Urbanus II Romae synodum celebrat, in qua »de Jerosolymitano itinere multum rogavit, ut irent et fratribus suis laboranti-

bus succurrerent« (Bernold. in Mon. Germ. SS. V, p. 466; Labbe, Bibl. nov. manuscr. II, p. 296; Riant, Invent. p. 192—193, No. 126; Chron. No. 368; RG. p. 223). **20a**

(**1099** April.). Hierosolymis. — De epistola a veziro Aegypti Malik el-Afdhal christianis missa cf. Chron. No. 370 (init. Maj.) et RG. p. 122. **21**

( „ Aug. ineunte). — De epistolis a Godofredo duce et Arnulfo, patriarcha Hierosolymitano[1]), Manassae, archiepiscopo Remensi, missis cf. Chron. No. 415, 440; HEp. No. XX, p. 116—119, 175—176, 403—412. **26**

[1]) Inscriptionem Hierosolymis inventam, qua Arnulfus conditor domus cujusdam vocatur, edidit Clermont Ganneau in Rec. d'archéol. orient. III, p. 57—59, unde cognoscitur, patriarcharum palatium fuisse el- chanakah (M. van Berchem in Journ. asiat. 1902, Mai—Juin, p. 424).

( „ Sept.). — De epistola Daimberti, archiepiscopi Pisani, et principum christianorum cf. Chron. No. 430; HEp. No. XVIII, p. 103—114, 167—174, 371—403 et RG. p. 206, Not. 3; 207, Not. 1. **29**

(**1100** Majo vel Junio). — Daimbertus, patriarcha Hierosolymitanus, archiepiscopis, episcopis, principibus aliisque omnibus Teutoniae mittit per Arnulfum fratrem epistolam, qua auxilium et succursum expetit pro regno christianorum Hierosolymitano, quod ad sanctum pascha plurimi peregrini Anglorum et Pisanorum navibus usi deseruerunt. »Reliquos vero, quos vix retinere potuimus, magnis stipendiis et donativis conducimus, ut, donec Deus nobis de vestra gente et lingua latina adjutores mittat, (qui) defendant Jherusalem, Bethlehem, Jopen, Tabariam, Samariam, castrum S. Abrahae et Ramas, beati martyris Georgii sacratas, et alia insuper munimenta« (Comptes rendus 1884, XII, p. 213—214; cf. p. 211—213; HEp. No. XXI, p. 119—121, 176—177, 412—420; RG. p. 220). **30a**

( „ Aug. Sept.?). — De epistola Balduini de Burgo cf. nunc RG. p. 157—158, Not. 7; p. 159, Not. 1. **33**

(**1100**—**1134**). Bernardus, primus Antiochiae patriarcha latinus[1]), precibus fratrum Hospitalis Hierosolymitani locum quendam in circuitu Beatae Mariae situm[2]), qui est ante eorum hospitium, ad stabulum faciendum, ea conditione concedit, ut ecclesiae B. Petri inde II bisantios annui census solvant (D. Cart. I, p. 9, No. 5; Invent. p. 54, No. 66). **34a**

[1]) De quo Rey in Revue de l'Orient lat. VIII, p. 131—133. [2]) Antiochiae memorantur S. Mariae de Ferro et S. Mariae Rotundae ecclesiae; Wilbrand (ed. Laurent) p. 173 praeterea vocat »clusam, in qua B. Maria Magdalena egit per tempus penitentiam et . . . tunc corpore terrena transcendit«.

**1101** (Antiochiae). — Privilegium, quod Tancredus Januensibus concessit, accuratissime illustravit Hagenmeyer, Chron. (in Revue de l'Orient latin IX, p. 445) No. 580a. **35**

„ (1100 Mart. 25—Aug. 31). — Privilegium a Tancredo Monti Thabor concessum nunc quoque exstat cum multis locorum nominum variis lectionibus in D. Cart. II, p. 897—898, No. 1. **36**

( „ ?) Isarnus, episcopus Tolosae »acceptis litteris a domino Paschali (II) papa et domino patriarcha Daimberto« donum a pluribus nobilibus S. Sepulchro et Hospitali factum confirmat. Paschalis enim et Daimbertus patriarcha et Geraldus, rector dicti Hospitalis, aliique ab antedictis nuntii missi donatoribus nobilibus concesserunt, »ut sint absoluti et liberati a cunctis peccatis suis a Deo« . . . et dederunt talem partem in benefactis sanctae Jerusalem illis, qui receperint Petrum Ramundum, Hospitalis procuratorem, qua-

lem ipsi desiderant adipisci a Domino Jesu Christo (D. Cart. I, p. 9—11, No. 6). Antedictum donum confirmat et auget Poncia de Saisac pro sua parte cum fratribus suis 9 Majo 1102 in praesentia ante dicti Geraldi (ibid. p. 13, No. 9). 36ª

(**1101—1119**?) Sept. 7. — Guillelmus Alpherici cum uxore et filio suo Hospitali S. Johannis Hierosolymitano terras, vineas, hortos, decimas et ecclesiam S. Romani laudat et confirmat, regnante rege Balduino, in praesentia Geraldi hospitalarii aliorumque testium (D. Cart. I, p. 12, No. 7). 36ᵇ

( „ ). — Hugo, abbas S. Mariae de valle Josaphat, omnibus archiepiscopis, episcopis et christianis nuntiat, se consilio patriarchae Hierosolymitani E(bremari), Cardinalis S. E. Romanae R...., Balduini regis, episcoporum, abbatum et canonicorum S. Sepulchri totiusque cleri Hierosolymitani monasterium S. Mariae de valle Josaphat a paganis destructum reaedificandum incepisse et omnes, qui huic operi perficiendo aliquod auxilium fecerint, fratres suos et participes orationum fore declarat, pro eisdem vero in unaquaque hebdomada duas missas ante sepulchrum S. Mariae celebratum iri. — Testes omnes cismarini praeter Willelmum de Buris (Ex bibl. Panorm. commun. Qq. H. 11, Fol. 166—169, apogr. saec. XVII; dedit D. Kohler). 36ᶜ

**1103** Jan. 16. In Monte Peregrino. — Privilegium Raymundi, comitis S. Aegidii, quoque exstat in L'Auvergne, Févr. 1898, p. 73—74. 38

„ Jul. 29. Laterani. — Privilegium, quod Paschalis II Montis Thabor abbati Giraldo concessit, nunc quoque exstat in D. Cart. II, p. 892, No. 2 (ubi variae lectiones nominum casalium conferendae sunt). Idem privilegium ab Eugenio III 4 Majo 1146 eidem conventui (D. Cart. II, p. 902, No. 9) et ab Alexandro IV 4 Octob. 1256 fratribus Hospitalis, quibus bona Montis Thabor concesserat, confirmatum est (D. Cart. II, p. 826—828, No. 2832; Invent. p. 93, No. 302), qui iisdem privilegium Eugenii III supra dictum confirmavit 3 Oct. 1256 (D. Cart. II, p. 823—825, No. 2829; Invent. p. 93, No. 303) et bullam ab Alexandro III concessam (D. Cart. II, p. 825, No. 2830; cf. p. 904, No. 12; Invent. p. 55, No. 72). 39

**1104**. — Privilegium a Balduino I rege Januensibus concessum nunc quoque exstat in Imperiali di Sant'Angelo, Caffaro, 1894, p. 377—378. Not. 18. 43

(**1107** autumno). — Concilium Hierosolymitanum ineunte anno 1108 celebratum est (RK. p. 70—72). 50

„ (1106 Mart. 25—Aug. 31). — Privilegium a Balduino I rege Montis Thabor fratribus concessum nunc quoque exstat in D. Cart. II, p. 825—826, No. 2831; cf. Invent. p. 44, No. 1 et 2. 51

**1108**. — Privilegium a Balduino I rege ecclesiae S. Mariae de valle Josaphat concessum plenum edidit Kohler in Revue de l'Orient latin VII, p. 112—113, No. 1. 52

**1109**. — Bernardus, episcopus Nazarenus[1]), coram Balduino I rege et militibus ejus abbatiae S. Mariae de valle Josaphat ejusque abbati Hugoni ecclesiam S. Georgii Tiberiadis urbi vicinam[2]) donat. — Gibelinus et Evremarus archiepiscopi, Anschetinus episcopus, A. diaconus, Acardus decanus,

[1]) Qui c. 1126 mortuus est. [2]) Cf. ZDPV. X, p. 215.

Ansellus praecentor, Petrus abbas, Radulfus de Funteneio[3]), Pisellus vicecomes[4]), Ado de Chirisiaco[5]), Arnulfus Loteringus[6]), Gomagnus[7]) (Revue de l'Orient lat. VII. p. 113—114, No. 2). || Hanc donationem a Bernardo, episcopo Nazareno »mortuo«, factam notificant Adelelmus archidiaconus, Guillelmus, prior S. Gabrielis[8]), Helias presbyter, Adam diaconus, Girardus diaconus, Willelmus, ecclesiae custos, Raynaldus camerarius, Willelmus[9]), »Tyberiadentium princeps«, Martinus interpres (ibid. p. 114—115, No. 3). 56a

[3]) Alias de Fontenei, Foritaneto vocatur. [4]) Hierosolymitanus. [5]) Alias de Cheresio vocatur. [6]) Alias Arnulfus Loferencus. [7]) Alias Gothmanus. [8]) Scilicet ecclesiae Nazarenae (Tobler, Nazareth p. 217—221; RH. No. 97). [9]) de Buris.

**1110** Sept 28. — Privilegium a Balduino I Hospitalis fratribus concessum in D. Cart. I, p. 21—22, No. 20. 57

„ (1109 1. Sept.—1110 Mart. 24). — De Aichardo decano, qui a Balduino I Romam missus fuit, cf. Vita Joannis, ep. Teruann., in Mon. Germ. SS. XV, p. 1143—1144. 59

„ (c. 1110). Tolosae. — Geraldus, minister Hospitalis Hierosolymitani, ecclesiam B. Mariae Dealbate et omnia, quae ad eam pertinent, ecclesiae B. Mariae Deaurate Pontio, abbati Cluniacensi, et Ansquilino, abbati Moissiacensi, reddit (D. Cart. I, p. 20, No. 18). 59a

**1112** Jul. 18. — Privilegium ab Evremaro, archiepiscopo Caesariensi, fratribus Hospitalis concessum in D. Cart. I, p. 28—29, No. 29. 65

„ (1111 Sept. 1—Dec. 24). — Privilegium ab Arnulfo patriarcha canonicis S. Sepulchri 20 Junio 1112 concessum in D. Cart. I, p. 25—26, No. 25 (cf. Invent. 44, No. 4 et sequentem chartam No. 68a). 68

„ Jun. 20. — Balduinus I, rex Hierosolymitanus, die, quo patriarcha Hierosolymitanus Arnulfus »sanctae ecclesiae Jherusalem ordinationem suscepit«[1]), Hospitali, quidquid possidet, confirmat. Actum est anno dominicae incarnationis MCXII, indictione V, captionis Jherusalem a christianis XIII, domini patriarchae Arnulfi primo et regis Balduini XII. — Arnulfus patriarcha, Bernardus, episcopus Nazarenus, Rogerius, episcopus Ramulensis, Aicardus, Templi Domini, Arnaldus, Montis Sion, priores, A(n)sellus cantor, Girardus thesaurarius, Aremandus, Fulco, Willelmus subcentor, Rainerius, prior de S. Abraham, Balduinus rex, Simon dux, comestabulus, Ugo Chostard dapifer, Gotafredus, nepos regis, Romanus de Podio, Johannes interpres, Otto Egidius, Albertus, Garinus de Verno, Girardus, cubicularius regis, Robertus sacerdos, qui hanc cartam scripsit XII cal. Julii anno ut supra feria V, luna XII (D. Cart. I, p. 27—28, No. 28; Invent. 44, No. 3). 68a

[1]) Hunc diem 20 Junium fuisse ex hac charta tantum apparet (cf. RH. No. 68). Eadem de causa privilegium ab Arnulfo supra dicto ecclesiae S. Mariae de valle Josaphat concessum (RH. No. 67) post 20 Junium anni 1112 ponendum est. Arnulfi antecessor Gibelinus 6 Aprili mortuus fuerat (RK. p. 96). Nonnulla nomina testium subscriptorum adhuc ignota fuerunt.

„ (1111 Sept. 1—Dec. 24). — Charta a Gibelino, Sedis Apostolicae legato, edita nunc quoque exstat in D. Cart. II, p. 899, No. 4. 69

* **1113** Jan. 3. Beneventi. — Privilegium, quod a Paschali II ecclesiae S. Mariae de valle Josaphat concessum putabatur, spurium est (L. von Heinemann, Normannische Herzogs- und Königs-Urkunden, Tübingen, Progr. Universitatis 1899, p. XI). 70

**1113** Febr. 15. Beneventi. — Privilegium a Paschali II fratribus Hospitalis concessum nunc quoque exstat in D. Cart. I, p. 29—30, No. 30. **71**

„ (Ante 1114). — Wido Capriolus[1]) pro salute animae et parentum uxorisque animarum S. Mariae de valle Josaphat casale S. Pauli in territorio Mamistrae situm cum appenditiis, terram unius aratri in casali Hosse et CC libras piscium e piscatione Mamistrae recipiendorum et C mecuchia salis donat. — Rogerius, Tarsensis archiepiscopus, Helias praecentor, Philippus, Petrus, Amblardus, Ricardus canonici, Sanso dapifer, Rogerius de Cornellun, Willelmus de Altavilla, Rainaldus de Voret (Rev. de l'Orient latin VII, p. 115—116, No. 4). **73a**

[1]) Haec donatio memoratur in charta anno 1114 edita (RH. No. 76); plurimorum testium nostrorum alias mentio neque fit, neque situm casalium supra dictorum definire possumus.

**1114**. — Privilegium a Balduino I rege fratribus S. Sepulchri concessum optime illustravit Clermont-Ganneau, Rec. d'archéol. orient. II, p. 91—93, praesertim nomina casalium ibi memoratorum: Beitligge (Beit Liddsche), Kafreachab (Kafar Akab), Aram (er-Ram), Kalendie (Kalandie), Byrra (el-Bira), Bubil (Chirbet Rubin), Ainquenne (Ain Kanie), Subahiet (Ain Subie), Barimeta (Chirbet Meita), Ataraberet, Ubiet (Atara, Bereth, Uniet). De cetero conferas ZDPV. X, p. 204—205; Conder in Statem. 1890, p. 32. **74**

„ — De regula S. Augustini, quam Arnulfus, patriarcha Hierosolymitanus, canonicis S. Sepulchri, tenendam praescripsit, nunc cf. Kohler in Revue de l'Orient latin VIII, p. 410, 437. **75a**

„ — Privilegium a Rogerio, principe Antiocheno, ecclesiae S. Mariae de valle Josaphat concessum denuo edidit et illustravit Hagenmeyer, Gualterius p. 313, No. 1 (cf. p. 315—318); praesertim conferas, quae Charles Kohler in Cart. suo s. a. luculentissime exposuit. **76**

( „ ). — Balduinus I, rex Hierosolymitanus, S. Mariae de Valle Josaphat casalia a Pisello vicecomite[1]), ejus uxore et fratre donata scilicet Meschium, Delescu, Micheel confirmat, quorum primum ultra Montem Gaudii ad sinistram partem viae Neapolim ducentis, secundum et tertium ad dexteram partem viae ad Jordanum ducentis situm est. — Anselmus de turre David, Gotman, Wido de Miliaco, Asquittinus, Drogo de Nigella[2]), Georgius, filius Megor, Fattis notarius, Samuel interpres (Rev. de l'Orient latin VII, p. 116, No. 5). **76a**

[1]) Hujus donationis mentio fit in RH. No. 134 (cf. ZDPV. X, p. 216) neque tamen casalium Delescu et Micheel. Meschium idem atque el-Miski esse putavimus, an Chirbet Mekikah sive potius »Moschea« intelligi licet? Moschea enim occidentem versus de Nebi Samwil (Mons Gaudii), postea in ecclesiam a christianis commutata nunc diruta memoratur (Tobler, Topogr. II, p. 880—881; Robinson, Pal. II, p. 356). Aliud Chirbet el-Musri septentrionem versus de Nebi Samwil adhuc exstat. Delescu esse videtur nunc Deir Estia (in Mappa anglica XIV Lp.), Micheel vero Deir Mukelik (ibid XVIII Ot). [2]) Hi testes, exceptis Georgio, Fatti et Samuele, satis noti sunt.

**1115** (Jan.-Aug.). — Rogerius, episcopus Ramatensis, consensu capituli S. Georgii, Arnulfo, patriarcha Hierosolymitano, petente et Balduino I rege concedente Hugoni, abbati S. Mariae de Valle Josaphat, casale vacuum Sephoria[1]) cum appenditiis et domum sub proprio castello, terram IV carrucatarum vicinam et domum Mahumeriae sitam donat. — De capitulo ante-

[1]) Hujus donationis suae olim factae mentionem facit supra dictus episcopus in charta a. 1158 edita (RH. No. 190), ubi casale Cephrie vocatur.

dicto: Radulfus archidiaconus, Hugo decanus, Robertus cantor; Arnulfus, patriarcha Hierosolymitanus, Balduinus (I) rex, Evremarus, archiepiscopus Caesariensis, Bernardus Nazarenus, Ansketinus Bethlemitanus, episcopi, Eustachius Granarius, Symon constabularius, Radulfus de Fontenei, Guido de Mili, Gotman, Gauterius Mahumet, Anselmus de Parenti, Pisellus, Paganus, cancellarius regis, Giraldus camerarius (Revue de l'Orient lat. VII, p. 117—118, No. 7). **76b**

**1115.** — Ad hanc chartam cf. quae D. Charles Kohler s. a. exposuit. **79**

( „ ). — Bernardus, episcopus Nazarenus, S. Mariae de Valle Josaphat decimam Legionis[1]) et alteram de terra Gunfredi de Turri urbi Jerusalem vicina[2]) necnon decimam episcopalem una cum episcopo in dicta diocesi percipiendas concedit. — Scriptum est Arnulfo, Hierosolymitano patriarcha, Balduino rege tum castrum Saboach aedificante[3]). Willelmus sacristanus, Henricus Hundrensis, Radulfus capellanus, Manerius[4]) Carnotensis; laici: Willelmus de Buris, Addo de Ceresi, Teobaldus Nivellensis[5]), Martinus vicecomes, Valterius Peregrinus, Robertus de Aquila (Revue de l'Orient latin VII, p. 117, No. 6). **81a**

[1]) Cujus donationis mentio fit in RH. No. 97. [2]) De qua videas RH. No. 67. [3]) Balduinus I c. Sept. Octob. anni 1115 spatio XVIII dierum hanc arcem Montem regalem (Schaubek) construxit (RK. p. 113). [4]) Fortasse legendum est: Galterius. [5]) Alias vocatur Nigellensis (RH. No. 80).

**1118** Majo 6. — Petrus, archiepiscopus Apameae, Hospitali omnia, quae a comite Tripolitano et aliis donatoribus ejusdem ligiis accepit, confirmat (D. Cart. I, p. 36, No. 43; Invent. 45, No. 6). **85a**

„ Jun. 4. — Privilegium a Rogerio, principe Antiocheno, fratribus Hospitalis concessum nunc in D. Cart. I, p. 38, No. 45; idem Hagenmeyer, Gualterius p. 314, No. 2 (cf. p. 318—322) denuo edidit. **86**

**1119** Jun. 19. Apud S. Aegidium. — Privilegium a Calixto II fratribus Hospitalis concessum in D. Cart. I, p. 40—41, No. 48. **88**

(**1119—1124**). Calixtus II clero et fidelibus Europae nuntium a Raymundo, praeposito Hospitalis Hierosolymitani, missum et Hospitale commendat[1]) (Jaffé-Löwenfeld No. 7089; D. Cart. I, p. 39—40, No. 47). **88a**

[1]) De legatione, quam Balduinus II auxilium petituram ad Calixtum et Venetianos c. 1122 miserat, videas RK. p. 163; hujus legationis fortasse socius fuit supradictus nuntius, cujus nomen deest.

**1120** Dec. 30. — Balduinus II, rex Hierosolymitanus Hospitali privilegium ab antecessore (20 Junio 1112) concessum[1]) confirmat. — Paganus cancellarius, Robertus, vicecomes Acconis, Radulfus de Fontanellis, Ugo de Pazence (sic)[2]), Anfredus de Toronis[3]), Andreas de Teirall[4]), Johannes cubi(cu)larius praesentibus Petro Barchinonensi[5]), Bertrando, fratre[6]) de Monte Peregrino, Poncio presbitero et fratre Aicilino (D. Cart. I, p. 45, No. 53). **90a**

[1]) Cf. supra No. 68a. [2]) Nescimus, num Hugo de Paganis, an de Parentei intelligendus sit. [3]) Alias Honfredus de Torono dictus. [4]) Legas: Mirabel. [5]) Qui fuit canonicus S. Sepulchri. [6]) Scilicet Hospitalis de dicto Monte.

**1121.** — Epistola Raymundi de Podio, custodis Hospitalis[1]), in D. Cart. I, p. 38—39, No. 46. **98**

[1]) De ejusdem sigillo cf. Revue de l'Orient lat. II, p. 180, No. 5.

**1122** Majo. — Privilegium a Baliano, constabulario Joppensi, fratribus Hospitalis datum in D. Cart. I, p. 49, No. 59; Invent. p. 45, No. 7. **100**

**1122** — Balduinus II, rex Hierosolymitanus, pro salute animae, antecessoris et parentum animarum S. Mariae de valle Josaphat casale Beteri in territorio Neapolitano situm sigillo concedit[1]) et minatur omnem transgressorem in curia regali excommunicatum et poena M bisantiorum multatum iri. — Hugo Blancus[2]), Paganus cancellarius, Anscherius de Mosteriolo, Bernardus Vaccarius, Robertus de Meri, Willelmus de Sancto Bertino, Baronus Saggittarius, Karolus, nepos Rainaldi Masveri et totus conventus ejusdem ecclesiae (Revue de l'Orient lat. VII, p. 118—119, No. 8). **100[a]**

[1]) Hujus donationis mentio fit in chartis RH. No. 101 et 134. [2]) De hoc, Anscherio, Roberto et Karolo ex chartis et chronicis nihil comperimus; Baronus Saggittarius alias Baro Archerius vocatur (RH. No. 120).

**1123**. Accon. — Ecclesia S. Demetrii Acconensis, quae memoratur in privilegio a baronibus Terrae Sanctae Venetianis concesso, a Nicolao IV (15 Julio 1290) in epistola ad archiepiscopum Tyrensem et episcopum Tripolitanum scripta »inundationibus maris totaliter destructa« vocatur (Langlois, Registr. No. 2919). **102**

,, — Hugo, comes Joppensis, pro salute animae suae et animarum parentum consensu uxoris Emmae[1]) S. Mariae de valle Josaphat ejusque abbati Gelduino tertium casale melius Machoz in territorio Ascalonitano situm sigillo apposito donat[2]), quod duobus aliis ab ipso jam donatis vicinum est, praeterea machomeriam meliorem urbis Ascalon[3]), viridiarium extra hanc urbem et casale Samaritanorum Saphe in territorio Neapolitano situm, gastinam Melbena, terram ante portam Joppensem olim Framerico propriam. Barisanus vero, Hugonis constabularius, ipsius assensu eidem abbatiae casale Dargeboam cum appenditiis et tertiam partem gastinae Zona in territorio Hierosolymitano sitae donat. Factum est Warmundo patriarcha Hierosolymitano, Balduino rege secundo. — Guido de Miliaco, Barisanus constabularius, Gaufridus cognomento Monachus, Guibertus de Peiz[4]), Radulfus Loherenus[5]), Odo, Galterius, Roardus de Abbatia, Paganus de Osche[6]), Robertus Pinguis, Ailelmus dapifer, Garinus, Stephanus (Revue de l'Orient lat. VII, p. 119—120, No. 9). **102[a]**

[1]) Quae antea fuit uxor Eustachii Granerii (RH. No. 104). [2]) Hujus et aliorum casalium donatio memoratur in RH. No. 120 et 134, sed nusquam vocatur gastina Melbena. [3]) Ascalon vero a christianis XXX annos post expugnata estr [4]) Fortasse idem ac Humbertus de Paci (Pazi). [5]) Supra No. 56[a] Arnulfus Loteringus (Loferencus) vocatur. [6]) Alias Paganus de Osca.

(**1124**?). — Instrumentum, quo exponitur, quod rustici Henrici de Alentione[1]) casale Borca[2]) inhabitantes S. Mariae de valle Josaphat pro terra Dargiboan debent, scilicet dimidiam partem laboris ad dictam terram colendam. Cujus in loco si monachi argentum habere malunt, rustici II bisantios, II carublis subtractis, et, si dictam terram colere nolunt, summam redditui similis terrae parem solvent, et, si terram omnino incultam relinquunt, dicta abbatia eam in perpetuum possidebit. — Henricus de Alentione, Asquitinus vicecomes, Georgius Rais, Udo miles[3]), Rainalnus de Poncio, Gaufredus Acus, Bernardus Vacharius, Bonitus Tolosanus, Sierius de Berito, Guillelmus, dogomannus monachorum, Aldo Meschinus, Furianus[4]) (Revue de l'Orient lat. VII, p. 120—121, No. 10 et Kohler in Cart. s. anno). **104[a]**

[1]) Num legendum est Calenzun? [2]) Nunc Chirbet Burcham septentrionem versus de Darchiboam (Deir el-Okban). [3]) Qui cum Guillelmo et Aldone nusquam memoratur. [4]) Num Surianus an furnarius legendum est?

**1125** Maj. 2. Accon. — Annotatio secunda annexa privilegio Balduini II supprimenda est. **105**

„ Octob. 20. — Privilegium a Bernardo, episcopo Nazareno, fratribus Hospitalis concessum in D. Cart. I, p. 68, No. 71; Invent. p. 44, No. 5. **106**

„ Dec. 9. — Privilegium a Bernardo, episcopo Tripolitano, fratribus Hospitalis concessum denuo edidit D. Cart. I, p. 69—70, No. 72. **107**

„ (?) Dec. 28. Hierosolymis. — Privilegium a Pontio, comite Tripolitano, eisdem fratribus concessum in D. Cart. I, p. 74—75, No. 79 sub recto dato: 1126, Dec. 28. **108**

(**1125—1153**). — Raymundus de Podio, custos Hospitalis Hierosolymitani, ejusdem fratribus regulam praescribit (D. Cart. I, p. 62—68, No. 70; IV [Suppl.], p. 242, No. 70). **111a**

**1126** Jan. 17. — Privilegium a Barisano, constabulario Joppensi, fratribus Hospitalis concessum in D. Cart. I, p. 70, No. 74; Invent. p. 46, No. 9. **112**

„ Jan. 17. — Privilegium ab Hugone, comite Joppensi, fratribus Hospitalis concessum 27 Junio ejusdem anni confirmatum in D. Cart. I, p. 72—73, No. 77. **113 et 114**

„ Jan.—Aug. Turbaselli. — Gocellus, comes Edessánus, S. Mariae de valle Josaphat terram Kyaria[1]) confirmat, quam dominus Galeran comitissae de Corboil[2]) et illa assensu filii sui abbati dicti monasterii Gilduino donaverat. — Aldoinus de Soroldo,[3]) Hugo de Pazi, Benzo, Otuer, Ernaldus de Curiz.[4]) Datum per manum Jacobi, comitis Gocelli cancellarii (Revue de l'Orient lat. VII, p. 121—122, No. 11). **113a**

[1]) Cujus situm accuratum ignoramus. [2]) Quae uxor fuit Odonis, aut ejus nepotis Hugonis, Corbolii comitum. [3]) Legas de Sirode (RH. No. 206); ceterorum testium mentio alias non fit. [4]) Id est Koros.

„ Mart. 14. — Raiembaldus de Rauca et Raymundus Pandulfi confirmant, Bernardum Willelmi de Fraxino in peregrinatione Hierosolymitana constitutum in Tripolitana urbe priusquam moreretur, Hospitali, quaecunque ipse possidebat in Olibana, testamento semper tenenda tradidisse. — Berengarius S. Felicis, abbas Girundae,[1]) Bertrannus, prior Hospitalis Montis Peregrinorum, Durandus, archidiaconus Tripolitanus, Berengarius (Cort....), Guillelmus Pontius, Petrus Vivariensis, qui chartam scripsit (D. Cart. I, p. 72, No. 75). **113b**

[1]) De quo RH. No. 107.

„ Octob. — Balduinus II, rex Hierosolymitanus, Godofredo Pintard[1]) II casalia in territorio Neapolitano sita donat (Invent. 46, No. 10). **114a**

[1]) Nomen ignotum.

„ — Eustachius Granerius II assensu Papiae uxoris[1]) et baronum suorum S. Mariae de valle Josaphat donum, quod precibus et consilio Eustachii Granerii I, patris sui, Balduinus I rex fecerat, confirmat scilicet mahomeriam extra Sidonem sitam[2]) et barbacanae versus Tyrum spectanti vicinam, viridarium et hortum, denique casale, quod Enguerrandus Luvet[3]) donaverat. — Philippus, canonicus ecclesiae Sidoniensis, Emma, comitissa, mater Granerii II, Willelmus Malet, Maengotus, Walterius, Raymundus, Ridendus, Theodericus. Factum Warmundo patriarcha Hierosolymitano, Balduino II rege et scriptum est a Walterio, fratre supradicti Granerii (Revue de l'Orient lat. VII, p. 122—123, No. 12). **114b**

[1]) Adhuc incognita. [2]) Cf. RH. No. 134. [3]) Qui cum plurimis testibus infra scriptis nusquam memoratnr.

**1126.** — Caecilia,[1]) dominia Tarsi et soror regis Balduini II Hierosolymitani, assensu Bohemundi II, principis Antiochiae, S. Mariae de valle Josaphat per manus abbatis Gelduini casalia in territorio Mamistrae sita cum omnibus appenditiis donat scilicet Joacheth, II carrucatas terrae in Tilio, deinde Oessi[2]) ultra flumen, quod dicitur Joannes,[3]) et Grassia cum fonte. — Ivo Cassinellus, Balduinus de Cavarico, Hugo de Chetevila, Robertus de Abatisvilla, Richardus de Lachoara (Revue de l'Orient latin VII, p. 123, No. 13). **114c**

[1]) Cujus nomen adhuc incognitum fuit. Sororem regis Balduini viduam Rogerii, principis Antiocheni, fuisse satis constat (Hagenmeyer, Galterius p. 105. 120 (Not. 6), 285 (Not. 65). [2]) De his casalibus et infrascriptis testibus nihil scimus; Oessi aperte idem est atque Oschi in RH. No. 76 memoratum. [3]) Alias Johan, Jahan vocatur (Pyramus Veterum).

„ — Evremarus, archiepiscopus Caesareae, S. Mariae de valle Josaphat cimeterium in ecclesia antea dicta Mahomeria urbi Sidonis vicina[1]) situm et decimam viridarii attinentis donat. — Factum Warmundo patriarcha Hierosolymitano et Balduino II rege. Renerius, frater Evremari,[2]) Haymo levita, Philippus, ecclesiae Sidoniensis canonicus, Arnaldus, Dominici Templi canonicus,[3]) qui scripsit (Revue de l'Orient lat. VII, p. 124, No. 14). **114d**

[1]) Haec mahomeria memoratur in RH. No. 114b. [2]) Sine dubio archidiaconus Caesariensis (RH. No. 126: 1129, ubi etiam Haymo noster memoratur). [3]) Qui et chartam Warmundi, patriarchae Hierosolymitani, a. 1123 scripsit (RH. No. 101).

„ — Evremarus, archiepiscopus Caesareae, S. Mariae de valle Josaphat dimidiam partem decimae de casali Galgala[1]) recipiendam sigillo apposito donat. — Factum Warmundo patriarcha Hierosolymitano et Balduino II rege. Cislaridus, Philippus, Hemo, canonici[2]) (Revue de l'Orient. lat. VII, p. 124—125, No. 15). **114e**

[1]) Quod Tancredus abbatiae donavit (RH. No. 80); decima nostra memoratur in RH. No. 290. [2]) Quorum Hemo (Aymo) solus nobis notus est.

„ — Privilegium a Willelmo de Buris ecclesiae S. Mariae de valle Josaphat concessum denuo edidit Kohler in Revue de l'Orient lat. VII, p. 125, No. 16, unde corrigendum est: Radulfo »genere« ejus, Drogone »de Niella«. ‖ Neumann in ZDPV. XVII, p. 304 de ecclesia S. Georgii prope Medan in charta nostra memorata notat: »Der Ort Medan ist der Budenort bei el-Muzerib, wo . . . am 19. Schawwal grosser Markt ist«. **115**

**1127** Febr. 8. (In Monte Peregrino). — Privilegium a Pontio, comite Tripolitano, fratribus Hospitalis concessum in D. Cart. I, p. 76—78, No. 82; Invent. p. 46, No. 8.[1]) **118**

[1]) Casale Ardacium in charta vocatum nunc Ardat esse videtur orientem versus de Tripoli situm, Felicium vero Qualat el- Felis, inter Hisn el-Akrad et Akkar situm (Dussaud in Revue archéol. 1897, XXX, p. 308—309; Lammens, Au pays des Nosairies in Revue de l'Orient chrétien 1899, IV, p. 378, qui castellum Bocheae (p. 586) idem esse censet ac Burdsch Maksur); meridiem versus de Monte ferrando (Barin) situm est Marjamin (Dussaud l. c., p. 314—317; Hartmann in ZDPV. XXIII, p. 126; RK. p. 830).

**1128** Mart. Accon. — De Anselmo, episcopo Bethlemitano, qui inter testes privilegii Balduini II regis vocatur, nunc conferas Comte Riant, Etudes sur l'hist. de l'église de Beth. éd. Kohler, Gênes 1889 et 1896, I, p. 18—19, 204; II, p. 2—5. **121**

„ Aprili 8. — Balduinus II, rex Hierosolymitanus, tempore, quo devastaret terram Ascalonitanam[1]), donum Hospitali ejusque magistro Ray-

[1]) Cf. RK. p. 184.

mundo a Godofredo de Flujeac[1]) collatum, scilicet castellum Kalansu confirmat (D. Cart. I, p. 78, No. 83; Invent. 46, Nr. 11). **121a**

[1]) Alias G. de Flavi, Flaiaco vocatur, cujus donatio memoratur in charta, quae exstat in RH. No. 130.

**1129** Octob. 19. — Stephanus, patriarcha Hierosolymitanus, S. Mariae de valle Josaphat omnia bona, quae reges, principes, barones et patriarchae, in primis Warmundus donaverant,[1]) confirmat, e quibus vocat II partes de casali Bethsan in territorio Hierosolymitano sito, decimam hortorum et molendinorum Syloe, terrarum et vinearum ejusdem territorii, quae eidem ecclesiae pertinent. Addit praeterea decimam II carrucarum, quarum una fuit Guidonis de Miliaco, altera Baliani Joppensis, quam prior S. Sepulcri Willelmus et ceteri fratres concesserunt. Deinde enumerat in territorio Neapolitano decimam II casalium Aschar et Betheri, in territorio Acconensi decimam casalis Cassara, IV carrucarum terrae olivarumque pertinentium apud casale Huberti de Paceo, medietatem decimae Baliani de Betheri et terrae Beroaldi, quae sita est in monte, totam decimam casalium Balduini Ramatensis Gemail, Serra, Bethbezim et II casalium Taret et Tarfin, quae fuerunt Gaufredi de Turri. — Factum patriarchatus anno II Balduino II rege. Gaudentius, Caesariensis electus, Willelmus, S. Sepulcri, Acardus, Templi (Domini), Ernaldus, Montis Sion, Henricus, Montis Oliveti, priores, Petrus Barchinonensis subprior, Anselmus cantor, Petrus thesaurarius, Petrus Bernardi, Gislebertus, Josbertus praepositus, Gaufridus cellerarius, Aimericus elemosynarius, Petrus de S. Lazaro, Wlgrinus, Socrates, Giraldus, Gualterius, Petrus, Clemens, Moyses. Hugo, Bethlemitani ecclesiae sacerdos et bibliothecarius, scripsit. || Hanc chartam E(ustorgius), archiepiscopus Nicosiensis, R(adulfus), episcopus Acconensis, Guischardus, abbas S. Mariae Latinae[2]), sigillis appositis se vidisse precibus abbatis S. Mariae de valle Josaphat confirmant (c. 1239) (Revue de l'Orient latin VII, p. 125—127, No. 17 et Kohler, Cart. s. v., ubi exponitur, supra dictam vidimationem in pagina separata scriptam ad chartam antecedentem pertinere non videri). **129a**

[1]) RH. No. 101; cf. No. 67. [2]) Sigillum anonymum ecclesiae S. Mariae latinae edidit Schlumberger in Revue bibl. internat. 1900, p. 427—428.

„ Hierosolymis. — Privilegium a Balduino II rege fratribus Hospitalis concessum denuo edita est in D. Cart. I, p. 78—79, No. 84; Invent. p. 46, No 12. **130**

(Ante **1130**). — Balduinus II, rex Hierosolymitanus, S. Mariae de valle Josaphat per manum Gelduini abbatis casalia Bestella in territorio Tyrensi et Sardanas ante Tyrum sita[1]) praeter petiam terrae inter montana et viridarium regis sitam pro salute animae praedecessoris et uxoris (Morfiae) in dicta abbatia sepultae[2]) per manum Pagani cancellarii concedit. — Milisenda, filia regis et regni Hierosolymitani heres, Hugo, dominus Joppensis, Ansellus de Bria, Barianus, constabularius Joppensis, Johannes camerarius, Hulricus, vicecomes Neapolitanus, Bernardus Vaccarius, Hemelinus vicecancellarius, qui scripsit. In fine chartae Balduinus II rex declarat, se precibus dicti abbatis Gelduini in ipso casali Sardenas II carrucatas terrae libere

[1]) Quae quoque memorantur in charta Balduini II a. 1130 edita (RH. No. 134).
[2]) De Morfia cf. RH. No. 321; RK. p. 127, 144, 157. Quo anno Morfia mortua fuerit, nescimus; eandem vero in monasterio S. Mariae de valle Josaphat sepultam fuisse e charta nostra solum cognoscitur.

et quiete habendas et possidendas eidem concessisse (Revue de l'Orient lat. VII, p. 128, No. 18). 137[a]

**1131** Jan. 29. — Balduinus de »Corris«[1]) Hospitali Hierosolymitano casale Betefan in territorio suo situm donat et confirmat (D. Cart. I, p. 82, No. 90; Invent. p. 46, No. 14). 137[b]

[1]) Sive de Choros, Cyrrhus; locus meridiem versus de Bajas situs est. [2]) Locus ignotus.

„ Jul. 4. — Guillelmus de Bures, princeps Tiberiadis, omnia bona, quae in territorio hujus urbis Hospitali Hierosolymitano concessa fuerunt, confirmat (D. Cart. I, p. 83, No. 93; Invent. p. 46, No. 13). 137[c]

„ Sept. 21. Caesareae. — Privilegium Galterii Granarii fratribus Hospitalis concessum nunc denuo in D. Cart. I, p. 83—84, No. 94. 139

(**1131**—**1143**). Canonici S. Laudi Andegavensis confirmant, se accepisse a Fulcone, rege Hierosolymitano,[1]) »thau eboreum, quod Fulco, rex Jerusalem, Andegavensis comes, dictae ecclesiae dedit, quod habuit a soldanno Babiloniae,[2]) quando Christus in regem Jerusalem ipsum Fulconem sublimavit« (Delisle in Bibl. de l'école de chartes 1898, LIX, p. 540, No. 3 et Kohler in Revue de l'Orient latin VI, p. 598—599). 139[a]

[1]) Fulco rex coronatus 14 Sept. 1131 et 10 Nov. 1143 mortuus est. [2]) Chalifa Aegypti fuit Abu'l Maimun Abd el-Madschid el-Hafidh.

**1132**. — Pontius, comes Tripolitanus, assensu Caeciliae uxoris, filiae Ludovici VI, regis Franciae, et Raymundi filii, consilio Pontii, Guillelmi, Tripolitani, Raymundi, Tortosani et Geraldi, Raphaniae, episcoporum, Arberto[1]) civitatem Tortosae et alia feuda concedit (Invent. p. 47, No. 16). 142[a]

[1]) Quis Arbertus fuerit, plane nescimus; fortasse A. de Monte Lauro intelligendus est, ut videtur, homo ligius Pontii supradicti comitis (RH. No. 211)? De Tortosa ejusque ecclesia S. Maria celeberrima cf. nunc Guy le Strange p. 397-398, Dussaud in Revue archéol. 1896, XXVIII, p. 313—318, planche 7 et 1897, XXX, p. 331, praesertim Max van Berchem in Journ. asiat. 1902, p. 424—425 et in Union syndicale 1897, p. 269 (photogr).

**1133** Jul. 13. — Georgius civis Hospitalis magistro Raymundo domum suam in urbe Jerusalem sitam vendit (D. Cart. I, p. 87, No. 99; Invent. 48, No. 17). 143[a]

„ Sept. 26. Hierosolymis. — Charta Balduini, episcopi Barutensis[1]), nunc quoque exstat in D. Cart. I, p. 87—88, No. 100; Invent. p. 47, No. 18. 144

[1]) In Martène, Ampl. Collect V, p. 539—540 exstant Versus de viris illustribus, qui diocesis Tarvennensis exorti in sacra fuerunt expeditione; ibi enumerantur Godofredus ejusque frater Balduinus, Evremarus et Arnulfus patriarchae (»uterque oriundus de Cickes« sive Likes), Achardus archidiaconus, (p. 540) Hugo de Falkenberge, dominus Tiberiadensis, Harbel Ramensis, Eustachius Granerius, dominus Caesariensis, Fulco Gisnensis, qui urbem tenuit Baruth, in qua antistes sedit Balduinus Boloniensis, Hugo Rebecensis, dominus de S. Abraham. Cf. Hist. litt. de France VIII, p. 589—590; XIII, p. 90.

„ ind. VI. — Charta Guillelmi I, patriarchae Hierosolymitani, nunc quoque exstat in Revue de l'Orient lat. VIII, p. 433—434. 145

„ — Charta Hugonis, domini Joppensis, in D. Cart. I, p. 86—87, No. 97. 147

„ (Jan.—1134). Laodiceae. — Charta Adeliciae principissae in D. Cart. I, p. 89, No. 103; Invent. p. 47, No. 15. 148

**1134** (1135) Jan. 2. Laodiceae. — Charta Galterii de Surdavalle in D. Cart. I, p. 92, No. 109.[1]) 149

Corizo ibidem vocatum est Koros comitatus Edesseni. De ceteris constabulariis Antiochiae cf. Rey in Revue de l'Orient lat. VIII, p. 117—120.

1134 Majo. — Charta Joscellini, comitis Edesseni, in D. Cart. I, p. 89—90, No. 104.[1]) 151

[1]) De Corizo cf. supra No. 149, Not. 1.

„ Jul. In palatio Laodiciae. — Adelicia, filia Balduini II regis, vidua Bohemundi II, filii magni Bohemundi, principissa Antiochiae, pro animis mariti, parentum, ipsius et filiae Constantiae S. Mariae de valle Josaphat »II carrucas terrae in territorio Gibelli, quae sunt juxta terram, quae fuit quondam boni hominis praefatae ecclesiae« (S. Mariae de valle Josaphat), concedit. — Hugo II Joppensis, Gualterius de Surdavalle constabularius,[1]) Robertus, filius ejus, Hugo de Buleirre,[2]) Radulfus de Fontanellis,[3]) Mansellus, Georgius dux[4]) (Revue de l'Orient lat. VII, p. 129—130, No. 20). 151a

[1]) De quo Rey in Revue de l'Orient lat. VIII, p. 117—118. [2]) Alias de Bolera vocatus. [3]) Alias de Fontenei, Fontaneto vocatus. [4]) De quo et ceteris ducibus Antiochiae cf. Rey in Revue de l'Orient lat. VIII, p. 128—131.

„ (Ante 14 Septemb.) — Bernardus, primus Antiochiae patriarcha latinus, Hospitali per manus ejus magistri Raymundi domum et ecclesiam in casali »Acre«[1]) sitas donat. — Factum ordinationis suae XXXV, domino Folcone tertio regni anno Jerosolimorum regnante et Antiochenae terrae praefata jura moderante[2]) (D. Cart. I, p. 89, No. 102). 151b

[1]) Locus ignotus; num forte casale in Dschebel el-Akra situm intelligendum est (ZDPV. X, p. 237)? [2]) De Fulcone procuratore principatus Antiocheni conferas, quae in RK. p. 196 seqq. exposuimus.

„ Dec. — Joscellinus II, filius Joscellini I, comes Edessanus, Hospitali gastinam Begudel[1]) donat et confirmat (D. Cart. I, p. 91, No. 107; Invent. p. 47, No. 19). 151c

[1]) Cujus situm nescimus.

„ — Franco, archiepiscopus Hierapolitanus, S. Mariae de valle Josaphat decimam frumenti, hordei, vini, olei et aliarum rerum, quae usui ecclesiae sunt, in castellis diocesis suae, sigillo confirmat. — Factum Gozelino, magni Gozelini filio, Edessanum principatum obtinente. Benedictus, canonicus Jerapolitanae ecclesiae, Ubertus et Remigius presbyteri, Leo etiam, capellanus Gozelini comitis[1]) (Revue de l'Orient lat. VII, p. 129, No. 19). 153a

[1]) Testes infra scripti in chartis aliis non memorantur.

1135 Mart. 15. — Pontius, comes Tripolitanus, litem inter monasterium Montis Thabor et cives quosdam suos de finibus terrarum exortam dijudicat (D. Cart. II, p. 901, No. 6; Invent. p. 47. No. 20). 154a

„ Aprili 30. — Charta Johannis, episcopi Acconensis, in D. Cart. I, p. 94—95, No. 112. 155

„ Dec. 19. Caesareae. — Charta Isimbardi in D. Cart. I, p. 97, No. 115. 159

„ Guillelmus de Baronia[1]) S. Mariae de valle Josaphat gastinam »Julian«[2]) in terra Baroniae sitam sigillo Radulfi, archiepiscopi Mamistrani, patris sui, apposito concedit. — Radulfus episcopus[3]), Galfredus canonicus, Hugo Blesensis, S. Pauli Antiochiae monachus, Walterius, Baroniae capellanus, presbyter, Stephanus miles, Willelmus de Brion (Revue de l'Orient lat. VII, p. 130, No. 21). 161a

[1]) Nescimus, quis iste Guillelmus et quae »Baronia« sit. [2]) Bet Dschuljan in Nahijet Merkab situm memoratur ab Hartmanno in ZDPV. XIV, p. 233, sed aperte hoc loco intelligi non licet. [3]) Aperte archiepiscopus Mamistranus est; de testibus vero accedentibus nihil aliunde comperimus.

(**1135** c.). — Charta Guillelmi I, patriarchae Hierosolymitani, nunc quoque exstat in Revue de l'Orient lat. VIII, p. 434—435. **162**

(**1135—1142**). — Radulfus, secundus Antiochiae patriarcha latinus[1]), donum, quod Richilde Hospitali contulerat, scilicet domum sub censu unius bisantii annuali possidendam confirmat (D. Cart. I, p. 92, No. 108; Invent. p. 53, No. 59). **162a**

[1]) De quo Rey in Revue de l'Orient lat. VIII, p. 133—135.

**1136** Febr. 29. — Galterius Granerius, dominus Caesareae, Hospitali pretio CLXXX bisantiorum casale Betherias[1]) vendit. Factum est »presidente in Jerosolyma« patriarcha Wilhelmo, regnante Fulcone et Caesareae praesidente Gaudentio archiepiscopo (D. Cart. I, p. 99, No. 118; Invent. p. 48, No. 22). **162b**

[1]) Fortasse Chirbet Beit-ras in Mappa anglica (Sheet VIII Lj); cf. ZDPV. X, p. 239.

„ (post. Sept.) Neapoli. — Privilegium a Fulcone rege fratribus Hospitalis concessum in D. Cart. I, p. 97—98, No. 116; Invent. p. 47, No. 21. **164**

(**1136—1146**). — De episcopis Bethlemitanis, quos in nota chartae Anselmi annexa enumeravimus, nunc conferas: Comte Riant, Etudes éd. Kohler. Ibi vocantur: Ansquetin (I, p. 18, 204; II, p. 2—5), Gerardus (I, p. 19), Radulfus I (I, p. 19—21, 204—206; II, p. 5—11), Albertus (I, p. 21—22; II, p. 12), Radulfus II (I, p. 22—23), Petrus (I, p. 24—25), Rainerius (I, p. 25—30; II, p. 12), Godofredus de Praefectis (I, p. 34—38, 207—208; II, p. 12—17), Thomas Agni (I, p. 38—40, 208), Gaillardus (I, p. 40, 208—211; II, p. 17—21), Hugo (I, p. 40—43, 211; II, p. 22—53). **168**

**1137** Sept. — Caecilia, vidua Pontii, comitis Tripolitani,[1]) et Raymundus II filius camerario G(alterio) de Margato hortum et campum, in quo milites usu lancearum exercentur, concedit (Invent. p. 48, No. 23). **171a**

[1]) Cecidit 28 Martio 1137 in pugna (RK. p. 204).

(**1137—1147**) Febr. 7. — Raymundus, magister Hospitalis, fratribus terrae Aragonensis gratias agit pro beneficiis collatis et nuntiat, se »auctoritate domini papae sive domini patriarchae in omnibus beneficiis, quae sunt et erunt in sancto Hospitali,« eos participes facere (D. Cart. I, p. 102—103, No. 123). **173a**

(**1137—1160**). — Gaufredus, abbas Templi Domini, cum consensu capituli domum, quam Arnaldus Fornerius ab homine Vincentio pro LXXX bisanciis infra septa Templi Hierosolymitani sitam emit, cum cava ejusdem domus quibusdam conditionibus eidem concedit et confirmat possidendam. — Simon burgensis, Hubertus[1]) de Bar, Gererdus Aldenarius,[2]) Radulfus burgensis, Gerardus Deodatus, Theobaldus Francigena, Petrus Parchamenarius,[4]) Martinus Caprarius, Durannus Carpentarius, Robertus, gener Arnaldi (Ex bibl. Panormitana communi Qq. H. 11, Fol. 223, apogr. saec. XVII; dedit D. Charles Kohler). **173b**

[1]) Alias Humbertus de B. [2]) Alias Geraldus A. [3]) Parmentarius?

**1138** Nov. 13. — Adelais, vidua Bohemundi II, principis Antiochiae,[1]) Hospitali terram confirmat a muliere quadam Grarinot[2]) donatam (D. Cart. I, p. 106, No. 126; Invent. p. 48, No. 24). **178a**

[1]) Ceciderat Febr. 1130 in pugna prope Mopsuestiam commissa (RK. p. 188).
[2]) Nomen ignotum.

**1138** Nov. 30. — Trigaud,[1] camerarius Raymundi I, principis Antiochiae, ipsius ejusque uxoris Constantiae, filiae unicae Bohemundi II, consensu, Hospitali hortum inter patriarchae et S. Sepulcri hortos situm donat (D. Cart. I, p. 106, No. 127; Invent. p. 48, No. 25). **178b**

[1]) Cujus nomen adhuc incognitum fuit.

(Ante **1139**). — Petrus de Burgairolles[1]) et Jordana uxor consensu Rogerii, constabularii Tripolitani, servum, qui nominatur Saccus, et petiam terrae Hospitali donant (D. Cart. I, p. 106, No. 128; Invent. p. 54, No. 64). **183a**

[1]) Antea nusquam memoratur.

**1139** (1134?) Jan. 27. — Privilegium ab Ardicione, episcopo Saonensi, ecclesiae Bethlemitanae concessum in Comte Riant, Etudes éd. Kohler I, p. 132—133, No. 1. **188**

„ Mart. 9. — Raymundus I, princeps Antiochiae, successor Bohemundi II, Hospitali censum de horto a camerario Trigaud collato[1]) annuatim habendum III principatus anno confirmat (D. Cart. I, p. 107, No. 129; Invent. p. 48, No. 26). **188a**

[1]) Cf. supra No. 178b.

„ Dec. — Privilegium a Raymundo II, comite Tripolitano, fratribus Hospitalis concessum in D. Cart. II, p. 901—902, No. 7. **191**

**1140** Mart. 12. — Robertus de Loges,[1]) assensu Adeliciae, principissae Antiochenae, et uxoris suae Hodiernae, Hospitali gastinam Horari,[2]) ecclesiam et alias appenditias donat, anno IV principatus Raymundi (D. Cart. I, p. 109, No. 133; Invent. p. 48, No. 27). **193a**

[1]) Nomen ipsius ejusque uxoris adhuc notum non fuit. [2]) Adhuc incognitam.

* „ Majo 18. Laterani. — Privilegium, quod Innocentius II ecclesiae S. Mariae de valle Josaphat concessisse dicitur, spurium esse videtur (v. Heinemann p. XI; Kehr in Götting. Gelehrt. Nachr. 1899, p. 348—364, No. 1, 2, 3 et Kohler, Cart. s. a.). **196**

„ Sept. 16. — Postquam Alfonsus I, rex Aragoniae, testamento totum regnum suum S. Sepulchro, Hospitali et militiae Templi concessit, Raymundus de Podio, magister Hospitalis, consilio et praecepto Guillelmi, patriarchae Hierosolymitani, in partes Hispaniae profectus, sub quibusdam conditionibus tertiam partem dicti regni Raymundo Berengario IV, comiti Barchinonensi, remittit, quod pro parte S. Sepulchri ejusque tertia parte Aragoniae charta ejusdem diei et anni Guillelmus, patriarcha Hierosolymitanus, confirmat (D. Cart. I, p. 111—112, No. 136; Invent. p. 48, No. 28). **197a**

„ — Chartam Petri, prioris S. Sepulchri, subscribit Angerius, abbas de S. Georgio, qui vero non S. Georgii de Lebaene, sed in montanis nigris S. Georgii ecclesiae praefuit. **199**

**1141** Febr. 3. Neapoli. — Privilegium a Guillelmo I, patriarcha Hierosolymitano, fratribus Hospitalis concessum nunc denuo in D. Cart. I, p. 113—114, No. 139; Invent. p. 49, No. 30. **201**

„ Hierosolymis. — Privilegium ab eodem iisdem concessum in D. Cart. I, p. 112—113, No. 138. **204**

„ — Privilegium ab eodem iisdem concessum in D. Cart. I, p. 114-115, No. 140; Invent. p. 49, No. 31. **205**

**1141** — Privilegium a Joscellino, comite Edesseno, iisdem concessum in D. Cart. I, p. 112, No. 137; Invent. p. 51, No. 43. **206**

**1142** Aprili 5. Laterani. — Privilegium ab Innocentio II ecclesiae S. Mariae de valle Josaphat concessum, quod Eugenius III 4 Majo 1145 confirmavit (Revue de l'Orient lat. VII, p. 138—139, No. 27; cf. p. 196-197, Kohler in Cart. s. a; Kehr p. 365—366, No. 5) authentica repetitio est privilegii, quod Innocentius II 20 Majo 1140 concessit (Kehr p. 364—365, No. 4). **207**

„ — Privilegium a Raymundo, comite Tripolitano, fratribus Hospitalis concessum[1]) in D. Cart. I, p. 116—118, No. 144; Invent. p. 49, No. 32. **212**

[1]) Dussaud in Revue archéol. 1897. XXX, p. 355 locum Chades in supra dicta charta vocatum nunc Tell Nebi Mindu esse censet.

**1142—1145** (Hierosolymis). — Charta Guillelmi I, patriarchae Hierosolymitani, in Revue de l'Orient. lat. VII, p. 133, No. 24. **213**

**1143** Dec. 9. Laterani. — Epistola a Coelestino II papa Raymundo, Hospitalis magistro, missa in D. Cart. I, p. 123—124, No. 154; Invent. p. 49, No. 33; in eundem fere modum fratribus Theutonicis scripsit (D. Cart. I, p. 124—125, No. 155). Gregorius IX 17 Aug. 1229, quod Coelestinus II mandaverat, repetit epistola ad Geroldum, patriarcham Hierosolymitanum, missa (D. Cart. II, p. 398, No. 1944; Invent. p. 81, No. 233) et aliis epistolis (D. Cart. II, p. 575—576, No. 2247; II, p. 587—588, No. 2270). De Hospitali Alamannorum Hierosolymitano cf. RK. p. 242; ZDPV. VI, p. 50; XVII, p. 255; deque ejus situ cf. delineationem urbis Hierosolymitanae (c. 1180), quam constructam invenies apud Toblerum, Siloahquelle (Tab. I) et Survey of Western Palestine (Jerusalem) 1888, p. 383, in Pilgrims Text Society 1888, No. VIII; 1890, No. XIV (Tabul. annexae). **214**

„ — Privilegium a Guillelmo I, patriarcha Hierosolymitano, fratribus Hospitalis concessum in D. Cart. I, p. 121—122, No. 150. **215**

„ De abbatia S. Samuelis in Monte Gaudii (in nota ad epistolam S. Bernardi memorata) nunc videas D. Ursmar Berlière in Bulletin de la commission royale de Belgique 1898, VIII Série, 5, p. 24 § 1 et Röhricht, Die Deutschen im heiligen Lande p. 25, ubi chartae cujusdam (quae nunc exstat in Cod. diplom. Saxon. I, 2, No 181 et Dobenecker, Reg. Thuring. I, No. 1529) Hierosolymitanae testis vocatur Theodericus, abbas S. Samuelis (1145). **216**

**1144** Oct. 11. Messinae. — Rogerius (II), rex Siciliae, S. Mariae de valle Josaphat plurima privilegia sigillo suo confirmat, inter cetera, quod Constantia, vidua Bohemundi II, principis Antiochiae, et Bohemundus I, princeps Antiochiae, assensu Constantiae uxoris[1]) in Sicilia tenendum concesserat (Docum. per servire alla storia di Sicilia, Ser. I, vol. XVI, p. 1—8, No 1; Kohler in Revue de l'Orient lat. VII, p. 133—136, No. 25, quod v. Heinemann p. XI spurium rejecit; cf Garufi, Documenti per servire XVIII, p. 305; Kehr, Die Urkunden d. normann. sicil. Könige, Innsbruck 1902, p. 345,

---

[1]) Eadem consensu filii sui Bohemundi II privilegium ecclesiae S. Mariae Neretonensi a Bohemundo I concessum anno 1115 confirmavit (Guerreri, I conti Normanni in Archivio storico per le provincie Neapolitane, Napoli 1901, XXVI, p. 310—311, No. 7).

347—348, 359, 369—370). ‖ Idem rex (18 Octob. 1148 Messanae) dictae abbatiae alia privilegia confirmavit (Kohler p. 136—137, No. 26; Kehr, D. Urkund. p. 345, 347—348, 361, 369) charta, de cujus authentia dubitari non licet (v. Heinemann p. XI, 35—37, No. 21; cf. p. XI, p. 39—43, No. 23, ubi spurium privilegium Guillelmi I, regis Siciliae a. 1154—1166 editum memoratur). Cf. Garufi, Documenti per servire XVIII, p. 67—72, No. 29; Kehr, Die Urkunden p. 345, 353, 358. **225a**

„ — Hugo de S. Abraham III casalia Hospitali donat (D. Cart. I, p. 129, No. 158; Invent. p. 50, No. 35). **228a**

**1145** Jan. — Privilegium a Raymundo II, comite Tripolitano, ecclesiae Montis Thabor concessum 4 Octobr. 1256 Alexander IV confirmat (D. Cart. II, p. 826, No. 2833; Invent. p. 93, No. 304; cf. D. Cart. II, p. 902, No. 8; Invent. p. 50, No. 36). **233**

„ Novemb. — Adelicia, vidua Bohemundi II, principis Antiochiae, Hospitali censum XXX bisantiorum donat, quem ipsi debebat abbatia in colle Rivira[1]) sita, et domui Hospitali Laodiceae furnum vicinum aedificare promittit (D. Cart. I, p. 131, No. 163; Invent. p. 50, No. 37). **234a**

[1]) Cujus situm nescimus.

„ — Charta, qua Raymundus II, comes Tripolitanus, privilegium antea Hospitali concessum[1]) confirmat, in D. Cart. I, p. 130, No. 160 (ubi meliores lectiones nominum offeruntur). **236**

[1]) Cf. supra No. 212.

„ — Raymundus de Podio, magister Hospitalis, ab Agnete, uxore Eustachii Coffel[1]), terram apud Bechefere[2]) sitam CCC bisantiis emit (D. Cart. I, p. 130, No. 161; Invent. p. 50, No. 38). **238a**

[1]) Alias Eschoflel, Escoflel, Seufflellus vocati. [2]) Fortasse Chirbet el-Farrijeh (Mappa anglica sheet VIII Lj), Chirbet Beitfar (ibid. XII Oo), an Bir el-Fuwara (ibid. XI Mm)?

**1146** Jul. — Raymundus I, princeps Antiochiae, decimo principatus anno Hospitali balnea donat, quae domui Hospitalis Antiochiae vicina sunt (D. Cart. I, p. 134, No. 170; Invent. p. 50, No. 40). **241a**

„ — Charta Gileberti de Tyro, magistri Hospitalis, in D. Cart. I, p. 132, No. 166. **242**

„ — Charta, qua Galterius Caesariensis terram quandam fratribus Hospitalis vendit, in D. Cart. I, p. 133, No. 168 (25 Jan.—31 Dec. 1146). **243**

„ — »Rotgo«,[1]) secundus episcopus Acconensis, Raymundo de Podio, Hospitalis magistro, decimam molendini et agri vicini donat (D. Cart. I, p. 132, No. 167; Invent. p. 50, No. 39). **243a**

[1]) Legas: Rorgo (Rorgus).

**1147** Febr. 1. Joppae. — Privilegium a Balduino III rege fratribus Hospitalis concessum in D. Cart. I, p. 135—136, No. 173; Invent. p. 50, 53, No. 41, 60. **244**

„ Jul. 4. Neapoli. — Privilegium ab eodem iisdem concessum in D. Cart. I, p. 136—137, No. 175. **245**

„ — Privilegium a Roberto comite ecclesiae Montis Thabor concessum in D. Cart. II, p. 903, No. 10. **248**

(c. **1148**). — Guillelmus, dominus Tiberiadis, priori et canonicis Montis Oliveti casale Caffra[1]) concedit et donat (s. d.) (Invent. p. 53, No. 58). **252a**

[1]) Num Kafar Anan vel Kefrah (in Mappa anglica, Sheet IV Of et IX Pj)?

**1149** Febr. 1. — Privilegium a Raymundo I, principe Antiocheno, fratribus Hospitalis concessum in D. Cart. I, p. 143—144, No. 183; Invent. p. 51, No. 44[1]). **253**

[1]) De casali Balilas in hac charta vocato cf. RK. p. 929.

„ Febr. 6 vel 1150 Febr. 5. — Charta Gilberti, Hospitalis Tyrensis magistri, in D. Cart. I, p. 145, No. 184. **254**

( „ Ante 13 Martium). — Ludovicus VII, rex Franciae, Sugerio, abbati S. Dionysii, et Radulfo, comiti Viromandensi, mandat, ut fratribus Hospitalis M marcas argenti, quas in Terra Sancta constitutus ab iisdem mutuaverat, solvant (D. Cart. I, p. 145—146, No. 185). **254a**

„ — Privilegium a Melisendis regina fratribus Hospitalis concessum in D. Cart. I, p. 140—141, No. 180; Invent. p. 50—51, No. 42. **256**

**1150** Maj. 24. — Charta, qua Rotbertus de casali S. Aegidii fratribus Hospitalis terram quandam tradit, in D. Cart. I, p. 149—150, No. 192; Invent. p. 52—53, No. 56. **257**

„ Nov. 27. — Robertus, archiepiscopus Nazarenus, Hospitalis fratres a solutione decimae, quam de frumento, vino, legumine et bobus adhuc debebant, in toto archiepiscopatu, excepto tamen episcopatu Tiberiadensi, absolvit. — Rainerius, episcopus Sebastensis, Gelduinus, episcopus Paneadensis[1]) (D. Cart. I, p. 151—152, No. 196; Invent. p. 51, No. 44). **259a**

[1]) Robertus I archiepiscopatum Nazarenum obtinuit ab anno 1138 usque ad annum 1162, Rainerius episcopatum Sebastensem ab anno 1144 usque ad annum 1168, itaque annum supradictum 1150 mutare non licet. Eodem vero anno episcopus Paneadis fuit Adam, qua re error adest, in quem Raybaud, cui regestum nostrum ex archiviis Massiliae extractum debemus, incidit, fortasse quod pro »Balinas« (id est Valenia) legit aut corrigendum esse putavit: »Belinas« (id est Paneas); cf. ZDPV. X, p. 29, 34, ubi, si res ita se habet, episcopus Gelduinus inter Petrum (qui sedit c. 1148) et Geraldum (qui sedit ante 1163), episcopos Valeniae, ponendus erit. De castello urbis Paneadensis (»es-Subaiba«) cf. nunc Max van Berchem in Union syndicale d. archit. franç., Paris 1897 p. 265 (photogr.).

„ (1149). — Privilegium a Melisendis regina fratribus Hospitalis concessum in D. Cart. I, p. 148—149, No. 191. **262**

„ (1151). — Charta Martini Gelni in D. Cart. I, p. 153—154, No. 198. **263**

„ — Constantia, principissa Antiochiae, Hospitali domum Antiochiae sitam et a cive Giraldo donatam confirmat (D. Cart. I, p. 148, No. 190; Invent. p. 51, No. 46). **263a**

(c. **1150**?). — Guido de Blavone, monachus Grandimontensis, epistola ad praepositum et canonicos S. Juniani Comodoliacensis scripta enumerat reliquias sacras, quas in Terra Sancta a patriarcha Hierosolymitano, »qui mihi domesticus erat,« »astantibus sociis nostris Stephano, v. de Adarnac, de Daurato et Imberto, fratre nostro, et Gaufredo Calvo et Gaufredo Coena et Bernardo, milite nostro,« a magistro Stephano, »capellano de Inventione«, ab abbatissa S. Mariae Latinae, »quae de nostris partibus originem duxerat,« ab Johanne, »capellano de Napplio et fratre Hospitalis,« ab episcopo Bethlemitano, a Templi Domini, Montis Sion, S. Mariae de valle Josaphat abbatibus, a Montis Oliveti, S. Abrahae, Sepulchri Domini prioribus, a patriarcha Antiocheno, a Montis Sinai archiepiscopo et a Sinae abbate necnon

a comitissa de Roais sigillis confirmatas accepisse praetendit, quae vero, postquam apud Scarpam[1]) appulsus est, furto nocte sublatae fuerint (Revue de l'Orient lat. VII, p. 6—9, No 1. Cf. Kohler Mélanges pour servir à l'histoire de l'Orient lat. et d. croisades, Paris 1900, I, p. 241—249 et quae annotavit idem auctor in Revue de l'Orient lat. VII, p. 1—6, 628). **265a**

[1]) Scarpanto (Karpantho) insula?

**1151** — Charta Armensendis de Castro in D. Cart. I, p. 154—155, No. 199. **270**

„ Raynaldus II de Margato, filius Raynaldi Mansoerii, ejusque uxor Agnes, filia comitis Tripolitani, cum Guillelmo de Redos[1]) casale Blancum[2]) et castellum Ericium[3]) pro casali Anodesim[4]) et castello Malavans[5]) commutant (D. Cart. I, p. 155, No. 201; Invent. p. 51, No. 47). **270a**

[1]) Nusquam memoratur. [2]) Locus ignotus, sed aperte alius ac casale blanc (casale album) Acconi vicinum. [3]) Num forte ez-Zrerije meridiem et orientem versus de Margato, an Chirbet er-Rich in territorio el-Chawabi (ZDPV. XIV, 234)? [4]) Alias Andesin vocatur. [5]) Locus ignotus (Malaicas?).

**1152** Jan. — Raymundus de Podio, magister Hospitalis, Guillelmo Martino[1]) ejusque uxori casale Laodiceae vicinum et pascuum sub censu C bisantiorum (quorum unusquisque XXXIV denarios valet) tenendum concedit (D. Cart. I, p. 161, No. 209; Invent. p. 51, No. 48). **273a**

[1]) De quo nihil exstat; num forte Martinus Gelnus intelligendus est (RH. No. 263)?

„ Febr. 5. — Charta Rotberti de casali S. Aegidii in D. Cart. I, p. 155—157, No. 202; cf. supra No. 257. **274**

„ Jun. 28. — Charta Maurini in D. Cart. I, p. 161—162, No. 210[1]). **275**

[1]) De Guidone cardinali in hac charta memorato cf. RK. p. 262.

„ — Charta Pontii, abbatis Montis Thabor, in D. Cart. II, p. 903—904, No. 11. **277**

„ — Charta Mauritii, domini Montis Regalis, in D. Cart. I, p. 160, No. 207. **279**

„ — Hospitalis magister Raymundus de Podio cum Helvide, vidua Rogerii Bathnos, de petia terra prope Emmaus sita, convenit[1]) (D. Cart. I, p. 161, No. 208; Invent. p. 51—52, No. 49). **280a**

[1]) De personis et re nihil scimus.

**1153** Jan. 29. — Eugenius III Raymundo de Podio magistro omnia privilegia ab antecessoribus suis Hospitali concessa confirmat ejusque possessiones sub Sedis Apostolicae protectionem suscipit, quarum transmarinas enumerat: »in partibus scilicet Orientis Becciafaba cum omnibus pertinentiis, Belforte, castellum Bovonis, Ramora, Giaffa, Mirabel, Treponti, Benguarnito, Boffavento, Calemthone, Calosia, Caco, obedientiam de Cesaria, Altafiad, obedientiam de Napoli et Delin, Cafamarda et casale de Monte, Nayn et Tabaria cum omnibus pertinentiis suis et obedientiam de Cayfa, de Acri et Gibessa, Cozetto, Syri, Saetti, Baruti, Tripoli, Monte Peregrino, Arci, Coliat, Rafania cum omnibus pertinentiis, quas habet in terra comitis de Tripoli, Stamborgo et obedientias de Antiochia, Assa et Femia cum omnibus pertinentiis suis«.[1]) Deinde vetat, episcopos in ecclesiis Hospitalis interdictum vel excommunicationem promulgare et fratribus concedit, ut, si interdictum fuerit, »exclusis laicis clausis januis absque signorum pulsatione

[1]) Cf. quae de hac charta disseruimus in ZDPV. 1895, XVIII, p. 84—85. Stamborgo aperte est Cisemburg (Tell-zambur).

plane divina officia celebrent«[1]) (D. Cart. I, p. 166—168, No. 217; cf. No. 113, 226—229, 233, 235, 236, 239, 243, 254). **280b**

[1]) De hac re videas RK. p. 283—285.

**1153** Octob. 28. — Charta Willelmi de Buris in D. Cart. I, p. 168—169, No. 219. **283**

**1154** April 20. — Privilegium a Balduino III rege ecclesiae S. Mariae de valle Josaphat concessum excerptum est in Revue de l'Orient lat. VII, p. 139, No. 28 (20. Aprili **1152**) et plene expressum in Kohler, Cart. s. a., ubi legitur: »Balduinus de Ramis (falso: secundus) dedit predicte ecclesie terram II carrucarum in territorio Ramensi,« pro Casrielme: Caffrielme et pro Betella: Befella. **291**

„ Jul. 20. — Privilegium a Balduino III rege fratribus Hospitalis concessum in D. Cart. I, p. 172—173, No. 225. **293**

„ — Charta Alexandri in D. Cart. I, p. 170—171, No. 222.[1])

[1]) Inter testes vocatur Gaufredus Jordanis, constabularius Antiochiae, qui 10 Majo ejusdem anni subscribit chartam Raynaldi de Castellione principis, qua Pisanis quarterium Laodiceae situm concedit (Rey in Revue de l'Orient lat. VIII, p. 118).

„ — Hugo, dominus Caesareae, petiam terrae horto fratrum Hospitalis vicinae et prope Caco sitae, ubi Surianorum area est, dictis fratribus donat[1]) (D. Cart. I, p. 171, No. 223; Invent. p. 52, No. 50). **298a**

[1]) Hujus rei alibi mentio non fit.

* **1155** Mart. 1. Romae. — Privilegium ab Adriano IV ecclesiae S. Mariae de valle Josaphat concessum spurium rejecit v. Heinemann p. XI; cf. Garufi l. c. p. 306 et seqq.; Kohler, Cart. s. a. **304**

„ Aug. — Charta Agnetis, Galii uxoris, in D. Cart. I, p. 179—180, No. 237. **311**

„ — Privilegium a Raynaldo, principe Antiocheno, fratribus Hospitalis concessum in D. Cart. I, p. 177, No. 231. **314**

„ — Balduinus III, rex Hierosolymitanus, abbatiae S. Mariae Latinae Hierosolymitanae, privilegia ab antecessoribus concessa confirmat.[1]) || Hanc vero chartam Robertus, patriarcha Hierosolymitanus, legatus Sedis Apostolicae, Henricus, archiepiscopus Nazarenus et G(alterius II), episcopus Acconensis, precibus Hugonis Revel, magni praeceptoris Hospitalis, 3 Februario (c. 1252) se vidisse confirmant (Invent. p. 52, No. 52). **315a**

[1]) Cf. bullam ab Adriano IV (21. Aprili 1158) eidem abbatiae concessam in RH. No. 331. De ecclesia S. Maria latina (Majori et Minori) nunc conferas, quae Hartmann in Mitth. u. Nachr. d. Deutsch. Pal. Vereins 1898, p. 65—72, Schick in Statements 1901, p. 51—53, Vincent in Revue biblique 1901, p. 100—103 exposuerunt. Sigillum S. Mariae Latinae et S. Stephani ecclesiarum edidit Germer Durand in Echos d'Orient 1900, III, p. 203, sigillum S. Lazari hospitalis ed. Clermont Ganneau in Statements 1901, p. 109 (Rec. d'archéol. orient. IV, p. 242—246) et descriptionem ecclesiae S. Johannis Hierosolymitanae ed. Schick in Statem. 1902, p. 42—56. De fundatione Hospitalis S. Johannis praeter RG. p. 11—12 nunc conferas Delaville le Roulx, Les Hospitaliers, Paris 1904, p. 3—33 (ibid. p. 33—246 de hujus ordinis magistris accuratissime agitur).

„ — Amalricus, comes Ascalonitanus, assensu matris Melisendis reginae et Balduini III, regis Hierosolymitani, casalia Bethtafe, Habde, Bethamamin et Phaluge[1]) tribus casalibus Hospitalis Ascaloni vicinis commutat (D. Cart. I, p. 177, No. 232; Invent. p. 52, No. 51). **315b**

[1]) Cujus in cambium Amalricus I, rex Hierosolymitanus, (7 Aprili 1165) Hospitali casale Semma tradidit, ut cognoscitur ex RH. No. 413. De casalibus nostrae chartae cf. ZDPV. X, p. 240—243; Beit affa, Hatteh et Chirbet Betmamin quasi inter se cohaerent (Mappa anglica Sheet XX Go).

(**1155** c.). Conventiones Fulcherii, patriarchae Hierosolymitani, et Raymundi, Hospitalis magistri, in D. Cart. I, p. 137—139, No. 176 et 177: 1148—1157. **316, 318**

( „ c.) — Reliquiario a Fulcherio, patriarcha Hierosolymitano, in Teutoniam misso simile memoratur a Clermont Ganneau, Rec. d'archéol. orient. II, p. 234—235. **317**

**1156** Jun. 27. Accon. — Privilegium a Balduino III rege fratribus Hospitalis concessum in D. Cart. I, p. 183—184, No. 244. **321**

„ — De privilegio, quibus patriarcha Hierosolymitanus et fratres S. Sepulchri fruebantur, ut scilicet officia variis diebus festis in variis ecclesiis celebrarent, cf. Kohler in Revue de l'Orient lat. VIII, p. 405, 412, 426. **323**

„ — Raymundus de Podio, magister Hospitalis, et Agnes, uxor Roberti de Frandolo, cambium quarundam vinearum faciunt (D. Cart. I, p. 181, No. 241; Invent. p. 52, No. 53). **323a**

[1]) Hujus cambii alibi mentio non fit; Robertus vero post annum 1153 in chartis non memoratus est (RH. No. 284).

**1157** Octob. 4. Accon. — Privilegium a Balduino III rege fratribus Hospitalis concessum in D. Cart. I, p. 195—196, No. 258. **325**

„ — Charta Ivetae, abbatissae S. Lazari de Bethania, in D. Cart. I, p. 189—190, No. 250. **327**

„ — Charta Rogeri Clerici in D. Cart. I, p. 188—189, No. 249. **329**

(**1157—1168**). — Guillelmus, abbas S. Mariae de valle Josaphat, Gabrieli Sellem Eisse,[1]) Petro Leoni, Petro Georgio Eisse eorumque heredibus concedit, ut terram, quam dicta abbatia prope Tyrum conductui aquarum vicinam possidet, colant, quartam fructuum partem sibi reservans, sed tribus annis transactis eis emere liceat; »si autem terram et vineas bene, prout decet, non excoluerint vel ipsi Suriani vel qui ab eis mercati fuerint vel vadimonio susceperint, omnia ad ecclesiam nostram reverti sancimus«. Hanc vero terram per III dictos annos et temporibus opportunis communi sumptu custos custodiet. — Gaufridus de Pinu, magister Tyri, Willelmus de Joppe, Guibertus et Theobaldus coementarius (Revue de l'Orient lat. VII, p. 140—141, No. 30). **329a**

[1]) Aperte Suriani intelligendi sunt; Eisse idem atque Isa est. Testes subscripti nobis noti non fuerunt.

**1158** Jan. 25 vel 1159. — Charta Hugonis Ibelini in D. Cart. I, p. 199, No. 263. **330**

„ April 30. — Amalricus, comes Ascalonitanus, donum, quod Heloise[1]) Hospitali fecerat, scilicet fructus per VI annos de quibusdam casalibus percipiendos confirmat (D. Cart. I, p. 200, No. 265; Invent. p. 52, No. 54). **331a**

[1]) Fortasse mater Hugonis de Ibelino, cujus mentio fit a. 1156 (RH. No. 299).

**1159** Septembr. — Raynaldus, princeps Antiochiae, assensu Constantiae uxoris Hospitali balnea Laodiceae sita[1]) cum appendentiis domui Hospitalis vicina donat (D. Cart. I, p. 209, No. 280; Invent. p. 53, No. 57). **336a**

[1]) Quae hoc loco primo memorantur (cf. RH. No. 387).

„ — Melisendis, regina Hierosolymitana, assensu filii, Balduini III regis, Hospitalis domui S. Johannis Neapolitanae, per Balduinum II fundatae,[1])

---

[1]) Eandem restauratam vel reaedificatam esse a Rogerio, magistro Hospitalis, (1180) ex inscriptione patet, quam citat Röhricht in ZDPV. X, p. 244—245, Not. 8.

III quintalia et CCC libras olei, quae regina adhuc de domibus dictae urbis recipiebat, donat (D. Cart. I, p. 209, No. 279; Invent. p. 52, No. 55). **339[a]**

(**1159—1180**) Mart. 23. Beneventi. — Alexander III Amalrico, patriarchae Hierosolymitano, et priori S. Sepulchri mandat, ne a fratribus S. Mariae de valle Josaphat de cetero procurationem contra Ecclesiae Romanae privilegia exigere vel recipere praesumant neve in monasterio eorum ulterius convivia celebrare occasione qualibet praesumant (Revue de l'Orient lat. VII, p. 141—142, No. 31; Kehr p. 366—367, No. 6). **340[a]**

**1160** Mart. — In privilegio Raynaldi, principis Antiocheni, vocatur gastina Bolferis et castellum Laycas, quorum prior Bet faris (in territorio Laodiceae vel esch-Schilf), alterum Kalat el-ullaika (orientem versus de Margato) esse videtur. **347**

,, Nov. 29. Hierosolymis. — Privilegium a Balduino III rege fratribus Hospitalis concessum in D. Cart. I, p. 216, No. 296; Invent. p. 54, No. 69. **355**

„ — Hugo de Besans[1]) assensu Garmundi, domini Tiberiadensis et Walteri, principis Galilaeae, Hospitali casale Bugaea[2]) donat (D. Cart. I, p. 211, No. 288; Invent. 54, No. 71). **361[a]**

[1]) Alias H. de Bethsan (Beisan) vocatur. [2]) Quod apud Bethsanum vel Tiberiadem quaerendum est; ibique similia nomina inveniuntur: Chirbet Beka (Mappa anglica, Sheet IX Qj), Abu'l-Haidscha et Wadi Abu-Haidscha (ibid. V Mg et Ki). Donatio vero hac tantum charta memoratur.

( „ c.). — Charta canonicorum S. Sepulchri et S. Mariae Magdalenae Jacobitarum illustratur in ZDPV. 1895, XVIII, p. 92—93 et in Journ. asiat. 1899, XIV, p. 421—431. **365**

(c. **1160**). — Aegidius domum in ruga David Hierosolymis sitam pretio DCCCC bisantiorum Hospitali vendit[1]) (D. Cart. I, 209, No. 283; Invent. p. 54, No. 67). **365[a]**

[1]) De Aegidio ejusque venditione aliunde nihil comperimus.

„ — Josephus et Johannes, filii Sabae Georgiani, Hospitali casale arabice Hara dictum, quod in planitie sub monte S. Mosis[1]) arabice Jeham dicto situm est et patri ipsorum a Balduino II rege donatum fuerat, concedunt (D. Cart. I, p. 210, No. 284; Invent. p. 53. No. 62). **365[b]**

[1]) Aperte non mons Sinai intelligendus est, sed Nebi Musa (meridiem versus de Jericho cis Jordanum), vel potius Neba sive Nebo (trans Jordanum meridiem et occidentem versus de Hesbon), cui adjacent Ajun Musa et Chirbet Sijara (fortasse casale supra Hara dictum); de »Jeham« nihil scimus. Cf. Buhl, Geographie d. alten Palästina p. 122—123.

( „ ?). — Soldanus civis ejusque uxor Bonna[1]) tertiam bonorum suorum partem Hospitali donant, cujus fratres Radulfum filium eorum in ordinem receperant (D. Cart. I, 209, No. 282; Invent. p. 54, No 65). **365[c]**

[1]) De personis et re silent chartae et chronica.

(**1160—1162**?). — Augerius, Hospitalis magister, cum Materina, uxore Radulfi Trecensis, de elemosyna convenit, quam maritus ejus Hospitali fecerat[1]). Materina pollicetur, si a secundis nuptiis se abstineret, testamento D bisantios Hospitali donaturam, sed si novum matrimonium inierit, hanc summam XV dies post nuptias factas soluturam esse (D. Cart. I, p. 210, No. 285; Invent. p. 55, No. 75). **365[d]**

[1]) De Materina ejusque marito e chartis et chronicis nihil comperimus.

(**1160—1165**?). — Hugo, dominus Ramatensis, filius Baliani de Ibelino, terras et hortos, quae pater et mater sua (Helvis) Hospitali donaverant, confirmat (D. Cart. I, p. 210, No. 286; Invent. p. 53, No. 63). **365e**

**1161** Jul. 31. Nazareth. — In privilegio Balduini III regis Girardus, episcopus Laodicensis, testis vocatur, quem (c. 1250) sequutus est Augustinus adhuc non notus, de quo Annal. Franciscani, Ad Claras Aquas 1885, I, p. 251 (Brewer, Annal. Franc. I, p. 62) nuntiant: »Frater Augustinus bonae memoriae fratris W. de Notingham germanus, primo domini Innocentii IV familiaris, postea cum nepote ejusdem domini patriarcha Antiocheno in Syriam profectus, postremo episcopus Laodiceae factus est«. **366**

**1162** Mart. 11. — Augerius, magister Hospitalis, cum Raynaldo, abbate S. Mariae Latinae, convenit de finibus terrae, quae appellatur Pons,[1]) et casalis Bethfassir[2]) et uterque facit cambium[3]) terrae (D. Cart. I, p. 219, No. 304; Invent. p. 55, No. 74). **370a**

[1]) Cf. quae annotavimus ad RH. No. 1100 (Jun. 1241). [2]) Sine dubio Bet Bezzin in Mappa anglica, Sheet XI Lo. [3]) De quo aliunde nihil notum fuit.

„ Aug. 16. — Balduinus de Mirabello assensu fratrum Hugonis (de Ibelino) Ramatensis et Baliani Aldemaro ejusque heredibus domum, quae in civitate Joppe inter ecclesiam S. Mariae de valle Josaphat et domum Raynaldi Andegavensis[1]) sita est, sub censu cerei dimidii rotuli annuali tenendam sigillo Hugonis Ramatensis apposito concedit. — Libertus,[2]) Willelmus Turonensis, Balduinus de Solmis,[3]) Robertus vicecomes,[4]) Martinus Gazela, frater Willelmus de Belmont,[5]) Alanus Joppensis[6]) (Revue de l'Orient lat. VII, p. 142, No. 32). **370b**

[1]) De quo nihil scimus. [2]) Qui memoratur in charta a. 1158 vel 1159 edita (RH. No. 330) cum Martino Gazela. [3]) Testis adhuc ignotus. [4]) Acconensis? [5]) Nondum memoratus. [6]) Castellanus Joppensis?

„ Sept. 1. Neapoli. — Johannes, cardinalis presbyter S. Johannis et S. Pauli, Sedis Apostolicae legatus in Oriente,[1]) Guillelmo, abbati S. Mariae de valle Josaphat, usum mitrae, anuli et dalmaticae sigillans concedit. Datum per manum Roberti, notarii cardinalis (Revue de l'Orient lat. VII, p. 142—143, No. 33). ‖ Hanc concessionem Alexander III (1164—1176 Beneventi) confirmat (ibid. p. 145, No. 35). **370c**

[1]) De cujus legatione cf. RK. p. 303—304, 312.

(**1161**). — Inter testes legas: Bernardus et Giraudus de Cerano (pro Cana), ut correxit D. Charles Kohler in Cart. s. a. **371**

(**1161** c.) — Epistola Gilberti, magistri Hospitalis, in D. Cart. I, p. 223—224, No. 310, ubi c. 1161 corrigitur in 1163—1169. **374**

**1162** — Balduinus de Ibelino Hospitali terram vineae ejusdem vicinam donat (D. Cart. I, p. 218, No. 301; Invent. p. 55, No. 77). **376a**

„ — Gerardus, dominus Sidoniensis, Hospitali concedit, ut portam muri urbis et antemuralis Sidonis, plateam extra urbem prope areas sitam, totum antemurale a turri Balduini usque ad turrem maris habeant[1]) (D. Cart. I, p. 218, No. 302; Invent. p. 55, No. 78). **376b**

[1]) Haec donatio adhuc incognita fuit.

„ — Augerius, Hospitalis magister, Radulfo Bourdin[1]) domum in ruga S. Cosmae sitam sub annuo censu XVI bisantiorum tenendam concedit (D. Cart. I, p. 218, No. 300; Invent. p. 55, No. 76). **376c**

[1]) Qui fuit civis Hierosolymitanus (RH. No. 274).

**1163** Jan. — Privilegium Guillelmi de Maraclea in D. Cart. I, p. 328, No. 317: 19. Jan. 1163[1]). **378**

[1]) Raymundus de Tiberiade, frater Hospitalis subscriptus Junio 1164 testis fuit (»praeceptor Hospitalis«) chartae Raymundi, comitis Tolosani (D. Cart. I, p. 234—235, No. 333); Petri vero, episcopi Valeniae, sigillum, qui privilegium nostrum (c. 1250) se vidisse confirmat, cf. in Musée archéol. 1877, II, p. 316, No. 16.

„ Aug. 6. — Chartam Anterii, episcopi Valaniae, subscribit Guillelmus, vicecomes Tripolitanus, cujus sigillum describitur in Revue de l'Orient lat. II, p. 179 No. 3. **381**

„ Aug. 10. — Stephanus, uxor et liberi ejus domos quasdam, quas Pontius Catelan et Johannes Calzenat possederunt, et Hospitale inter se dividunt mediante Arnulfo,[1]) vicecomite Tyrensi (D. Cart. I, 231, No. 324; Invent. p. 56, No. 83). **381[a]**

[1]) Corrigendum esse videtur Arnaldo (cf. RH. No. 412). De ceteris personis in charta vocatis nihil scimus.

„ Nov. 23. — Balduinus, dominus Mirabelli, quae ipsius pater Bali(s)an et mater Heloise Hospitali in territorio Mirabelli donaverant, confirmat[1]) (D. Cart. I, p. 232, No. 327; Invent. p. 56, No. 81). **384[a]**

[1]) Confirmatio Balduini nondum nota, quae aucta est ejusdem chartis (in RH. No. 419 et 423): 1165 et 1166 (29 Aprili); chartae vero Baliani antedicti et Aloisae antedictae intelligendae sunt, quae in RH. No. 100 et 330 exstant.

„ — Privilegium Bohemundi III, principis Antiocheni, fratribus Hospitalis concessum in D. Cart. I, p. 224—225, No. 311; Invent. p. 55—56, No. 79 et 85. **387**

„ — Privilegium a Raymundo, comite Tripolitano, fratribus Hospitalis concessum in D. Cart. II, p. 904—905, No. 13; Invent. p. 56, No. 82. **389**

„ — Charta Balduini Marasiensis in D. Cart. I, p. 226—227, No. 313. **390**

„ — Charta Eustachii et Agnetis in D. Cart. I, p. 225—226, No. 312. **391**

„ — Agnes et Osmunda sorores, filiae Bertrandi Pontii, assensu maritorum et fratrum Hospitali petiam terrae ante portam S. Stephani et inter II cisternas sitae concedunt et a magno magistro L bisantios accipiunt, confirmante Hugone, domino Caesareae[1]) (D. Cart. I, p. 227, No. 314; Invent. p. 56, No. 80). **391[a]**

[1]) Haec charta ad negotium pertinet, quod exponitur in charta ejusdem anni in RH. No. 391.

„ — Gibertus (d'Assailly), Hospitalis magister, Hugoni, domino Caesareae, casale Altafia[1]) concedit et ab eodem duo casalia Zafaira[2]) et Abeiria cambio accipit (D. Cart. I, 227, No. 316; Invent. p. 56, No. 84). **391[b]**

[1]) Quod Hospitali concessum fuit (21. Sept. 1131) a Galterio Granerio (RH. No. 139; ZDPV. X, p. 248) et confirmatum (24 Octob. 1197) a Juliana (RH. No. 736). [2]) Haec duo casalia nusquam antea memorata nunc el-Kufeira et Chirbet el-Abharijeh (in Mappa anglica, Sheet VIII Mj et Kk) esse videntur.

(**1163—1168**). — Radulfus, episcopus Bethlemitanus, et Guillelmus, abbas S. Mariae de valle Josaphat, assensu Amalrici (I), regis Hierosolymitani, compositionem ab arbitris de ecclesia S. Johannis Ascalonitana[1]), olim Mahomeria dicta, de Gemerosa[2]) et Machoz casalibus inter utrumque fac-

---

[1]) Nusquam antea memorata; sed cf. supra No. 102[a]. [2]) Fortasse nunc Umm er-rijah septentrionem versus de Chirbet Makkus (Machoz).

tam sigillis suis appositis accipiunt. — Amalricus, rex Hierosolymitanus; de conventu Bethlemitano: Bernardus, Johannes Lumbardus, Engebaldus, Gerardus de S. Barbara, Bernardus de Nazareth, Johannes de Templo, Bartholomaeus, Stephanus, Facundus, Hubertus diaconus, Johannes Bartholomaeus; de conventu Josaphat: Guibertus prior[1]), Bernardus subprior, Stephanus, Johannes, Galfridus, Giraldus, Willelmus, presbyteri, Willelmus, Arnaldus, diaconi, Radulfus, Guido, Hugo, Willelmus, subdiaconi. Mediatorum vero nomina haec: Radulfus Lumine obliquo[2]), Johannes de Valentina[3]), Adam Niger, Fulco, frater ejus, Balduinus Buele,[4]) Simon, Raynaldus, Albertus Lumbardus; de familia episcopi capellanus, senescalcus Pontius[5]) et quamplures alii (Rev. de l'Orient lat. VII, p. 143—144, No, 34). **393**[a]

[1]) Adhuc ignotus ut Bernardus subprior. [2]) Nomen fortasse male scriptum vel lectum. [3]) Qui vocatur in matricula regni Hierosolymitani (Lois I, p. 425). [4]) Legendumne est: Bubalus? [5]) Alias non memoratur.

(**1163—1169**). — Robertus de Blanchecour[1]) Gilberto (d'Assailly), Hospitalis magistro, si liberis orbus moreretur, omnia bona sua accipienda legat (D. Cart. I, p. 121, No. 308; Invent. p. 58, No. 97). **393**[b]

[1]) Corrigendum esse videtur Balbencourt (RH. No. 413).

**1164** Jan. 4. — Girardus, dominus Sidonis, assensu Raynaldi filii et heredum S. Mariae de valle Josaphat omnia oliveta, quae dicta abbatia prope Sidonem possidet, confirmat. — Raul Maulore,[1]) Bernardus Baruti, Theodericus Bellifortis, Jocelinus Gazel, Raul Mengot, Odo de Creel, Galterius de Menere, Raul Darmentere, Balduinus Furnier, Robertus Peregrini, Manasse de Chamulei, Grivelo vicecomes; Johannes scripsit (Revue de l'Orient lat. VII, p. 145, No. 36). **393**[c]

[1]) Omnes testes subscripti nobis adhuc noti non fuerunt.

( „ Aug. exeunt.). — Epistola Amalrici, patriarchae Antiocheni,[1]) in D. Cart. I, p. 233, No. 330. **405**

[1]) De quo Rey in Revue de l'Orient lat. VIII, p. 135—138.

(**1164** Nov. — **1165** ineunt.). — Epistola Amalrici, patriarchae Hierosolymitani, in D. Cart. I, p. 279—280, No. 404: 1169. **410**

(**1164—1168**). — Hugo, dominus Ramatensis, filius Baliani, terras et hortos, quos pater et mater ipsius Hospitali donaverant, assensu Agnetis, comitissae Joppensis, uxoris, Balduini et Baliani, fratrum suorum, confirmat[1]) (D. Cart. I, p. 232, No. 328; Invent. p. 64, No. 132, § 1). **410**[a]

[1]) Confirmatio antea nota non fuit.

**1165** Aprili 7. Hierosolymis. — Privilegium ab Amalrico I rege fratribus Hospitali concessum in D. Cart. I, p. 240, No. 344. **413**

„ Aprili 28. — Charta Gauterii, principis Galilaeae, in D. Cart. I, p. 240—241, No. 345. **414**

„ Aug. 17. Accon. — Privilegium ab Amalrico I rege fratribus Hospitalis concessum in D. Cart. I, p. 242, No. 348. **416**

„ — Charta Viviani de Chayfa optime illustratur a Schumacher in Statements 1888, p. 139—140. **418**

„ — Charta Balduini de Mirabello in D. Cart. I, p. 238—239, No. 340; Invent. p. 57, No. 86. **419**

„ — Raynaldus II Masuerius, dominus Margati, assensu Agnetis uxoris, filiae comitis Tripolitani, Amalrici et Bertrandi, filiorum, casale

Toron,[1]) casale Episcopi et alias terras Hospitali donat (D. Cart. I, p. 239, No. 341; Invent. p. 57, No. 87). **419a**

[1]) In RH. No. 428 (1167) toron de Belda (nunc el-Beda, meridiem versus de Margato, vocatum, cui vicina sunt el-Besatin et el-Adime) cum casali S. Aegidii (quod fortasse casale supra dictum Episcopi esse videtur) Hospitali confirmantur. De Margato et torone supra dictis nunc cf. Max van Berchem in Journ. asiat. 1902, p. 425—426, 452 et imagines photographica arte depictas in Union syndicale d'architectes Français, Paris 1897, p. 271.

(c. **1165**). — Epistola Gilberti d'Assalit, magistri Hospitalis, ad archiepiscopum Tranensem scripta in D. Cart. IV, p. 247—248, No. 310^bis. **422**

**1166** 6—11 April. Accon. — Amalricus, rex Hierosolymitanus, Templo Domini ejusque abbati Hugoni[1]) omnia, quae in variis privilegiis confirmata possident, concedit et confirmat, scilicet atrium, quod Templo Domini adjacet, et »quaecunque in circuitu ejus infra ambitum murorum, tam in balneis quam in domibus et locis cultis sive incultis« possident, similiter quae in civitate Hierosolyma habent; »quotiescunque etiam vel ego vel quicunque rex Jerusalem suis militibus capitalem redditum dederit, ex dono Balduini, primi regis Latinorum, XXX bisantios habebitis, C quoque bisantios singulis annis ad portam David recipiendos, ex dono et assisia Manasse constabularii« vineas quasdam in territorio Jerusalem et domum B. Johannis[2]) et ex dono reginae Melisendis II gastinas terrae nomine Heteyre et Beitdecoc[3]), ex dono Galterii Malduit medietatem casalis Safra[4]), in territorio S. Abrahae II gastinas ex dono Philippi Neapolitani, in territorio Blanche Garde[5]) casale Danube[6]) cum pertinentiis et X carrucatas terrae de captione Ascalonis, in territorio Ascalonis II carrucatas terrae, quas tenuit Robertus de Tresponz[7]), et domos in urbe Ascalon cum molendino et mahumeriam et jardinum cum terra ad plantandam vineam, apud Hibelinum II carrucatas terrae, domos cum virgulto et IV carrucatas terrae ex dono Baliani, apud Neapolim domos, hortos, CCC bisantios, quos Warmundus, Stephanus, Guillelmus, patriarchae Hierosolymitani, in eadem urbe de decima regis singulis annis recipiendos concesserunt, et decimam bisantiorum, quos Guido de Miliaco Neapoli in feodo habuit, decimam terrae, quam ipse Guido jure hereditario possidet, decimam quoque casalium Luban,[8]) Ruezun,[9]) Deira, Duera, Orif,[10]) Gerraa,[11]) Derach,[12]) decimas, quas de possessionibus Ulrici, vicecomitis Neapolitani, habent, scilicet Ciriz,[13]) Misiriffi, Gidide, Casalis Syrorum,[14]) Zaiet,[15]) Nip, Azeire,[16]) decimam totius terrae Balduini, vicecomitis Neapolitani, »quam possidet pro commutatione terrae, quam ultra flumen possidet«, excepto Daramahet[17]) et Sier[18]), omnes decimas a fundo vallis usque ad supercilia montium ex utraque parte Neapolis, vinearum, quas

[1]) Innocentius III 22 jan. 1209 eidem abbatiae bona et privilegia confirmavit (Potthast No. 3620). [2]) Nunc Ain Karim prope Hierosolyma (occidentem versus). [3]) Nunc et-Tire et Beit-dukku prope Hierosolyma (septentrionem et orientem versus). [4]) Cujus situm nescimus. [5]) Tell es-safije, [6]) Dennabe. [7]) Adhuc ignotus. [8]) el-Lubban. [9]) Ruaisûn prope ed-Deir (cf. Clermont Ganneau in Revue de l'Orient lat. VIII, p. 317). [10]) Nunc Urif. [11]) Chirbet Dscherra. [12]) el-Arak prope Neapolim? [13]) Siris prope Neapolim (septentrionem versus); eique vicina sunt Meithalun (Misiriffi?) et el-Dschjudeide. [14]) Num Sir prope Siris? [15]) Chirbet Saiyad? [16]) Chirbet Nib (prope Chirbet Saiyad) et (meridiem versus) Asiret el-hatab. [17]) Scheich Ahmed ante vocatis casalibus vicinum? [18]) Locus ignotus.

Franci coluerunt, ex dono reginae Melisendis, in territorio Caesareae Casale Alemanni[1]) ab aedificatore sic vocatum, aliud Beledam[2]) vocatum, quod fuit Arnaldi et Alexandri, filiorum Costae, in urbe Caesareae domum, quae fuit Theobaldi, canonici Caesariensis, ejusque quandam stationem altera parte viae publicae contra fundam Caesareae sitam domumque portui vicinam, apud Genuinum[3]) IIII carrucatas terrae et domum, in urbe Accon domum, quae fuit Guiberti de Portu,[4]) II domunculas juxta domum Choleti et domos, quas Adam Burdula[5]) de Templo Domini tenuerat, extra muros Acconis fundum, in quo ecclesia S. Andreae[6]) sita est, et terram adjacentem cum domibus in ea aedificatis et aedificandis et ab Amalrico rege ejusque successoribus singulis annis habendos LX bisantios pro commutatione casalis Sesset[7]), in urbe Tyri domos ecclesiae B. Juliani[8]) cum parva terra et in territorio ejusdem II partes casalis Hanoe[9]) et ipsum totum, »si quandoque venerit in manu mea vel successorum meorum« et quandam gastinam Zederia,[10]) in casali Arabia[11]) »in decimis terrarum atque proventuum M bisantios singulis annis, quos Jerosolimitani patriarchae Gibelinus et Arnulfus cum assensu Balduini, primi regis Latinorum«, Templo Domini concesserunt, quos postea Guillelmus patriarcha eidem concessit et confirmavit, insuper III casalia Coreb, Antiochet vel Moab, Beteligene[12]) cum pertinentiis, in Monte Regali domos, vineas et curtilia, in Crat domos et hortos et in ejusdem territorio vineas ex dono Philippi Neapolitani. — Factum et sigillatum a. D. 1166 ind. XIV. Fredericus Tyrensis, Letardus Nazarenus, archiepiscopi, Reinerius Lyddensis, Guillelmus Acconensis, episcopi, Petrus, prior S. Sepulchri, Gunterius, abbas Montis Syon, Haimericus, prior Montis Oliveti, Galterus, princeps Galileae, Guido Francigena, Hugo de Caesarea, Hemfridus constabularius, Guido de Maine[ne, Ot]to de Risbergis. Datum per manum Radulfi, episcopi Bethlemitani regisque quoque cancellarii (ed. Chalandon e bibl. Montis Cassin. fund. Barol. No. 65 in Revue de l'Orient latin 1900—1901, VIII, p. 312—316). **422a**

[1]—[2]) Loci ignoti. [3]) Dschinnin. [4]—[5]) Adhuc ignoti. [6]) De cujus situ cf. Marini Sanuti descriptionem urbis Acconis, quam edidit Röhricht in ZDPV. XXI, tab. 5. [7]) Locus ignotus. [8]) Adhuc ignotum fuit nomen hujus ecclesiae. [9]) Nunc Hanawaih, quod Venetiani postea tenuerunt (ZDPV. X, p. 283). [10]) Nunc Zaterije ante vocato casali vicinum. [11]) Nescimus, quod casale intelligendum sit. [12]) Loci non definiendi, quum nesciamus, ubi quaerendi sint.

(**1166**) Aprili (29). Ramulae. — Charta Balduini de Mirabello in D. Cart. I, p. 245, No. 354; Invent. p. 64—65, No. 132, § 5. **423**

„ (post 29 April.). — Amalricus I, rex Hierosolymitanus, Hospitali per manum Giberti (d'Assailly) magistri hospitale[1]) in urbe Neapoli situm cum appenditiis et elemosynis, quas reges et alii donatores concesserant, ea conditione confirmat, ut semper curandis aegrotis serviat (D. Cartul. I, p. 245, No. 355; Invent. p. 57, No. 88). **423a**

[1]) Cf. supra No. 339a et RH. No. 423.

„ post Sept. — Charta Bohemundi III, principis Antiocheni, in D. Cart. I, p. 251—252, No. 367. **424**

„ — Charta Hugonis, domini Caesariensis, in D. Cart. I, p. 243—244, No. 350. **426**

**1167** Jan. — Privilegium Bohemundi III, principis Antiocheni, in D. Cart. I, p. 266—268, No. 391: Jan. 1168; Invent. p. 57, No. 90[1]). **428**

[1]) Inter cetera casalia ibi vocantur: Glorietta (Archives II, p. 334—335), Logis (el-Lauschije prope Seleuciam, cui etiam adjacet Kepse vel el-Kabusije),

Buchabes (nunc Abu Kobais), Lacoba, (quod Dussaud in Revue archéol. 1897, XXX, p. 349 nunc Lakbe inter Margatum et Epiphaneiam situm esse censet; an potius el-Kubba, el-Kaba intelligendum est?), Fassia (nunc Fezij?).

**1167** Febr. 16. — Charta Petri, abbatis S. Pauli, in D. Cart. I, p. 271, No. 397: 16. Febr. 1168.[1]) **429**

[1]) Casale Avotha hoc loco vocatum esse videtur Bluta, Bleta vel el-Blata Laodiceae adjacens.

„ Mart. — Charta Amalrici, patriarchae Hierosolymitani, in D. Cart. I, p. 257, No. 375. **430**

„ Mart. — Charta ejusdem patriarchae in D. Cart. I, p. 257—258, No. 376. **431**

„ — Charta Balduini de Mirabello in D. Cart. I, p. 255—256, No. 371. **433**

„ — Petronilla, filia Porcelli, civis Hierosolymitani ejusque filius Adam, qui filiam Guillelmi Grifonis uxorem duxerat, CCCLX bisantiis acceptis domum Hierosolymis in ruga Surianorum sitam Hospitali concedunt. — Actum Giberto magistro Hospitalis. Guido de Maun, praeceptor, Castus de Musol, thesaurarius, Piotus, custos infirmorum, Stephanus, subthesaurarius, Bernardus de Asinaria, fratres Hospitalis; Guillelmus Norman, Balduinus de Leun, Petrus de S. Lazaro, Petrus, filius ejus, Petrus de S. Jacobo, Stephanus Umberti, Robertus Forbitor, cives Hierosolymitani (D. Cart. I, p. 255, No. 372; IV, p. 248—249, No 372; Invent. p. 57, No. 91). **434a**

„ — Amalricus, patriarcha Hierosolymitanus, cambium inter Hospitale et Raynaldum, abbatem S. Mariae Latinae, factum confirmat, quo illud domum Hierosolymitanam accepit, unde patriarcha censum I bisantii annualem recipiebat[1]) (D. Cart. I, p. 256, No. 373; Invent. p. 57, No. 89). **434b**

[1]) Confirmatio adhuc non nota, sed simillima confirmationi est cambii, quod eodem patriarcha annuente eodem anno Hospitale accepit (RH. No. 431).

„ Apud Rubeum Montem. — Hugo Chatinus ejusque uxor Lora et liberi donationem, quam Chalo de Avalone ejusque uxor Agnes de Baruth[1]) Hospitali apud Achram tam in terris, quam in molendinis et domibus, CC marabutinis acceptis, concesserunt, confirmat (Petit, Hist. d. ducs de Bourgogne II, p. 324—325, No. 462; D. Cart. I, 256, No. 374). **434c**

[1]) De Chalone de Avalone ejusque uxore silent chronica et chartae; sed Galo quidam (ejusque uxor Agnes) memoratur, qui Hospitali casale Recordana (cum molendinis) Acconi vicinum concesserant 30 Julio 1154 (RH. No. 293). Num forte haec concessio charta nostra confirmatur?

„ Oct. 12 — 1169. — Epistolae ab Alexandro III de restauranda Jannensium tabula scriptae confirmantur epistolis ab Urbano III 13 Martio 1186 scriptis, quae nunc quoque exstant in D. Cart. I, p. 499, No. 793, 794. **438**

**1168** Febr. 8. — Epistola Alexandri III, Petro II, S. Sepulchri priori, scripta in D. Cart. I, p. 270, No. 395. **440**

„ Aprili. — Charta Galterii, domini Tiberiadensis, in D. Cart. I, p. 271—272, No. 398. **448**

**1168** (ante Sept.). — Privilegium Bohemundi III, principis Antiocheni, in D. Cart. I, p. 265—266, No. 390. **451**

„ Sept. 2 Accon. — Amalricus (I), rex Hierosolymitanus, Petro, abbati S. Mariae de valle Josaphat, MD bisantios ex redditibus Aegypti, si expugnari eam contigerit, annuatim recipiendos sigillo concedit[1]). — Ernesius Caesariensis, Letardus Nazarenus, archiepiscopi, Bernardus Lyddensis, Guillelmus Acconensis, episcopi, Henfridus constabularius, Milo dapifer, Guillelmus marescalcus, Rohardus de Joppe. Datum per manum Radulfi, episcopi Bethlemitani regisque cancellarii (Revue de l'Orient latin VII, p. 146, No. 37). **451[a]**

[1]) Largiorem etiam donationem ex Aegypti thesauris recipiendam idem rex eodem anno fratribus Hospitalis concessit (RH. No. 452; cf. No. 465—467).

„ Oct. 11. Hierosolymis. — Privilegium Amalrici I regis in D. Cart. I, p. 275—276, No. 402. **452**

„ — Charta Giberti, magistri Hospitalis, in D. Cart. I, p. 272—273, No. 399. **457**

„ Amalricus I, rex Hierosolymitanus, casale S. Mariae confirmat, quod Hospitalis magistro Giberto (d'Assailly) Balduinus de Mirabello consensu uxoris et fratrum vendiderat (D. Cart. I, p. 265, No. 388; Invent. p. 57, No. 92). **457[a]**

[1]) Venditio antedicta exstat in RH. No. 433.

„ (c.). — Charta Giberti, magistri Hospitalis, in D. Cart. I, p. 222—223, No. 309. **458**

„ (c.). — Hugo de Lusignan, Dulcia uxor et Alamanda, filia ejusdem, fratribus Hospitalis Montis Peregrini domos, quas ibidem sitas Bertrandus Milo, frater Hugonis, donaverat, concedunt et confirmant. — Saramannus (D. Cart. IV, p. 249, No. 389[bis]). **458[a]**

(**1168—1180**). — G(uerricus), primus ecclesiae Petracensis archiepiscopus, assensu capituli cum Johanne, abbate S. Mariae de valle Josaphat, de casalibus ejusdem monasterii Helehel, Bethzard, Perra, Sueme[1]) convenit, ut dicta ecclesia annuatim nuntio ecclesiae Petracensis Hierosolymis XII bisantios solvat, et sigillo confirmat. — Eraclius, archiepiscopus Caesariensis, Bernardus, episcopus Lyddensis, canonici Petracensis ecclesiae: Goffridus archidiaconus, cantor Lidinus, Helias, Hengelricus, Arnoldus, W., de ecclesia vero vallis Josaphat: Gwinardus prior,[2]) W. cellararius, Stephanus elemosynarius, Matthaeus, Petrus cantor, Petrus sacrista (Ex bibl. Panorm. comm. Qq. H. 11, Fol. 386, apogr. saec. XVII. Dedit D. Charles Kohler). **458[b]**

[1]) Alias vocantur: La, Bethsura, Jerraz, Suesme (RH. No. 134, 79, 80). [2]) Alias (cf. infra No. 569[a], ubi fere omnes nostri testes enumerantur) Guimandus vocatur.

**1169** Aug. 20. Accon. — Privilegium Amalrici I regis in D. Cart. I, p. 283, No. 409; Invent. p. 57—58, No. 93. **466**

„ Sept. — Charta Goisfredi Torti in D. Cart. II, p. 905—906, No. 14; Invent. p. 58, No. 94. **468**

„ Wladislaus (II), rex Boemorum, quum, quamquam »cum imperatore Conrado in expeditione contra paganos processerat,« urbem Sanctam non vidisset, sed »Hierosolymam ire ibique aliquantisper moram facere rursum magis atque magis accenderetur,«[1]) Raymundo, Hospitalis magistro

[1]) Cf. Röhricht, Die Deutschen im heil. Lande p. 28—29.

ejusque fratribus, qui ei »claves a castello, quod vocatur Crat[1]) et est in confinio paganorum situm«, per fratrem Benedictum«[2]) miserant »ipsumque castrum cum omnibus suis pertinentiis absolute« ad serviendum offerentes »quamdiucunque intra illa manere vellemus,« plurima bona concedit et confirmat[3]) (Erben, Reg. Bohem. I, p. 143—144, No. 327; Boczek, Cod. diplom. Morav. I, p. 284—285, No. 308; D. Cart. I, p. 280—282, No. 405). **472**[a]

[1]) Hisn el-Acrad sive castellum Curdorum vocatum, de quo nunc conferas Max van Berchem in Journ. asiat. 1902, p. 446—448 et in Union syndicale, Paris 1897, p. 272, 274 (photogr.). [2]) Aliunde non notus est.

**1170** Jul. — Charta Rogerii, domini Saonensis, in D. Cart. I, p. 289, No. 417. **473**

„ — Privilegium Amalrici I regis in D. Cart. I, p. 284—286, No. 411. **477**

„ (Autumno). — Relatio conventus fratrum Hospitalis ad Alexandrum III missa in D. Cart. I, p. 276—279, No. 403: 1169. **480**

„ — Bohemundus III, princeps Antiochenus, Hospitali per manus magistri Giberti castellum Crat et villam Raphaniae confirmat, quam Raymundus II(I), comes Tripolitanus »tum pro eisdem captus«, eidem donaverat[1]) (D. Cart. I, p. 287, No. 414; Invent. p. 58, No. 95). **483**[a]

[1]) RH. No. 212 (1142); nescimus, dictum comitem »tum pro eisdem captum« fuisse; cf. RK. p. 318, 319—320, Not. 8 de captione et liberatione supradicti comitis.

**1171** Aprili. — Galterius, princeps Galilaeae, assensu Eschivae uxoris et liberorum suorum monasterio Montis Thabor censum XX bisantiorum annualem de fundaco Tiberiadensi percipiendum donat[1]) (D. Cart. II, p. 906, No. 15). **488**[a]

[1]) Haec donatio antea nota non fuit.

„ (c.) — Charta Bernardi, ecclesiae Ascensionis Dominicae ministri, in D. Cart. I, p. 291—292, No. 422; Invent. p. 62, No. 122. **492**

**1172** Jun. 20. Tusculi. — Gibertus, magister Hospitalis, postquam invitis fratribus renuntiavit, precibus Amalrici, patriarchae Hierosolymitani, commotus magisterium receperat. Itaque fratres Hospitalis per B(ernardum) priorem, W. et Guarnerium sicut dictus Amalricus et Amalricus (I) rex per litteras ab E(raclio), archidiacono Hierosolymitano, allatas, Alexandrum III rogaverunt, ut Giberto regimen et magisterium redderet et confirmaret, Gibertus vero denuo magisterio renuntiavit »zona cum marsupio clam et sigillo resignata«, sed assensu fratrum cum XII sociis Castum fratrem elegit successorem, qui tamen mox obiit. Itaque Alexander III O., praeceptori Hospitalis, mandat, ut cum aliis fratribus aliam idoneam personam, neve tamen antedictum Gibertum magistrum eligat[1]) (D. Cart. I, p. 300—301, No. 434). **492**[a]

[1]) Hac epistola Alexandri III supplentur, quae ad accuratam historiam resignationis Gilberti pertinent (cf. RH. No. 480 et ibid. No. 107, Not. 1: de Casto supradicto).

„ Sept. — Charta Bohemundi III, principis Antiocheni, in D. Cart. I, p. 303, No. 437. **493**

„ — Gisle ejusque filius Petrus domum Hierosolymis in ruga David sitam Hospitali donant, ut in ejusdem confraternitatem recipiantur[1]) (D. Cartul. I, p. 299, No. 432; Invent. p. 58, No. 98). **494**[a]

[1]) De eadem re agitur in RH. No. 535 (1175).

**1172** (Hierosolymis). — Charta Henrici, ducis Bavariae et Saxoniae, nunc quoque exstat in Dobenecker, Reg. Thuring. II, No. 456. **494b**

„ (c.). — Epistola Amalrici I regis ad Alexandrum III missa in Rec. d. chartes de l'abbaye de Clugny V (Coll. de docum. inédits 1894), p. 586—587, No. 4234 (ibid. No. 4237 epistola Alexandri III exstat responsoria).[1] **495**

[1]) Cf. RK. p. 310, Nota 3.

**1173** Octobr. — Charta Josberti, Hospitalis magistri, in D. Cart. I, p. 341—342, No. 450. **501**

„ Dec. 24. Accon. — Amalricus I, rex Hierosolymitanus, omnes possessiones, quas Johannes, dominus de Arsur, Hospitali concesserat, confirmat[1]) (D. Cart. I, p. 342, No. 451; Invent. p. 59, No. 102). **501a**

[1]) Donatio et confirmatio adhuc incognita fuit.

„ (Hierosolymis). — Charta Josberti, Hospitalis magistri, in D. Cart. I, p. 306—308, No. 443. **502**

„ — Charta Constantiae, comitissae S. Aegidii, in D. Cart. I, p. 373—374, No. 551: ad finem 1178—1179; Invent. p. 58—59, No. 100. **503**

„ Hierosolymis. — Charta Hodeardis in D. Cart. I, p. 308, No. 444. **504**

( „ Autumno). — Epistola Josberti, magistri Hospitalis, in D. Cart. I, p. 303—304, No. 438. ‖ Idem (s. anno) consules Saonenses precatur, ut dictum Hospitale Hierosolymitanum elemosynis adjuvent (Accame, Notizie e documenti inediti su i Templarii e Gerosolimitani in Liguria, Finalborgo 1902, p. 117—119, No. 1).

**1174** Martio. — Privilegium Amalrici, patriarchae Antiocheni, in D. Cart. I, p. 325—326, No. 474: 1175; Invent. p. 60, No. 108. **513**

„ April. 3. Accon. — Amalricus (I), rex Hierosolymitanus, Guidoni Raicio de Neapoli et ejus heredibus dimidiam partem gastinae Masdlule,[1]) quam dicto Guidoni et Gilberto de Neapoli communiter possidendam concesserat, confirmat. — Rohardus de Joppe, Balianus, frater ejus, Amalricus de Caesarea, Gerardus[2]), Pastorel de Pinkeni, Gilbertus de Neapoli, Theobaldus de Neapoli,[3]) Ivo de Tyberiade, Johannes Bugalet. Datum per manum Radulfi, episcopi Bethlemitani regisque cancellarii (Revue de l'Orient lat. VII p. 147—148, No. 39). **513a**

[1]) Hujus donationis mentio fit in charta Balduini V a. 1185 edita (RH. No. 643), in qua Gilbertus de Neapoli deest. [2]) Legas: Gerardus Pastorell (Passel), Robertus de Pinkeni (Picquigny). [3]) Theobaldus et Ivo alias non memorantur; J. Bugalet alias Bogalet vocatur.

„ April 18. Accon. — Privilegium Amalrici I regis in D. Cart. I, p. 317—318, No. 463. **514**

„ Jun. Nazareth. — Charta Geraldi, episcopi Tiberiadensis, in D. Cart. II, p. 906—907, No. 16. **515**

„ Jun. — Privilegium Amalrici I regis in D. Cart. I, p. 318—319, No. 464; Invent. p. 59, No. 103. **516**

„ (Ante 11 Julium) — Amalricus I, rex Hierosolymitanus, Josberto, magno magistro Hospitalis, pro cambio casalis et fluvii Amos[1]) CCXXX bisantios annuatim de quadam domo Neapolitana recipiendos concedit et confirmat (D. Cart. I, p. 313, No. 454; Invent. p. 59, No. 104). **517a**

[1]) Aperte casale Damor (ed-Damur) ad flumen ejusdem nominis (Nahr ed-Damur) situm intelligendum est (ZDPV. X, p. 255); cambium vero nostrum adhuc notum non fuit. Amalricus obiit 11 die Julii 1174 (RK. p. 359).

**1174** (ante 11 Julium). — Amalricus I, rex Hierosolymitanus, Hospitali domum Hodoardis supra laudatam[1]) confirmat (D. Cart. I, p. 313 No. 455; Invent. p. 59, No. 105). **517[b]**

[1]) RH. No. 504.

„ (Post 11 Julium). — (Josbertus,) Hospitalis magister, et Sybilla, abbatissa monasterii S. Annae[1]) Hierosolymitani, quasdam vineas commutant, regnante Balduino IV (D. Cart. I, p. 313, No. 456; Invent. p. 59, No. 106). **517[c]**

[1]) Quae adhuc tantum memorata fuit in charta anni 1157 (RH. No. 327).

„ Dec. 13. — Privilegium Balduini IV regis in D. Cart. I, p. 321, No. 468; Invent. p. 59—60, No. 107. **518**

„ Dec. — Privilegium Bertrandi, comitis Tripolitani, in D. Cart. I, p. 319—320, No. 467 **519**

„ — Charta Hugonis, domini Bybliensis, in D. Cart. I, p. 314—315, No. 458. **520**

„ — Charta Raynaldi Masuerii in D. Cart. I, p. 313—314, No. 457.[1]) **521**

[1]) Castellum Margatum hac charta vocatum anno muslemico 454 (15 Jan. 1062—4 Jan. 1063) aedificatum erat (Guy le Strange, Palestine under the Moslems p. 504—505). Casalium vicinorum vocantur Tyron (Turindsche ?), Corveis (Kurfais warumaise vel Kalat el-Kur), Meois (Machuz), Archamia (er-Rame er-rachaiat?), Cordie (el-Urdu ?), Beluse (el-Bloze ?).

„ — Charta Eschivae, dominae Tiberiadensis, in D. Cart. I, p. 315—316, No. 459. **522**

**1175** Febr. — Privilegium Bohemundi III, principis Antiocheni, in D. Cart. I, p. 324—325, No. 472. **523**

„ Mart. — Privilegium Bohemundi III, principis Antiocheni, in D. Cart. I, p. 326—327, No. 475. **524**

„ Jun. 26. — Privilegium Balduini IV regis in D. Cart. I, p. 330—331, No. 480. **525**

„ Jul. 17. — Charta Johannis, vicecomitis Tripolitani, in D. Cart. I, p. 331—332, No. 482. **527**

„ Aug. — Privilegium Amalrici, patriarchae Hierosolymitani, in D. Cart. I, p. 332—333, No. 483. **528**

„ Octobr. 17. — Conventio inter Petrum et Garinum, priorem S. Sepulchri et abbatem Montis Thabor, facta in D. Cart. II, p. 907—908, No. 18. **529**

„ Nov. 29. — Balduinus, dominus Ramatensis, filius Barisani, assensu patris, uxoris suae et filiarum Eschivae et Stephaniae Hospitalis magistro Josberto casale Caphaer[1]) cum omnibus appenditiis praeter II carucas terrae, quam Surianus Bufez possidet, vendit (D. Cartul. I, p. 336, No. 487; Invent. p. 60, No. 109). **530[a]**

[1]) Cf. ZDPV. X, p. 248 et RH. No. 547 (c. Sept. 1177), ubi casale nostrum adhuc primum memoratum fuit.

„ (Post 29 Nov). — Eschiva, uxor Amalrici de Lusignan, et Stephania, uxor Amalrici, filii Balduini, vicecomitis Neapolitani, antedictam[1]) venditionem CCCC bisantiis factam, confirmant (D. Cart. I, p. 336, No. 488; Invent. p. 60, No. 110; 64, No. 132, § 4). **530[b]**

[1]) Cf. supra No. 530[a].

**1175** (Post Nov. 29). — Balduinus IV, rex Hierosolymitanus, venditionem antedictam[1]) confirmat. ‖ Hac in carta pretium, quod Hospitale solvit pro casali Caphaer, non CCCC bisantii, sed IV millia bisantiorum notantur (D. Cart. I, p. 336, No. 489; Invent. p. 62, No. 121). **530c**

[1]) Cf. supra No. 530a.

„ — Pactum inter Joscium, episcopum Acconensem, et Josbertum, Hospitalis magistrum, factum in D. Cart. I, p. 323—324, No. 471. **532**

„ Charta Balduini, domini Ramatensis, in D. Cart. I, p. 322—323, No. 470; Invent. p. 64, No. 132, § 3. **533**

„ — Charta Gilae in D. Cart. I, p. 321—323, No. 469; Invent. p. 60, No. 116. **535**

„ — Odo de S. Amancio, magister Templi, censum XX bisantiorum de casali Norrit[1]) monasterio Montis Thabor in urbe Accon annuatim solvere promittit (D. Cart. II, p. 907, No. 17; Invent. p. 60, No. 111). **535a**

[1]) Quod memoratur in RH. No. 39; cf. ZDPV. X, p. 231 (Nuris). Charta nostra antea nota non fuit.

(c. **1175**?) — Raynaldus, dominus Margati, plurima casalia, bona et jura, quae fratribus Templi assensu Agnetis uxoris adhuc vivae, Amalrici, Manzoer et Bertrandi filiorum concesserat[1]), confirmat (Invent. p. 62, No. 123). **535b**

[1]) Cf. RH. No. 347.

**1176** Nov. 18. — Raynouardus, dominus Nephini, cum fratribus Guillelmo de Maraclea et Raymundo Hospitali casale Siroba[1]) Raymundo III, comite Tripolitano, sigillo confirmante, concedit (D. Cart. I, 375, No. 503; Invent. p. 61, No. 115). **535c**

[1]) Fortasse es-Snobar inter Laodiceam et Gabulum ad ripam fluminis ejusdem nominis situm, an legendum est: Miruba, quod versus meridiem et orientem de Byblo in montanis (Robinson, Palaestina III, p. 953) situm est?

„ — Privilegium Balduini IV regis in D. Cart. I, p. 341—342, No. 496. **537**

„ — Charta Balduini, domini Ramatensis, in D. Cart. I. p. 341, No. 495; Invent. p. 61, No. 114. **539**

„ — Constantia, filia Ludovici VI, regis Franciae, comitissa S. Aegidii, habitatoribus christianis casalis sui Bethduras concedit, ut omnes terras dependentes, quarta parte fructuum reservata colant. Hoc vero casale dicta comitissa emerat ab Johanne Arabit assensu Balduini IV, regis Hierosolymitani, Balduini de Ibelino, Baliani fratris, Eschivae et Stephaniae filiarum[1]) (D. Cart. I, p. 337, No. 491; Invent. p. 58, No. 99). **539a**

[1]) Hac charta illustratur et confirmatur, quod ex aliis chartis (RH. No. 503, 539, 545 et No. 546) de antedicta venditione cognoscitur. De casali B. cf. ZDPV. X, p. 239 (Bet daras).

„ Balduinus IV, rex Hierosolymitanus,[1]) Josberto, Hospitalis magistro, casale Medium[2]) prope Kalenson[3]) situm confirmat, quod Johannes de Arsur III millibus bisantiorum vendiderat (D. Cart. I, p. 342, No. 497; Invent. p. 60, No. 113). **539b**

[1]) Charta adhuc incognita. [2]) Alias casale Madianum (Maen) dictum (ZDPV. X, p. 203—204, Nota 3; RK. p. 598, 647). [3]) Nunc Kalansawe (ZDPV. X, p. 246, 249).

**1176** — Balduinus IV, rex Hierosolymitanus, Hospitali terram confirmat, quam Robertus de casali S. Aegidii dicto casali vicinam vendidit[1]) (D. Cart. I, p. 342, No. 498; Invent. p. 61, No. 118). **539c**

[1]) Venditio nostra aliis chartis (1 Febr. 1147, 24 Maj. 1150, 5 Febr. 1152 in RH. No. 244, 257, 274) memorata esse videtur, de casali S. Aegidii cf. ZDPV. X, p. 206, 235.

„ — Balduinus IV, rex Hierosolymitanus, Achardo de Asino[1]) domum ante S. Marcum sitam,[2]) quam emerat, confirmat (Invent. p. 61, No. 117). **539d**

[1]) Nusquam appellatur A., nisi hoc loco. [2]) Ecclesiae S. Marci memorantur in urbibus Acconis, Beryti, Laodiceae, Tripolis et Tyri sitae.

(c. **1176**). — Consuetudines ecclesiae Hospitalis a Josberto magistro editae (D. Cart. I, p. 345—347, No. 504). **539e**

**1177** Jan. — Charta Josberti, Hospitalis magistri, in D. Cart. I, p. 349—350, No. 508. **540**

„ (Sept.—Dec. 31). — Privilegium Balduini IV regis in D. Cart. I, p. 352, No. 516[1]). **545**

[1]) Hoc Sibylla, comitissa Joppae et Ascalonis, confirmat (D. Cart. I, p. 353, No. 518).

„ (Sept.—Dec. 31). — Charta Balduini, domini Ramatensis, in D. Cart. I, p. 352, No. 517; Invent. 62, No. 27. **546**

„ (Ante Octob.). Hierosolymis. — Charta Josberti, Hospitalis magistri, in D. Cart. I, p. 339—340, No. 494: 1176; Invent. p. 60, No. 112. **547**

„ Octobr. — Charta Raymundi III, comitis Tripolitani, in D. Cart. I, p. 353—354, No. 519. **549**

„ Nov. 29. — Privilegium Bohemundi III, principis Antiocheni, in D. Cart. I, p. 356—357, No. 522.[1]) **550**

[1]) Gastina Naria ad pontem Ferri sita, quae in hac charta memoratur, Nairije (in territorio Seleuciae sive portus Simeonis) non esse potest.

„ Nov. — Privilegium Raynaldi, quondum principis Antiochiae, in D. Cart. I, p. 355—356, No. 521. **551**

„ — Balduinus IV, rex Hierosolymitanus, comiti Roderico,[1]) magistro ordinis »d'Avis«, quae Raynaldus, olim princeps Antiochiae,[2]), postea dominus Montis regalis et Ebronensis, consensu Stephaniae uxoris, Honfredi et Isabellae liberorum, Guillelmi, comitis Ascalonitani et Joppensis et Isabellae comitissae donaverat,[3]) scilicet magnam partem terrae cum casalibus ea conditione confirmat, ut nisi Rodericus in perpetuum contra Saracenos bellaret, hanc terram donatoribus reddat et semper eandem partem praedae bello captae, quam fratres Hospitalis dare tenentur regi, concedat (Invent. p. 61, No. 119). **553a**

[1]) Aperte intelligendus est Rodericus, comes Hispaniae, fundator et primus magister ordinis S. Mariae Montis Gaudii, qui memoratur in RH. No. 533 (nescimus, quomodo »d'Avis« explicari possit). [2]) Principatum remisit ante Nov. 1177 (RH. No. 539, 545—546, 551; cf. Schlumberger, Renaud de Châtillon p. 191). [3]) Intelligendus est Guillelmus de Longa spatha, qui Octob. 1176 Isabellam comitissam in matrimonium duxit et Junio 1177 mortuus est (RK. p. 368, 369).

(**1177** Post Octobr. — 1187 Maj. 1.). — Rogerius de Molinis, magister Hospitalis, consuetudines et leges ab antecessoribus Raymundo et

Giberto[1]) christianis colonis Ibelini praescriptas confirmat (D. Cart. I, p. 350, No. 509; Invent. p. 71, No. 171). **554**[a]

[1]) Leges a Giberto magistro colonis Ibelini (Beit-dschibrin) praescriptas cf. in RH. No. 457 (1168). Rogerius vero magister primo memoratur Octob. 1177 (RH. No. 549) et apud Nazareth (1 Majo 1187) cecidit (RK. p. 424—425).

(**1177** Post Octobr. — 1187 1. Maj.). — Idem magister Hospitalis exemplum antecessoris Raymundi sequutus habitatoribus casalis Kalenson concedit, ut boves ad aquam cisternae dicti casalis ducant[1]) (D. Cart. I, p. 350, No. 510; Invent. p. 71, No. 172). **554**[b]

[1]) Concessio adhuc nota non fuit.

( „ — 1187 1. Maj.). — Sibylla, abbatissa S. Annae Hierosolymitanae,[1]) Rogerio de Molinis, magistro Hospitalis, casale Adrie[2]) remittit sub censu annuali XXV bisantiorum tenendum (D. Cart. I, p. 350, No. 511; Invent. p. 69, No. 161). **554**[c]

[1]) Charta adhuc nota non fuit. [2]) Cujus situm nescimus (ZDPV. XVIII, p. 87).

**1178** Majo. — Charta Rogerii, Hospitalis magistri, in D. Cart. I, p. 366—367, No. 538. **558**

„ (c. Maj.). — Charta Johannis Fulconis in D. Cart. I, p. 366, No. 537. **559**

„ Jul. 1. — Balduinus IV, rex Hierosolymitanus, consensu Sibyllae sororis, comitissae Joppensis, Balduino de Cypro[1]) IV carrucatas terrae francisiae in territorio casalis Galterii Seagii[2]) arabice Lahadie[3]) dicti sitas et domum[4]) de Balneo vocatam, ut pro servitiis ipsi et patri suo a Balduino de Cypro factis praemium deferat, confirmat (Invent. p. 63, No. 125). **559**[a]

[1]) Satis notus est (RH. No. 698, 701, 736). [2]) Qui nusquam memoratur. [3]) Casale de la Hadie (ZDPV. X, p. 250). [4]) Fortasse Hierosolymitanam.

„ Aug. 20. — Thomas Robert,[1]) filius Manceli, Rogerio de Molinis, magistro Hospitalis, per manus Nicolai hospitalarii[2]) casale Beaude[3]) cum appenditiis pretio MD bisantiorum et censu annuali CC bisantiorum ex domibus Laodiceae et Antiochiae percipiendo, Raynaldo de Margato, Bohemundo III, principe Antiochiae, confirmantibus, ea conditione vendit, ut Nicolaus hospitalarius dictum casale teneat post mortem Hospitali relicturus. Hanc vero confirmationem donum CC bisantiorum ex commercio Laodiceae percipiendorum comitatur (D. Cart. I, p. 370, No. 545; Invent. p. 62, No. 124). **559**[b]

[1]) In RH. No. 524 (Mart. 1175) vocatur Thomas, filius Roberti Manselli, in RH. No. 843 (Aug. 1210) Robertus Mansel, Antiochiae constabularius. [2]) In RH. No. 560 (31 Aug. 1178) charta exstat, qua Raynaldus de Margato eandem venditionem confirmat per manum Nicolai de Gosanz, fratris Hospitalis, factam. [3]) Aperte casale intelligendum est toroni de Beauda vicinum, quod jam concessum fuerat 1163 et 1165 (RH. No. 387 et supra No. 419[a]).

„ Aug. — Raymundus II(I), comes Tripolitanus, consensu uxoris Eschivae Rogerio de Molinis, Hospitalis magistro, domum in burgo urbis Tripolis sitam concedit (D. Cart. I, p. 370, No. 543; Invent. p. 63, No. 128). **559**[c]

„ Aug. 31. — Charta Raynaldi de Margato in D. Cart. I, p. 370—371, No. 546. **560**

„ Nov. 17. Apud Vadum Jacob. — Privilegium Balduini IV regis in D. Cart. I, p. 372—373, No. 550. **562**

**1178** Nov. — Raymundus de Montolif[1]) et fratres ejus renuntiant omnia jura, quae habent in castellum Rubrum[2]), quod possederant et Raymundus II(I), comes Tripolitanus, Hospitali concesserat ex cambio CCCC bisantiorum (D. Cart. I, p. 371—372, No. 549; Invent. p. 63, No. 126). **562a**

[1]) Saepius in chartis memoratus. [2]) Quod jam Oct. 1177 a Raymundo, comite Tripolitano, Hospitali concessum fuit (RH. No. 549; cf. ZDPV. X, p. 258), itaque charta nostra anno 1177 assignanda esse videatur.

„ Dec. 31. — Balduinus IV, rex Hierosolymitanus[1]), Judithae, filiae Balduini II, abbatissae S. Lazari de Bethania,[2]) remissionem, quam dicto monasterio rex Fulco fecerat pro cambio casalis Bethve[3]) et cambium ipsum a Melisendis, regina Hierosolymitana, Balduino III et Amalrico I regibus concessum necnon omnia bona donata confirmat (Invent. p. 63, No. 130). **562b**

[1]) Hoc privilegium usque adhuc notum non fuit. [2]) Iveta, abbatissa nostra, memoratur in RH. No. 327 (1157). [3]) Legas: Bethana (Bet Anan in Mappa anglica Sheet XIII Ls), quod abbatiae S. Lazari concessum fuerat a. 1159 (RH. No. 338; cf. ZDPV. X, p. 278).

„ — Chartae Amalrici, vicecomitis Neapolitani, in D. Cart. I, p. 363—364, No. 531; p. 364, No. 532 (Invent. p. 63, No. 129) et p. 362—363, No. 530. **565—567**

„ — In charta Renaudi III Mausoerii casalia Margato vicina memorantur: Brahin (Bet-buraiim, Kassabin, vel Dar Ibrahim?), Albot (el-Budi vel el-Bustan?), Talaore (Tell-auweri), Besenen (Bsinne), Matron (el-Marunije), Soebe (el-Aseibe). **568**

„ — Johannes, abbas S. Mariae de valle Josaphat, et Eva[1]), abbatissa S. Lazari de Bethania, quarundam terrarum in casalibus Aschar et Balathas[2]) sitarum cambium, quod Petrus, abbas S. Mariae, et Judith, filia Balduini II et abbatissa S. Lazari, olim fecerant, duabus chartis, quibus Johannes et Eva sigilla apposuerunt, confirmant. — Guimaudus prior, Willelmus de Sicilia[3]) cellerarius, Stephanus elemosynarius, Matthaeus Anglicus, Petrus cantor, Petrus sacrista; Odelina priorissa[4]), Milisent, Osanna, Alexandrina praecentrix, Ermengardis; de burgensibus: Robertus de Pincheneio, Galfridus Turonensis, Johannes Raimundi et alii multi (Revue de l'Orient lat. VII, p. 148—149, No. 41). **569a**

[1]) Adhuc incognita; de abbatissa Judith (Iveta) cf. RH. No. 327. [2]) Balata meridiem et orientem versus de Neapoli, Askar septentrionem et orientem versus de Balata situm est. [3]) Qui cum Matthaeo Anglico memoratur in RH. No. 542. [4]) Sanctimoniales dictae alias non memorantur, burgenses vero satis noti sunt.

„ — Guillelmus Fortis[1]) ejusque uxor consensu Raymundi II(I), comitis Tripolitani ejusque uxoris Eschivae pretio CC bisantiorum Sarazinatorum Hospitali hortum vendunt (D. Cart. I, p. 362, No. 529; Invent. p. 63, No. 127). **569b**

[1]) Qui vocatur in RH. No. 519 (Dec. 1174) et 701 (10. Febr. 1191).

(**1178** vel **1179**). — * »Rex Hierosolymitanus ultimus,[1]) quod morbo laborat«. Petit, cum morbo Naamani laboret, et timor Arabiae quotidie civitati sanctae incumbat, ut regni Franciae e convocatis baronibus unus eligatur, qui tam sancti regni sufficiat ad tutelam; »sumus enim parati recipere cum desiderio, quem nobis miseritis, et trademus regnum idoneo successori« (Cartellieri, Ein Donaueschinger Briefsteller, Innsbruck 1898, p. 32—33, No. 148; cf. Revue de l'Orient latin VII, p. 373). **569c**

[1]) Substantia hujus dictaminis spectat statum regni Hierosolymitani annis 1178 vel 1179 lepra regis Balduini miserimum (RK. p. 369, 381, 388—389).

(**1178—1180**). — Charta Baliani Neapolitani in D. Cart. I, p. 360, No. 526. **570**

(**1179** vel **1181**) Jan. 1. Apud Tusculum. — Alexander III magistro Hospitalis supra dictam chartam[1]) Constantiae, comitissae S. Aegidii, confirmat (D. Cart. I, p. 377—378, No. 557; Invent. p. 59, No. 101). **570**[a]

[1]) RH. No. 503.

**1179** Febr. — Conventio inter Templi et Hospitalis fratres facta in D. Cart. I, p. 378—379, No. 558. **572**

„ Febr. — Charta Bohemundi III, principis Antiocheni, in D. Cart. I, p. 379—380, No. 559. **574**

„ Mart. 5—19. — Inter praelatos Terrae Sanctae, qui concilio Lateranensi interfuerunt, vocatur Radulfus, episcopus Sebastensis.[1]) **575**

[1]) Hoc loco de posteriori historia hujus episcopatus notare liceat, quod Innocentius IV 18 Febr. 1253 (Berger No. 6350) Hugonem de Nissun, consanguineum magistri Templi G(uillelmi de Sonnac), episcopum Sebastae vocare jussit, »quae urbs et parochia XX annos vacasse dicebatur«, et 8 Aprili 1253 (Berger No. 6490) (Guillelmo II), patriarchae Hierosolymitano et (Arnaldo), episcopo Lyddensi, idem mandavit, postea Alexander IV 16. Febr. 1256 (Regist. d'Alex. IV No. 1151—1153) capellanum papae et canonicum S. Sepulchri Hugonem de Nisun, jam ab Odone de Castello rubro, Sedis Apostolicae Legato, designatum episcopum Sebastensem institui jussit, quod Urbanus IV (Reg. No. 264: 11 Jun. 1263) confirmavit; cf. Reg. No. 260: 23. Maj. 1263.

„ Mart. 19. — In privilegio ab Alexandro III ecclesiae Montis Sion concesso inter cetera casalia vocantur: Bussudan (Bustan er-ras?) Felix (el-Filet meridiem et occidentem versus de Antiochia), Cuccava (Lacava, Lacoba, Kukaja orientem versus de Margato?), Bexa (Bezga in Dschebel akra). **576**

„ Maj. 1. Accon. — Privilegium Balduini IV regis in D. Cart. I, p. 383—384, No. 564. **582**

„ Maj. — Charta Raymundi, comitis Tripolitani, in D. Cart. IV, p. 257, No. 563. **583**

„ Aug. 2. Signiae. — Pactum ab Alexandro III confirmatum, quod et 7 Febr. 1199 Innocentius III confirmavit (D. Cart. I, p. 666, No. 1068), in D. Cart. I, p. 387, No. 570. **584**

„ Dec. — Charta Guilermi Rufi in D. Cart. I, p. 388—389, No. 573. **589**

„ (Hierosolymis?). — Charta Nicolai Manzuri in D. Cart. I, p. 376, No. 554. **590**

„ — Balduinus IV, rex Hierosolymitanus,[1]) Rogerio de Molinis, magistro Hospitalis, censum XL bisantiorum, quem Guido de Scandalion de logia Tyrensi tenendum habuit et dicto magistro consensu Raymundi et Gualteri, filiorum suorum, concesserat, confirmat (D. Cart. I, p. 377, No. 555; Invent. p. 63—64, No. 131). **590**[a]

[1]) Privilegium Guidonis et confirmatio nostra adhuc nota non fuerunt.

„ Hierusalem. — Henricus, comes palatinus Trecensis, S. Mariae de valle Josaphat censum X librarum sigillo concedit et confirmat. — Henricus, comes Grandiprati, Gaufridus, frater ejus, Willelmus de S. Maura,[1]) Willelmus marescalcus,[2]) Robertus de Milli, Arnaud Cammar, Theobaldus de

[1]) Filius Joscellini II, Grandipratensis comitis, qui cum Henrico fratre Januario supra dicti anni Acconem appulsus fuit (RK. p. 388). [2]) Hierosolymitanus, ut videtur, de ceteris testibus nihil constat.

Fimiis, magister Philippus, magister Hugo, Milo de Pruvino. Datum per manum Stephani, cancellarii notarii Alberici (Revue de l'Orient lat. VII, p. 149—150, No. 42). **590b**

**1180** Jan. 21. Accon. — Privilegium Balduini IV regis in D. Cart. I, p. 392—393, No. 579. **591**

„ Jan. — Johannes, abbas S. Mariae de valle Josaphat et Eva, abbatissa S. Lazari de Bethania, compositionem supradictam[1]) repetunt et complent sic describentes terras: »petia terrae, quae adjacens est terre Balatas, juxta viridarium S. Salvatoris, quae erat de pertinentia casalis Aschar, pro qua plantam vineae, quae erat pertinens ad casale Balatas, monachi habent et possident, petia vero alia, quam tenebat Tarcanus, quae similiter erat de pertinentia casalis Balatas, pro qua abbatissa S. Lazari et sanctimoniales terram, quam tenebat Beseror, quae erat de pertinentia casalis Aschar, quiete habent et possident«. — Guimaudus prior, Stephanus elemosynarius, Guillelmus de Sicilia, Petrus cellerarius, Arnaldus cantor, Lambertus subprior,[2]) Guillelmus sepulcrarius, Guillelmus sacrista, Petrus, capellanus abbatis; Johannes, prior de Aschar; Odelina priorissa, Alamandina praecentrix,[3]) Milessendis de Roseio, Agnes Tripolis, Maria de Jerusalem, Eloys celleraria, Riccardus, capellanus abbatissae; Galterius de Maomeria;[4]) de fratribus: Petrus, S. Lazari praeceptor, F. Palacius et F. Gilabertus. Datum per manum antedicti Riccardi (Revue de l'Orient lat. VII, p. 150—151, No. 43). **591a**

[1]) Cf. supra No. 569a. [2]) Adhuc non notus. [3]) Quae supra No. 569a vocatur Alexandrina. [4]) Fortasse idem, qui testis fuit chartae a. 1147 (RH. No. 246), de ceteris testibus aliunde nihil comperimus.

„ April 28. Hierosolymis. — Privilegium Balduini IV regis in D. Cart. I, p. 395—396, No. 582. **593**

„ Aprili. — Charta Ahuhisae in D. Cart. II, p. 908—909, No. 11. **594**

„ Maj. 15. Velletri. — Alexander III Roderico, magistro domus militiae Templi S. Mariae Montis Gaudii de Jerusalem ejusque fratribus bona, quae possident, confirmat, inter quae vocat »locum ipsum Montis Gaudii, in quo jamdicta domus vestra sita est, extra muros civitatis Jherusalem, Cannasaba (alias Tunnasaba)[1]) cum terris, quas dedit vobis rex Balduinus, turrim Puellarum[2]) cum aliis tribus turribus et jardino praedictis turribus adjacente in civitate Ascalonis et C aureos annuatim in funda ejusdem civitatis, palamarium cum terminis, quos dedit vobis Guido d'Escadalione, CCC aureos annuatim ad lo(n)giam Aconis, ubi venditur panis, ad portum David XL aureos annuales«[3]) (Revue de l'Orient latin I, p. 52—54, No. 1; ibid. p. 54—57, No. 2, 3, 4 alia paparum privilegia exstant, quae ad supradicti ordinis bona transmarina non pertinent; cf. p. 42—51). **594a**

[1]) Num forte Tell en-Nasbah septentrionem et orientem versus de Monte Gaudii (Nebi Samwil)? Cf. Mappa anglica Sheet XVII Ms et ZDPV. XVIII, p. 83—84. [2]) Quae et vocatur in RH. No. 553 (1177); cf. ZDPV. X, p. 310. [3]) Fere omnia, quae hac charta continentur, usque adhuc nota non fuerunt.

„ Jul. — Raymundus II(I), comes Tripolitanus, Rogerio de Molinis, magistro Hospitalis et Garnerio, magno commendatori, castellum Tubaniam[1]) cum omnibus appenditiis confirmat (D. Cart. I, p. 397, No. 585; Invent. p. 65, No. 134). **594b**

[1]) Quod Pontius, abbas Montis Thabor, a. 1152 Hugoni de Bethsan concesserat (RH. No. 277; cf. ZDPV. X, p. 234, Nota 9); nunc Tabaun vocatur. Privilegium adhuc incognitum fuit.

**1180** Aug. — Charta Guillelmi de Maraclea, quam Raymundus III, comes Tripolitanus, confirmavit et requisitione Hugonis Revel, Hospitalis magistri, se vidisse (c. 1250) declaravit P(etrus), episcopus Valeniae (Invent. p. 65, § 133) in D. Cart. I, p. 400--401, No. 589. **595**

„ — Charta Baliani, domini Neapolitani, in D. Cart. I, p. 389—390, No. 576; Invent. p. 64, No. 132 § 2. **597**

(c. **1180**). — Balduinus IV, rex Hierosolymitanus, Bohalium (Abu Ali), filium Ebenisten, mercatorem Tyrensem, ad partes Aegypti mercationis causa proficiscentem ejusque navem »cum omnibus, qui intus sunt, mercatoribus et cum omni ejus negociatione« in protectionem suam suscipit ita, ut ad Aegyptum et ab Aegypto tutum habeat accessum et reditum (Fragm. ed. D. von Soden ex manuscripto quodam Damasceno in Sitzungsber. d. Berliner Akad. d. Wissensch., phil. hist. Classe, 1903, XXXIX, p. 827). **598[a]**

**1181** Mart. 1. Accon. — Privilegium Balduini IV regis in D. Cart. II, p. 909, No. 20. **601**

„ Mart. — Charta Raymundi III, comitis Tripolitani, in D. Cart. I, p. 406—407, No. 596; Invent. p. 66, No. 143. **602**

„ Aug. — Raymundus II(I), comes Tripolitanus, domum in burgo urbis Tripolis[1]) sitam Rogerio de Molinis, magistro Hospitalis, concedit (D. Cart. I, p. 412, No. 602; Invent. 65, No. 136). **602[a]**

[1]) Cf. supra No. 559[c].

„ Sept. 10. Hierosolymis. — Privilegium Balduini IV regis in D. Cart. I, p. 431—414, No. 607. **603**

„ Sept. 10. Hierosolymis. — Charta Balduini IV regis in D. Cart. I, p. 414, No. 607. **604**

„ Sept. — Charta Raymundi III, comitis Tripolitani, in D. Cart. II, p. 910, No. 21. **605**

„ Sept.—Dec. Gabuli. — Bohemundus (III), princeps Antiochiae, filius Raymundi principis, S. Mariae de valle Josaphat monasterio, in quo mater sua Constantia, frater Raynaldus et soror Philippa sepulti sunt, omnia bona principatus sui, quae in privilegio ab abbate Johanne sibi demonstrato enumerantur, sigillo confirmat. Inter haec vocat: casale Busson[1]) in montanis Gabuli, VI carrucatus terrae in planitie Gibel et unam extra dictam urbem sitam, in urbe ipsa hospitationem, in territorio Borchot casal Hanadia, in Syria casale Mordin, Antiochiae domum, ante Antiochiam ad partem Sossim[2]) terram unius carrucatae graecae, in plano Antiochiae casale Phargaala,[3]) in territorio de Caphoredam[4]) casale, quod dederat Bonabulus, in territorio Ruissol[5]) casale Erhac, quod dederat Fulcher de Malli, in territorio Tilii casalia Nabon, Borgol, Tarpetac,[6]) Anglixen et abbatiam in montanis sitam, in territorio Mamistrae casalia S. Pauli, Joachet, Oessi et Grassia,[8]) ex salinis et ex piscatione Mamistrae CC libras piscium et C mecuchia, ex Antiochiae piscatione D anguillas, Laodiceae domum. — Factum per manum Wilelmi clerici sub Johanne cancellario principatus anno XIX.

---

[1]) Inesse videtur Bustan; de plurimis casalibus hac charta enumeratis nihil compertum habemus. [2]) Num fortasse Susije intelligendem est, cujus nominis duo vocantur in partibus portus S. Simeonis sita? [3]) Num forte Ferzala in territorio Cursarii situm? [4]) Num Kefr idô prope Margatum an Kefr hum prope Harem situm? [5]) Num forte er-Rihali in territorio Rihanije orientem versus de Alexandretta situm? [6]) Intelligendum esse videtur Darbessak. [7]) Cf. RH. No. 76, supra No. 114[c] et ZDPV. X, p. 220. [8]) Cf. infra No. 629[a].

Rogerius de Surdetiaus[1]), Hugo de Logiis, Philippus, frater ejus, Gervasius senescallus, Bartholomaeus marescalcus,[2]) Raymundus de Molins,[3]) Richerius de Erminato,[4]) Gauterius de Archiam,[5]) Bastardus del Molins, Willelmus de Hengron[6]) (Revue de l'Orient lat. VII, p. 151—153, No. 44). **605[a]**

1) Alias R. de Surdavalle vocatur; fere ceteri omnes testes satis noti sunt. 2) De ceteris marescalcis Antiochiae cf. Rey in Revue de l'Orient lat. VIII, p. 120—122, de ejusdem principatus vicecomitibus et cancellariis, camerariis et butticulariis ibid. p. 122—128. 3) Deest alias in chartis. 4) Alias R. de Lerminat vocatur. 5) Alias G. de Archicam vocatur. 6) Alias G. de Hingueron vocatur.

**1181** Nov. 8. — Balduinus IV Suriano »Sahre«[1]) hortum, quem a »Sade«, raizio[2]) Saracenorum Tyrensium ejusque fratre Guillelmo emerat, possidendum concedit (Invent. p. 66, No. 140). **606[a]**

1) Idem esse videtur ac Saher, Seghir (»parvus«). 2) De raiciis sive praefectis Saracenorum cf., quae annotavimus in RH. No. 521, Not. 1. Privilegium nostrum adhuc notum non fuit.

„ Nov. 9. In domo Hospitalis. — Charta Rogerii, Hospitalis magistri, in D. Cart. I, p. 415—416, No. 610. **607**

„ Nov. — Bernardus de Magdalo[2]) consensu Mariae uxoris castellum Lath[2]) cum omnibus appenditiis Rogerio de Molinis, Hospitalis magistro, pretio MD bisantiorum vendit (D. Cart. I, p. 414—415, No. 608; Invent. p. 65, No. 137). **608[a]**

1) Memoratur in charta (RH. No. 380: 15 Junio 1163). 2) Fortasse est casale Laha septentrionem versus de flumine Eleuthero, nunquam antea vocatum.

„ Dec. — Charta Raynaldi de Margato in D. Cart. I, p. 417, No. 613[1]). **609**

1) Casale ibi vocatum Astalorin idem ac Sallurin esse videtur, cujus nominis tria inveniuntur in territorio Laodiceae.

„ — Charta Bohemundi III, principis Antiocheni, in D. Cart. I, p. 417—418, No. 614. **610**

„ — Charta Hugonis Flandrensis in D. Cart. I, p. 412, No. 603: c. Sept. 1181; Invent. p. 96, No. 142. **611**

„ — Raynaldus Mazoer cum Bertrando filio, Zacharia castellano, uxore et liberis casale Astanor Hospitali per manus Nicolai fratris pretio II millium bisantiorum vendit, quorum C accepit antedictus Zacharias[1]) (D. Cart. IV, p. 258, No. 595[bis]; Invent. p. 66, No. 139). **611[a]**

1) Huic chartae simillima est charta Raynaldi (RH. No. 609), ubi tamen Zacharias, castellanus Margati (RH. No. 612), omittitur.

„ — Bohemundus III, princeps Antiochiae, filius Raymundi, assensu Sibyllae uxoris, Raymundi et Bohemundi filiorum casale Astanors,[1]) quod Raynaldus Mazoir,[2]) dominus Margati, assensu Bertrandi filii Hospitali vendiderat, confirmat necnon terram donat, quae a domo Costae usque ad viam extenditur, quae ultra balnea Hospitalis sita est et mare usque ad domum Judaeorum spectat[3]) (D. Cart. IV, p. 261, No. 624[bis]; Invent. p. 66, No. 141). **611[b]**

1) Sive Astalorin. 2) Cujus charta (1 Dec. 1181) exstat in RH. No. 609. 3) Huic chartae simillima (quamquam non eadem) est charta Bohemundi antedicti, qua Nicolaus, frater Hospitalis, casale antedictum pretio II millium bisantiorum emisse nuntiatur (RH. No. 610: 1181).

**1182** Jan. 1. Margati. — Charta Raynaldi Masuerii, domini Margati, in D. Cart. I, p. 423, No. 623; Invent. p. 67—68, No. 149[bis]. **612**

**1182** Febr. 6. Accon. — Privilegium Balduini IV regis in D. Cart. I, p. 424, No. 625. **613**

„ Martio 14. — Statuta per magistrum Rogerium de Molinis et conventum Hospitali composita (D. Cart. I, p. 425—429, No. 627). **614**[a]

„ Mart. — Odo, episcopus Berytensis, nomine Lucii III controversiam dirimit, quae inter fratres Templi et Anterium, episcopum Valaniae, de hospitali, furno et duobus hortis exorta erat, et fratribus Templi concedit, ut hospitale ab episcopo donatum teneant pauperibus lectum, ignem et aquam oblaturi, episcopo vero mandat, ut decimam de furno et unum hortum recipiens alterum fratribus Templi remittat[1]) (Invent. p. 67, No. 146). **614**[b]

[1]) Charta adhuc incognita fuit.

„ Sept. 28. — Raynaldus, dominus Margati, domino Rainerio cuidam[1]) casale Coselbie[2]) et plura alia casalia cum terris donat (Invent. p. 67, No. 149). **617**[a]

[1]) Nescimus, quis fuerit. [2]) Num Kalat es-Sabi septentrionem versus de Margato an el-Kussabije occidentem versus de Gabulo situm?

„ Nov. 14. Accon. — Privilegium Balduini IV regis in D. Cart. I, p. 435, No. 645. **618**

„ Nov. 17. Accon. — Rogerius de Molinis, magister Hospitalis, mandat, ut de censu domus, quam in urbe Acconis prope ecclesiam S. Marci sitam Hospitale possidet, annuatim L bisantii destinentur, ut sacerdos missas in ecclesia S. Johannis pro anima Pontii Marrans[1]) celebret (D. Cart. I, p. 435, No. 647; Invent. p. 67, No. 148). **618**[a]

[1]) Pontius Marranus (RH. No. 453: 20 Octob. 1168) vel Pontius Marriani (RH. No. 587: 22 Octob. 1179) intelligendus est, de quo aliunde nihil scimus.

„ — Charta Galterii, domini Caesariensis, in D. Cart. I, p. 421—422, No. 621; Invent. p. 67, No. 147. **619**

„ Charta Hugonis Broerii in D. Cart. I, p. 421, No. 620.[1]) **620**

[1]) Sigillum Girardi de Monte Olivo, vicecomitis Tripolitani, qui inter testes hujus chartae vocatur, cf. in Revue de l'Orient lat. II, p. 178, No. 2.

„ — Balduinus IV, rex Hierosolymitanus, fratribus Hospitalis Tyrensis concedit, ut molendinis Tyrensibus frumentum gratis molere liceat[1]) (D. Cart. I, p. 422, No. 622; Invent. p. 68, No. 150). **622**[a]

[1]) Privilegium adhuc non notum.

(**1182**?). — Stephania, abbatissa S. Mariae grandis, et Johannes, abbas S. Mariae de valle Josaphat, de partitione terrarum in casalibus Gemerosa[1]) et Trakemia sitarum, quorum prius Sanctae Mariae de valle Josaphat, alterum Sanctae S. Mariae grandi proprium est, compositionem faciunt assensu Raynaldi, antea principis Antiochiae, »qui tunc in terra Ebron dominium habebat« ejusque uxoris Stephaniae et duplici privilegio bullatam confirmant. — Johannes Barzela, castellanus S. Abrahae[2]), per cujus manus facta est divisio, Simon Iudex, Letardus de S. Abraham, Hugo Normannus, pro abbate: Willelmus de Sicilia, Stephanus elemosynarius, Petrus de S. Lazaro, Roberti frater, Robertus, pro abbatissa: frater Gervasius, f. Stephanus, curator ovium, Georgius, notarius abbatissae et alii multi (Revue de l'Orient lat. VII, p. 153—154, No. 45). **623**[a]

[1]) Nunc Chirbet Jemrurah casali Tarkumiah proximum, quod septentrionem et occidentem versus de Hebrone situm est, vel Umm-er-rijah (cf. supra No. 393[a]).
[2]) Adhuc ignotus.

**1183** Martio. — Raynaldus, dominus de Margato, fratribus Templi omnia bona, quae Valeniae, dum Agnes uxor viveret, possidenda concesserat,[1]) assensu Amalrici, Mansoeri et Bertrandi filiorum confirmat (Invent. p. 68, No. 152). **626a**

[1]) Cf. RH. No. 347 (Mart. 1160); charta vero nostra adhuc latuit.

„ (Ante pascha). — Charta Guidonis, comitis Joppae et Ascalonis, excerpta est in Invent. p. 65, No. 135. **627**

„ Maj. — Charta Bohemundi III, principis Antiocheni, in D. Cart. II, p. 911—912, No. 23; Invent. p. 68, No. 153. **629**

(**1183** Post Majum). — Bernardus[1]), abbas Montis Thabor, Hospitali pretio CXXX bisantiorum jus D anguillarum ex lacu Antiochiae capiendarum vendit, quod dicto monasterio a Bohemundo III, principe Antiocheno, concessum fuerat (D. Cart. I, p. 441, No. 655; Invent. p. 65—66, No. 138; p. 67, No. 142). **629a**

[1]) Anno 1183 (Majo; cf. RH. No. 629) non Bernardus, sed Johannes, abbas Montis Thabor, a Bohemundo III privilegium obtinuit, quo M anguillas singulis annis de lacu Antiochiae capere ei licuit.

„ — Charta Bohemundi III, principis Antiocheni, in D. Cart. I, p. 436—437, No. 648. **633**

„ — Charta Fulconis, S. Pauli abbatis, in D. Cart. II, p. 910—911, No. 22. **634**

„ — Robertus, abbas Nostrae Dominae »de la Carrière«,[1]) terram quandam Hospitalis Antiocheni magno commendatori[2]) vendit (D. Cart. I, p. 440, No. 651; Invent. p. 68, No. 151). **635a**

[1]) Intelligendum esse videtur monasterium S. Mariae apud Cursarium situm (cf infra No. 820a), cujus abbatis nomen adhuc notum non fuit. De historia hujus loci cf. RK. p. 198, 225, 320, 348, 393, 479, 482, 485, 712, 943, 968, 969. [2]) Qui anno 1184 (RH. No. 636) fuit Rogerius de Larunt.

**1184** Jan. 19. — Charta Amalrici, patriarchae Antiocheni, in D. Cart. I, p. 446—447, No. 665. **636**

„ Jun. — Charta Raymundi III, comitis Tripolitani, in D. Cart. I, p. 450—452. No. 676. **637**

„ Aug. (Hierosolymis). — Andreas, dominus de Vitri »dum ..... in Terram Sanctam Jerusalem peregrinaretur et ad Cracum succurrendum cum ceteris peregrinis[1]) consilio (Bernardi), domini Liddensis episcopi, qui tunc domini (Eraclii), patriarchae Hierosolymitani,[2]) vicem gerebat consilioque fratrum Templi et fratrum Hospitalis et maxime fratris Girardi de Rideford, domus Templi senescalci« variis ecclesiis varia bona concedit et Lyddensis episcopi necnon fratrum Templi et Hospitalis sigillis confirmat. — Herveus de Laheac, Petrus de la Jaille, Radulfus Aguillun, Johannes de Arberie, Galfridus Gragneard, Hervicus de Coit d'Or, Silvester, Johannes de Taslie, Rainaldus Oeline, Fr. Fulco de la Jaille, Galfridus Tvel, Fr. Adam de Chaurce, Fr. Fulco de Munt Lot, Fr. Nicolaus de la Curbe (Comte Bertrand de Broussillon in Bulletin histor. et philol. du comité d. travaux hist. et scientif., Paris 1900 [Année 1899], p. 50—53). **637a**

[1]) De expeditione ad Cracum ab obsidione Saladini liberandum facta cf. RK. p. 410—411. [2]) Qui auxilium petiturus in occidentales christianorum terras profectus erat.

( „ Sept.) — Epistola Balduini IV regis in D. Cart. I. p. 444—445, No. 662. **640**

[1]) Cf. RK. p. 410—411.

**1184** Accon. — Charta Rogerii, Hospitalis magistri, in D. Cart. I, p. 445—446, No. 663. **640**

„ — Melisendis[1]), abbatissa S. Lazari de Bethania, domos in ruga David Hierosolymis sitas, quae fuerant Suiberti de Atrebato, in cambium decimae cujusdam Hospitali donat, quam Hospitale dictae abbatissae remittit Balduino IV rege Hierosolymitano et Balduino nepote, septimo rege coronato (D. Cart. I, p. 446, No. 664; Invent. p, 68, No. 154). **640a**

[1]) De qua ejusque charta nostra antea nihil cognitum habuimus.

**1185** (Jan.—Aug.) — Balianus, dominus de Neapoli et Ibelino, concessione reginae uxoris[1]), Johanni, abbati S. Mariae de valle Josaphat, partitionem terrarum casalis Aschar, quam Bernardus pelliparius, Guido Raitz et Guido de Aschar certas metas et bunnas interponentes necnon cruces infigentes fecerant, sigillo confirmat. — Garinus Gainardus, Johannes Lumbart, Hodo de Marne,[2]) Reimundus Bobin[3]) (Revue de l'Orient lat. VII, p. 154—155, No. 46). **640b**

[1]) Adhuc ignota fuit. [2]) Qui adhuc chartis non memoratus est. [3]) Alias Babin vocatus.

„ Aprili 10. Dovera. — Richardus, episcopus Wintonensis et Rogerius de Molinis, magister Hospitalis, in praesentia Henrici II, regis Angliae, Heraclii, patriarchae Hierosolymitani et Garnerii de Neapoli, prioris Hospitalis Angliae, de quibusdam ecclesiis commutandis conveniunt[1]) (D. Cart. I, p. 480—482, No. 755). ‖ Hanc compositionem Richardus I, rex Angliae, 16. Sept. 1189 confirmat (Ibid. I. p. 557—558, No. 877). **641a**

[1]) De Heraclii, patriarchae Hierosolymitani et Rogerii, magistri Hospitalis, itinere in Angliam et Galliam (a. 1184—1185) frustra facto cf. RK. p. 413—415. De Garnerio nostro videas D. Cart. IV, p. 265, No. 762bis et p. 268, No. 891bis.

„ Aprili. — Charta Raymundi de Tribus Clavibus in D. Cart. I, p. 479—480, No. 754. **642**

„ Aprili. Accon. — Boemundus III, princeps Antiochiae, conventionem, quam Johannes, abbas S. Mariae de valle Josaphat, cum Philippo de Logiis fecit, scilicet »gastinam, quam in Laodicea habebat ecclesia praenominata, quae etiam vetus funda vocabatur, pro XXV bisantiis Antiochenis singulis annis . . . reddendis« tenendam confirmat. — Hugo de Logiis, Richerius de Lerminat, Galterius de Archiquin, Bernardus Soberano, Willelmus Abbas, Joffredus de Molins. Datum per manum Willelmi vicecancellarii anno principatus XXIII (Ex bibl. Panorm. comm. Qq. H. 11, Fol. 389, apogr. saec. XVII; dedit D. Kohler). **642a**

„ Octob. 30. — Raynaldus, dominus Margati, consensu Bertrandi filii et Bermundae uxoris gastinam Ubin[1]) concedit (Hospitali), ubi casale aedificaretur et cisterna foderetur (D. Cart. I, p. 484, No. 763; Invent. p. 68, No. 155). **644a**

[1]) Duo nobis nota sunt Ubin: orientem versus de Babenna et Laodicea in territorio, quod nunc dicitur Dschebel el-akrad, alterum in territorio Margatensi situm.

**1186** Febr. 1. Margati. — Charta Bertrandi, domini de Margato, in D. Cart. I, p. 492—493, No. 783; Invent. p. 69—70, No. 164. **647**

„ Febr. — Charta Raymundi de Byblo in D. Cart. I, p. 490—491, No. 782. **648**

**1186** (Febr.?) Antiochiae. — Privilegium Bohemundi III, principis Antiocheni, in D. Cart. I, p. 491—496, No. 783; Invent. p. 70, No. 165. **649**

[1]) In hac charta casalia vocantur Assene (es-Senasil?), terra de Gereniis (Bet il-irjan, Brejanis, Derune, vel Ghenemije?), Cademois (el-Kadmus), Malaicas (Kalat el-Ullaika), Bokebais (Kalat Abu Kobais), Cimas (Kimaja), Villa Russa (Arsuz, Ῥωσσός?), Come (Dschom), Kaynon (Kaikun?), Alus (Halisa?), Rogia (territorium Apameae vicinum nunc vocatur er-Rudsch Hartmanno auctore; cf. M. van Berchem in Journ. asiat. 1902, p. 397), Belmys (Belmis), Besselmon (Beschlamun), Vallis Russae (videtur esse er-Ruwaise), Bodoleia sive Bedokya (Bdaka sive Bdauka), Gorrosia (Bet-dschuraisije prope Margatum), M(e)unserac (el-Mischrakije, ubi ecclesia S. Cosmae et Damiani restat orientem versus de portu S. Simeonis), abbatia S. Mariae (Kniset es-Saijide prope el-Mischrakije, cui vicinum est el-Dschererijeh, quod esse videtur chartae nostrae Ardesin), Mastabe (el-Mastabe prope Harem). Praeterea vocatur abbatia S. Georgii in Montanis nigris sive »coenobium S. Georgii de Montana nigra, alias de Jubino prope Antiochiam« (Ughelli, Italia sacra IV, p. 1072; Röhricht in ZDPV. X, p. 4, Not. 1; XVIII, p. 87; Janauschek, Origines Cisterc. I, p. 217—218), cujus mentio fit in epistola Alexandri IV 9 Febr. 1256 (cf. infra No. 1246[a]), Gregorii IX 30 Aprili 1235 (Potthast No. 9892), 28 Jan. 1233 (Regist. No. 1084, ubi controversia abbatis de Belmonte et W. de Riveto de possessione litigantium memoratur) et 18. Febr. 1233 (Registr. No. 1101), qua Gr. Acconensi et Bethlemitano episcopis et archidiacono Acconensi mandat, quatenus cum Antiochiae patriarcha manualem obedientiam ab abbate monasterii Jubini Cisterc. ordinis contra S. Apostolicae indulta ac decimas non debitas exigeret et non obstante appellatione ad papam interposita contra monachos ejusdem monasterii sententia excommunicationis lata fuisset, definitivam contra idem monasterium promulgatam a Tarsensi archiepiscopo examinet, confirmet vel infirmet. Nomen Jubinum esse videtur Dschufin (prope el-Kadmus; cf. ZDPV. XIV, p. 238), sed nomen S. Georgii adhaeret loco Makam el-chidhr meridiem versus de portu S. Simeonis in littore sito.

„ Martio. — Rogerius de Molinis, magister Hospitalis, casale Berbelearf,[1]) quod Bertrandus de Margato Richardo de Bilio[2]) cum II carrucatis donaverat, sub servitio unius equitis tenendum confirmat (D. Cart. I, p. 497, No. 786; Invent p. 70, No. 166). **650[a]**

[1]) Fortasse nunc Bet el-harf in territorio Sahjun (ZDPV. XIV, p. 209; XVIII, p. 86). [2]) Fortasse Bile in territorio el-Chawabi (ZDPV. XIV, p. 235); de persona et re silent chartae et chronica. De arce Sahjun nunc conferas M. van Berchem in Journ. asiat. 1902, p. 405—406, 426—427 et in Union syndicale, Paris 1897, p. 266—267 (photogr.).

„ Martio. — Idem magister Martino de Nazareth[1]) nonnulla casalia et bona, quae Raynaldus (II Mansuer), dominus Margati, donaverat, sub servitio unius militis et unius turcopuli tenenda confirmat (D. Cart. I, p. 497, No 787; Invent. p. 70, No. 167). **650[b]**

[1]) Qui in pluribus chartis Raynaldi Mansueri vocatur (RH. No. 521: 1174; 612: 1182 et 630: 1183); charta vero nostra adhuc non exstabat.

„ Aprili 25. — Charta Rogerii, Hospitalis magistri, in D. Cart. I, p. 502—503, No. 803. **651**

„ Aprili. — Raymundus (II(I), comes Tripolitanus et procurator regni Hierosolymitani, Rogerio de Molinis, magistro Hospitalis, cartam suam[1]) confirmat (D. Cart. I, p. 501, No. 801; Invent. p. 68, No. 156). **651[a]**

[1]) RH. No. 637 (Jun. 1184).

„ Maj. — Idem comes Raymundus antedictam confirmationem repetit et auget (D. Cart. I, p. 503, No. 804; Invent. p. 69, No. 157). **651[b]**

**1186** Majo. — »Estienne Daillant«[1]) assensu Agnetis matris Amalrico fratri III casalia »Noortha,[2]) Suyjac[3]) et Corrosie« donat (D. Cart. IV, p. 265—266, No. 804[bis]; Invent. p. 69, No. 158). **651[c]**

[1]) In RH. No. 647 (2 Febr. 1186) Stephanus Raillan, in No. 708 (Jan. 1193) Stephanus Daillan vocatur. [2]) Num forte Tanita ad flumen ejusdem nominis, orientem et meridiem versus de Valenia situm? [3]) Simillima sunt nomina casalium Zuaijik et Kuruso in territoriis Beni Ali et Gabulensi sitorum (ZDPV. XIV, p. 255 et 251).

„ Jun. 30. — Privilegium ab Urbano III fratribus Hospitalis concessum in D. Cart. I, p. 505, No. 809. **652**

„ Octobr. 17. — Guillelmus, archiepiscopus Tyrensis, et Odo, episcopus Berytensis, ab Urbano III procuratores electi cum (Letardo) Nazareno et (Monacho) Caesariensi, archiepiscopis et (Bernardo), Ramatensi episcopo, in praesentia (Heraclii), patriarchae Hierosolymitani, litem inter Rogerium de Molinis, Hospitalis magistrum, et Anterium, episcopum Valaniae, exortam ita disceptant, ut rem dijudicandam IV militibus Margatensibus tradant. Anno I regis Guidonis[1]) (D. Cart. I, p. 510, No. 819; Invent. p. 69, No. 162). || In Invent. p. 69, No. 163 citatur »transaction passée entre les mêmes parties sur plusieurs sujets différents par la médiation de G(eralde), patriarche de Jérusalem, dont la datte manque«.

[1]) Haec charta gravissima est, quum in ea ultimum vestigium clarissimi archiepiscopi Tyriensis inveniatur (cf. RK. p. 391—392, Not. 5).

„ — Bohemundus III, princeps Antiochiae, ecclesiae S. Georgii[1]) civitati »Gabeli« vicinae et ejusdem sacerdotibus casale Herbin[2]) cum pasturagiis donat (Invent. p. 69, No. 159). **657[a]**

[1]) Ecclesia hujus nominis (Keniseh Mar Dschirdschis) non civitati Gabeli (Dschebeleh), sed Laodiceae vicina nobis nota est (ZDPV. XIV, p. 166, 201). [2]) Quaeritur, num casale ed-Derbine in territorio Kadmus, an Hernin in territorio el-Bajir situm intelligendum sit (ZDPV. XIV, p. 240, 205).

„ — Heraclius, patriarcha Hierosolymitanus, compositionem inter (N.) Templi Domini et (Johannem) S. Mariae de valle Josaphat, abbates, de decimis factam, quae a priore de casali Saphet in territorio Neapolitano sito et de gastina Medeclala[1]) ab altera, quam a Guidone Raicio emerat, recipiebantur, sigillo suo apposito confirmat. — Rainaldus, abbas Montis Sion, Dalmacius, archidiaconus Hierosolymitanus, de canonicis Templi Domini: Gillebertus, Willelmus cellerarius, Raynaldus, Franco; de monachis S. Mariae: Petrus prior, Stephanus elemosynarius, Octavianus subprior[2]), Helias cellararius, Giranus thesaurarius, Bernardus, prior de Sichar. Datum per manum Fulchonis cancellarii (Revue de l'Orient lat. VII, p. 156—157, No. 48). **657[b]**

[1]) Cf. supra No. 513[a]. [2]) Adhuc notus non fuit ut plurimi testes.

**1187** Jan. — Thomas de Gabel, filius Roberti Mansel, Hospitali censum annualem de feodo Beaune[1]) accipiendum assensu Bohemundi III, principis Antiocheni, Sibyllae uxoris, Raymundi et Bohemundi filiorum vendit (D. Cart. I, p. 514, No. 827; Invent. p. 69, No. 160). **657[c]**

[1]) Supra No. 559[b] Beaude vocato; de venditore (Thomas de Gabel) cf. RH. No. 524 (Mart. 1175).

„ Jan.—Jun. — Amalricus, vicecomes Neapolitanus, assensu Theophaniae uxoris controversiam inter ipsum et S. Mariae de valle Josaphat

abbatiam de divisione terrae supra Kafecos[1]) sitae exortam, quae a III habitatoribus Neapolis Bernardo pellipario, Vidone de Escar et Georgio cambitore[2]) facta fuit, sigillo suo apposito dirimit; »divisiones autem et metae sunt istae, sicut murus vineae Basini desubtus tendit ad vineam Gilelmi (sic) Britonis et deinde metae per callem montis positae usque ad caveam Medequen et ipsa eadem vinea, quae descendit usque ad molendinos, ostenditur«. Hanc igitur totam terram, »quae infra istas metas et divisiones a parte orientali usque ad ima Vallis Habrahae continetur«, dictae abbatiae concedit. — Factum Widone rege, Eraclio patriarcha Hierosolymitano, P(etrus), prior S. Mariae, S(tephanus), ejusdem domus elemosynarius, B(ernardus), tunc prior de Eschar; de burgensibus Neapolitanis: B. parmentarius, C. de Eschar, C. cambitor[3]) (Revue de l'Orient lat. VII, p. 157—158, No. 49). **657[d]**

[1]) Alias Casracos (Kafar kus) vocatur (RH. No. 336, 359, 450; cf. ZDPV. X, p. 219), cui adjacere dicitur cavea Madequen (alias non memorata), quae fortasse nunc Chirbet el-Hawa est. [2]) Cf. supra No. 640[b]. [3]) Aperte idem sunt, qui terminos fixerunt.

**1187** Maj. — Raymundus II(I), comes Tripolitanus, compositionem ab Aimerico, comite[1]) Tripolitano, cum Hospitali factam confirmat, qui ab illo III millibus bisantiis acceptis casale Casaracel[2]) oppigneravit (D. Cart. I, p. 516, No. 830; Invent. p. 70, No. 168). **657[e]**

[1]) Sine dubio legendum est: episcopo. [2]) Fortasse Kafar aka meridiem versus de Tripoli situm.

( „ Aug.). — Epistola Terrici, Templi magni praeceptoris, omnibus praeceptoribus et fratribus ejus ordinis scripta exstat quoque in Codice Oxoniensi (S. Johannis colleg. No. 115, Fol. 145[b]; cf. N. Archiv 1897, XXII, p. 277). **660**

( „ Aug.). — Epistola fratrum Hospitalis ultramarinorum in D. Cart. I, p. 518—519, No. 832. **661**

( „ Sub finem Sept.). — Epistola Amalrici, patriarchae Antiocheni, in D. Cart. I, p. 519, No. 833. **664**

( „ Sub finem Sept.). — Consules Januenses ex narratione cujusdam civis Januensis ex terra Sancta Januam reversi Urbanum III certiorem faciunt de clade christianorum a Saladino accepta. Hic enim cum LXX millibus militum III die Julii terram Tiberiadensem ingressus Tiberiadem excepto castello, in quo domina loci cum paucis remansit, expugnavit. Rex vero »de consilio comitis Tripolitani, qui secum nuper federa pacis inierat et ad instantiam multam cum lacrimis dominorum de Tabaria, qui ad succursum matris anhelabant«, ad bellum processit versus Tabariam per unam dietam. »Deinde comes, dux et previus itineris, totum exercitum conduxit in eminentem et saxosum locum,« ubi rex de baronum consilio bellum committere dignum duxit et ad eorum instantiam magistro et militibus Templi »primos ictus concessit, dispositis per acies suo ordine ceteris militibus ad pugnam et comiti Tripolitano ceterisque capitibus bellatorum vexillis traditis«. Fratres vero Templi victores progressi »regio spreto mandato« non adjuti sunt a ceteris, qui »non processerunt ad pugnam nec ullum eis prestavere succursum, unde milites Templi retenti et trucidati sunt«; christianos vero itinere confectos hostes »igne circumdederunt«. Tunc sex ex militibus regis: Balduinus de Fotina, Raulfus Bructus et Laudoicus de

Tabaria cum aliis III sociis... ad Saladinum confugerunt et sponte Saraceni facti de omni esse et proposito atque continentiis christianorum instruxerunt«. Saladinus denique christianos devicit,« Tochedinus, Saladini nepos, regem fugam arripientem et crucem Dominici ligni cepit.« Saladinus victoria reportata Templi et Hospitalis milites decapitari jussit et »ipse propria manu principem Rainaldum de Castellione interfecit«. Deinde cepit urbem Acconem et adjacentia loca. »Sirii, qui Jerosolimis remanserant, sicut ferebatur, nuntios de reddenda civitate Saladino mittebant«. Plurimi christiani de urbe Accon et aliis locis Tyrum confugerunt, Ascalone, Antiochia et Margato cum tota terra principis Antiocheni salvis remanentibus. Consules in fine epistola papam precibus urgent, ut christianos cismarinos ad recuperandam urbem sanctam incitet et, se auxilium laturos esse, pollicentur, »licet de possessionibus multa sanguinis effusione majorum nostrorum partis per novos dominos, qui nec Deum timere videbantur nec homines revereri, in partibus illis injuriam patiamur nec ullam adhuc inde potuerimus consequi rationem«[1]) (E codice Oxoniensi St. John Coll. No. 115, Fol. 146 ed. Hampe in N. Archiv 1897, XXII, p. 278—280). **664**[a]

[1]) Quae hac epistola de clade Hattinensi christianorum narrantur partim congruunt, partim repugnant eis, quae optimis fontibus historiae usi exposuimus in RK. p. 430—446.

**1187** Octobr. Tyri. — In charta Conradi, marchionis Montis ferrati, ruga S. Juliani[1]) memoratur. **665**

[1]) Hujus nominis in RH. No. 540 ecclesia Hierosolymitana, in No. 93 Hospitale Tiberiadense et terra (Eracles 208) memoratur; Margato vicinum est Bet Dschuljan (ZDPV. XIV, p. 233).

(**1188** Jan.).— Epistola Terrici, Templi magni praeceptoris, in D. Cart. I, p. 527, No. 847. **669**

( „ c. Febr.). * Epistola Friderici I spuria ad Saladinum scripta quoque exstat in Codice Oxoniensi (S. Johannis colleg. No. 115, Fol. 146; cf. N. Archiv 1897, XXII, p. 277) et in Giraldi Cambrensis, Oper. VIII, p. 267—269); cf. Dobenecker II, Reg. Thuring. No. 786. **671**

**1188** Mart. 2—**1189** Febr. 18. — Epistola a Saladino Friderico I scripta quoque exstat in Giraldi Cambrensis Oper. VIII, p. 267—272 et memoratur in William Wey, Itinerar., Roxburghe Club No. 76, p. 126. **672**

„ Sept. 20. Tyri. — Epistola Conradi, marchionis Montisferrati, in D. Cart. I, p. 531—532, No. 858. **676**

( „ Nov.). — Epistola Hermengeri, Hospitalis provisoris, in D. Cart. I, p. 549, No. 863. **678**

**1189** Mart. — Bohemundus I(V), comes Tripolitanus, filius Bohemundi III, principis Antiochiae, Hermengardo, Hospitalis magistro, hortum de la Glorieta,[1]) qui matri antecessoris sui, comitis Raymundi defuncti, fuerat, donat (D. Cart. I, p. 553, No. 871; Invent. p. 71, No. 174). **679**[a]

[1]) Qui vocatur in RH. No. 1229 (Mart. 1255); cf. RH. No. 428; Arch. de l'Orient lat. II A, p. 334.

„ Octobr. 11. — Clemens III (N.), episcopo Valeniae, mandat, ut examinet, num emphyteosis,[1]) qua abbas monasterii S. Mariae Latinae

---

[1]) De hac emphyteosi adhuc tantum scivimus, quae in RH. No. 1164 et 1356 memorantur, unde corrigendum est: Turris rubea (pro Turriclea); cf. ZDPV. X, p. 252—253.

Hospitali Acconensi casalia Montdidier, Turriclea et alia tradiderant colenda, dictae domui magnum damnum afferat et rem satis examinatam dijudicet (D. Cart. I, p. 559, No. 879; Invent. p. 71, No. 173). **682**[a]

**1190** (1191) Mart. 7. — Charta Bohemundi III, principis Antiocheni, in D. Cart. I, p. 574—575, No. 906: 1191. **689**

„ Aprili 14. Tyri. — In annotatione 1 chartae Joscii, archiepiscopi Tyrensis, annexa memoratur »abbatia de Tyro«, quae sita est in insula Tiro sinus Speziani. **692**

„ 31. Octobr. In obsidione Acconis. — Clarembaldus de Noiers[1]) fratribus Hospitalis testamento censum quendam donat Ogerio, illius domus magno praeceptore, Galtero de Braholget, Stephano de Corbolio, fratribus, Garnero de Creato (?), Montis Regalis domino, Humberto de Argentoil et aliis testibus. Baldonus Hierosolymitanus, Hospitalis Tyrensis scriptor, scripsit (Petit, Hist. d. ducs de Bourgogne III, p. 306—307, No. 852; D. Cart. I, p. 571, No. 900). **697**[a]

[1]) RK. p. 523, Not. 1. Nomina testium (praeter Ogerii nomen) in aliis chartis non inveniuntur.

„ — Bohemundus III, princeps Antiochiae, filius Raymundi, Amato, fratri Hospitalis, domos quasdam, quae fuerant Suriano Dabot Laodiceensi, confirmat[1]) (D. Cart. I, p. 566, No. 891; Invent. p. 71, No. 175). **697**[b]

[1]) Charta adhuc plane incognita.

**1191** (1192) Jan. 31. Accon. — Privilegium Guidonis, regis Hierosolymitani, in D. Cart. I, p. 582, No. 717: 1192. **698**

**1191** Febr. 2. — Charta Garnerii de Neapoli, Hospitalis magistri[1]), in D. Cart. I, p. 583, No. 919. **699**

[1]) De quo cf. RH. No. 701, Not. 4 et D. Cart. I, p. 551—553, No. 868—870.

**1192** Febr. 14. — Guido, rex Hierosolymitanus, Galterio Pulchro, vicecomiti Acconensi,[1]) domum, quam assensu Sibyllae reginae mortuae[2]) donaverat, sed paulo post receperat, compensat (Invent. p. 71, No. 176). **703**[a]

[1]) Qui memoratur in RH. No. 683, 690, 697, 698, 701 (1189—1191). [2]) Quae obierat c. 15 Octobr. 1190 (RK. p. 538).

„ Aprili. Tyri. — Chartam Conradi, domini Tyri, Galterius Durus subscribit testis, qui tamen non »marescalcus Januensium,« sed »marchionis« fuit. **704**

„ Sept. 3. Accon. — Guido, Hierosolymitanus rex, Simoni, magistro monetae,[1]) DC bisantios blancos de dominio suo recipiendos concedit (Invent. p. 71, No. 176[bis]). **705**[a]

[1]) De persona et re aliunde nihil scimus.

„ Dec.. — Trimond, commendator Hospitalis Hierosolymitani, a Bolos, filio Johannis Raicii, V petias terrae pretio L bisantiorum Saracenatorum et censu quodam alio emit[1]) (D. Cart. I, p. 590, No. 932; Invent. p. 72, No. 180, § 3). **706**[a]

[1]) De personis hac charta vocatis et venditione ipsa aliunde nihil compertum habemus.

**1173** Jan. — Charta Gaufridi de Donjon, Hospitalis magistri, in D. Cart. I, p. 595—596, No. 941. **708**

„ Jan. Joppae. — Charta Henrici, Trecensis comitis palatini, in D. Cart. I, p. 603, No. 954: 1194; Invent. p. 72, No. 178). **709**

„ (Exeunte Aprili). — Epistola Gaufridi de Donjon, Hospitalis magistri, in D. Cart. I, p. 597—598, No. 945. **712**

**1193** Sept. — Charta Bohemundi III, principis Antiocheni, in D. Cart. I, p. 600, No. 948. 714

„ Accon. — Charta Henrici, comitis Trecensis palatini, in D. Cart. I, p. 595, No. 939, Invent. p. 72, No. $177^{bis}$. 716

„ — Henricus, comes Trecensis palatinus, consensu Isabellae uxoris, filiae Amalrici I, regis Hierosolymitani, Hospitali per manus Gaufridi de Donjon magistri partem murorum urbis Accon donat a posterula, quae contraria est portae Gaufridi Torti, usque ad turrem portae S. Nicolai exclusam cum antemurali, terra et fossa et terram ante antemurale eunti ad dextram partem a dicta turri usque ad flumen sitam[1]) (D. Cart. I, p. 594, No. 938; Invent. p. 71—72, No. 177). 716a

[1]) Similem ejusdem comitis donationem fratribus Theutonicis et Hospitalis factam reperias in RH. No. 716 et 717.

**1194** Jan. 5. — Charta ejusdem comitis in D. Cart. I, p. 616—617, No. 972. 717

**1195** Sept. 2. — Charta Bohemundi III, principis Antiocheni, in D. Cart. I, p. 613, No. 966. 719

**1196** Jul. Accon. — Henricus, comes palatinus Trecensis, assensu Isabellae, filiae Amalrici I regis, Galterio Alemanno[1]) sigillum apponens concedit, ut libere vendat et emat, sine aliquo censu mercimonia in terras suas invehat et inde evehat. — Hugo Tiberiadensis, Raginaldus Sidoniensis, Radulfus Tiberiadensis, regni senescalcus, Galterius Caesariensis, Galterius (de) Bethan, Terricus de Teneromonte, Terricus de Mea, Adam Coste. Datum per manum Joscii, Tyrensis archiepiscopi (Revue de l'Orient lat. VII, p. 164, No. 53). 722a

[1]) Quis vero G. A. fuerit, plane nescimus; aperte idem non est, qui a. 1254 testis fuit chartae Juliani, domini Sidoniensis (RH. No. 1220).

„ Aug. 8. — Charta Bohemundi III, principis Antiocheni, in D. Cart. I, p. 627, No. 990; Invent. p. 72, No. 179). 731

**1197** Majo 8. Laterani. — Epistola Coelestini III episcopo Valaniensi scripta in D. Cart. I, p. 631—632, No. 999. 734

„ Oct. 19. In palatio Acconis. — Charta Henrici, comitis palatini Trecensis, Pisanis concessa anno praedicto edita non esse potest, quum idem 10 Sept. 1197 mortuus fuerit (RK. p. 671). 735

„ Octob. 24. — Charta Julianae, dominae Caesariensis, in D. Cart. I, p. 634, No. 1002. 736

„ — Charta Bernardi, S. Pauli de Antiochia abbatis[1]). 738

[1]) Sigillum ejusdem monasterii abbatis Sergii (s. anno) describitur in Revue numismat. 1891, p. 230. Innocentius III 28 Jan. 1213 Raymundo IV, comiti Tripolitano, mandat, ne monachos S. Pauli impediat, quoniam abbatem sibi maxime utilem eligant (Baluze, Ep. Innoc. II, p. 711—712, No. 219; cf. Potthast No. 4665).

(**1198** Jan.). — Formula juramenti similis, quo rex Hierosolymitanus patriarchae Hierosolymitano obedientiam pollicebatur, nunc quoque exstat in Revue de l'Orient lat. VIII, p. 443. 739

„ Jun. — Gilbertus (Horal), magister Templi, se ab Amato, abbate S. Mariae de valle Josaphat, sub censu VIII bisantiorum annuali casale in valle Russol tenendum accepisse, sigillo suo apposito confirmat. — Factum

Irmengaud tunc magno praeceptore. F. Adam Brenn.[1]) marescalcus, F. Petrus de la Recazi, praeceptor Templi Acconensis, F. Aimo aliique fratres (Revue de l'Orient lat. VII, p. 166, No. 56). 740[a]

[1]) Fortasse Adam Brion intelligendus est, senescalcus Templi (RH. No. 701); de ceteris testibus nihil constat. In Charta infra No. 792[a] N. de Raiace magnus praeceptor Templi Antiocheni vocatur.

**1198** Jun. — Amalricus (II), rex Hierosolymitanus et Cyprius, assensu Isabellae uxoris A(mato), abbati S. Mariae de valle Josaphet, molendinum equorum[1]) in urbe Accon situm sigillo suo apposito donat. — Raynaldus Sidoniensis, Radulfus Tiberiadensis, regni senescalcus, Johannes camerarius, regni marescalcus, Gormundus de Bethan, Balduinus de Bethan, Galterius de Caesarea, Roardus Cayphae. Datum per manum Joscii, Tyrensis archiepiscopi (Revue de l'Orient lat. VII, p. 166—167, No. 57). 740[b]

[1]) Cf. RK. p. 516.

„ Aug. 21. — Charta Bohemundi III, principis Antiocheni, in D. Cart. I, p. 648—649, No. 1031. 742

„ Aug. Tyri. — Privilegium Amalrici II, regis Hierosolymitani et Cyprii, in D. Cart. I, p. 649—650, No. 1032. 743

( „ Sept. 20—Dec. 31). Laterani. — Epistola Innocentii III in D. Cart. I, p. 635—636, No. 1006[1]). 745

[1]) Cf. I, p. 659—660, No. 1054 (Potthast No. 932).

„ Octobr. — Amalricus II, rex Hierosolymitanus et Cyprius, assensu Isabellae uxoris, filiae Amalrici I quondam regis, Marino »Mazuc«[1]) IV domos pro censu C bisantiorum, quem Henricus, quondam comes palatinus Trecensis, de horreo salis Acconensi annuatim recipiendum eidem concesserat, donat et confirmat (Invent. p. 73, No. 182). 747[a]

[1]) Januensis, cujus chartam fratribus Hospitalis concessam videas in RH. No. 783 (27 Aprili 1200).

„ Octobr. — Idem assensu Isabellae uxoris Odoni de »Jorvigni«[1]) domum cum pasturagio ante planum castelli Acconensis sitam et ab Henrico, olim comite palatino Trecensi, donatam confirmat (Invent. p. 73, No. 183). 747[b]

[1]) Cujus vestigia neque in chronicis neque in chartis reperimus; num forte idem est atque Oto de Jovenhi in RH. No. 717?

„ Octob. Accon. — Amalricus II, rex Hierosolymitanus et Cyprius, consensu uxoris Isabellae, filiae Amalrici I regis, Hospitali per manus Gaufridi de Donjon plures terras emptas confirmat (D. Cart. I, p. 651, No. 1038; Invent. p. 73, No. 181). 747[c]

„ Nov. 20. Laterani. — Innocentius III (Gaufredo de Donjon) magistro et fratribus Hospitalis Amalricum II, regem Cypri, tuendum commendat (Potthast Reg. No. 428; D. Cart. I, p. 655, No. 1044). ‖ Cf. Potthast No. 444; D. Cart. I, p. 656, No. 1048. 747[d]

„ Nov. 24. — Gaufridus de Donjon, magister Hospitalis, inhabitantibus loci Cornaon, subditis Hospitalis, concedit, ut in adjacentibus terris, in loco Cornaon et Malefogasse[1]) vineas plantent (D. Cart. I, p. 656, No. 1045; Invent. p. 72, No. 180). 747[e]

[1]) De his locis nihil scimus, neque aliquid conjicere licet.

„ Decemb. 8. — Hospitalis et Templi fratres conveniunt de quibusdam terris comitatus Tripolitani sigillante Giberto Roral, Templi magistro[1]) (D. Cart. I, p. 656—657, No. 1049; Invent. p. 73, No. 184). 747[f]

[1]) Charta adhuc non nota.

**1199** Febr. 8. Laterani. — Epistola Innocentii III in D. Cart. I, p. 666—667, No. 1069 (cf. No. 1068). 751

„ Maj. 23. Tarsi. — Epistola Leonis II, regis Armeniae, excerpta est in Böhmer-Ficker-Winkelmann (BFW.), Reg. imp. No. 10633-4. 755

„ Majo. — Amalricus II, rex Hierosolymitanus et Cyprius, Petro Muntol[1]) et nonnullis aliis jura doganae urbis Limissol per II annos valitura pretio XXVIII millium et L bisantiorum alborum concedit (Invent. p. 73—74, No. 187). 755[a]

[1]) De persona et re nihil aliunde scimus.

„ Jun. 15. — Charta Bohemundi IV, principis Antiocheni, in D. Cart. I, p. 674—675, No. 1085; Invent. p. 73, No. 185. 757

„ — Charta ejusdem Bohemundi IV in D. Cart. I, p. 682—683, No. 1096: 6. Sept. 1199. 759

„ (Sept. 15—Octob. 15). Laterani. — Epistola Innocentii III in D. Cart. I, p. 681—682, No. 1095. 760

„ Novemb. — Amalricus II, rex Hierosolymae et Cyprius, Hospitali per manus Gaufridi de Donjon magistri concedit, ut II jumenta habeant, quibus frumentum Tyriensium ad molendinum Hospitalis portetur[1]) (D. Cart. I, p. 683, No. 1097; Invent. p. 73, No. 186). 761[a]

[1]) Privilegium adhuc incognitum.

„ — Petrus, archiepiscopus Caesariensis, Amato, abbati S. Mariae de valle Josaphat, totam decimam de casali Taranta[1]) in territorio Caesariensi sito recipiendam sigillo suo apposito donat et confirmat. — Monachus, patriarcha Hierosolymitanus, Gaufridus, prior S. Sepulcri, (N.), abbas Montis Oliveti, Geraldus, canonicus S. Sepulcri (Revue de l'Orient lat. VII, p. 167—168, No. 58). 765[a]

[1]) Nunc Rentije vocatur (ZDPV. X, p. 243—244).

**1200** Aprili. Accon. — Charta Theobaldi, episcopi Acconensis, in D. Cart. I, p. 689—690, No. 1113. 771

„ Sept. — Guillelmus Amendelier[1]) consensu Agnetis uxoris, filiae comitis Joscellini, Joscellino »Ussier«[2]) ejusque heredibus domum et II carrucatas terrae casalis Blanci[3]) concedit (Invent. p. 74, No. 188). 774[a]

[1]) Alias G. de Amandelee, Amygdala, Mandelee vocatur. [2]) De Joscellino (Hostiario) nihil scimus. [3]) Intelligendum est casal Blanc, quod memoratur in Guillelmi de la Mandelee charta (Octob. 1200) in RH. No. 777 (cf. No. 1135 et ZDPV. X, p. 252).

( „ c.). De epistola coelitus missa conferas RK. p. 84, Not. 1, Schmitz, N. Archiv XXIII, p. 762—763; RG. p. 34—35. 778

**1201** Aprili 17. — Charta Marini Mazuc Januensis in D. Cart. II, p. 7—8, No. 1145. 783

„ Aprili 17. — Hospitalis et Templi fratres inter se conveniunt de aqua fontis cujusdem sumenda ad terras irrigandas et molendina movenda[1]) (D. Cart. II, p. 7, No. 1144; Invent. p. 74, No. 190). 783[a]

[1]) Num forte ad flumen Acconis et terras casalis Recordanae pertinent, de quibus in RH. No. 1062 et 1322 agitur?

„ Majo. — Charta Christianae in D. Cart. II, p. 8—9, No. 1146. 784

„ Dec. — Privilegium Leonis II, regis Armeniae, in L'Armeno Veneto. Compendio storico et documenti, Venezia 1893, Doc. No. 1. 786

( „ ). — Epistola Gaufridi de Donjon, Hospitalis magistri, in D. Cart. II, p. 1—2, No. 1131. 787

„ — Gaufridus de Donjon et Philippus de Pleisset, Hospitalis et Templi magistri, inter se conveniunt, quod Valaniae furnus publicus solus Templi fratribus sit, Hospitalis vero et episcopi furni eorum usui serviant[1] (D. Cart. II, p. 4, No. 1134; Invent. p. 74, No. 189). **787a**

[1]) Conventio adhuc incognita.

**1202** Mart. 4. — Petrus de Mirmanda, magnus commendator Hospitalis,[1]) Helenae,[2]) filiae Hugonis de Bussarre, castella Remesca et Bocombre[3]) sub censu CCC bisantiorum pro II militum alberga conferendorum locat (D. Cart. II, p. 14, No. 1156; Invent. p. 75, No. 194). **787b**

[1]) Anno 1198 adhuc castellanus Crati vocatur (RH. No. 757). [2]) De ea ejusque patre nihil scimus. [3]) De illis casalibus Tripoli vicinis cf. RH. No. 1204 et ZDPV. X, p. 258.

„ Maj. 10. — Bernardus, Amalricus, Gaufridus, Jordanus et Margaretha, liberi Gaufredi Boucherii,[1]) fratribus Hospitalis jura casalis Ase,[2]) quod his Raynaldus, princeps Antiochiae, dominus Crati, Montis-Regalis et Hebron, donaverat, acceptis[3]) CCC bisantiis renuntiant (D. Cart. II, p. 15, No. 1158; Invent. p. 74, No. 191). **788a**

[1]) Alias G. Bocherius vocatur, civis Hierosolymitanus (RH. No. 535, 559). [2]) Varia locorum nomina similia sunt ut Chirbet el-Asad (Mappa Anglica Sheet XVII Ku), Chirbet Ausat, Chirbet Aziz (ibid. Sheet XXI Iw et Kx). [3]) Cf. RK. p. 368.

(**1203**) Febr. 25. — Bohemundus IV, (princeps Antiochiae), absolutionem servitiorum, quam antecessor Raymundus, comes Tripolis, vasallis et Surianis Hospitalis domus Cratensis scilicet de omnibus tributis solvendis concesserat, anno II principatus sui confirmat (D. Cart. II, p. 22, No. 1173; Invent. p. 74, No. 193). **789a**

( „ ) 27 Febr. — Bohemundus IV, princeps Antiochiae et comes Tripolitanus, filius Bohemundi III, principis Antiochiae, Hospitali albergam II militum, quos de casalibus Remesca et Bocombre[1]) habuit, olim Raynaldo, domino Margati ejusque filio Bertrando propriis, anno II principatus sui confirmat (D. Cart. II, p. 22, No. 1174; Invent. p. 74, No. 192). **789b**

[1]) Cf. supra No. 787b.

„ 13 Aprili. — Bohemundus IV, princeps Antiochiae, Stephano de Monte Thabor[1]) II hortos et jus aquae de molendino Comitissae ducendae, unde ipsos irriget, concedit (Invent. p. 75, No. 195). **789c**

[1]) De quo nihil constat.

„ Maj. 7. Accon. — Charta Soffredi cardinalis in D. Cart. II, p. 22—23, No. 1176. **790**

„ Aug. 14. Ferentini. — Innocentius III abbatissae et monialibus S. Mariae Majoris Hierosolymitanae bona, specialiter autem capellam, quam de concessione S(offredi), cardinalis presbyteri S. Praxedis, apud Achon a regina Hierosolymitana acceptam aedificare coeperunt, confirmat (Migne CCXV (II), p. 150, No. 135; Potthast No. 1985). **791a**

„ Antiochiae. — Bernardus de Mornel[1]) videns, se periculo mortis aggravari, fratribus Templi per manum N. de Raiace, magni praeceptoris Antiocheni, quaedam bona concedit. — Fratres Templi: Gerardus de Broes, Willelmus Fulcardi, Petrus de Vares, Ernaudus Salomonis; de fratribus Hospitalis: Petrus, praeceptor Hospitalis Antiocheni, Benedictus capellanus; Stephanus de Portico, Henricus de Arenis, Gaufridus de Bellomonte, Re-

[1]) De eo et fratribus Templi et Hospitalis in hac charta vocatis nihil scimus.

naudus de Ponz, Hugo de Reme, Fulco de Warviler (Mém. de la société d. antiq. de Picardie, Paris-Amiens 1894, XXXII, p. 367—368, No. 63). **792a**

**1204** 26 Januario. Anagniae. — Innocentius III privilegia et jura, quae Bohemundus IV, princeps Antiochiae, Hospitali concesserat, confirmat (D. Cart. II, p. 28, No. 1185; Invent. p. 75, No. 197). **793a**

„ (ineunt.) — Relatio Soffredi S. Praxedis et Petri S. Marcelli cardinalium memoratur in D. Cart. II, p. 27, No. 1182. **794**

„ Jul. Accon. — Soffredus Sanctae Praxedis et Petrus S. Marcelli, presbyteri cardinales,[1] precibus Philippi de Plesseiz[2] et Anfusi,[3] Templi et Hospitalis magistrorum, nec non Petri de Manaia,[4] magni praeceptoris, Willelmi de Ardilleriis marescalci,[5] Roberti de Chamvill(er), praeceptoris Acconensis, Willelmi de Turre, fratrum Templi et Alberti Romani marescalci, Garini de Monte acuto,[6] Fulconis Bremundi[7] et Petri de Campinoll(es)[8], fratrum Hospitalis, testamentum, quo Albertus de Castro Vetulo[9] in urbe Accon aegrotus (11 Junio 1204) fratres Templi et Hospitales heredes bonorum suorum coram P(etro) de Crescello[10], G(auferano) de Cartiliana, B(ertrando) de S. Justo laicis et P(etro) scriptore instituerat, confirmant. — Petrus, archiepiscopus Caesariensis, Sicardus, episcopus Cremonensis, Gervasius, abbas Montis Oliveti, Radulfus, archidiaconus Tyrensis, Ivo, canonicus S. Sepulchri, Joseph, canonicus S. Sepulchri (D. Cart. II, p. 41—42, No. 1197). **797a**

[1]) Qui cum Sicardo episcopo hoc tempore in urbe Accon fuerunt (RK. p. 709; cf. Sicard. ed. Holder Egger in Mon. Germ. SS. XXXI, p. 38—43 et ejusdem dissertationem in N. Arch. XXIX, p. 182). [2]) Philippus de Plaisseiz. [3]) Alphonsus de Portugalia. [4]) Petrus de Moneta (RH. No. 818). [5]) Hujus et plurimorum testium nomina adhuc nota non fuerunt. [6]) Qui postea factus est magister Hospitalis. [7]) In RH. No. 824 vocatur Fulco Bremont hospitalarius (1207). [8]) Nomen ignotum. [9]) De quo nihil constat. [10]) Nomina sequentium testium (exceptis Petri archiepiscopi et Sicardi episcopi) alias non memorantur.

„ Dec. — Charta Girardi de Ham, constabularii Tripolitani, in D. Cart. II, p. 42—43, No. 1198. **800**

(**1204—1206**) Margati. — Consuetudines in concilio apud Margatum per Alfonsum de Portugalia, magistrum Hospitalis, statutae (D. Cart. II, p. 31—40, No. 1193). **800a**

**1205** Martio. — Bohemundus IV, princeps Antiochenus, Hospitali per manus Alphonsi de Portugalia magistri dimidiam partem gastinae Caphar Mamel,[1]) vulgo dictae de la Vacherie et D bisantios annuales de fundaco commercii urbis Laodiceae accipiendos donat, si ipse vel successores dictam urbem receperint[2]) (D. Cart. II, p. 48, No. 1215; Invent. p. 75, No. 196). **802a**

[1]) Num forte Kaff el-hammam in territorio el-Kadmus (ZDPV. XIV, p. 237) vel Mamaly orientem versus de Alexandretta in territorio Schaichlar? [2]) Laodicea a Bohemundo IV a. 1197 capta erat, sed ante a. 1202 in ditionem hostium rediit (RK. p. 675, 690, 694, 713).

„ Julio. — Charta Petri, S. Marcelli presbyteri cardinalis, qua monasterium S. Mariae de Costa[1]) ecclesiae Montis Thabor concessit, in D. Cart. II, p. 912—913, No. 24. **806**

[1]) Sic pro: Constantinopoli legendum est. [2]) Hanc chartam (Jan. 1262) Thomas O. Pr., episcopus Bethlemitanus et Sedis Apostolicae legatus, confirmat (D. Cart. II, p. 912—913, Not. 1).

**1206** Majo. Rivoalti. — In charta Vitalis Faletronis testis memoratur Paternianus de Putheo[1]. **816**

[1]) Salemonis de Puteo sigillum et Raoul Ursel adhuc incognitus memoratur in Clermont Ganneau, Rec. d'archéol. orient. 1888, I, p. 145.

„ — Charta Gaufridi, Hospitalis magistri, in D. Cart. II, p. 56, No. 1231. **816a**

( „ ). — Epistolae Leonis II, regis Armeniae, annexae sunt notae, quae ad excommunicationem Bohemundi IV, principis Antiocheni et comitis Tripolitani, pertinent; epistolae vero ibi citatae nunc in D. Cart. repetitae sunt. Ibi inveniuntur epistolae Honorii: III 18 Dec. 1225 (II, p. 243, No. 1824, cui simillima est ejusdem papae epistola 27 Febr. 1226 scripta; cf. II, p. 351, No. 1837), 30 Jan. 1226 (II, p. 349, No. 1834), Gregorii IX 8 Martio 1230 (II, p. 404, No. 1955) et Geroldi, patriarchae Hierosolymitani, 17 Julio 1230 (II, p. 409—410, No. 1965) scriptae. **817**

„ — Simon, filius Baudoni de Rome,[1]) Hospitali per manus Aimerici de Pace,[2]), castellani Margatensis, nomine Alphonsi de Portugalia magistri omnia feoda, quae habebat Margato vicina, pretio CC bisantiorum Sarazenatorum vendit (D. Cart. II, p. 56, No. 1232; Invent. p. 75, No. 198). **817a**

[1]) Fortasse Balduinus de Rum in RH. No. 612 (1182) et 679 (1186) vocatus.
[2]) Qui a. 1210 vocatur Selefkiae castellanus (RH. No 845).

**1207** Febr. — Chartae Julianae, dominae Caesariensis, nunc in D. Cart. II, p. 64—65, No. 1250 et 1251. **818** et **819**

„ Majo 22. — Charta Rupini, principis Antiocheni, qua fratribus Hospitalis civitatem Gibel donat, in D. Cart. II, p. 70—71, No. 1262. || Idem princeps patres episcopos, presbyteros et diaconos S. Romanae ecclesiae (post 22 Maj. 1207) rogat, ut papam ad confirmandam hanc donationem commoveant exponens, se urbem a Saracenis derelictam occupasse et per manus Jouberti, castellani Margati, fratribus Hospitalis possidendam tradidisse (D. Cart. II, p. 71, No. 1263). Eadem fere iisdem verbis repetit Amalricus (leg. Acharias), constabularius Antiochiae, (1210 post Sept.) charta sua (D. Cart. II, p. 127, No. 1358; Invent. p. 76, No. 204). **820**

„ Majo. — Amatus, abbas S. Mariae de valle Josaphat, exponit, se Arnaldum priorem et fratrem Johannem Antiochiam misisse pro »possessionibus statuendis,« quas in eodem territorio ab antiquo tempore dicta abbatia possedit. Hos nuntios clericum Petri, patriarchae Antiocheni, Johannem diaconum, filium Heliae de Cursalt,[1]) invenisse et eidem gastinam domui Hospitalis vicinam, in qua erat oratorium S. Mariae dirutum, coram Petro patriarcha ea conditione tradidisse, ut oratorium reaedificet et gastinam colat inde fructus recepturus. Hoc igitur oratorium dictus Amatus dicto Johanni diacono necnon gastinam et domum in vita tenenda concedit et sigillo confirmat. — Arnaldus prior, Adam, Petrus, Johannes, Julianus, fratres (Revue de l'Orient lat. VII, p. 172—173, No. 64). **820a**

[1]) Sive de Cursario (cf. supra No. 635a), de quo castello (Kalat ez-Zau) nunc quoque conferas M. van Berchem in Union syndicale 1897, p. 268 (photogr.).

„ Sept. 14. — Charta Philippi, regis Germaniae, nunc quoque exstat in Dobenecker, Reg. Thuring., II, No. 1347. **822**

„ Octob. 1. Accon. — Garinus de Monte acuto, Hospitalis magister, cambium quoddam inter Sanciam, reginam Aragoniae, et Garsiam de Lissa, Hospitalis magistrum Emposte, confirmat (D. Cart. II, p. 76—77, No. 1272). **822a**

„ Dec. 18 Accon. — Charta Alberti, patriarchae Hierosolymitani, in D. Cart. II, p. 78—79, No. 1276; Invent. p. 80, No. 223). **824**

**1207—1208**. — De »Monte Ceffa« in privilegio vocato ejusque situ nunc accuratissime disseruit Max van Berchem in Jornal asiat. 1902 (mai juin), p. 429—433. **826**

**1208** 9. Jan. Romae apud S. Petrum. — Innocentius III (Alberto), patriarchae Hierosolymitano ac S. A. legato, mandat, ut archidiaconatum ecclesiae Antiochenae assignet idoneae personae. Johanne scilicet, S. Mariae in Via lata cardinali diacono, magistro Johanne et P., nuntio patriarchae Antiocheno, auditore concesso idem magister olim proposuerat coram eo, quod, cum Petrus, S. Marcelli cardinalis presbyter et S. A. legatus, ad partes Syriae venisset et comperisset, archidiaconatum Antiochenum ultra VI hebdomades vacavisse itaque donationem ad Sedem Apostolicam devolutam esse, idem dicto magistro archidiaconatum concessit et patriarchae confirmandum commendavit. Quem tamen patriarcha (Petrus)[1]) recusavit, quamquam a legato apud Antaradum rogatus, quum dictum archidiaconatum jam uni ex nepotibus suis contulisse confirmaret. Legatus autem certior factus, donationem suam donationi patriarchae antecessisse et dictum nepotem ab aetate canonica adhuc differre, dictum magistrum instituit eique per priorem Bellimontis ac magistrum Milonem executores deputatos stallum in choro et locum in capitulo assignari fecit. Pariter de variis praebendis vacantibus unam concessit Rogerio, alteram Bartholomaeo clericis et quasdam sententias contra patriarcham promulgavit, sed, (Gaufrido) Tripolitano et (N.) Anteradensi episcopis mediantibus, ea conditione relaxavit, ut dictus magister archidiaconatum et ipsi duo clerici canonicatum obtinerent, quod dicti episcopi Marino, archidiacono Nicosiensi, assumpto patriarchae se responsuros esse polliciti sunt. Deinde legatus nonnullos canonicos antea excommunicatos per (N.), episcopum Valaniensem, absolvi fecit, sed patriarcha R(ogerium) antedictum presbyterum canonicum facere noluit ostendens per nuntium suum, quum W. quondam archidiaconum cum II concanonicis mari sublatos fuisse diceretur et de illis usque ad passagium sequens nihil certi sciretur, se de archidiaconatu disponere non posse. Transacto vero secundo passagio, in quo asseruit legatum applicasse, quum de dictis periculum maris constaret, patriarcha archidiaconatum nepoti sui contulit eumque Romam mittere disposuit, legatus vero, quamquam rogatus, eum abire noluit, capitulum deposuit et excommunicavit, unde princeps et cives Antiocheni occasionem sumserunt, ut possessiones ecclesiae devastarent et alium patriarcham a Surianis eligi facerent. Patriarcha vero, quum ex litteris ab episcopo Tripolitano acceptis comperisset, dictum magistrum olim monachum S. Spiritus de Panormo fuisse, curiam Romanam adiit petens, ut ille magister et canonicus R(ogerius), qui concubinarius manifestus et ad devincendos christianos ante castrum quoddam lignea instrumenta fecisse dicebatur, rejiceretur. Quae quum ita sint, papa patriarchae Hierosolymitano mandat, ut causam inquirat ac decidat (Baluze, Ep. Innoc. II, p. 104—106, No. 186; Migne, Ep. Innoc. II, p. 1278—1282, No. 186; Potthast No. 3265). **827a**

[1]) De Petro I, II et III, patriarchis Antiochenis, cf. Rey in Revue de l'Orient lat. VIII, p. 138—141.

„ Febr 13. Laterani. — Innocentius III (Albertum), patriarcham Hierosolymitanum ac S. A. legatum, monet, ut de satisfactione per (Bohemundum IV),

comitem Tripolitanum, facienda ejusque absolutione statuat, quod saluti et justitiae singulorum ac statui Terrae Sanctae noverit expedire; dictus enim comes (Petrum I), patriarcham Antiochenum, »cujus est homo juratus, compater et filiolus«, cum II nepotibus in carcerem immisit variasque cum rege Armeniorum et fratribus Templi dissensiones habuit[1]) (Baluze II, p. 130—131, No. 214; Migne II, p. 1321—1323, No. 214; Potthast No. 3296). **827**[b]

[1]) Hanc epistolam illustravimus in RK. p. 711.

**1208** Jul. 12. Apud S. Germanum. — Innocentius III (Alberto), patriarchae Hierosolymitano, vices suas gerendas committit in negotio electionis patriarchae Antiocheni et mandat, ut canonice fiat, ut causam decani, qui a multis in dictam ecclesiam malignatus fuisse dicatur, decidat et (Bohemundum IV), comitem Tripolitanum, qui (Petrum), patriarcham Antiochenum, carceri immisit, in quo obiit, excommunicatum arctius evitari faciat, donec condigne satisfecerit (Baluze II, p. 190—191, No. 110; Migne II, p. 1428—1429, No. 110; Potthast No. 3455). **827**[c]

[1]) Petrus II, antea abbas de Locedio, patriarcha Antiochiae electus est (RK. p. 712).

„ Sept. — Charta Ottonis, comitis de Henneberg, in Dobenecker II, No. 1371 et BFW. No. 15041. **828**

„ Oct. ineunt. Accon. — Charta Ottonis, comitis de Henneberg, in D. Cart. II, p. 94, No. 1313; Dobenecker II, No. 1372 et BFW. No. 15042. **829**

(**1208**? Mart. 9.). — Privilegia a soldano Aegypti Venetianis quattuor concessa fuisse in supra dicto anno et mense cum quibusdam doctis viris putavimus, quum titulus Khalil el-mumenin Albulfeda testante soldano anno hedschrae 604 (a. Chr. 1207—1208) attributus fuerit (cf. Walter Norden, Das Papsttum u. Byzanz, 1903, p. 152—159), sed quum titulus ille ei a Saladino fratre jam anno hedschrae 579 (a. Chr. 1183—1184) concessus fuerit, ut ex inscriptione quadam patet, ex illo titulo de anno chartarum nihil colligere licet (Casanova, Le tître de Khalil el-moumenin donné à el Malek el-Adel in Le moyen âge 1894, VII, p. 129—130). **830—833**

**1209** April 23. Laterani. — Innocentius III Alberto, patriarchae Hierosolymitano, Hospitalis et Templi magistris scribit, se per fratrem Hospitalis Johannem de Sambuco pecuniam misisse ad subsidium Terrae Sanctae secundum voluntatem comitis Brenensis expendendam (RK. p. 700). **837**[a]

„ Octobr. — Charta Petri II, patriarchae Antiocheni, in D. Cart. II, p. 112—113, No. 1336. **840**

**1210** Aprili 19. Tarsi. — Epistola Leonis II, regis Armeniae, in D. Cart. II, p. 115—116, No. 1344: 15 Aprili 1210; Invent. p. 76, No. 201[1]). || Idem rex Aug. 1210 Hospitalis fratribus civitatem »Selesk« (Saleph), Camardes et Castellum novum donata et antecedenti epistola vocata confirmat (D. Cart. II, p. 119, No. 1350; Invent. p. 75—76, No. 200). **844**

[1]) Innocentius III 3 Aug. 1210 III dicta castella dictis fratribus confirmavit (Potthast No. 4058; D. Cart. II, p. 119, No. 1351; Invent. p. 76, No. 203). De Camardes et Castello novo (Norberd) cf. Tomaczek in Sitzungsber. d. Wiener Akad. 1891, CXXIV, p. 63.

**1210** Maj. 15. — Philippus de Ibelin[1]) assensu Mariae (de Monteferrato), dominae Hierosolymitanae et Johannis de Ibelin, procuratoris dicti regni, necnon Alicis, comitissae (de Montebelliardo), uxoris suae, Hospitali quaedam casalia in territorio Acconis sita pretio IX millium bisantiorum vendit (D. Cart. II, p. 117, No. 1346; Invent. p. 75, No. 199). **841a**

[1]) Personae hac in charta nominatae satis notae sunt, de venditione vero casalium adhuc nihil compertum habuimus.

„ Aug. — Privilegium Leonis II, regis Armeniae, in D. Cart. II, p. 118—119, No. 1349[1]). **843**

[1]) De Rogerio de Monte constabulario chartam subscribente nobis D. Baro E. G. Rey scripsit: »il appartient à la famille des Monts originaire du Maine qui a fourni 3 connétables d'Antioche. Le tombeau de l'un des membres de cette famille existe encore chez moi à Lauresse«; cf. Rey in Revue de l'Orient lat. VIII, p. 119.

„ Sept. — Charta Hugonis I, regis Cypri, in D. Cart. II, p. 121—122, No. 1354. **844**

„ Sept. — Charta Raymundi Rupini, principis Antiocheni, qua fratribus Hospitalis civitatem Gabuli[1]) et castellum Vetutae[2]) concedit,[3]) in D. Cart. II, p. 122-123, No. 1355; Invent. p. 76, No. 202. **845**

[1]) Cf. supra No. 820. [2]) Quod nunc Kalat Muhelbeh (vel Balatonos) esse videtur (Hartmann in Mitth. u. Nachr. d. DPV. 1899, p. 6—8; Rey, Les colonies franques 336). [3]) Sigillum Bernardi de Texi, qui successor fuit Garini de Monte acuto, Hospitalis magistri, cf. in Revue de l'Orient lat. II, p. 180—181, No. 6.

**1212** Jan. 20. — Johannis, regis Hierosolymitani, chartam subscribit Jacobus de Durnai, qui (a. 1213—1214) ejusdem procurator vocatur in Bibl. de l'école d. chartes 1872, p. 169, No. 145. **855**

„ Jan. Bybli. — Charta Guidonis, domini Bybli, in D. Cart. II, p. 134—136, No. 1372. **856**

„ Mart. 1. Accon. — Inter chartae testes post: Thomas de Malgastel ponendi sunt: Arnion Days, Daniel de Malenbec (Cf. Kohler, Cart. s. a.). **857**

„ Aprili 15, — Johannes, rex Hierosolymitanus, Hospitali assensu uxoris Mariae casale Manuet[1]) pretio II millium marcarum vendit (D. Cart. II, p. 141, No. 1383; Invent. p. 77, No 206). **858a**

[1]) De hoc casali cf. RH. No. 341 (Not. 2), 892 et ZDPV. X, p. 235, 252; venditio vero nostra adhuc nota non fuit.

„ Octob. 10. Laterani. — Innocentius III (Petrum II), patriarcham Antiochenum, rogat ac monet, ut de querelis, quas contra ipsum Iterius, canonicus Antiochenus aliique Sedi Apostolicae intimarunt, sollicite inquirat veritatem et, si justas esse invenerit, eis satisfaciat. Petrus (I) scilicet, patriarchae antecessor in carcere mortuus, avunculus Iterii, eidem et fratri ejus M bisantios in studiis scholasticis expendendos et per manum (Gaufridi Rati), magistri Hospitalis, solvendos concessit, sed patriarcha pecuniam acceptam Iterio non restituit eumque quadam quarta, quam avunculus antedictus Iterio in augmentum praebendae de consensu capituli Antiocheni concesserat, et quadam gastina Naria privavit, insuper quum idem antecessor redditus fratris sui et suos, quos ante captionem suam diu perceperat, eisdem dari jussisset, antedictus patriarcha Petrus II eosdem redditus de castro Cursarii, ubi repositi erant, asportari fecit necnon proventus, qui de beneficiis post captionem et mortem antecessoris provenerunt, coopertorium quoddam et alia, quae custodiae quondam decani Antiocheni commissa fuerunt, in Iterii et ejusdem fratris detrimentum restituere negavit (Baluze II,

p. 685, No. 181; Migne III, p. 697—698, No. 181; cf. Potthast No. 4604). || In eundem fere modum scriptum est (Alberto), patriarchae Hierosolymitano, S. A. legato. 859[a]

1212 Nov. 18. — Aymar, dominus Caesareae[1]), assensu uxoris Julianae ab Hospitalis magistro Garino de Monte acuto II millia bisantiorum Sarazenatorum, CX modios hordei et LX frumenti mutuo accipit et domos suas Acconenses et Tyrenses necnon casale Turcarme[2]) oppignerat (D. Cart. II, p. 150, No. 1400; Invent. p. 77, No. 207). 859[b]

[1]) Idem a fratribus Hospitalis 1212 (18 Oct.) M. bisantios mutuavit (RH. No. 866). [2]) Alias Turrarme vocatum (nunc Tul-keram; cf. ZDPV. X, p. 251) usque adhuc nullo loco nisi in charta (1253 Dec.) Johannis, domini Caesareae, memoratum fuit (RH. No. 1210).

1213 Octob. 18. Accon. — Charta Ademari, domini Caesariensis, in D. Cart. II, p. 159, No. 1414. 866

1214 April 3. — Abbas Montis Thabor[1]) Michaeli de Porta[2]) concedit, ut domum suam adjacentem muro ecclesiae S. Jacobi monasterio Montis Thabor propriae[3]) vario modo fulciat, sed postulat, ut ejusdem domus habitatores censum II bisantiorum aureorum annuatim dicto monasterio et dictae ecclesiae solvant (D. Cart. II, p. 913, No. 25; Invent. p. 77, No. 208). 868[a]

[1]) Cujus nomen Johannes II fuisse videtur (ZDPV. X, p. 39). [2]) Cujus nomen in chronicis et chartis non exstat. [3]) Ecclesiae S. Jacobi variae memorantur scilicet Acconensis, Antiochena, Tyrensis et Hierosolymitana, quarum ultima hoc loco aperte intelligenda non est, neque vero ullam hujus nominis Monti Thabor propriam fuisse scimus. R. P. Lammens, Au pays de Nosairies (Revue de l'Orient chrétien 1899, IV, p. 572) in urbe Tripolis vestigia monasterii S. Jacobi invenit. Hoc loco annotare liceat, quod nos in RK. p. 810, 815—816, 827, 832 confraternitatem S. Andreae falso S. Adriani confraternitatem appellavimus. Hanc vero confraternitatem S. Andreae Marinus Sanutus 214 commutavit cum confraternitate S. Jacobi seditionem Acconensium anno 1231 factam narrans.

„ April 23. Tarsi. — Chartae Leonis II, regis Armeniae, in Alishan-Bayan, Líon, le magnifique, Venise-St. Lazare 1888, p. 358—361, No. 1, 2 et D. Cart. II, p. 164—166, No. 1426 et 1427. 869 et 870

„ Octob. 1. — Guido (I), dominus de Gibelet,[1]) se, bona sua et heredes protectioni Hospitalis commendat, Mariam filiam heredem instituit, si ipse sine filiis moreretur, et Bertrandum de Byblo tutorem vocat (Invent. p. 77, No. 209). 871[a]

[1]) Satis notus (Rey in Revue de l'Orient lat. III, p. 402—403), sed de ejus filia Maria adhuc nihil scivimus.

1215 Jan. 11. Crati. — Charta canonicorum Valeniensium in D. Cart. II, p. 169, No. 1432[1]). 874

[1]) In hac charta vocatur Coebium, quod idem esse videtur ac Dschubin vel Skubin Laodiceae vicinum, an potius Chawabi (orientem versus de Tortosa, ut vult Dussaud in Revue archéol. 1897, XXX, p. 343), cui vicinum est el-Teffacha?

„ Febr. — Blancha, comitissa Trecensis palatina, conventionem inter Roscelinam de Firmitate et fratres Hospitalis factam confirmat et, si filium suum Guiscardum, fratrem Hospitalis, e captivitate Saracenorum liberaverint, se censum quendam concedere velle pollicetur (D. Cart. II, p. 171, No. 1434). 874[a]

„ Mart. 31. — Chartae a Raymundo Rupini, principe Antiochiae, concessae in D. Cart. II, p. 175—176, No. 1441 et 1442: 1 April. 1215; Invent. p. 77—78, No. 210 et 211. 877 et 878

**1215** Aprili 9. — Charta Mathildis viduae in Dobenecker II, No. 1619 et BFW. No 15047. **879**

„ Aprili. — Daudin,[1]) episcopus Tortosae, confirmat, se fratribus Hospitalis per manum Garini de Monte acuto magistri MD bisantios Sarazenatos accepisse et consensu capituli necnon (Petri II), patriarchae Antiocheni, casale Deterre, inter casalia Medel, Gastum et Ethere situm, quod ecclesia Tortosae in terra Crati possidebat,[2]) oppigneravisse (D. Cart. I, p. 174—175, No. 1440; Invent. p. 78, No. 212). **879a**

[1]) Legas: Bandinus (ZDPV. X, p. 31). [2]) Haec vero casalia, hoc loco primo vocata, nota non sunt; Gastum esse videtur Gaston.

„ »Theobaldus,[1]) praedicator crucis in terra sancta cum ageret, Hierosolymis ab abbate S. Joannis multas reliquias et tres lapides ex iis, quibus S. Stephanus lapidatus fuisse dicitur, Bethlehmi vero a priore S. Annae caput dono accepit, quae sacra . . . ipse Moguntiam detulit, ut in libro, qui Inventarii insignitus titulo est, habetur« (Joannis, Script. rerum Mogunt. II, chronic. collegiatae S. Stephani, sectio II, p. 560). **880a**

[1]) In Velke, Zeitschr. d. Vereins zur Erforsch. d. Rheinisch. Gesch. u. Alterthümer, Mainz 1883, III, p. 304—305 a Franz Falk e quodam manuscripto Herbipolensi nuntiantur, quae a textu nostro abhorrent. Annus, quo Theobaldus, ecclesiae S. Stephani Maguntinensis scholasticus, reliquias accepisse dicitur, vocatur 1212, quo Fridericus II Hierosolymis coronam regis Hierosolymitani ipse sibi im posuerit (23 Martio; hoc vero 18 Martio 1229 factum est!), et locus, ubi reliquiae donatae sunt, urbs Joppe, inter donatores vero praeter nostros vocatur Theodericus, prior fratrum Theutonicorum (cf. Franz Falk in Anzeiger für Kunde d. deutsch. Alterthums 1872, XIX, p. 9 et Schneider, Les croisés et les inventaires de nos églises in Revue de l'art chrétien 1888, p. 170—173).

**1216** Febr. — Bertrandus, dominus Byblii, Hospitali per manus Garini de Monte acuto, Aymari de Layron marescalci, Raymundi de Pignans, Crati castellani, Guillelmi de Tineriis, commendatoris Tripolitani, Raymundi Portevini capellani,[1]) Martini Dandres, Petri de Vielle privata, Bertrandi de Conis et Leonardi fratrum casalia Baqueer, Quasse, Bethorafig,[2]) Gabronie et Maarban tradit et donat (D. Cart. II, p. 185, No. 1462; Invent. p. 78—79, No. 216). **885a**

[1]) Cujus nomen ut Martini et Leonardi adhuc notum non fuit. [2]) Quod vocatur in charta Hugonis de Gibelet a. 1259 (RH. No. 1272; cf. ZDPV. X, p. 258); ceterorum casalium nomina adhuc nusquam memorata sunt.

„ Majo. — Gaufredus Taulard[1]) gastinam Dandenit[2]) pretio MDCC bisantiorum Sarazenatorum Hospitali per manus Josserandi commendatoris assensu Raymundi Rupini, principis Antiocheni, vendit (D. Cart. II, p. 190, No. 1473; Invent. p. 78, No. 215). **886a**

[1]) Qui cum Josserando commendatore (Hospitalis Antiocheni) alias non memoratur. [2]) Aperte alia est quam gastina Dendema in Antiocheno territorio sita, quam Hospitale jam ante annum 1168 possedit (RH. No. 451; ZDPV. X, p. 265).

„ Jun. 1. Vauri. — Guido de Monteforti L solidos Melgorienses ecclesiae de Pruliano annuales pro salute uxoris Alicis, Sidoniae dominae,[1]) concedit (Balme et Lelaidier, Cart. histor. et diplom. de St. Dominique, Paris 1897, II, p. 40, No. 53; cf. p. 42—43). **886b**

[1]) Quam filiam Baliani II de Ibelino et Mariae Comnenae primum Raynaldus, dominus Sidoniensis, tum Guido de Monteforti in matrimonium duxerat.

„ (Octob.) — Epistola Jacobi, episcopi Acconensis, in Zeitschr. für Kirchengesch. XIV, p. 101—106, No. 1; cf. BFW. No. 15048. **890**

**1216** Dec. — Isabella,[1]) vidua Bohemundi III, principis Antiochiae, XX bisantios annuales de casali Gedeide[2]) accipiendos Hospitali confirmante Raymundo Rupini, principe Antiochiae, donat (D. Cart. II, p. 196, No. 1491; Invent. p. 78, No. 214). **898[a]**

[1]) De qua videas Rey in Revue de l'Orient lat. IV, p. 380—382. [2]) Cujus nominis varia casalia memorantur (ZDPV. X, p. 249, 274, 275), inter cetera el-Dschudaide in territorio Laodiceae (ZDPV. XIV, p. 194 et 199) et el-Dschedede in territorio Dschurd el-Ulleka (ibid, p. 239).

**1217** Jan. — Charta Johannis, regis Hierosolymitani, in D. Cart. II, p. 206—207, No. 1526; Dobenecker II, No. 1736. **892**

„ (Sub finem Mart.). — Epistola Jacobi, episcopi Acconensis, in Zeitschr. für Kirchengesch. XIV, p. 106—118, No. 2; cf. Neues Archiv XXIII, p. 662 et BFW. No. 15049. **894**

„ Jul. 23. Nicosiae. — Charta Bertrandi de Margato in D. Cart. II, p. 226—227, No. 1579. **896**

„ Aug. 8. — Privilegium, quod Honorius III Montis Sinai monachis concesserat, Gregorius IX (s. a.) confirmavit (Chabot in Revue de l'Orient chrétien 1900, V, p. 495—498; cf. 1902, p. 501—504). **897**

„ Sept. 1. — Frater Isimbardus,[1]) se quasdam domos de elemosyna vendidisse et Raymundo Provinciali[2]) tradidisse nomine Hospitalis, quas, dum vivat, teneret (D. Cart. II, p. 229, No. 1584; Invent. p. 44, No. 222). **899[a]**

[1]) Idem esse videtur ac J., praeceptor Hospitalis Acconensis (RH. No. 923: Aug. 1219). [2]) Cujus nomen ante dictum annum alias non memoratur.

„ (Octob.). — Epistola Guillelmi de Carnoto, magistri Templi, excerpta est in BFW. No. 10816. **902**

„ Dec. 1. — Raymundus Rupini, princeps Antiochiae, dimidiam gastinam Sellorie[1]) vocatam, quam Hospitali Johannes Nicephorus donaverat, confirmat (D. Cart. II, p. 234—235, No 1593; Invent. p. 79, No. 219). **904[a]**

[1]) Hanc donationem Johannis Nicephori Bohemundus IV quoque, princeps Antiochiae, Hospitali (27 Oct. 1231) confirmavit (RK. No. 1031).

(**1217** Exeunt. et 1218 ineunt.). Accon. Margati. — Privilegia ab Andrea II, rege Hungarie, ex peregrinatione Hierosolymitana redeunte fratribus Hospitalis concessa quattuor 1) nunc in D. Cart. II, p. 238—239, No. 1602 (Invent. p. 79, No. 217): 12—18 Jan. 1218, in quo castellanus Crati Fr. Hospitalis Raymundus de Pignano memoratur (cf. supra No. 885[a]), 2) nunc in D. Cart. II, p. 239—240, No. 1603 (Invent. p. 79, No. 218): c. 15 Jan. 1218, 3) nunc in D. Cart. II, p. 231—233, No. 1590: Dec. 1217, 4) nunc in D. Cart. II, p. 233—234, No. 1591: Dec. 1217. || Horum privilegiorum Honorius IV 25 Jun. 1218 secundum et quartum (D. Cart. II, p. 244—245, No. 1613, 1614), 26 et 27 Junio tertium et primum (D. Cart. II, p. 245—246, No. 1615, 1616) confirmavit. **908**

**1218** Jan. 25. — Nicolaus, filius Boni, Hungarus, se a Garino de Monte acuto, Hospitalis magistro, MD bisantios Sarazenatos per manus prioris ejusdem ordinis Hungarici solvendos mutuo accepisse, confirmat (D. Cart. II, p. 240, No. 1605; Invent. p. 79, No. 220). **908[a]**

„ Febr. 12. — Raymundus Rupini, princeps Antiochiae, fratribus Hospitalis villam Gibelet[1]) et castrum Vetulae confirmat (D. Cart. II, p. 241, No. 1606; Invent. p. 79, No. 221). **909[a]**

[1]) Hoc privilegium idem princeps jam Sept. 1210 et 31 Mart. 1215 concesserat (RH. No. 845, 878).

**1218** Jun. 15. — Epistola Radulfi, patriarchae Hierosolymitani aliorumque principum excerpta est in BFW. No. 10824. **911**

( „ c. Sept. 1.). — Epistola Jacobi, episcopi Acconensis, in Zeitschr. für Kirchengesch. XV, p. 568—570, No. 3; cf. BFW. No. 15051. **913**

„ Sept. 15. Damiatae. — Leopoldus (VI), dux Austriae et Styriae,[1]) confirmat, se ab Hospitalis magistro II millia marcarum mutuo accepisse et duobus annis post redditurum esse pollicetur ponderis Acconensis (D. Cart. II, p. 250, No. 1624; Invent. p. 80, No. 224). **914**[a]

[1]) Qui exercitum christianorum ante Damiatam constitutum deseruit 5 Majo 1219 (Röhricht, Die Deutschen im heil. Lande p. 109—111 et Studien zur Gesch. d. fünften Kreuzzuges p. 84). Idem (Sept. 1218) a Guidone de Gibelet L millia bisantiorum mutuo accepit (RK. p. 735—736).

( „ Sept. 22. — Epistola Jacobi, episcopi Acconensis, in Zeitschr. für Kirchengesch. XV, p. 570—578, No 4; cf. BFW. No. 10829. **915**

**1219** Aug. — Charta Isimbardi, praeceptoris Hospitalis Acconensis, in D. Cart. II, p. 261—262, No. 1656. **923**

( „ Sept. ineunt.). — Epistola Jacobi, episcopi Acconensis, in Zeitschr. für Kirchengesch. XV, p. 579—587, No. 5; cf. BFW. No. 10842. **924**

**1220** Mart. — Epistola Jacobi, episcopi Acconensis, in Zeitschr. für Kirchengesch. XVI, p. 72—74, No. 6; cf. BFW. No. 10849. **928**

„ Mart. — Privilegium Johannis, regis Hierosolymitani, excerpta est in BFW. No. 10856. **931**

„ Maj. 30. — Charta Ottonis, comitis de Henneberc, in Dobenecker II, No. 1893; cf. BFW. No. 15052. **933**

„ Maj. (30 vel 31). — Charta Johannis, regis Hierosolymitani, in Dobenecker II, No. 1894 et 1919. **934**

„ Nov. — Adeymar de Layron[1]) miles ejusque uxor Sibylla, filia Galterii de Leitor, II millia bisantiorum, quae annuatim habebant de platea telarum arabice dicta Sochelbet et a principe Bohemundo III Antiochiae acceperant, Hospitali donant (D. Cart. II, p. 273, No. 1684; Invent. p. 80, No. 225). **938**[a]

[1]) De Ademaro ejusque uxore nihil constat, sed substantia chartae nostrae optime illustratur charta a. 1179 a Bohemundo III, principe Antiochiae, concessa (RH. No. 586, unde intelligitur, dictam plateam Gabuli fuisse).

(**1221**) April 18. — Epistola Jacobi, episcopi Acconensis, in Zeitschr. für Kirchengesch. XVI, p. 84—113, No. 7; cf. BFW. No. 10876. **941**

(**1221**) Majo 5. — Garinus de Monte acuto, magister Hospitalis, fratri Petro de Garamont[1]) et Aegidio Geraldo capellano mandat, ut Honorium III adeant certiorem facturi de lite, quae inter Hospitalis et Templi fratres de civitate Gibel versatur, quam hi a Bohemundo IV, comite Tripolitano et principe Antiocheno, accepisse dicunt, et nuntios monet, ut, si opus sit, judices eligant Pelagium, legatum Apostolicum in Oriente constitutum[2]), vel (Petrum), archiepiscopum Caesareae, et (Rainerium), episcopum Bethleemitanum, vel (Eustorgium), archiepiscopum Nicosiae (D. Cart. II, p. 292, No. 1725; Invent. p. 77, No. 205). **943**[a]

[1]) De Petro et Aegidio, fratribus Hospitalis, nihil notum est. [2]) De hac lite conferas RH. No. 820, 845, 878, unde constat, Hospitali urbem a Raymundo Rupini, principe Antiochiae, concessam fuisse; cf. supra No. 909[a].

**1221** Maj. Damiatae. — Charta Pelagii[1]), episcopi Albanensis, Sedis Apostolicae legati, in D. Cart. II, p. 286—288, No. 1718[1]). **945**

[1]) Quam Honoris III 22 Dec. 1221 confirmavit (D. Cart. II, p. 344, No. 1827).

„ Octob. 15. Accon. — Charta Pelagii, episcopi Albanensis, Sedis Apostolicae legati, in D. Cart. II, p. 297, No. 1739. **949**

„ Octobr. 18. Accon in domo Hospitalis. — Henricus, comes Ruthenensis,[1]) gravi morbo detentus Garino de Monte acuto, Hospitalis magistro, quaedam bona concedit et confirmat. — Guillelmus, archiepiscopus Burdigalensis,[2]) magister Bertrandus, Petrus, Marinus, Bertrandus de Mazerolis, Guibertus del Bos et Mironus de Ruppe milites, Gerardus, Bernardonus, P. Cornutus et Geraldus. Bernardus de Villafranca, imperialis aulae publicus, scripsit et sigillis roboravit (D. Cart. II, p. 298, No. 1740; cf. RH. No. 959). **949**[a]

[1]) De quo Röhricht, Studien zur Gesch. d. fünften Kreuzzuges p. 74—75, 124. [2]) De quo ibidem p. 91.

**1222** April. — Chartae Johannis, regis Hierosolymitani, annexa est nota, in qua de Garino de Monte acuto, Hospitalis magistro,[1]) agitur. **953**

[1]) Vestigia hujus per Galliam profecti (1224—1226) sequimur chartis usi, quas citat D. Cart. II, p. 321—326, No. 1786, 1789, 1790 et II, p. 339—341, No. 1817, 1818, 1820; p. 350, No. 1836.

(**1222**) Jun 10. Tyri. — Charta Pelagii, episcopi Albanensis, Sedis Apostolicae legati, nunc plene edita est a Bigoni in Archivio storico italiano 1899, XXIV, p. 57—59. **955**

„ Aug. — Pelagius, episcopus Albanensis, legatus Sedis Apostolicae,[1]) litem, quae inter ecclesiam S. Sepulchri et domum Hospitalis versabatur, dirimit et utrique parti dimidiam terrae adjudicat, de qua controversia exorta fuerat, scilicet in territorio Tyrensi sitae coram Radulfo, patriarcha Hierosolymitano[2]), Simone, archiepiscopo Tyrensi, Durando,[3]) episcopo Tortosano, Petro de Monte acuto et Garino de Monte acuto, Templi et Hospitalis magistris (D. Cart. II, p. 305, No. 1754; Invent. p. 80, No. 226). **958**[a]

[1]) Qui mense Sept. ejusdem anni cum pluribus magnatibus ab urbe Accon in occidentem reversus est (RH. No. 953, Not. 1; RK. p. 755—756, Not. 4). [2]) Qui obiit 1225 (Alberic. p. 916) 3 Non. Novembr. (Kohler in Revue de l'Orient lat. VIII, p. 396). [3]) Cujus nomen adhuc notum non fuit.

„ (Octobr. 16—31). Accon in domo Hospitalis. — Henricus, comes Ruthenensis, gravi detentus morbo, Hospitali quaedam bona testamento donat. — Magister Bertrandus, Magister Petrus, Maurinus, physici, Fr. Pontius, draperius Hospitalis, Fr. Marsilius et Fr. Stephanus de Malavilla, Bertrandus de Mareolis, Gilbertus de Boi, magister de Rupe, milites, Bernardonus et Berardus, Petrus Cornutus et Gerardus, servientes comitis, et Guillelmus, archiepiscopus Burdigalensis. Bernardus de Villa Franca, imperialis aulae publicus notarius, scripsit et sigillis roboravit (D. Cart. II, p. 308—309, No. 1760; cf. RH. No. 959 et supra No. 949[a]). **959**[a]

**1223** Dec. 12. In camera S. Ambrosii de Veragine. — Charta Oberti, ministri ecclesiae S. Ambrosii, in Comte Riant, Hist. de l'église de Bethléem, Gênes 1889, p. 135, No. 6. **966**

**1225** Mart. 17. Laterani. — Honorii III in epistola memorantur ecclesiae Valaniensis casalia Coquet (Kuwaika Gabulo vicinum, praeterea inveniuntur

Kuwaikat bet Ali et K. bet Achmed), Jobar (prope Nahar Dschobar), Rogia (es-Ruwaise), Hisen (Heschum?), Alosus (el-Illidsche?). **971**

**1225** Dec. 24. — Charta Mariae, S. Mariae Magdalenae Acconensis[1]) abbatissae, in D. Cart. II, p. 344—345, No. 1828. **973**

[1]) Aliud monasterium sanctimonialium S. Mariae Magdalenae Tripolitanum memoratur in Reichert, Mon. Fratr. Praedicatorum I, p. 88.

„ — Andreas II, rex Hungariae, Hospitali per manus magistri Garini de Monte acuto M marcas argenti ex salinis de Saloch recipiendas donat[1]) (D. Cart. II, p. 332, No. 1803; Invent. p. 80, No. 227). **973a**

[1]) Cf. supra No. 908.

**1226** Jan. — Charta Friderici II imperatoris in Dobenecker II, No. 2270. **974**

„ Jan. — Privilegium, quod Isabella, imperatrix Romanorum, fratribus Theutonicis confirmavit, in Weller, Hohenloh. UB., Stuttgart 1899, I, p. 117, No. 204; Dobenecker II, No. 2271. **975**

„ Jul. Apud burgum S. Donini. — Geroldus, patriarcha Hierosolymitanus, (Simon), archiepiscopus Tyrensis, et (Jacobus), episcopus Acconensis, se privilegium a Friderico II Conrado, episcopo Hildensemensi, concessum vidisse confirmant (Bode, Urkundenb. von Goslar I, No. 468; Böhmer-Ficker No. 1661; Dobenecker II, No. 2342). **977a**

„ Jul. — Privilegium Friderici II in Dobenecker II, No. 2347. **978**

„ — Commendator Hospitalis Antiocheni Philippo, archiepiscopo Mamistrano,[1]) pollicetur, se decimam terrarum Hospitalis in dicto territorio sitarum, quae ab ejus subditis coluntur, redditurum esse, nisi forte privilegio Sedis Romanae absolvatur (D. Cart. II, p. 345, No. 1829; Invent. p. 81, No. 228). **978a**

[1]) Cujus nomen adhuc notum non fuit.

**1227** Mart. Tripoli. — Charta Richerii, episcopi Melfiensis, illustratur a Winkelmanno, Friedrich II, II, p. 9, 11. **980**

„ Majo 8. Accon. — Charta Guillelmi de Keviller in D. Cart. II, p. 363—364, No. 1861. **981**

„ Aug. 21. Anagniae. — Epistola Gregorii IX Rainerio, episcopo Bethlemitano, scripta[1]) in Comte Riant, Etudes sur l'église de Bethléem 1889, I, p. 140—147, No. 9 (ibique p. 147—154, No. 10 et 11 exstant confirmationes Urbani IV et Clementis IV). **982**

[1]) De hac epistola cf. Röhricht in ZDPV. X, p. 224—229. Clermont-Ganneau, Rec. d'archéol. orient. II, p. 166—167 casale Bethmelchi in epistola nostra vocatum idem esse putat ac Chirbet Ali Malkina (prope Medschel Jaba), cui vicina sunt Heberre (Chirbet el-Bira) et el-Lubban (quod in epistola nostra Oliban vocatur).

„ Oct. — Epistola Geroldi, patriarchae Hierosolymitani, aliorumque principum excerpta est in BFW. No. 11000. **984**

**1228** Mart. 4. Romae. — Charta Pelagii, episcopi Albanensis, Sedis Apostolicae legati, in D. Cart. II, p. 382—383, No. 1911. **987**

„ Octob. — Privilegium Friderici II imperatoris excerpta est in BFW. No. 14706; cf. No. 14707. **994**

**1229** Febr. 18. — De pace, quam fecit Fridericus II cum soldano Aegypti, nunc quoque conferas Blochet in Revue histor. 1902, LXXXI, p. 51—64. **997**

**1229** April. 20. — Charta Jacobi de Amigdala excerpta est in BFW. No. 15060. **1002**

„ April. Accon. — Privilegium a Friderico II fratribus Theutonicis concessum in Weller I, p. 48—49, No. 71. **1008**

„ Aprili. Accon. — Privilegium a Friderico II fratribus Theutonicis concessum in Weller I, p. 117—118, No. 205. **1010**

**1230** Majo 13. — Geroldus, patriarcha Hierosolymitanus, conventionem inter Bertrandum de Thessy, magistrum Hospitalis[1]) et T., episcopum de Limissol, factam confirmat, qua idem Hospitale dictae ecclesiae CXX bisantios Sarazenatos solvat, sed exemptum sit a decimis pro bonis suis solvendis, quae in dicta diocesi sita sint (D. Cart. II, p. 405, No. 1959; Invent. p. 82, No. 235). **1019a**

[1]) Cujus prima mentio hac charta adhuc non nota fit.

**1231** Maj. 1. — Odo et Willelmus fratres[1]) cum Guarino II, Hospitalis magistro,[2]) domum quandam Joppensem commutant cum duabus domibus, quas Hospitale in urbe Accon possidebat (D. Cart. II, p. 419, No. 1983; Invent. p. 82, No. 239). **1023a**

[1]) De quibus nihil constat. [2]) Qui Bertrandum de Texi sequutus est in magisterio, itaque annus chartae commutandus esse videtur (1232?).

„ Jul. 23. — Bertrand de Thessy, magister Hospitalis, dominae Gillae[1]) quasdam domos confirmat, quas Garinus I antecessor eidem sub censu II marcarum annuali et ea conditione concesserat, ut post dominae mortem Hospitali essent (D. Cart. II, p. 422—423, No. 1990; Invent. p. 84, No. 241). **1024a**

[1]) Cujus nominis plures dominae chartis memorantur neque tamen ulla, cui Garinus I magister domos quasdam (Hierosolymitanas?) concessisse dicitur.

„ Sept. 28. — Charta Baliani, domini Sidoniensis, in D. Cart. II, p. 424—425, No. 1996. **1027**

„ Sept. — Alice, principissa Antiochiae et domina Armeniae, vidua Raymundi II, principis Antiochiae, Hospitali casale Tortiafa,[1]) in territorio Toronis situm, appendentem gastinam et domum in burgo Toronis sitam donat (D. Cart. II, p. 423—424, No. 1993; Invent. p. 82, No. 236). **1028a**

[1]) Alias Torciafe vocatur, nunc forte Ter-harfa in territorio Turonis situm (ZDPV. X, p. 255); cf. RH. No. 1286, 1366 et 1372 (ubi donatio nostra memoratur).

„ Octob. 8. Accon. — Charta Garini, Hospitalis magistri, in D. Cart. II, p. 425—426, No. 1997. **1029**

„ Octob. 27. Accon. — Charta Geroldi, patriarchae Hierosolymitani, qua pacem inter Bohemundum IV, principem Antiochiae comitemque Tripolitanum, et fratres Hospitalis denique factam confirmat, in D. Cart. II, p. 427—428, No. 2000; Invent. p. 82, No. 238[1]). **1030**

[1]) Cf. supra No. 817, Itaque 10 Aprili 1233 Gregorius IX excommunicationem a Pelagio, episcopo Albanensi, latam tollit et pactum supra dictum confirmat (D. Cart. II, p. 452, No. 2048; Registr. de Grégoire IX, No. 1223).

„ Octob. 27. Accon. — Chartae Bohemundi IV, principis Antiocheni comitisque Tripolitani, in D. Cart. II, p. 428—430, No. 2001—2003. **1031—1033**

„ Octob. 27. — Bohemundus IV, princeps Antiochenus et comes Tripolitanus, assensu Raymundi et Henrici filiorum Hospitali remittit omnia

damna, quae ab ipso se passum fuisse declaraverat[1]) (D. Cart. II, p. 427, No. 1999; Invent. p. 82, No. 237). 1033a

[1]) Huc pertinent chartae eodem anno et mense editae in RH. No. 1030—1033.

**1232** Dec. Ravennae. — Privilegium a Friderico II fratribus Theutonicis concessum et ab ejusdem filio Conrado (IV) rege confirmatum in Weller I, p. 117, No. 203. **1034**

„ April. Accon. — Charta Johannis, domini Berytensis, et Johannis, domini Caesareae, in D. Cart. II, p. 434—435, No. 2015: 4. Aprili 1231. **1036**

**1232** April 18. Accon. — Johannes, dominus Berytensis, Garino II, Hospitalis magistro, plures domos, quas habuit in ruga veteris reginae urbis Acconis sitas, vendit (D. Cart. II, p. 435, No. 2016; Invent. p. 84, No. 242). **1036a**

„ Sept. 30. Accon. — Charta Aelis, reginae Cypri, in D. Cart. II, p. 442, No. 2033. **1038a**

„ Octob. 4. Extra Accon. — Pactum praelatorum et principum Terrae Sanctae arbitrio factum in D. Cart. II, p. 442—443, No. 2034. **1039**

**1233** April 23. — Gregorius IX Hugoni, archiepiscopo Nazareno, priori Hospitalis Hierosolymitani et Stephano de Provino, archidiacono Acconensi[1]), mandat, ut inquirant, num Henricus II, comes Campaniae, in Terram Sanctam profecturus Theobaldum III successorem elegerit[2]) (Potthast No. 9160; D. Cart. II, p. 453, No. 2049). **1042a**

[1]) Qui memoratur in charta a. 1236 (RH. No. 1074). [2]) Cf. RH. No. 860, Not. 1.

„ Jun. 18. Tyri. — Pactum inter Templi et Hospitalis fratres intercessione Alberti, patriarchae Antiocheni, factum in D. Cart. II, p. 455—457, No. 2058. **1043**

**1233** Aug. 16. — Mabilia[1]), abbatissa S. Mariae Majoris Hierusalemitanae, Pontio de »Cisternaty«[2]) ejusque uxori Raymundae domum in quarterio Patriarchae[3]) Hierosolymitani sitam sub censu III bisantiorum annuali tenendam concedit (Invent. p. 84, No. 243). **1044a**

[1]) Cujus nomen adhuc latuit. [2]) De quo nihil scimus. [3]) Hierosolymis sito, quam urbem hoc tempore christiani possidebant.

„ Octob. 3. Accon. — Pactum inter Templi Hospitalisque fratres et cives Massiliae arbitrio Odonis de Montebelliardo, constabularii regni Hierosolymitani, factum in D. Cart. II, p. 462—464, No. 2067. **1046**

„ (Octob. sub finem). — Charta Constantini de Lampron in D. Cart. II, p. 464, No. 2069; Invent. p. 82—83, No. 240: 31 Octob. **1048**

„ Aprili 17. Marsiliae. — Charta, qua pactum supra (No. 1046) laudatum confirmatur, in D. Cart. II, p. 469, No. 2079. **1052**

**1234** Nov. 22. Margati. — Charta Bartholomaei, episcopi Valaniensis[1]), in D. Cart. II, p. 476—478, No. 2094. **1057**

[1]) Cui controversia in charta memorata judicio disceptanda erat commissa (D. Cart. II, p. 465, No. 2071).

„ Charta Riccardi Filangerii excerpitur in BFW. No. 11148. **1059**

**1235** April. 10. — Garinus II, magister Hospitalis, coram Theoderico, archiepiscopo Ravennae, Sedis Apostolicae legato[1]), fusius conqueritur de fratribus Templi, qui cursum aquae usui molendini Hospitalis necessarie impediant[2]) (D. Cart. II, p. 483, No. 2107; Invent. p. 84, No. 244). **1061a**

[1]) Qui a Gregorio IX in Terram Sanctam missus fuerat (RK. p. 831—834). [2]) Concordiam inter utrumque ordinem de molendinis fluminis Acconis a. 1235 (25 Julio) factam videas in RH. No. 1062.

„ Jun. 23. Perugiae. — Gregorius IX abbati S. Samuelis Acconensis O. Pr., quod causa inter Acconensem episcopum ex una parte et plebanum clericosque capellae S. Marci et alios Venetos in urbe Acconis morantes vertebatur super jure parochiali ejusdem capellae, mandat, ut partibus terminum IX mensium praefigat, quo Apostolico conspectui se repraesentent (Reg. Gregorii IX, No. 2652). **1061b**

[1]) De ecclesia S. Marci Acconensi Venetorum cf. ZDPV. X, p. 19—20.

„ Juli 25. Accon. — Conventio inter Templi et Hospitalis fratres facta in D. Cart. II, p. 486—487, No. 2117. **1062**

„ Aug. 23. Perusii. — Gregorius IX Templi et Hospitalis fratribus sub poena excommunicationis mandat, ut conventionem a Theoderico, archiepiscopo Ravennae, legato Sedis Apostolicae, de molendinis Acconensibus factam accipiant et observent (D. Cart. II, p. 489, No. 2120; Reg. Gregor. No. 2742). || 1235 Aug. 23. Perusii. — Idem Templi Domini et S. Samuelis abbatibus Acconensibus mandat, ut de supra dicta conventione usque ad passagium Martii rescribant (D. Cart. II, p. 490, No. 2121; Reg. Gregorii No. 2744). **1062a**

„ Nov. Accon. — Charta Garini II, Hospitalis magistri, in D. Cart. II, p. 493—494, No. 2126. **1063**

„ Nov. Augustae. — Privilegium a Friderico II et ejusdem filio Conrado (IV) rege confirmatum in Weller I, p. 88, No. 145; p. 116—117, No. 201. **1064**

„ Nov. (Hierosolymis). — Charta Stephaniae, Boni Johannis filiae, in D. Cart. II, p. 494, No. 2127; Invent. p. 84, No. 245. **1065**

„ Dec. — Sibylla de Surdeval, vidua Aymari de Layron militis,[1]) dominium vinearum extra portam S. Pauli[2]) sitarum, totam arabilem suam terram ejusdem loci sub conditione Hospitalis fratribus donat, ut presbyterum, qui pro salute animae suae missas celebret, instituant (D. Cart. II, p. 495, No. 2129; Invent. p. 84, No. 245). **1065a**

[1]) De quibus jam supra (No. 938a) disputavimus. [2]) Aperte Antiochiae sitam.

(c. **1235**). — Garinus II, Hospitalis magister, Radulfo, episcopo Cicestrensi, miserabilem statum Terrae Sanctae exponit (D. Cart. IV, p. 277—278, No. 1982bis). **1065b**

**1236** Aprili 20. Reati. — Gregorius IX Tyrensi archiepiscopo,[1]) Sidoniensi et Berytensi episcopis[2]) mandat, ut Hospitalis et Templi fratres cum Assassinis contra Bohemundum V,[3]) principem Antiochiae, eos impugnantem foedus inire vetet (D. Cart. II, p. 505—506, No. 2149). **1071a**

[1]) Hugoni? [2]) Quorum nomina nescimus. [3]) Qui ab Honorio III et Gregorio IX excommunicatus fuerat propter varios excessus (RK. p. 741, Not. 1; p. 829).

„ Majo. Accon. — Charta H (ugonis), archiepiscopi Nazareni, in D. Cart. II, p. 501, No. 2142. **1072**

**1236** Maj. — Robertus, abbas S. Mariae Latinae, cum Garino II, magistro Hospitalis, de casalibus Montdidier et Turre Rubea eo convenit, quod pactum cum dictis fratribus de emphyteusi initum observare eisque dicta casalia dare velit, postquam a fratribus Templi, qui ea sub censu tenebant, receperit[1]) (D. Cart. II, p. 501, No. 2141; Invent. p. 84—85, No. 247). **1072[a]**

[1]) Huc pertinet charta eodem mense et anno edita in RH. No. 1072. Dicta vero casalia Hospitale a. 1248 accepit (RH. No. 1164; cf. No. 1356).

„ Majo. — Sibylla, vidua Aymari de Layron, censum II millium marcarum de platea telarum, arabice dicta Sochelbes, annuatim recipiendorum a marito Hospitali concessum confirmat[1]) (D. Cart. II, p. 502, No. 2143; Invent. p. 84, No. 248). **1072[b]**

[1]) Cf. supra No. 938[a].

„ Aug. — Robertus de Corson, commendator Hospitalis Tripolitani,[1]) pluribus agricolis permittit, ut vineas et oliveta terrae prope Montem Peregrinum sitae colant, sed mandat, ut tertiam partem fructuum inde reddant, dictam autem terram liberis suis relinquant, sed, si fracticium fieret, commendatori remittant (D. Cart. II, p. 505, No. 2148; Invent. p. 84, No. 249). **1073[a]**

[1]) De hoc fratre Hospitalis ejusque concessione adhuc nihil scivimus.

„ Sept. 20. Accon. — Charta Rainaldi Beltranni in D. Cart. II, p. 506, No. 2150. **1074**

**1237** Jan. 19. Interamne. — Gregorius IX Bohemundum V, principem Antiochiae, Henricum I, regem Cypri, fratres Templi et Hospitalis rogat, ne Constantinum, dominum de Lampron, molestent[1]) (Potthast No. 10290; D. Cart. II, p. 509, No. 2155). **1074[a]**

[1]) Cf. RH. No. 1048.

„ Febr. 9. Interamne. — Idem praelatis, Hospitalis et Templi magistris in Hierosolymitano regno constitutis, mandat, ut Geroldum, patriarcham Hierosolymitanum et Sedis Apostolicae legatum,[1]) honorifice recipiant (D. Cart. II, p. 509, No. 2156). **1074[b]**

[1]) Qui patriarchatum Hierosolymitanum a Gregorio IX hoc tempore recepit et 7 Sept. 1239 (Obit. de Molème p. 390 et 395 in Petit, Hist. d. ducs de Bourgogne V) Caesareae obiit (RK. p. 834, Not. 6 et p. 839, Not. 8; Kohler in Revue de l'Orient lat. VIII, p. 449). Anno 1237 3 Majo et 9 Aug. interfuerat consecrationi ecclesiae Castellanae et S. Syri (Ferretto, I Genovesi in Oriente in Giornale storico della Liguria 1900, I, p. 360, Not.)

„ Majo. — Balianus, dominus Sidoniensis, privilegium a patre Raynaldo et avo Gerardo[1]) Hospitalis fratribus concessum, scilicet ut portam habeant prope civitatem, portam ad antemurale ducentem et terram extra civitatem totumque antemurale a turri Balduini usque ad mare situm per manus magistri Bertrandi de Comps confirmat (D. Cart. II, p. 510, No. 2160; Invent. p. 84, No. 251). **1076[a]**

[1]) Cf. supra No. 376[b].

„ Jun. 18. — Petrus de Villa privata,[1]) Hospitalis magnus commendator, Simoni, filio Thomae de la Catena,[2]) domum quandam Acconensem in ruga Cypria sitam sub censu XVII bisantiorum tenendam concedit (D. Cart. II, p. 512, No. 2166; Invent. p. 84, No. 252). **1076[b]**

[1]) Alias P. de Veteri privata (Vielle Bride), ab anno 1240 magister Hospitalis vocatus. [2]) Qui in chartis non memorantur.

„ Jun. — Henricus I, rex Cypri, confirmat, dominam Agnetem de Baume[1]) Hospitali per manus Guillelmi de Forel, commendatoris Cypri,

[1]) De personis in hac charta vocatis (excepto rege Henrico) nihil constat.

dimidiam partem omnium heritagiorum tradidisse, quae ipsa in regno Hierosolymitano scilicet in monte Carmelo sita a Jaucelino de la Mussa avunculo jure hereditario acceperat (D. Cart. II, p. 512, No. 2163; Invent. p. 84, No. 250). **1076c**

**1237** Octob. — Charta Henrici I, rex Cypri, in D. Cart. II, p. 515—516, No. 2174. **1078**

**1238** Febr. 11. Laterani. — Gregorius IX Geroldo, patriarchae Hierosolymitano, (Petro?), archiepiscopo Tyrensi, et (Johanni), episcopo Bethlemitano, litem inter Bohemundum V, principem Antiochiae comitemque Tripolitanum, et fratres Hospitalis de castello Maracleae nondum finitam[1]) terminandam committit (D. Cart. II, p. 522—523, No. 2184). **1079a**

[1]) Cf. RH. No. 1057 (1234).

„ April. 17. Laterani. — Gregorius IX (Bertrando?) archiepiscopo et archidiacono Caesariensi mandat, ut controversiam de quibusdam terris inter episcopum bonae memoriae Bethlehemitanum et fratres Hospitalis exortam et adhuc versantem[1]) dijudicandam committit (D. Cart. II, p. 527, No. 2196). **1079b**

[1]) De qua chartae et chronica silent.

„ Majo 10. Laterani. — Gregorius IX Geroldo, patriarchae Hierosolymitano, (Petro?), archiepiscopo Tyrensi, et abbati S. Samuelis[1]) controversiam inter episcopum et capitulum Acconensem et Hospitale Acconense, cujus frater Andreas de Fogia vocatur, de decimis casalis Blanc, Cabor et Manuet et de jure sepulturae exortam[2]) finiendam committit (D. Cart. II, p. 529—530, No. 2199). || 1238 Majo 16. Laterani. — Idem iisdem mandat, ut conventionem, quae inter episcopum Acconensem et Andream de Fogia nomine magistri Hospitalis agentem facta est, confirmet et in ipsa conventione praetermissam causam de casalibus Bervet, Coket et Manuet decidat[3]) (D. Cart. II, p. 530—531, No. 2200). **1080a**

[1]) Cujus nomen latet. [2]) De qua aliunde nihil scimus. [3]) Cf. RH. No. 987 (1228); de fratre Andrea nihil notum est.

„ Oct. 6. Accon. — Epistola praelatorum et nobilium regni Hierosolymitani in D. Cart. II, p. 535, No. 2211. **1083**

„ Dec. — Maria de Joppe, uxor Guidonis de l'Alnai,[1]) coram Johanne Poilvilain,[2]) (vice) comite Joppensi, Benevenuta[3]) matre sua et Ubans Pisano barone declarat, se Hospitali per manus Andreae infirmarii[4]) nomine magni commendatoris Petri de villa privata agentis dimidiam partem bonorum, quae possedit Joppae et Ascalone et bonorum, quae adhuc possidebit, donavisse (D. Cart. II, p. 536, No. 2212; Invent. p. 84—85, No. 253). **1084a**

[1]) De quo nihil notum est. [2]) Qui in charta 1261 (Nov.) domini Berytensis Johannis memoratur (RH. No. 1307), sed num idem ac noster fuerit, nescimus; vicecomitem Joppensem ejusdem nominis neque in chartis neque in chronicis invenimus. [3]) Cujus nominis domina memoratur in charta a. 1255 (RH. No. 1234). [4]) Qui notus non est.

**1239** Jan. 24. — Charta Riccardi Filangerii excerpta est in BFW. No. 11227. **1086**

„ Mart. 25. — Agnes (de Margato), vidua Aymerici Barlais[1]), assensu Johannis[2]) et Raynaldi Barlais[3]) filiorum D bisantios annuales de II millibus bisantiorum, quos Hospitale pro concambio Margati[4]) eis debebat, recipiendos concedit (D. Cart. II, p. 565, No. 2223; Invent. p. 85, No. 254). **1088a**

[1]) Haec uxor Aimerici Barlais memoratur in RH. No. 896 (Jul. 1217). [2]) De quo RH. No. 1069 (1236). [3]) De quo RH. No. 1102 (18 Nov. 1241). [4]) Quod memoratur in RH. No. 1324 (1263) et 1367 (1269).

**1239** April. — Charta Bertrandi de Comps, Hospitalis magistri, in D. Cart. II, p. 565, No. 2224. **1091**

(c. **1239**). — Consuetudines ordinis S. Johannis Hospitalis institutae (D. Cart. II, p. 536—561, No. 2213). **1093a**

(**1240**) Mart. 26. — Agnes de Margato et Raynaldus Barlais filius declarant, si feudum Tripolitanum recuperare possint, se Hospitali censum D bisantiorum acceptum et dictam donationem reddere velle[1]) (D. Cart. II, p. 576, No. 2249; Invent. p. 85, No. 258). **1093b**

[1]) Cf. supra No. 1088a.

„ Aprili 26. — Hospitalis et Templi fratres Alberto, patriarchae Antiocheno et Sedis Apostolicae legato,[1]) controversiam inter utrumque ordinem de quibusdam terris comitatus Tripolitani versantem dijudicandam comittunt[2]) (D. Cart. II, p. 576—577, No. 2251; Invent. p. 85, No. 255). **1093c**

[1]) De quo Rey in Revue de l'Orient lat. VIII, p. 141—143. [2]) Charta usque adhuc non nota.

„ ? Accon. — Pactum inter Templi et ordinis Theutonicorum fratres factum in D. Cart. II, p. 574—575, No. 2245. **1097**

( „ ) — De epistola, quam Fridericus II soldano Aegypti scripsisse et ab eodem recepisse fertur, cf. nunc Mittheil. d. österr. Instit. 1900, XXI, p. 535. **1098**

**1241** Jan. Accon. — Geroldus, abbas S. Mariae de valle Josaphat,[1]) homini, qui dicitur Nassarus, filio de Henof ejusque sororibus in gastina Montis Musardi[2]) petiam terrae sigillo concedit, quae a parte orientis domibus Michaelis le Rempeor et Michaelis Bastatii cohaeret, a parte occidentis Farage Syriaci, a parte meridiei domum Davidis Piscatoris habet vicinas; »in quadam parte dictae petiae terrae, altera vero parte extenditur dicta petia terrae usque in viculum, qui pergit ad viam publicam, et est quidam exitus unius domus, quae in . . . juxta molendinum dicti Farage; ex parte siquidem septentrionis est introitus illius terrae in exitum communem«. Haec vero concessio facta est sub censu annuali V bisantiorum et dimidii et Nassaro licet, ut petiam dictam terrae, cuicunque utile videtur, exceptis tamen Templi et Hospitalis fratribus aliisque communitatibus religiosis, vendat, sed si hoc velit dicta abbatia, petiam pretio marca una argenti minuto recipiet. — Guillelmus, prior dictae domus Acconensis,[3]) Petrus, »prior in Jerusalem,« Gualterius de Brizie monachus; Johannes et Julianus monachi, Fr. Guillelmus Loricus et plures alii (Revue de l'Orient lat. VII, p. 177—178, No. 69). **1098a**

[1]) Adhuc non notus fuit. [2]) Postea suburbium Acconis facta est (RK. p. 884, Not. 2). [3]) Qui antea non memoratus est.

„ Mart. 26. — Elizabeth de Adelon,[1]) filia Danielis de Tenerimonte,[2]) Johanni Alemanno dotarium, quod ei viduae Hugonis Alemanni,[3]) fratris dicti Johannis, contingebat scilicet DC bisantios de domibus rabati Acconensis et de alia domo ante palatium reginae sita recipiendos concedit (Invent. p. 86, No. 260). **1098b**

[1]) Quae vocatur in RH. No. 1234 (1 Maj. 1255), ubi donatio nostra et Johannes, dominus Caesareae, memorantur. [2]) Qui in pluribus chartis memoratur. [3]) Cujus mentio in chartis non fit.

„ Jun. 7. — Albertus, patriarcha Antiochenus, legatus Sedis Apostolicae, conventionem inter Petrum de Veteri privata et Hermannum de Perigord, Hospitalis et Templi magistros, de terris et casalibus comitatus Tri-

politani inter utrumque ordinem dividendis confirmat[1]) (D. Cart. II, p. 592, No. 2276; Invent. p. 86, No. 261). **1099[a]**

[1]) Cf. supra No. 1093[c].

**1241** Jun. — Charta Johannis, domini Arsurii,[1]) in D. Cart. II, p. 590—591, No. 2274[2]). **1100**

[1]) In hac charta memorantur Tres pontes, Jorgilia et Turonum filiae Comar, de quorum situ diligenter disseruit Clermont Ganneau, Les trois ponts, Jorgilia et le toron de la fille de Comar in Rec. d'archéol. orient. 1888, I, p. 196—197, § 18. [2]) Hanc chartam Balianus, dominus Berytensis, (post Jun. 1241) confirmavit (D. Cart. II, p. 592, No. 2277; Invent. p. 85, No. 259).

„ Nov. 18. Tripoli. — Pactum intercessione Alberti, patriarchae Hierosolymitani, factum in D. Cart. II, p. 594—596, No. 2280.[1]) **1102**

[1]) Hujus chartae inter testes vocatur Gerardus, canonicus Antiochenus, qui cum archidiacono Antiocheno Petro Engolismensi memoratur in epistola Innocentii IV 23 Julio 1246 scripta (Berger No. 2028).

„ Dec. — Abbatia S. Sergii Bybliensis diocesis memoratur in epistola Urbani IV (29 Nov. 1263) ad dictum conventum scripta, qua eidem concedit, ut bona sua de civitatibus, castris et aliis locis extrahi ac ipsa per terram seu per mare ad monasterium et alia loca sua sine alicujus exhibitione pedagii vel alterius rei quocunque nomine censetur, facere deportari valeat (Registr. Urbani No. 453). || In eundem modum scriptum est conventui Belmontensi (ibid. No. 454). **1103**

**1242** Majo 17. Tyri. — Charta Riccardi Filangerii, marescalci Friderici II, in Archivio storico Neapolit. 1892, XVII, p. 14 (ed. del Giudice) et excerpta in Revue de l'Orient lat. VII, p. 179, No. 70; cf. BFW. No. 11389. **1107**

**1243** Mart. 15. — Hermannus de Petragorico, Templi magister, Jacobo de Lamendelee genere proximo comiti Joscellino, senescalco regni Hierosolymitani, duas chartas remittit, quarum in priore Balduinus IV ab Agnete matre emptionem casalium Chabor et Coquil (a. 1183) factam confirmat, in altera vero Guido de Lusiniaco, comes Joppensis et Ascalonitanus, assensu Sibyllae uxoris Joscellino, ante dicto senescalco, avunculo suo, donationem fecit (1. Febr. 1185[1]) (Invent. p. 86, No. 262.[1]) **1110[a]**

[1]) Neutrum privilegium exstat, sed conferas RH. No. 654; casale Coquil idem esse videtur ac Coquet saepius in chartis memoratum.

„ Aprili. Accon. — T. electus abbas[1]) et conventus S. Mariae de valle Josaphat sub sigillo P(etri), archiepiscopi Tyrensis,[2]) declarant, inter ipsos controversiam exortam fuisse de finibus II carrucatarum terrae in territorio Tyri, scilicet in casali Sardanas sitarum, quas ecclesia Montis Sion habet, sed se Hugonem Amirallum, castellanum Tyrensem, et Philippum Balduini, civem Acconensem,[3]) elegisse, quorum judicio lis dirimeretur (Revue de l'Orient lat. VII, p. 179—180, No. 71). **1110[b]**

[1]) Cujus nomen ignoramus. [2]) De cujus successore Nicolao Larcat cf. Ferretto, I Genovesi in Oriente in Giornale storico della Liguria, 1900, I, p. 355—356. [3]) De quibus tacent chronica et chartae.

„ Maj. exeunte. — Compositio inter Templi et Hospitalis fratres facta[1]) in D. Cart. II, p. 602—603, No. 2296. **1111**

[1]) Teres in hac charta memoratum idem esse ac Btarech (orientem versus de Castell Blanc) putat Dussaud in Revue archéol. 1897, XXX, p. 330.

„ Jul. 29. Anagniae. — Innocentius IV rogat abbatem et fratres S. Mariae de valle Josaphat, ut quantumcunque pecuniae possint, sibi mutuent per manus (Roberti), patriarchae Hierosolymitani, et (Goffredi), episcopi

Tiberiadensis, vel eorum vicariorum et, si renuant, censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, minatur (Rev. de l'Orient lat. VII, p. 180—181, No. 72). 1111a

1243 Aug. 31. Melfiae. — Privilegium a Friderico II fratribus Hospitalis concessum in D. Cart. II, p. 605—606, No. 2301; Invent. p. 86, No. 263. || Hoc privilegium Conradus, rex Romanorum electus, confirmavit 30 Nov. 1243 (D. Cart. II, p. 608, No. 2308) et 15 Martio 1244 urbem Ascalonem iisdem reaedificandam tradit expensas se restituere velle pollicitus (D. Cart. II, p. 615, No. 2319; cf. RK. p. 853). **1112**

„ Aug. — Charta Johannis de Gibelet in D. Cart. II, p. 604, No. 2298. **1113**

„ Octob. — Instrumentum Marsilii Georgii breviter excerptum est in BFW. No. 11285 et 15706. **1114**

**1244** Aprili 3 — Comes Thomas de Aquino,[1]) Friderici II imperatoris et Conradi filii bajulus, jussu eorundem in praesentia Bohemundi V, principis Antiocheni et comitis Tripolitani, Almarici Salaman, Henrici de Camardas, Odonis de Celles et Thomae de Lambert[2]) castellum Ascalonis Hospitalis magistro (Guillelmo) de Castro novo tradit (D. Cart. II, p. 615, No. 2320; Invent. p. 86—87, No. 264). **1118a**

[1]) Qui a Friderico II jussus est Ascalonem fratribus Hospitalis tradere (RH. No. 1112), quam urbem reaedificatam antea Richardus, comes Cornubiae, Galterio Pennenpie, imperatoris baillivo, custodiendam reliquerat (RK. p. 853; cf. 856). [2]) Quorum Odo de C. et Thomas de L. neque in chartis neque in chronicis memorantur.

„ Jul. 7. Accon. — Charta Henrici de Hohenlohe, magistri fratrum Theutonicorum,[1]) in Weller I, p. 142—143, No. 236, § 32.[2]) **1120**

[1]) Qui antea fuit ejusdem ordinis praeceptor Germaniae (ibid. I, p. 139—142, No. 236, § 16—31: 1232 Jul. 6—1242), postea magister factus (ibid. I, p. 142—154, No. 236, § 32—70) obiit 15 Jul. 1249. Frater ejus Fridericus de Hohenlohe ejusdem ordinis frater saepius memoratur (ibid. I, p. 155, No. 237). [2]) Ibid. I, p. 143, No. 236, § 33 charta Jacobi ab Amygdala excerpitur, quae exstat in RH. No. 1121.

„ Aug. Accon. — Charta Johannis de Rocka Rubea in D. Cart. II, p. 619, No. 2330. **1122**

„ Sept. — Comes Thomas de Aquino, vicarius Friderici II imperatoris et baillivus regni Hierosolymitani, secundum potestatem ab illo ejusque filio collatam concessionem supra dictam[1]) confirmat (D. Cart. II, p. 619, No. 2331; Invent. p. 87, No. 265). **1123a**

[1]) No. 1122.

(**1244**? Nov. ineunt.) Accon. — Epistola Guillelmi de Castro novo, magistri Hospitalis, in D. Cart. II, p. 622, No. 2339; cf. BFW. No. 11442a. **1125**

(**1244—1249**) Majo 5. Accon. — Guillelmus de Castro novo, Hospitalis magister, Britonem, civem Massiliae, rogat, ut efficiat, ut procuratores Hospitalis ad usus pauperum inopia vexatorum ultramarinorum naves frumento et ordeo libere onerare possint in portu Massiliae[1]) (D. Cart. II, p. 615—616, No. 2322). **1129a**

[1]) Cives Massiliae, quorum antedictus Brito usque adhuc notus non fuit, fratribus Templi et Hospitalis simile privilegium jam 3 Octobr. 1233 concesserant (RH. No. 1046; cf. 1052). De commercio, quod cives Massiliae cum portibus Terrae Sanctae habuerunt, cf. multas chartas (s. vocc.), quas edidit Blancard, Hist. du commerce de Marseille, Marseille 1884 et 1885 et D. Cart. IV, p. 279—284, No. 2195b, 2289bis, 2300bis, 2330bis, 2465bis, 2466bis, 2467bis.

**1245** Febr. 3. Lugduni. — Innocentius IV omnibus archiepiscopis, episcopis etc. mandat, ut collectores ecclesiae Bethlemitanae benigne recipiant, quum dicta ecclesia per hostes Christi[1]) non modicam temporalium rerum laesionem incurrerit et pro receptione pauperum, advenarum et peregrinorum auxilium implorare debeat omnium christianorum (Berger, Reg. No. 980). || Idem papa (17 Jun. 1248) archiepiscopis, episcopis, abbatibus per Angliam constitutis mandat, ut omnibus, qui ecclesiae Bethleemitanae ab infidelibus destructae, sed honorifice restaurandae manum adjutricem porrigant, indulgentiam unius anni et XL dierum concedant (ibid. No. 4044) et (24 Jan. 1248) priori S. Trinitatis Londoniensis mandat, ut quosdam collectores ecclesiae Bethlemitanae, qui collectas nomine ejusdem eleemosynas retinent, ad restitutionem compellat (ibid. No. 4043). **1130a**

[1]) De Chowaresmiis, qui urbem Hierosolymam, Bethlehem et terras vicinas ferro et igni vastaverunt aestate anni 1244, cf. RK. p. 864—866; Riant, Etudes sur l'histoire de l'église de Bethléem I, p. 34—35.

„ Aprili 3. Accon. — Charta Johannis et Symonis de Treucis in D. Cart. II, p. 627—628, No. 2353. **1135**

„ Sept. 11. Januae. — Magister Philippus nomine (Henrici), archiepiscopi Nazareni, et (Roberti), patriarchae Hierosolymitani, coram Radulfo, canonico Montis Sion Hierosolymitani, chartam Johannis de Floriano quasdam reliquias attinentem corroborat (Ferreto in Giornale storica della Liguria 1900, I, p. 362, Not.). **1136a**

**1246** (**1245**) Mart. — Privilegium Haythonis I, regis Armeniae, in L'Armeno Veneto, Venezia 1893, Doc. No. 3. **1141**

„ Majo 25. — Epistola soldani Aegypti in Mon. Germ. Epp. II, No. 123: 3 Jun. 1245; cf. BFW. No. 11452. **1142**

„ (Post Sept. 1). — Charta Guillelmi, archiepiscopi Mamistrani, in D. Cart. II, p. 637, No. 2388.

**1247** Aug. 30. — Documentum, in quo frater Hospitalis Arnaldus »d'Arène«, prior ecclesiae castelli Cratensis,[1]) vasa sacra et ornamenta ejusdem ecclesiae et S. Mariae de Burgo enumerat (D. Cart. II, p. 662, No. 2456; Invent. p. 87, No. 267). **1151a**

[1]) De fratre Arnaldo et supra dicta ecclesia silent chartae et chronica.

„ Octob. 5. Lugduni. — Innocentius IV (N), archiepiscopo Tyrensi, scribit, se quondam patriarchae Hierosolymitano[1]) mandavisse, ut (Godofredo), episcopo Tiberiadensi, cujus ecclesia tyrannide Saracenorum esset desolata, in aliqua ecclesia patriarchatus sui cathedrali provideret, et eundem dicto episcopo per vices suas gerentem episcopum Liddensem ecclesiam Sydoniensem commisisse, hujus vero ecclesiae capitulum Petrum, archidiaconum suum, elegisse; itaque hanc electionem Petri confirmat (Berger, Registr. No. 3286). **1151b**

[1]) Roberto, cui Innocentius IV. 4 Aug. 1243 epistolam supra memoratam scripserat (Berger No. 49; cf. ZDPV. X, p. 30). In Blancard, Docum. inédits sur le commerce de Marseille I, p. 265, No. 11 P. electus episcopus Sidoniensis mortuus memoratur a. 1248.

( „ ), — Epistola Raban Atae excerpta est in BFW. No. 11501. **1152**

1248 Aug. 7. Accon. — Charta Peregrini, abbatis S. Mariae de Latina,[1]) in D. Cart. II, p. 673—675, No. 2482; Invent. p. 87, No. 268. ‖ Eandem chartam (30 Nov. 1248) Henricus, archiepiscopus Nazarenus, et Galterius II, episcopus Acconensis, se vidisse confirmant (D. Cart. II, p. 678, No. 2491). **1164**

[1]) Casale Mondisder in hac charta vocatum Clermont Ganneau, Rec. d'archéol. orient. II, p. 95—96 idem esse vult ac Madd ed-der, occidentem versus de Kakun. De nominibus casalium, quae in chartis ultramarinis medii aevi memorantur, de cetero conferas, quae nos in ZDPV. X, p. 195-344; XI, p. 139—149; XII, p. 33—35; XVIII, p. 82—87; XIX, p. 61—62; Conder in Statem. 1889, p. 197—202; 1890, p. 29—37; 1893, p. 254 et Clermont Ganneau in Revue archéol. XXX, 1897, p. 277—281 (Rec. d'archéol. orient. II, p. 56—60) et aliis in locis a nobis citatis exposuerunt.

„ Aug. 19. — Simon de la Catena et Oriente uxor[1]) coram G(alterio), episcopo Acconensi, Hospitali per manus Johannis de Ronay, magni commendatoris, domum in ruga Cypria urbis Acconis sitam pretio DCCCC bisantiorum vendunt (D. Cart. II, p. 675, No. 2483; Invent. p. 88, No. 270). **1164a**

[1]) De Simone ejusque uxore nihil scimus, Galterius vero episcopus et Johannes de Ronay saepissime in chartis memorantur.

„ Dec. — Hugo de Capella miles cum Maria uxore assensu Raynaldi filii[1]) Hospitali vineam Valeniae Hospitalis vineae vicinam donat et concedit (D. Cart. II, p. 678—679, No. 2492; Invent. p. 88, No. 269). **1166a**

[1]) De personis hac charta vocatis nihil exstat.

1249 April. 30. — In charta Johannis l'Aleman, domini Caesareae, casale Nef[1]) memoratur. **1175**

[1]) Cf. ZDPV. X, p. 268. In Invent. p. 104, No. 364 (s. a.) citatur »Enumeratio jurium vectigalis, quod Hospitali a porta anguillarum usque ad montem Nef recipiendum« concessum fuit (Num casale nostrum vel Nef(inum) intelligendum sit, nescimus). In eodem Invent. p. 104, No. 362 memoratur »Sententia per arbitros lata, qua lis Hospitalis et principis Antiochiae de terra Colebrin dirimitur«. Quae terra vero intelligenda sit, ignoratur.

( „ c.). — Epistola ficta Messiae excerpta est in BFW. No. 15084. **1186**

1250 Maj. 4. — Charta Garssiae Alvarez, domini de Cayphas, in D. Cart. II, p. 913—914, No. 26. **1189**

„ (c. Maj. 15. Accon). — Epistola, ut videtur fratrum Templi, in D. Cart. II, p. 687, No. 2521. **1191**

( „ Post Octob. 17). — Epistolae Guillelmi de Castro novo, Hospitalis magistri, in D. Cart. II, p. 698—699 No. 2540 et 2541. **1192, 1193**

„ Octob. 18. Lugduni. — Innocentius IV. abbati S. Samuelis Acconensis[1]) mandat, ut, si de bonis Hospitalis per concessiones alienata ac distracta invenerit, ad jus et proprietatem ipsius legitime revocare faciat (D. Cart. II, p. 699, No. 2542). **1193a**

[1]) Cujus nomen notum non est.

„ Nov. 28. — Charta Petri, episcopi Valaniensis, in D. Cart. II, p. 701, No. 2545. **1194**

1251 Febr. 25. Lugduni. — Epistola Innocentii IV in D. Cart. II, p. 704—705, No. 2553. **1197**

**1251** Aug. 29. — Petrus de Turre[1]) coram Adamo, archidiacono Acconensi, et Johanne de Bucea de Manzo, notario et judice Sedis Apostolicae, confirmat, se jura, quae habere praetendebat, D bisantiorum Saracenatorum pretio Hospitalis commendatori Acconensi Hugoni remisisse (Invent. p. 88, No. 272). **1197a**

[1]) De personis in hac charta memoratis (excepto Adamo archidiacono) nihil notum est.

**1251** Dec. 5. — Odo de Castello rubro, episcopus Tusculanus, Sedis Apostolicae legatus, declarat, Nicolaum de Manueth[1]) in praesentia Johannis de Ibelino, domini Arsurii, renuntiavisse juribus, de quibus cum Hospitalis magistro diu litigaverit (D. Cart. II, p. 716, No. 2576; Invent. p. 88, No. 273). ‖ Eodem die Robertus, patriarcha Hierosolymitanus, idem confirmat (D. Cart. II, p. 716, No. 2577; Invent. p. 88, No. 274). **1198a**

[1]) Cujus in chartis et chronicis mentio non fit.

**1252** Mart. 7. — Conradus IV, rex Romanorum, Hospitali jus Ascalonis custodiendae a patre Friderico II imperatore olim concessum confirmat[1]) (D. Cart. II, p. 722, No. 2590; Invent. p. 89, No. 278). **1198b**

[1]) Cf. RH. No. 1112, supra No. 1118a, 1123a.

„ (vel 1253) Mart. 15. – Raoul de Barut, dominus Blancae gardiae,[1]) Hospitali casalia Capharbole[2]) et Labores VII millibus bisantiorum acceptis concedit (D. Cart. II, p. 723, No. 2593; Invent. p. 89, No. 279). **1198c**

[1]) Qui memoratur in chartis 1253—1263 (RH. No. 1206, 1212, 1220, 1324). [2]) Num forte Kafarbûn (Robinson III, p. 939) vel Kafar hullus (ibid. III, p. 952)? De Labores nihil suspicari licet.

„ April. 19. — Raymunda, [1]) uxor Nicolai de Messan, Hospitali per manus magistri Guillelmi de Castro novo unam dimidiam partem heritagii ab Isabella de Conches acceptam, cujus alteram habebat Hospitale, pretio CL bisantiorum vendit (D. Cart. II, p. 725, No. 2600; Invent. p. 89, No. 275). **1198d**

[1]) Hujus nominis domina quaedam Tyrensis memoratur in RH. No. 1114; de ceteris personis in hac charta vocatis (excepto Hospitalis magistro) nihil notum est.

„ Majo 6. — Epistola Josephi de Cancy, Hospitalis Acconensis thesaurarii, in D. Cart. II, p. 726—727, No. 2605; cf. Statements 1893, p. 254. **1199**

„ Jul. 3. Perusii. — Innocentius IV Hospitalis fratribus mandat, ne episcopum et ecclesiam Tortosae molestent (D. Cart. II, 732, No. 2613). **1199a**

„ Jul. — Privilegium Henrici I, regis Cypri, in D. Cart. II, p. 731—732, No. 2612; Invent. p. 89, No. 277. **1200**

( „ ). — Privilegium Haythonis I, regis Armeniae, in D. Cart. II, p. 718, No. 2581. **1202**

**1253** Febr. Gravinae. — Conradus IV, electus rex Romanorum,[1]) precibus Raimbaldi, Hospitalis magni commendatoris in Italia, Hungaria et Austria, omnia bona, quae Hospitale in regno Hierosolymitano possidet et possessurum est, denique omnia privilegia ab Johanne, rege Hierosolymitano, ejusque antecessoribus concessa confirmat (D. Cart. II, p. 739, No. 2638; Invent. p. 88, No. 271; p. 89—90, No. 280). **1202a**

[1]) Privilegium adhuc non notum fuit; cf. Böhmer-Ficker, Acta No. 4584; ibi (No. 4571) privilegium memoratur (Febr. 1252), quo Conradus IV civibus Messanae eandem immunitatem a solutione vectigalis catenae Acconensis, qua Pisani fruuntur, concedit.

**1253** Mart. init. — Charta Johannis de Bubie in D. Cart. II, p. 755, No. 2670: 1254. **1204**

„ Octob. 7. Accon. — Guillelmus de Castro novo, Hospitalis magister, magno praeceptori Alemanniae regulam a Raymundo de Podio olim magistro promulgatam transmittit (D. Cart. II, p. 745—746, No. 2653). **1207a**

„ Octob. — De Philippo de Novara in charta memorato nunc conferas, quae Gaston Paris in Revue de l'Orient lat. IX, p. 167—205 luculenter exposuit. **1208**

„ Dec. 22. — Charta Nicolai de Arcu, civis Acconensis, in D. Cart. II, p. 750—751, No. 2662. **1209**

„ Dec. — Charta Johannis Lalemani, domini Caesariensis, in D. Cart. II, p. 749—750, No. 2661; Invent. p. 90, No. 282. **1210**

**1254** Jan. Foggiae. — Conradus IV, electus rex Romanorum, rex Hierosolymitanus et Siciliae, precibus Raymbaldi, magni Hospitalis commendatoris in Italia, Hungaria et Austria, omnia bona, quae in regno Hierosolymitano dictum Hospitale possidet et possidebit, confirmat[1]) (D. Cart. II, p. 751, No. 2663; Invent. p. 92, No. 287). **1211a**

[1]) Privilegium adhuc notum non fuit; cf. supra No. 1202a.

„ Febr. 11. Accon. — Charta Johannis Marrain, militis Acconensis, in D. Cart. II, p. 772, No. 2714: 1255. **1212**

„ Febr. — Guillelmus de Castro novo, magister Hospitalis, consensu Hugonis Revel, magni commendatoris, et conventus Matthaeum de Piva et Exemene de Sandave,[1]) priores confraternitatis S. Jacobi Acconensis[2]), ejusque omnes socios in confraternitatem S. Johannis Hospitalis recipit, qui omnes annos, si prior novus eligatur, juramentum fidei in manus magni magistri deponere obligantur (D. Cart. II, p. 752, No. 2666; Invent. p. 90, No 281). **1214a**

[1]) Quorum nomina in chartis et chronicis non memorantur. [2]) De qua videas RK. p. 810 et 900; Max van Berchem in Journ. asiat. 1902 (mai-juin), p. 453—454 ejusdem nominis confraternitatem et ecclesiam Tripolitanam memorat.

„ Majo 19. — Capitulum ecclesiae S. Laurentii cathedralis Januensis mandat Jacobo Ghisulfo, ut S. Laurentii ecclesiarum Acconensis[1]) et Tyrensis redditus accipiat (Ferretto in Giornale storico della Liguria 1900, I, p. 367, Not.) **1214b**

[1]) Cujus priori Innocentius IV scripserat 2 Majo 1254.

„ Jun. 1. — Margaretha, domina Sidonis,[1]) in ecclesia S. Johannis capellanum instituit sumptibus Juliani, domini Sidonis, nutriendum et executorem hujus testamenti vocat (Aegidium), archiepiscopum Tyrensem, Johannem, abbatem S. Samuelis (Acconensis), N., marescalcum Hospitalis, Hugonem Revel, magnum commendatorem, et G., priorem Carmeli, fratres Hospitalis (D. Cart. II, p. 761, No. 2686; Invent. p. 90, No. 283). **1215a**

[1]) Quae memoratur cum marito in RH. No. 1202 (1252).

„ Aug. 6. Antiochiae in domo G(uillelmi), archiepiscopi Mamistrani. — In praesentia G(uillelmi), archiepiscopi Mamistrani, Stephani sacerdotis et Gerardi, clerici dicti archiepiscopi, Johannes Carbonus et Alix socrus confirmant, se S. Mariae de valle Josaphat censum debere de quibusdem ejusdem domus possessionibus in territorio Antiochiae sitis, et pollicentur, se fratri Alberto, priori S. Mariae Latinae, procuratori S. Mariae de valle Josaphat, dictum censum, ut Janvinum Guastavinum et Jacobonum de Castaniolo de bonis

ab ipsis possessis, soluturum esse; si vero solutio deficiat, dictum procuratorem dictas possessiones recepturum esse. — Jacobus de Mediolano, notarius sacri imperii, scripsit (Revue de l'Orient lat. VII, p. 181—182, No. 73). **1215[b]**

**1254** Aug. — Salvador de Daroqui,[1]) prior confraternitatis S. Jacobi Acconensis, in manus Guillelmi de Castro novo, magistri Hospitalis, qui eum ejusque socios in confraternitatem et participatores orationum, bonorum operum et elemosynarum Hospitalis recepit, juramentum fidei ponit (D. Cart. II, p. 763, No. 2689; Invent. p. 90, No. 284). **1216[a]**

[1]) De quo nihil scimus; de confraternitate S. Jacobi cf. supra No. 1214[a] et 868[a], Not. 3.

„ Aug. — Charta Juliani, domini Sidoniensis, in D. Cart. II, p. 761—763, No. 2688; Invent. p. 90—91, No. 285 et 288. **1217**

„ Sept. — Charta ejusdem Juliani in D. Cart. II, p. 764—766, No. 2693; Invent. p. 90, No. 286. **1220**

**1255** Mart. 1. Neapoli. — Alexander IV cancellario Tripolitano, magistro scholarum Antiocheno, et ministro fratrum Minorum Tyrensi mandat, ut Raymundus, dominus de Seslemenden., dignitatem comestabuliae Tripolitanae contra E., dominam de Podio, assequatur.[1]) Haec enim post mortem Thomasii constabularii Raymundum ejusdem avunculum, quum se proxima linea dictum Thomasium attingere dixerit, submovit seque ipsam introduxit in constabuliam a (Bohemundo VI), principe Antiocheno et comite Tripolitano, adjuta, qua re dictus Raymundus eandem de legitimo matrimonio non genitum Innocentio IV denuntiavit et dictus papa (Roberto), patriarchae Hierosolymitano, et (Adamo), archidiacono Acconensi, mandavit, ut causam inquirerent, sed quum patriarcha mortuo in hoc negotio processus non factus esset, Raymundus iterum Sedem Romanam adiit (Sbaralea II, p. 18—19, No. 25; Potthast No. 15713). **1224[a]**

[1]) De hac controversia chartae et chronica tacent.

„ Mart. 19. Accon. — Charta Johannis Costae, militis Acconensis, in D. Cart. II, p. 775, No. 2721. **1227**

„ Mart. 19. Accon. — Charta Guidonis et Nicolai de Ronay, militis Acconensis, in D. Cart. II, p. 775—776, No. 2722. **1228**

„ Mart. Tripoli. — Charta Bohemundi VI, principis Antiocheni et comitis Tripolitani, in D. Cart. II, p. 807—808, No. 2801: 1256. **1229**

„ April. 1. et 11. Neapoli. — Epistolae Alexandri IV in D. Cart. II, p. 777 et 779, No. 2726 et 2729. **1230**

„ April. 8. Neapoli. — Epistola Alexandri IV in D. Cart. II, p. 777—778, No. 2727; Invent. p. 54, No. 71. **1231**

„ April. — Charta Johannis Lalemani, domini Caesariensis, in D. Cart. II, p. 776, No. 2725. **1233**

„ Maj. 1. — Charta ejusdem Johannis in D. Cart. II, p. 779—780, No. 2732. **1234**

„ Maj. 1. — Matthaeus de Boury[1]) miles Hugoni Revel, Hospitalis magno commendatori, dimidiam domus donat, quam cum Hospitali possidebat communem (D. Cart. II, p. 781, No. 2733; Invent. p. 92, No. 296). **1234[a]**

[1]) Qui in RH. No. 1250 (15 Sept. 1256) homo ligius Johannis, domini Berytensis, vocatur.

„ Majo. — Johannes l'Aleman et Margarethe uxor, domina Caesareae, se Guillelmum de Castronovo, magistrum Hospitalis, omnibus locum mo-

lendinum Rout vocatum[1]) et in terra Caesareae situm empturis praeferre velle, confirmant (D. Cart. II, p. 779, No. 2731; Invent. p. 92, No. 294). 1235ᵃ

[1]) Quod in mappa Anglica reperire non potuimus.

**1255** Jun. Accon. — Charta Aegidii, archiepiscopi Tyrensis, in D. Cart. II, p. 782—783, No. 2737; Invent. p. 91, No. 290. **1236**

„ (Post Jun. 30 —) Jul. 2. — Charta Joscelmi, fratris Hospitalis, in D. Cart. II, p. 786—787, No. 2747. **1237**

„ Jun. — Charta Johanni Lalemani, domini Caesariensis, in D. Cart. II, p. 783—784, No. 2738. **1238**

„ Junio. — Aegidius, archiepiscopus Tyrensis, exponit, quomodo jussu Alexandri IV[1]) fratres Hospitalis monasterii Montis Thabor possessores fecerit (D. Cart. II, p. 784, No. 2739). Instrumentum, quo Petrus Fassatelli notarius Aegidium archiepiscopum comitatus exponit, quomodo fratres Hospitalis monasterii Montis Thabor possessores facti sint (D. Cart. II, p. 784, No. 2740; Junio 1255). || Eodem anno (Junio 23) Aegidius, archiepiscopus Tyrensis (Invent. p. 91, No. 291), episcopo et thesaurario Tripolitanis mandat, ut fratres Hospitalis inducant possessores bonorum, quae monasterium Montis Thabor in episcopatu Tripolitano habebat (D. Cart. II, p. 785, No. 2745; Invent. p. 91, No. 292). **1238ᵃ**

[1]) Cf. supra No. 1230.

„ Jul. 12. Anagniae. — Alexander IV priorem Hospitalis Acconensis et curatum S. Marci Acconensis commonet, ut impediant, ne ecclesia S. Sabae Acconensis[1]) in favorem Januensium domum vendat in ruga catenae sitam, quum hac venditione abbatiae magnum damnum existeret (Registr. Alex. IV, No. 606; D. Cart. II, p. 787, No. 2749). **1238ᵇ**

[1]) De hac ecclesia et pugna propter eandem exorta cf. quae fusius exposuimus in RK. p. 897—898 et Manfroni, Storia della marina Italiana, Livorno 1899, cap. XVI.

„ Jul. — Charta Henrici, archiepiscopi Nazareni, in D. Cart. II, p. 784—785, No. 2748. **1239**

„ Aug. 16. — Charta Hugonis, archiepiscopi Nicosiensis, in D. Cart. II, p. 793—794, No. 2762. **1240**

„ Aug. — Charta Johannis, domini de Arsur, in D. Cart. II, p. 790—791, No. 2753; Invent. p. 92, No. 297. **1241**

**1256** Jan. 15. Laterani. — Alexander IV magistro et fratribus Hospitalis monasterium S. Lazari de Bethania ordinis S. Benedicti cum omnibus appenditiis et privilegiis confert (D. Cart. II, p. 801—802, No. 2781; Invent. p. 55, No. 73). **1243ᵃ**

[1]) Cf. RH. No. 1244 (16 Jan. 1256), 1275—1277 (2 et 5 Aug. 1259).

„ Jan. 28. — Hospitalis et Templi fratres conventionem talem inter se faciunt, confirmante Hospitalis magistro Guillelmo de Castro novo, ut omnes sumptus ex variis controversiis ortos renuntient (D. Cartul. II, p. 802, No. 2784; Invent. p. 91—92, No. 293). **1244ᵃ**

„ Jan. 29. Laterani. — Alexander IV Jacobo, patriarchae Hierosolymitano, concedit, ut D uncias auri a Raibard, marescalco Hospitalis,[1]) in

[1]) Qui in chartis et chronicis non memoratur; num forte idem est ac Raymbaldus supra No. 1202ᵃ et 1211ᵃ memoratus?

usus ecclesiae Hierosolymitanae impendendas mutuetur (Reg. Alexandri IV, No. 1096; D. Cart. II, p. 802—803, No. 2785). 1244b

1256 Jan. Joppae. — Charta Johannis de Ibelino, comitis Joppae et Ascalonis,[1]) in D. Cart. II, p. 833—835, No. 2845. 1245

[1]) Cui Henricus I, rex Cypri, dictum comitatum concesserat et Innocentius IV (26 Martio 1253) confirmaverat (Potthast No. 14927).

„ Febr. 2. Joppae. — Charta ejusdem Johannis in D. Cart. II, p. 837—838, No. 2853: 1257. 1246

„ Febr. 9. Laterani. — Alexander IV scribit abbati de Jubino[1]) ordinis Cisterciensium in diocesi Antiochena, praelatos provinciae Antiochenae, exceptis Cisterciensis ordinis fratribus, Hospitalis et Templi fratres patriarchae Antiocheno decimam omnium proventuum ecclesiasticorum solvere debere per III annos ad muros castelli Cursarii muniendos[2]) (Reg. Alexandri IV, No. 1087; D. Cart. II, p. 804, No. 2788). 1246a

[1]) De qua abbatia cf. supra No. 649, Not. 1. [2]) Cf. RK. p. 943, Not. 4.

„ Febr. 9. Laterani. — Alexander IV (Guillelmo) Tortosae et Tripolis[1]) episcopis mandat, ut (Heliae) patriarchae et (Bohemundo VI), principi Antiocheno, reliquam partem CCCC marcarum, quas Innocentius IV Hospitalis et Templi magistris tradiderat, assignent (Reg. Alexandri IV, No. 1086; D. Cart, II, p. 804—805, No. 2789). 1246b

[1]) Nomen episcopi Tripolitani nobis notum non est; de Helia patriarcha cf. Rey in Revue de l'Orient lat. VIII, p. 143, ibid. p. 143—144 et Ferretto, I Genovesi in Oriente nel carteggio di Innocenzo IV in Giornale storico della Liguria 1900, I, p. 353—355 de Heliae successore Opizone.

„ Febr. 14. — Henricus,[1]) avunculus Bohemundi (VI) ejusque nobiles quidam Guillelmo de Castro novo confirmant, dictum principem conventionem cum fratribus Hospitalis factam sub poena M marcarum fideliter observare velle[2]) (D. Cart. I, p. 805—806, No. 2796; Invent. p. 92, No. 295). 1246c

[1]) Qui memoratur in RH. No. 1317 (1 Majo 1262). [2]) Mense Aprili 1256 Bohemundus VI, se cum fratribus Hospitalis per manum supra dicti magistri pacem in perpetuum valituram fecisse, sigillo confirmavit (RH. No. 1248).

„ Mart. 31. Laterani. — Alexander IV Jacobo, patriarchae Hierosolymitano, legato Sedis Apostolicae,[1]) scribit, se ipsum Hospitalis, Templi, Theutonicis et S. Lazari fratribus recommendasse (D. Cart. II, p. 812, No. 2806). 1246d

[1]) Qui 3 Junio 1256 Terram Sanctam appulsus est (RK. p. 896).

„ April. 30. — Charta Guillelmi de Castro novo, Hospitalis magistri, in D. Cart. II, p. 814—815, No. 2810. 1247

„ April. — Pactum Bohemundi VI, principis Antiocheni et comitis Tripolitani, cum fratribus Hospitalis factum in D. Cart. II, p. 812—813, No. 2807. 1248

„ Maj. 5. — Epistola fratrum quorundam Montis Thabor in D. Cart. II, p. 815—817, No. 2811; Invent. p. 92, No. 298. 1249

„ Maj. 17. Laterani. — Alexander IV (Guillelmo de Castronovo) magistro et fratribus Hospitalis confirmat, inde, quod iis monasterium montis Thabor concessum fuerit, praejudicium non generari (D. Cart. II, p. 817—818, No. 2813). 1249a

**1256** Jun. 23. — Johannes de Ibelino, comes Joppae et Ascalonis, dominus Ramatensis, conventionem cum fratribus Hospitalis de expensis pro custodia castelli Ascalonis ab ipso factis prolongat[1]) (D. Cart. II, p. 819, No. 2816; Invent. p. 92, No. 299). **1249[b]**

[1]) De qua re ejusdem chartas videas in RH. No. 1245, 1246: Jan. et 2 Febr. 1256.

„ Jul. — Johannes de Ibelino, comes Joppae et Ascalonis, confirmat, se quod Philippus de Montfort, dominus Tyri, Hugo Revel, magnus Hospitalis commendator, et Petrus d'Avalon, Tiberiadensis constabularius, in controversia, quae inter Hospitale et ipsum de expensis pro custodia Ascalonis factis orta sit, deciderint, fideliter observaturum esse[1]) (D. Cart. II, p. 819, No. 2817; Invent. p. 93, No. 300). **1249[c]**

[1]) Huc pertinet charta 30 Aprili 1256 edita (RH. No. 1247).

„ Aug. 27. — Arbitri vocantur, qui controversiam inter Hospitale et (N.), abbatissam S. Annae Acconensis, de finibus casalis Galileae[1]) Hospitali proprii et casalis Davie[2]) monasterio proprii in dominio Caesareae sitorum decidant (D. Cart. II, p. 822, No. 2826; Invent. p. 93, No. 301). **1249[d]**

[1]) De quo ZDPV. X, p. 249. [2]) Fortasse Chirbet ed-Dufais in mappa Anglica Sheet VIII Ik?

( „ ) Oct. 4. Accon. — Epistolae Guidonis de Basainvilla, praeceptoris Templi, annotare liceat, eundem Jan. 1253 (vel 1254) in Gallia versatum fuisse (Trudon des Ormes in Mém. de la Picardie 1894, XXXII, p. 306, No. 10; Petit, Hist. des ducs de Bourgogne IV, p. 421, No. 2818 et p. 423, No. 2826). **1251**

**1257** Jan. 2. Laterani. — Alexander IV fratribus Hospitalis, quibus monasterium montis Thabor cum appenditiis concesserat, scribit, se ipsorum commodo praescriptionem interrupisse (D. Cart. II, p. 834, No. 2847). || Idem iisdem omnia privilegia ac jura, quae unquam monasterio Montis Thabor concessa fuerunt, confirmat (D. Cart. II, p. 834 —835, No. 2848.) **1252[a]**

„ (1256) Jan. 4. Sidon. — In charta Juliani, domini Sidoniensis, »cavea de Tyron« memoratur, quae nunc esse videtur Mugharat el-Fardsch (Mitth. u. Nachr. d. DPV. 1895, p. 54—55; cf. ZDPV. X, p. 273—274, Not. 15). **1255**

**1257** vel **1258** Jan. 15. — Charta Juliani, domini Sidoniensis, in D. Cart. II, p. 836—837, No. 2852. **1257**

„ „ „ Febr. 20. — Julianus, dominus Sidonis, Guillelmo de Castro novo, magistro Hospitalis, concedit, ut casalia vel terras dominii sui censu M bisantiorum Sarazenatorum emat, si servitium militiae non tollatur, et pollicetur, se omnes ejus venditiones futuras confirmare velle[1]) (D. Cart. II, p. 839, No. 2856; Invent. p. 95, No. 310). **1257[a]**

[1]) Privilegium adhuc incognitum fuit.

„ Febr. 22. — Bohemundus VI, princeps Antiochiae et comes Tripolitanus, necnon Guillelmus de Castro novo, magister Hospitalis, eo conveniunt, quod tertium arbitrum ad lites suas dirimendas[1]) Henricum, dominum de Giblet, pro Guillelmo, domino de Botron, et sententiam judicialem ab eo, Hugone Revel, magno Hospitalis commendatore et Godofredo le Fort dictam accipere volunt (D. Cart. II, p. 839, No. 2857; Invent. p. 94, No. 305). **1257[b]**

[1]) Ad eandem rem pertinet charta Bohemundi VI Majo 1262 edita (RH. No. 1317).

**1257** Mart. 1. Laterani. — Alexander IV (N.), abbati S. Mariae de valle Josaphat Acconensi, mandat, ut Hospitali succurrat in obtinendis bonis et privilegiis, quae cum monasterio montis Thabor idem acceperit,[1]) si opus sit via excommunicationis usus (D. Cart. II, p. 840, No. 2859; Invent. p. 94, No. 309). **1257c**

[1]) Cf. supra No. 1252a.

„ Aprili. Accon. — Charta Florentii, episcopi Acconensis, in D. Cart. II, p. 844—845, No. 2865. **1258**

„ Aprili. — Johannes de Montfort, dominus Toronis, sui juris factus, Thomae Berardi, Templi magistro, omnia, quae Philippus de Montfort pater eidem domui per manum Raynaldi de Vichiel magistri[1]) donaverat et concesserat, confirmat (Invent. p. 94, No. 306). **1258a**

[1]) Qui obiit 20 Jan. 1256 (RH. No. 1201, Not. 1). Quae vero Johannes supra dictus fratribus Templi per ejusdem manum concesserit, nescimus.

„ Maj. 9. — Philippus[1]) cantor Tripolitanus, nomine Opizonis episcopi[2]) et capituli a fratribus Hospitalis MDCCCC libras Turonenses, quas dictus episcopus ad iter suum transmarinum impendere velit, mutuatur (D. Cart. II, p. 849, No. 2875; Invent. p. 94, No. 307). **1258b**

[1]) Magister de Florentia, qui cantoriam Tripolitanam accepit mandato Innocentii IV (26 Oct. 1250); cf. Ferretto in Giornale storico della Liguria 1900, I, p. 362, No. 34. [2]) Nomen hujus episcopi Tripolitani adhuc latuit, cujus de itinere transmarino nihil scimus.

„ Sept. Accon. — Pacto inter Florentium, episcopum Acconensem, et fratres ordinis Theutonicorum facto annexa est nota hoc loco accuratius explicanda. Florentius scilicet postea ad ecclesiam Arelatensem ab Urbano IV (Reg. Urbani IV, No. 165: 28 Nov. 1262) et Guillelmus, episcopus Agennensis, ad Sedem Hierosolymitanam translatus est (Reg. No. 168; cf. No. 189: 13 Jan. 1263); idem papa ecclesiam Acconensem et patriarchatum Hierosolymitanum inde univit (Reg. No. 190: 13 Jan. 1263: cf. No. 235) et utriusque ecclesiae curam pro tempore Adamo, archidiacono Acconensi, tradidit (Reg. No. 191: 12 Jan. 1263; cf. RH. No. 1212 et 1226). **1260**

„ Dec. 13. Viterbii. — Alexander IV praeposito ecclesiae Cavellicensis mandat, ut controversiam inter praeceptorem Hospitalis de Maraclea et Bertrandum de Folquetis et quosdam alios laicos Sestaricensis diocesis versantem judicio suo terminet[1]) (D. Cart. II, p. 853 – 854, No. 2887). **1262a**

[1]) Haec charta ad Hospitalis possessiones cismarinas pertinere videtur.

**1258** Octob. 9. Accon. — Pactum inter Templi Hospitalis et Theutonicorum magistros factum in D. Cart. II, p. 859—863, No. 2902; Invent. p. 95, No. 312. **1269**

„ Octob. 10. Accon. — Thomas Berardi, Templi magister, cum Felice, priore et rectore S. Aegidii Acconensis, pactum init de illa ecclesia sub tributo LX librarum Turonensium annuali tenenda, quod Urbanus IV[1]) epistolae suae (22 Jan. 1263) verbo tenus insertum confirmat[2]) (Registr. Urbani, No. 193; cf. No. 194). **1269a**

[1]) Idem papa priorem antedictum capellanum suum in partes occidentales vocat (Registr. No. 1: 1263?) [2]) Cf. infra No. 1326a.

„ Dec. 16. — Hugo Revel, magister Hospitalis, supradictam conventionem[1]) cum Henrico, archiepiscopo Nazareno, factam confirmat (D. Cart. II, p. 865 No. 2907; Invent. p. 95, No. 311). **1270a**

[1]) RH. No. 1239.

(**1258—1276**). — Hugo Revel, magister Hospitalis, homini suo Boucoux, filio Mihoude la Gaitie, stationem in ruga portus urbis Tripolis et domum in burgo ejusdem urbis sitam, quae ecclesiae S. Georgii Jacobitarum vicina est, sub censu XVI bisantiorum pro statione et IV bisantiorum pro domo solvendo concedit[1]) (D. Cart. II, p. 854, No 2888; Invent. p. 104, No. 367). **1270**[b]

[1]) De personis et re nihil aliunde scimus.

**1259** (vel **1260**) Mart. 6. — Isabella de Adelone, vidua Hugonis (Alemanni), fratris domini Acconensis (Johannis Alemanni), Hospitali DC bisantios de domibus quibusdam Acconensibus recipiendos,[1]) quas dominus Caesareae Hospitali vendiderat pretio MD bisantiorum, remittit et hanc summam a fratre Guillelmo Marino se accepisse confirmat (D. Cartul. II, p. 867, No. 2914; Invent. p. 97, No. 320). **1271**[a]

[1]) Huc pertinet charta 1 Majo 1255 edita (RH. No. 1234).

„ Aprili 14. In Monte Peregrino. — Charta Hugonis de Gibelet in D. Cart. II, p. 867—868, No. 2915. **1272**

„ Aprili 19. — Bohemundus (VI), princeps Antiochenus et comes Tripolitanus, magistrum Hospitalis Hugonem Revel ejusque fratres a pensandis damnis, quae ipse ab illis passus fuisse dixerat ex tempore, quo cum Guillelmo de Castro novo magistro pacem fecerat,[1]) absolvit coram Thoma, patriarcha Hierosolymitano, legato Sedis Apostolicae et procuratore ecclesiae Acconensis (D. Cart. II, p. 868, No. 2916; Invent. p. 95, No. 313). **1272**[a]

[1]) Cf. RH. No. 1248.

„ Aprili 21. — Idem cum iisdem fratribus pacem factam esse confirmat sub his conditionibus: inter principem et Hospitale semper pax erit, prior alteri domos, terras et casalia retenta reddet et annuatim II millia anguillarum concedet capienda, deinde arbitri quidam de consuetudinibus per fratres Antiochiae allegatas decident et iidem libertate venditionis et emptionis fruentur (D. Cart. II, p. 868, No. 2917; Invent. p. 95, No. 314; cf. RH. No. 1284). **1272**[b]

„ Majo 25. Accon. — Hugo Revel, magister Hospitalis, Marco Justiniano, bajulo Venetianorum Acconensium, Petro Bricio et Johanni de Molino, ejus consiliariis, domum Acconensem sub censu XL bisantiorum annuali super redditibus duarum stationum recipiendorum confirmat. Fines vero antedictae domus sunt ab oriente domus, quae fuerunt Guillelmi de Nogan, ab occidente platea, ubi vendebantur cepae, ubi est nunc murus novus Venetorum, a meridie via communis, ubi est nunc una ex portis novis operis communis Venetiae, a borea domus uxoris olim Pandulfi, quae fuit filio dicti Guillelmi de Nogan, ubi est magna (?) via communis in introitu portae novi muri communis Venetiarum. Stationes vero antedictae sitae sunt prope plateam olim dictam Longobardorum, quae nunc est communis Venetiarum. Finis prioris sunt: ab occidente statio, quae fuit dominae Symone, uxoris olim Pandulfi, ubi nunc est Symonis de Graecis, ab oriente statio Denis militis, a meridie dicta platea, a borea statio olim Hugonis de Castello, fines vero alterius: ab oriente statio Johannis de Trecis, ab occidente Denis militis, a meridie Hugonis de Castello, a borea via communis ante parvam portam S. Marci. — Scriptum per Johannem, plebanum S. Marci Acconensis, in ecclesia dicta. Testes: Marcus Justinianus, Petrus Brissi, Johannes da Molino, consiliarii (D. Cart. II, p. 869—870, No. 2919).

|| Hanc conventionem Rainerius Zeno, dux Venetorum, 8 Augusto 1259 confirmavit (D. Cart. II, p. 876, No. 2026; Invent. p. 96, No. 316). **1273a**

**1259** Jun. 20. Anagniae. — Alexander IV archidiacono Lyddensi et thesaurario Berytensi mandat, ut, quum (Petrus), abbas S. Mariae de valle Josaphat, Romae contra decanum ecclesiae Joppensis de quibusdam decimis jus suum adipisci velit, damna, quae postquam Romam venit, ipse passus est, reparent (Rev. de l'Orient lat. VII, p. 182—183, No. 75). **1273b**

„ Jun. 21. Anagniae. — Alexander IV (Thomae O. Pr.), episcopo Bethlemitano, legato Sedis Apostolicae, cantori Acconensi et thesaurario Berytensi mandat, ut, quum (Petrus), abbas S. Mariae de valle Josaphat, contra sententiam ab (Jacobo), patriarcha Hierosolymitano, de controversia cum decano Joppensi vergenti latam Romam appellaverit, re bene cognita sententiam confirment aut infirment[1]) (Revue de l'Orient lat. VII, p. 183, No. 76). **1273c**

[1]) Ad chartam nostram pertinent, quae hoc loco annotare liceat. Scilicet 13 die Nov. 1258 Anagniae Constantinus ex parte Alexandri IV magistro Dalfinato de Neapoli, ejusdem papae subdiacono, committit, ut audiat appellationem, quae vertitur inter archiepiscopum et capitulum Tyronensem ex una parte et abbatem et conventum S. Mariae de valle Josaphat ex altera parte (cf. infra No. 1290a). Ejusdem anni die 12 Decembris magister Angelerius, procurator abbatis antedicti, coram antedicto magistro Dalfinato contra decanum et ecclesiam Joppensem appellationem movet, quum patriarchae Hierosolymitani officialis magister Guibertus, canonicus Synodiensis (sic), litem de decimis quibusdam vertentem injuste dijudicavisset. Sed 4 Januarii die 1259 magister Angelerius comparuit »et exspectavit pro Johanne de Guercino, procuratore partis adversae, nemine comparente. propter quod idem magister Angelerius, ejusdem Johannis procurator, partis adversae contumaciam incusavit petens instanter procedi in negotio predicto« (Ex arch. Panorm. tabb. di S. Maria Madalena No. 109; dedit D. Charles Kohler).

„ Jul. 17. Tripoli. — Charta canonicorum quorundam in D. Cart. II, p. 872, No. 2922. **1274**

„ Jul. 17. — Hugo Revel, magister Hospitalis, et Philippus, cantor ecclesiae Tripolitanae, agunt coram judicibus ab Apostolica Sede destinatis de solutione decimae casalium[1]) et terrarum, quae Hospitale habebat in comitatu Tripolitano, et ante dictus Philippus assensu Opizonis, episcopi Tripolitani, et conventus chartam supra dictam confirmat (D. Cart. II, p. 871—872, No. 2921; Invent. p. 96, No. 315). **1274a**

[1]) De his decimis cf. chartam eodem anno et die editam in RH. No. 1274.

„ Aug. 2. Accon. — Epistolae Eustorgii, episcopi Tiberiadensis, et abbatis S. Samuelis Acconensis in D. Cart. II, p. 875, in No. 2925 insertae sunt. **1275** et **1276**

„ Aug. 5. Tyri. — Charta prioris S. Laurentii in D. Cart. II, p. 875—876, No. 2925. **1277**

„ Aug. 8. Tripoli. — Charta Coelestini, assisii ecclesiae Tripolitanae, in D. Cart. II, p. 876—877, No. 2927. **1278**

„ Aug. 29. — Philippa, priorissa monasterii S. Lazari de Bethania,[1]) olim instituta per G(eroldum), patriarcham Hierosolymitanum et Sedis Apostolicae legatum, grato animo declarat, quoad vivat, prioratum sibi obtinendum Hospitalis magistrum, cui dictum monasterium ab Alexandro IV traditum fuerit,[2]) concessisse (D. Cart. II, p. 878, No. 2929; Invent. p. 61, No. 317). **1278a**

[1]) Antea nota non fuit. [2]) RH. No. 1244 (16 Jan. 1256).

**1259** Octob. 24 et 25. Accon. — Chartae Henrici, archiepiscopi Nazareni, in D. Cart. II, p. 880—883, No. 2934—2936. **1280, 1281, 1282**

„ Octob. 25. — Henricus, archiepiscopus Nazarenus, assensu capituli sui cum Hugone Revel, Hospitalis magistro, de decimis casalis Belveer[1]) et appenditiis convenit (D. Cart. II, p. 883, No. 2937; Invent. p. 96, No. 318). **1282a**

[1]) Quod alias Coquetum vocatur (ZDPV. X, p. 252).

**1260** Jan. ineunte. — Charta Johannis, domini Tyri, sub dato 1 Jan. 1271 verisimillimo inserta est in D. Cart. III, p. 238—239, No. 3408. **1286**

„ Jan. 23. — Simon de Villejus,[1]) draparius, Bernardus de Porta, clericus hospitalarius, Hospitalis fratres, Girardus de Sauset, commendator Tripolitanus, Arnaldus Rapet, casalarius de »Tourellée,«[2]) fratres Templi et Hermannus de Ricle, frater domus Theutonicorum, arbitri a fratribus Templi et Hospitalis vocati controversiam, quae inter utrosque de quibusdam possessionibus comitatus Tripolitani et territorii Margati orta fuit, judicio terminant[3]) (D. Cart. II, p. 885, No. 2943; Invent. p. 96, No. 319). **1287a**

[1]) Nomina fratrum ordinum in hac charta vocatorum nota non fuerunt. [2]) Intelligendum esse videtur casale alias Turriclee vocatum (cf. No. 682a). [3]) De variis controversiis, quae inter Hospitalis et Templi fratres de possessionibus in comitatu Tripolitano et territorio Margati sitis ortae fuerunt, cf. RH. No. 1111, 1318, 1319.

„ Mart. 24. Tyri. — Aegidius, archiepiscopus Tyrensis, compositionem inter ecclesiam Tyrensem et Guillelmum, priorem S. Mariae de valle Josaphat, vices abbatis Petri in cismarinis partibus constituti gerentem de decimis casalium Beffale et Saddane[1]) factam confirmat ea conditione, ut fratres dictae ecclesiae teneantur »solvere nobis et nostris successoribus per se et eorum successores annuatim bona fide, in festo Omnium Sanctorum LXX bisantios Sarracenos ad pondus Acconense et nihil aliud, tam pro quadam nostra et ecclesiae nostrae Tyrensis platea ecclesiae S. Andreae de Josaphat in Tyro, quam plateam eisdem et eorum successoribus et monasterio jam dicto, occasione istius compositionis, libere in perpetuum damus, quam pro omnibus decimis praedictorum casalium Beffale et Saddane et eorum pertinentiis quibusdam et possessionibus et cujusdam jardini ipsius monasterii siti in sabulo Tyrensi et aliarum possessionum, quas habet infra muros civitatis Tyrensis« (Revue de l'Orient lat. VII, p. 185—187, No. 78). **1290a**

[1]) Alias Sardenas nominatur; cf. supra No. 1110b, Not. et infra No. 1424c.

„ Mart. 25. Anagniae. — Alexander IV Cosmae, canonico Anconitano (sic), cum census ab archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus et aliis ecclesiarum transmarinarum praelatis Romanae Ecclesiae debitus[1]) pro annis pluribus nondum solutus sit, mandat, ut hunc censum ipsius et Romanae Ecclesiae nomine exigat, colligat et conservet Romam mittendum, contradictores vero per censuram ecclesiasticam compescat (Revue de l'Orient lat. VII, p. 184 in No. 77). **1290b**

[1]) Abbatia S. Mariae de valle Josaphat quotannis unciam auri Apostolicae Sedi debebat (Lib. censuum in Opp. Honorii III ed. Migne, Patr. lat. I, p. 556).

„ April. 14. — Charta Johannis Grifi, militis Acconensis, in D. Cart. II, p. 886—888, No. 2949. **1291**

**1260** April. 22. Accon. — Thomas O. Pr., episcopus Bethlemitanus, Sedis Apostolicae legatus, (Aegidius) Tyrensis, (Hugo) Nicosiensis, (Locelmus) Caesariensis et (Henricus) Nazarenus, archiepiscopi, (N.) Berytensis et (N.) Bybliensis, episcopi, (Hugo Revel) Hospitalis, (Thomas Berard) Templi et (Anno de Sangerhausen) fratrum Theutonicorum, magistri, Gofridus de Sarzines, regni Hierosolymitanus bajulus et senescalcus, Johannes, dominus Chayfae et alii barones populi cismarini (Carolo), comiti Provinciae et Andegaviae, miseriam Terrae Sanctae invasione Tartarorum ortam exponunt, ut sibi auxilium quam celerrime ferendum faciat (Revue de l'Orient lat. II, p. 211—215; cf. 206—211). **1291**[a]

[1]) Cf. RK. p. 909, Not. 4.

„ Jun. 1. Anagniae. — Alexander IV (Thomae O. Pr.), episcopo Bethlemitano, Sedis Apostolicae legato, mandat, ut ad controversiam inter Venetos et Pisanos ex una parte et Januenses ex altera parte exortam dirimendam a prioribus postulet, ut sibi infra VIII dies post receptionem hujus epistolae turres et fortalicias, quas in urbe Acconensi tenent, tradant, contradictores vero, appellatione postposita, per censuram ecclesiasticam compescat (Ed. Bigoni in Archivio storico italiano 1899, XXIV, p. 60—61 in No. 2). ‖ In eundem fere modum omnibus archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, decanis, praepositis, archidiaconis necnon magistris Templi, Hospitalis et S. Mariae Theutonicorum scribit mandans, ut Sedis Apostolicae legatum in negotio ante dicto favore et auxilio adjuvent (20 Majo 1260; ibid. p. 61 in No. 2). **1293**[a]

„ Sept. 19. Accon in palatio domini Tyrensis, ubi moratur Sedis Apostolicae legatus. — In praesentia T(homae), episcopi Bethlemitani, legati Sedis Apostolicae, Hugolini, judicis et notarii Ecclesiae Romanae ac Sedis Apostolicae, et testium subscriptorum magister Cosmas, canonicus Anconitanus, subdiaconus et nuntius papae[1]), se Romanae Ecclesiae et papae nomine a Jacobo, priore S. Mariae de valle Josaphat Acconensis, V uncias auri pro censu V annorum praeterlapsorum et praesentis Romanae Ecclesiae debito accepisse legati et suo sigillis confirmat. — Cantor Caesariensis, magister Nicolaus, thesaurarius Caesariensis, magister Guillelmus, archidiaconus Lyddensis, magister Johannes, canonicus Nazarenus, Johannes Homodei Venetus. Hugolinus supradictus scripsit (Revue de l'Orient lat. VII, p. 183—185, No. 77). **1293**[b]

[1]) Cujus epistola (25 Martii 1260) charta nostra inest (supra No. 1290[b]).

**1261** Jan. 11. Accon in palatio domini Tyrensis, ubi habitabat S. Apostolicae legatus[1]). — Frixonus Malocellus et Johannes de Rovegno, syndici et procuratores communis Januensis, Thomae O. Pr., episcopo Bethlemitano, Sedis Apostolicae legato, epistolas ab Alexandro IV 20 Majo et 1 Junio 1260 scriptas tradunt coram Nazareno et Caesariensi archipresbyteris, Guillelmo, episcopo Massiliensi, (Hugone) de Revel, magistro Hospitalis, praeceptore fratrum S. Mariae Theutonicorum et pluribus fratribus ejusdem domus, Gofredo de Sarzinis, Johanne de Ibelino, comite Joppensi et domino Ramatensi, Johanne de Valentina, domino Cayphae,[2]) Jacobo Vitali milite,

[1]) Cf. supra No. 1293[a]; RH. No. 1294, 1298; RK. p. 902—904. [2]) De quo nunc videas Registr. Urbani IV, No. 393, 394: 13 Jun. 1263. Sepulchrum Johannis nostri de Valencinis describitur ab Hanauer in Statem. 1903, Sept. p. 274.

Johanne de Flori, marescalco Tyberiadensi, et aliis praelatis religiosis, militibus et laicis. Lanfrancus Picapetra, sacri Imperii notarius, scripsit. Adam, notarius sacri Imperii, transscripsit et exemplicavit ab authentico instrumento scripto manu Lanfranci Picapetrae et in publicam formam redegit de mandato Guillermi Buchenigre, capitanei communis Januensis 1261, 14 mensis Decembris, praesentibus Hugone de Flisco, Lanfrancho de Carmadino et Johanne de Porta (Ed. Bigoni in Archivio storico italiano 1899, p. 59—62, No. 2). **1297a**

**1261** Aprili. — Philippus de Montfort, dominus Tyri, et Johannes de Montfort, dominus Toronis, Placentino D bisantios Saracenatorum annuatim de dominiis suis recipiendos ea conditione concedunt, ut homo ligius eorum factus servitia militis faciat[1]) (Invent. p. 97, No. 321). **1301a**

[1]) Privilegium adhuc notum non fuit.

„ Majo 1. — Charta Baliani de Ibelino, domini de Arsur, in D. Cart. III, p. 6—7, No. 2985. **1302**

[1]) De »lacu de Catorie« hujus chartae nunc conferas Clermont Ganneau, Rec. d'archéol. orient. V, § 38 (p. 294—304).

„ Jun. 22. Apud S. Geminianum. — Roger, rector domus S. Jacobi de Templo, confirmat, se X libras mutuo accepisse »praecipue pro solvendis X libris dicte domui impositis per dominum et rectorem mansionis Templi apud Accon in terra de Syria site, pretextu seu occasione solvendi ipsos denarios cum aliis solvendis a generalibus domibus ipsi domui de Templo de Syria subpositis in pretio emptionis facte ad presens per dominum predictum de Templo de Achon de quadam civitate, que Saetti dicitur[1]), in regione ipsa de Syria sita« (Revue de l'Orient lat. 1898, VI, p. 333—334). **1303a**

[1]) De venditione Sidonis a Juliano, ejusdem urbis domino, facta (a. 1260) cf. Eracles 445; Gestes 162; RK. p. 910, Not. 2; 968 Not. 6; 996, Not. 6.

„ Sept. 17. Viterbii. — Urbanus IV fratribus Hospitalis abbatiam S. Lazari de Bethania ab Alexandro IV concessam[1]) tollit. Dicti enim fratres exposuerant, illam abbatiam a Saracenis destructam et occupatam esse, in qua vero abbatissa et plus quam L sanctimoniales habitabant, ita ut monasterium hac subjectione enormem laesionem pateretur. Qua de re Urbanus, qui, olim patriarcha Hierosolymitanus,[2]) rem veram cognoverat, appellantibus auditum praebens fratribus mandat, ut monasterium reddant et cum omnibus possessionibus, juribus et pertinentiis in pristinum statum reducant (D. Cart. III, p. 11—13, No. 2993; Reg. Urbani, No. 15).[3]) **1305a**

[1]) Cf. RH. No. 1244 et RK. p. 894. [2]) Ab anno 1255 usque ad 29 Aug. 1261, quo die Jacobus noster papa creatus fuit et Urbani IV nomen accepit (ZDPV. X, p. 9—10). [3]) Idem papa 23 Jan. 1262 prioratum S. Lazari Tripolitanum ad monasterium S. Lazari de Bethania spectantem a subjectione episcopi Tripolitani et Antiocheni patriarchae eximit et patriarchae Hierosolymitano submittit (Reg. No. 44), deinde Hospitale S. Lazari Acconense jurisdictione et dominio archiepiscoporum et episcoporum omnium, specialiter episcopi Acconensis eximit (Reg. No. 157; cf. Potthast No. 18421: 1 Nov. 1262) et (12 Febr. et 18 Mart. 1263) domos S. Lazari de Bethania in Acconensi civitate et in Cypro sitas a jurisdictione archiepiscoporum et episcoporum eximit (Reg. No. 210 et 211).

**1261** Octob. 11. — Simon, frater Hospitalis,[1] nomine ejusdem magistri et fratrum coram Thoma, episcopo Bethlemitano, legato Sedis Apostolicae, (Hugone), archiepiscopo Nicosiae, (Bernardo), Berytensi episcopo, et aliis consensu Juliani, domini Sidoniensis, qui eisdem casal Robert vendiderat,[2] cum (Henrico), archiepiscopo Nazareno, qui hoc suum petivit, compositionem facit[3] (D. Cart. III, p. 14, No. 2995; Invent. p. 97, No. 324). **1306a**

[1]) Fortasse Simon de Beco fr. H., qui testis fuit chartae anni 1262 (1263) in RH. No. 1314. [2]) Aug. 1254 (RH. No. 1217) et 22 Sept. 1254 (RH. No. 1220). [3]) Novam compositionem de antedicto casali inter Hospitale et Henricum, archiepiscopum Nazarenum, factam cf. in RH. No. 1314 (17 Jan. 1262 vel 1263).

„ Dec. 18. — Gila,[1] vidua Ildeblandi, omnia jura, quae habere poterat in domum Acconensem, quae maritus habuerat, Guillelmo de Lormiere, procuratori magistri Hospitalis, remittit (D. Cart. III, p. 17, No 3001; Invent. p. 97, No. 323). **1312a**

[1]) De Gila et Guillelmo supradictis nihil scimus.

„ Charta Hugonis Revel, Hospitalis magistri, in D. Cart. III, p. 60—61, No. 3047: 1263—1269. **1313**

„ Balianus de Ibelin, dominus Arsuri,[1] cambium facit cum fratribus Hospitalis M bisantiorum annualium ex Hospitalis thesauro Acconensi solvendorum et aliis redditibus pro IV millibus bisantiorum, quos Balianus de casalibus et aliis bonis habebat (D. Cart. III, p. 1—2, No. 2972; Invent. p. 97, No. 322). **1313a**

[1]) Qui eodem anno dominium Arsur sub tributo IV millium bisantiorum tenendum fratribus Hospitali vendidit (RH. No. 1313); sed hanc summam anno 1269 eisdem remisit (RH. No. 1371).

**1262** (**1263**) Jan. 17. Accon. — Conventio ab Henrico, archiepiscopo Nazareno, cum Hugone Revel, Hospitalis magistro, facta[1]) in D. Cart. III, p. 62—65, No. 3051. **1314**

[1]) Inter testes vocatur »magister Johannes,« frater Thomae, episcopi Bethlehemitani (cf. RH. No. 1315, 1330), a quo discernendus est magister Johannes de Antiochia, qui (Accon 1282) monitus a Guillelmo de S. Stephano, commendatore fratrum Hospitalis Cypri (cf. Delaville le Roulx in Bibl. de l'école d. chartes 1887, XLVIII, p. 347—348), Ciceronis libros De inventione et Ad Herennium in linguam francogallicam vertit (Delisle in Notices et Extr. 1899, XXXVI, p. 207—208 ejusque notitiam s. v. in Hist. litt. de France XXXIII).

„ „ Febr. 5. — Charta Henrici, archiepiscopi Nazareni, in D. Cart. III, p. 66—67, No. 3053. **1316**

„ Maj. 1. — Pactum inter Bohemundum VI, principem Antiochenum comitemque Tripolitanum, et fratres Hospitalis factum in D. Cart. III, p. 27—28, No. 3019. **1317**

„ Maj. 1. — Bohemundus VI, princeps Antiochenus, Hospitali terram vocatam la Pie[1]) Antiochiae vicinam, quam Sibylla, filia Gauterii de Sourdavalle, donaverat, confirmat (D. Cart. III, p. 28, No. 3021; Invent p. 98, No. 325). **1317a**

[1]) Terra alias non memoratur.

„ Maj. 1. — Idem princeps[1]) Hugoni Revel, Hospitalis magistro, omnia jura, quae in quaedam casalia, castella et villas Hospitalis habere praetendebat, remittit et secundam partem dominii Laodiceae[2]) sibi reservat (D. Cart. III, p. 29, No. 3022; Invent. p. 98, No. 326). **1317b**

[1]) Eodem die et anno idem princeps cum Hugone Revel, magistro antedicto, compositionem facit (RH. 1317). [2]) Cujus mentio alias non fit.

**1262** Maj. 27. — Thomas Berard et Hugo de Revel, Templi et Hospitalis magistri, Thomam, episcopum Bethlemitanum, Sedis Apostolicae legatum, Hermannum de Heldrungen, ordinis Theutonicorum magnum commendatorem, Geoffroy de Sarzines, senescalcum regni Hierosolymitani, et Guillelmum, dominum Botroni, constabularium dicti regni, arbitros constituunt, quorum judicio controversiae inter utrumque ordinem exortae dirimantur (D. Cart. III, p. 30, No. 3026; Invent. p. 98, No. 327). **1317[c]**

„ Maj. 29. — Sententia ab antedictis arbitris promulgatur[1]) (D. Cart. III, p. 30, No. 3027; Invent. p. 98, No. 328). **1317[d]**

[1]) Huc spectat charta 31 Majo 1263 edita in RH. No. 1318.

„ Maj. 31. Accon. — Pactum inter domos Templi et Hospitalis[1]) factum in D. Cart. III, p. 30—31, No. 3028; Invent. p. 98, No. 327: 27 Maj. 1262[1]), **1318**

[1]) De Templi magno commendatore Amaury de la Roche cf. quoque Reg. Urbani IV, No 760, 765, 771; Reg. Clementis IV, No. 736—737, de Gonsalve Martin, fr. T., videas Revue de l'Orient lat. V, p. 732.

„ Maj. 31. Accon. — Conventio inter fratres Templi et Hospitalis facta in D. Cart. III, p. 31—33, No. 3029. **1319**

„ Jul. 9. — Thomas, episcopus Bethlemitanus, Sedis Apostolicae legatus, et ceteri arbitri[1]) post litem inter Templi et Hospitalis fratres exortam, sed feliciter diremtam quaestionem de molendinis d'Oc et de Ricardane nondum ventilatam tali modo terminant, ut compositionem inter utrumque ordinem jam prius factam confirment[2]) (D. Cart. III, p. 35, No. 3032; Invent. p. 98, No. 329). **1319[a]**

[1]) Cf. supra No. 1317[c]. [2]) Huc quoque spectat charta 19 Dec. 1262 edita in RH. No. 1322; de quaestione vero supra dicta conferas quoque RH. No. 1062.

„ Sept. 19. Accon. — Statuta facta et ordinata in capitulo generali celebrato in herbergiis prope Caesaream, Jaffam et prope Acconem ad Vineam novam[1]) per Hugonem Revel, Hospitalis magistrum (D. Cart. III, p. 43—54, No. 3039). **1319[b]**

[1]) De qua videas RK. p. 855, 902, 903.

„ Sept. 30. Accon. — Charta Jacobi de Assisia in Revue de l'Orient lat. VII, p. 187—188, No. 79. **1320**

„ Dec. 18. Accon. — Conventio inter fratres Templi et Hospitalis facta in D. Cart. III, p. 57—58, No. 3044. **1321**

„ Dec. 19. Accon. — Charta Thomae, episcopi Bethlemitani et Sedis Apostolicae legati, in D. Cart. III, p. 58—60, No. 3045. **1322**

(c. **1262—1267**). — Magister Hospitalis (Hugo Revel) praelatis totius ecclesiae fratres Hospitalis, qui elemosynas collecturi sunt, approbante Guillelmo II, patriarcha Hierosolymitano, recommendat (D. Cart. III, p. 18—19, No. 3002). **1322[a]**

**1263** Jan. 11. — Thomas, episcopus Bethlemitanus, Sedis Apostolicae legatus, compositionem inter Henricum, archiepiscopum Nazarenum, et Hugonem Revel, Hospitalis magistrum, de casali Robert factam[1]) confirmat D. Cart. III, p. 62, No. 3050; Invent. p. 98, No. 330). **1322[b]**

[1]) Cf. supra No. 1306[a].

„ Febr. 20. Accon. — Thomas O. Pr., episcopus Bethlemitanus, Sedis Apostolicae legatus, (Alberto), priori S. Mariae Latinae Acconensis, mandat, ut ad casalia Ligionem et Tannoch accedens S. Mariae de valle

Josaphat abbatem et conventum vel eorum procuratorem in corporalem possessionem vel quasi decimarum casalium praedictorum inducat juxta tenorem et formam sententiae latae[1]) (Revue de l'Orient lat. VII, p. 188—189 in No. 80). 1323a

[1]) Cf. RH. No. 1323.

„ Febr. 23. Legio et Tannoch. — Albertus, prior S. Mariae Latinae Acconensis, in praesentia Girardi notarii publici et testium subscriptorum confirmat, se, ut mandatum supradictum exequatur, magistrum Hugolinum, procuratorem Petri abbatis S. Mariae de valle Josaphat, Stephanum et Durandum, ejusdem conventus fratres, coram Johanne, S. Samuelis O. Pr. abbate, magistro Jacobo, canonico Lyddensi et papae clerico, magistro Nicolao notario, Johanne, scribano domus Montis Syon, Johanne de Parisiis et pluribus aliis testibus in corporalem possessionem vel quasi percipiendi decimas casalium Ligion et Tannoch reduxisse. — Girardus Bonisano, auctoritate Romanae Ecclesiae judex et notarius publicus, precibus Alberti, supradicti prioris, scripsit ejusque sigillo munivit (Revue de l'Orient lat. VII, p. 188—190, No. 80). 1323b

„ Mart. 3. Accon. — Charta Radulfi de Beryto in D. Cart. III, p. 135—136, No. 3213: 1266. 1324

„ April 4. Accon. — Epistola Thomae, episcopi Bethlemitani,[1]) et Templi, Hospitalis et Theutonicorum magistrorum in D. Cart. III, p. 69, No. 3059. 1325

[1]) In Layettes du trésor des chartes IV, p. 71, No. 4865 excerpta est charta Thomae supradicti, qua, Guigonem Aucardum II annos in Terra Sancta militasse, confirmat.

„ Maj. 31. Apud Urbem veterem. — Urbanus IV G(uillelmo II), patriarchae Hierosolymitano, concedit, ut de S. Aegidii ecclesia Acconensi, capellano rectore de ipsius cedente vel decedente, libere ordinet et disponat. Magister enim Felix, capellanus papae, dictam ecclesiam, quae ad collationem Acconensis episcopi dicebatur pertinere, per F(lorentium), tunc episcopum Acconensem electum, canonice assecutus, sed paulo post multipliciter molestatus fuit, qui scilicet eandem ecclesiam de facto magistro Jacobo, scriptori papae, contulit et hospitalarios eundem defendere jussit, quo facto idem Felix appellatione ad Sedem Apostolicam facta ecclesiam magistro et fratribus Templi sub quadam annua pensione commendavit, qui Alexandri IV praedecessoris auctoritate in usus proprios sibi vindicarunt. Has igitur concessiones et applicationes cassans papa, ut supra dictum est, fieri jubet (Reg. Urbani IV in No 193)[1]). 1326a

[1]) Cf. supra No. 1269a.

„ Sept. 8. — Balianus de Ibelino, dominus Arsuri, Hospitali poenas pecuniarias, quibus incolae dominii Arsurii[1]) aliqua de causa multentur, donat et concedit (D. Cart. III, p. 74—75, No. 3071; Invent. p. 98—99, No. 331). 1329a

[1]) Quod Balianus fratribus Hospitalis vendiderat (cf. supra No. 1313a).

„ Sept. 30. Accon. — Statuta in capitulo Hospitalis ab Hugone Revel promulgata (D. Cart. III, p. 75—77, No. 3075). 1329b

„ Nov. 29. Apud Urbem Veterem. — Urbanus IV controversiam, quae inter (Guillelmum), episcopum Anteradensem, fratrem ordinis Minorum, ejusque capitulum ex una parte et executores testamenti G(uillelmi, fratris Praedicatorum et) praedecessoris episcopi Anteradensis, ex altera parte de

quibusdam bonis in Marchia Trevisiana emtis vertebatur, partim pro priore Guillelmo, partim pro executoribus decidit[1]) (Sbaralea II, p. 528—529, No. 110; Potthast No. 18727). 1329d

[1]) Cf. RH. No. 1330; Registr. Urbani IV, No. 1019 (in No. 1018 inest epistola Urbani IV, quam excerpsimus in RH. No. 1329).

**1264** Maj. 25. — Apud Urbem Veterem. — Epistola Urbani IV in D. Cart. III, p. 86—87, No. 3093. 1332

„ Jul. 17. Apud Urbem Veterem. — Urbanus IV (Guillelmo II), patriarchae Hierosolymitano, Sedis Apostolicae legato, (Thomae Berardi) Templi, (Hugoni Revel) Hospitalis et (Annoni de Sangerhausen) Theutonicorum, magistris, Gaufrido de Sargines, senescalco regni Hierosolymitani, Henrico (de Antiochia), bajulo ejusdem regni, Johanni de Byblo, marescalco, Johanni (de Ibelino), comiti Joppensi, Johanni (de Ibelino), domino Beryti, baronibus, communitatibus dicti regni scribit de bello sacro, quod praeparatur (D. Cart. III, p. 89, No. 3098; cf. p. 88, No. 3097). 1332a

„ Sept. 8. Accon. — Statuta in capitulo generali ab Hugone Revel, Hospitalis magistro, promulgata (D. Cart. III, p. 91, No. 3104). 1333a

„ Sept. 16. Accon. — Charta Salibae, civis Acconensis, in D. Cart. III, p. 91—92, No. 3105. ‖ Ibi memoratur Thomas Manzun, praeceptor voltae S. Johannis, qui 1 Septemb. 1275 obiit (Clermont Ganneau, Comptes rendus 1894, XXII, p. 276). 1334

„ Oct. 8. — Hugo (de) Gibelet casale Botrafis[1]) et XV petias terrae Hospitali fratribus pretio XII millium Sarazenatorum vendit (D. Cart. III, p. 93, No. 3106; Invent. p. 99, No. 332). 1335a

[1]) Quod cum XV petiis terrae pretio V millium bisantiorum Tripolitanorum idem Hugo fratribus Hospitalis jam vendidisse fertur 14 Aprili 1259 (RH. No. 1272).

„ Octob. 14. — Petronella, vidua Lanfranci Lavaggii, Laurentio de Guillelmo, civi Acconensi, mandat, ut stationem suam Antiochiae ecclesiae S. Johannis vicinam occupet, »ubi habitant seu habitare consueverunt Januenses« (Ferretto in Giornale storico della Liguria 1900, I, p. 366, Not.). 1335b

**1265** Febr. — Eschiva, principissa Galilaeae et Tiberiadis, Hugoni Revel, magistro Hospitalis, casalia Lubie, Segera, Quepsenne, Orbel, Damie, Beitegon, Hordzi et Harousse,[1]) quae dicta Eschiva sua esse praetendit et fratres Hospitalis cum omnibus bonis monasterii Montis Thabor jure accipienda postulaverant, remittit. Controversia vero illa tempore Guillelmi de Castronovo magistri per Philippum de Montfort, dominum Tyrensem, Johannem de Ibelino et Johannem de Ibelino, olim Baruthi et Arsurii dominos, ita definita erat, ut dicta principissa CC carrucatas terrae pro antedictis casalibus dare cogeretur (D. Cart. III, p. 95, No. 3116; Invent. p. 99, No. 333). 1336a

[1]) De his casalibus monasterio Montis Thabor propriis cf. ZDPV. X, p. 231—232 et 253, quod Alexander IV 1 Aprili 1255 (cf. ZDPV. X, p. 231, 253) fratribus Hospitalis concessit cum possessionibus (RH. No. 1230, 1237, 1249). Privilegium vero nostrum adhuc notum non fuit.

„ Mart. 14. Accon. — Conventio[1]) inter Petrum, episcopum Ebronensem, et Hugonem Revel, Hospitalis magistrum, facta[2]) in D. Cart. III, p. 96—97, No. 3120. 1337

[1]) Quam Clemens IV confirmavit (D. Cart. III, p. 127—128, No. 3197; cf. III, p. 130—131, No. 3203; Invent. p. 100, No. 339, ubi pro casale Naharie falso legitur Itharie. [2]) De casali Pontis Ferri in hac conventione vocata Honorius III, 18 Jul. 1225 (Reg. Hon. ann. IX, reg. V, lib. IX, ep. 375, Fol. 68v) patriarchae Antiocheno concesserat, ne ejus ecclesiae praejudicium generetur ex consuetudine, qua confugientes ad casale principatus Antiocheni Pontem Ferri appellatum a urisdictione dominorum suorum libere censebantur.

**1265** April. 26. Perusii. — Clemens IV (Guillelmo), episcopo Anteradensi, significat, se inhibere, ne quis ad diruendam ecclesiam S. Mariae Anteradensem aut illam S. Andreae apostoli, infra cujus ambitum dicta ecclesia S. Mariae dicatur contineri, absque legati Apostolicae Sedis aut episcopi assensu manum apponere praesumat (Sbaralea III, p. 4, No. 6; Potthast No. 19107). **1337**[a]

„ Jul. — Charta Erardi de Valeriaco nunc exstat in Layettes du trésor d. chartes IV, p. 144, No. 5076. **1338**

„ Sept. 26. Accon. — Statuta in capitulo generali ab Hugone Revel, Hospitalis magistro, promulgata (D. Cart. III, p. 118—121, No. 3180). **1338**[a]

„ Octob. 28. Accon. — Epistola Guillelmi II, patriarchae Hierosolymitani, et principum ejusdem regni in D. Cart. III, p. 125—126, No. 3192[1]) et in Layettes du tresor d. chartes IV, p. 155—157, No 5100. **1339**

[1]) Hoc loco annotare liceat, quod clarissimus Leopold. Delisle, Sur les opérations financières des Templiers aux temps des croisades in Mém. de l'Instit. 1889, XXXIII B, p. 14—32 accuratissime disseruit.

„ Nov. 5. — Jacobus de Lamendelee,[1]) dominus Acconensis, testamento Guillelmum filium heredem instituit et sepulturam in ecclesia Hospitalis S. Johannis, cujus confrater sit, eligit rogans, ut Hospitalis magister hoc testamentum exequendum faciat (D. Cart. III, p. 126, No. 3194; Invent. p. 99, No. 334). **1339**[a]

[1]) Pluribus chartis J. de la Mandelee (de Amygdala) vocatur ejusque filius Guillelmus, dominus de Scandalion (cf. RH. No. 1327: Iun. 1263).

„ Nov. 23. — Chartae Aegidii, archiepiscopi Tyrensis, nunc exstant in Layettes du trésor d. chartes IV, p. 161—162, No. 5118 et 5119. **1341**

„ Dec. 21. Perusii. — Epistola Clementis IV in D. Cart. III, p. 127—128, No. 3198. **1342**

**1266** Jan. — Hugo Revel, magister Hospitalis, et Petrus, episcopus Hebronensis, coram Guillelmo (II), patriarcha Hierosolymitano, Sedis Apostolicae legato, de domibus et furnis, quae Hospitali elocata et in territorio ecclesiae Hebronensi a regibus Hierosolymitanis donato scilicet in Monte Musardo Acconis[1]) sita erant, conveniunt (D. Cart. III, p. 130, No. 3202; Invent. p. 99, No. 335). **1342**[a]

[1]) Quod suburbium Acconis saepissime in chronicis et chartis memoratur et in Marini Sanuti mappa urbis Accon depictum est (ZDPV. XXI, tabula 5); cf. RH. No. 1389.

„ Febr. 13. — Matthaeus Marmera,[1]) civis Venetianus, domum Hospitali Acconensi cohaerentem suam eidem coram Michaele Dauron, bajulo signoriae Acconensis, pretio MDCC bisantiorum vendit (D. Cart. III, p. 132, No. 8207; Invent. p. 99, No. 336). **1342**[b]

[1]) In RH. No. 1285 (7 Jan. 1260) Matthaeus Marmorar vocatur; de Michaele Dauron nihil scimus.

„ Mart. 3. — Amaury Barlais,[1]), se ab Hugone Revel, Hospitalis magistro, ad casale suum Arrabe a Templi fratribus recipiendum XIV millia et CCCC bisantios mutuo accepisse confirmat et Hospitali censum II millium bisantiorum pro dominio Margato, quod Hospitali ab uno majorum suorum concessum fuerat, remittit in praesentia Guillelmi (II), patriarchae Hierosolymitani, Sedis Apostolicae legati (D. Cart. III, p. 136, No. 3214; Invent. p. 99, No. 337). **1342**[c]

[1]) Qui in pluribus chartis sine titulo et a. 1269 (RH. No. 1367) dominus d'Arabe vocatur; cambium vero Margati ejusdem memoratur in RH. No. 1324 et 1367.

**1266** Mart. 9. Apud Nealpham. — Chartae Ludovici IX, regis Francorum, nunc quoque exstant in Layettes du trésor d. chartes IV, p. 207—208, No. 5255—5262. **1343**

„ Octob. 3. — Julianus, dominus Sidonis, Hugoni Revel, Hospitalis magistro, censum XL bisantiorum de quibusdam bonis, quae urbi suae vicina ad sacerdotem nutriendum destinata erant, recipiendum remittit, quem Margaretha, domina Sidonis, in ecclesia S. Johannis pro animae suae salute missas celebraturum instituerat testamento [1]). — Johannes de Monte Diderio, notarius apostolicus, vidit (D. Cart. III, p. 143, No. 323; Invent. p. 100, No. 338). **1344[a]**

[1]) Cf. supra No. 1215[a],

„ Octob. 28. Accon. — Guillelmus II, patriarcha Hierosolymitanus, Sedis Apostolicae legatus, epistolam a Clemente IV (9 Junio 1266) pro conventu S. Mariae de valle Josaphat missam [1]) omnibus regni Hierosolymitani et Cyprii, principatus Antiochiae et comitatus Tripolitani clericis pronuntiat (Revue de l'Orient lat. VII, p. 191, No. 82). **1344[b]**

[1]) RH. No. 1349.

**1267** Mart. 10. — Charta Philippi, archiepiscopi Amalfitani, tota edita est in Revue de l'Orient lat. VII, p. 28—30, No. 7. **1346**

( „ ) Maj. 27. Accon. — Epistola Guillelmi II, patriarchae Hierosolymitani et principum ejusdem regni in D. Cart. III, p. 159, No. 3262. **1348**

„ Jun. 9. Viterbii. — Epistola Clementis IV excerpta est in Revue de l'Orient lat. VII, p. 191, No. 82: 1266. **1349**

„ Junio 15. — Haternia, [1]) filia Salibae Suriani, ejusque maritus Petrus coram Guillelmo (II), patriarcha Hierosolymitano, Sedis Apostolicae legato, omnia jura, quae ipsa in bona Salibae habebat, qui heredem fratrem Stephanum, [2]) magnum commendatorem Hospitalis Acconensis, instituerat, renuntiant (D. Cart. III, p. 159, No. 3263; Invent. p. 101, No. 344). **1349[a]**

[1]) Legas Katerina (RH. No. 1334: 16 Sept. 1264, ubi testamentum supradicti Salibae, civis Acconensis, exstat). [2]) In RH. No. 1334: Stephanus de Meses, magnus commendator Hospitalis, vocatur.

„ Jun. 30. — Charta Gaufredi de Sargines nunc quoque exstat in Layettes du trésor d. chartes IV, p. 228—229, No. 5293. **1352**

„ Octob. 13. — Guillelmus (II), patriarcha Hierosolymitanus, Sedis Apostolicae legatus, litem, quae inter Guillelmum, episcopum Anteradensem [1]) et Hospitale de decimis Crati exorta erat, dijudicat (D. Cart. III, p. 163, No. 3278; Invent. p. 101, No. 345). **1354[a]**

[1]) Cujus arbitrium de decimis Crati (26 Octob. 1267) videas in RH. No. 1355.

„ Octob. 26. — Accon. — Charta Guillelmi II O. Min., episcopi Anteradensis, [1]) in D. Cart. III, p. 165—166, No. 3282; Invent. p. 100, No. 341. **1355**

[1]) Quem Urbanus IV 9 April. 1263 episcopum instituerat (Potthast No. 18511 et seq.).

„ Octob. 29. — Charta Hugonis Revel, Hospitalis magistri, in D. Cart. III, p. 166, No. 3283; Invent. p. 100, No. 342. **1356**

„ — Hospitalis et Templi fratres cum Petro, [1]) episcopo Bybli, et Bartholomaeo, archidiacono Antiocheno, [2]) controversiam, quae de finibus civitatis Gibel et castelli Margati exorta erat, terminant (D. Cart. III, p. 147, No. 3239; Invent. p. 101, No. 343). **1356[a]**

[1]) De Caturcio (cf. ZDPV. X, p. 26). [2]) Qui memoratur in chartis (RH. No. 1333 et 1356, ubi vicarius patriarchae Antiocheni vocatur): 8 Aug. 1264 et 29 Octob. 1267.

**1268** Majo. 14. — Guillelmus II, episcopus Tortosanus, chartam suam (26 Octob. 1267) de lite cum Hospitali editam assensu Sedis Apostolicae et capituli sui iterum confirmat[1]) (D. Cart. III, p. 183, No. 3307; Invent. p. 101, No. 347). **1357a**

[1]) Cf. supra No. 1355.

„ Maj. 27 — Jun. 10. Accon. — Hugo Revel, Hospitalis magister, Faraldo de Baras, ejusdem domus priori S. Aegidii, miserabilem statum Terrae Sanctae fusius exponit. Inter cetera declarat, »licet castrum Peregrini, Tyrus et civitas Sydonis sint adhuc sub christianorum manibus, tamen extra muros nihil percipiunt christiani, nec in locis aliis praeter in Berito, quod habet treugas, et parum boni colligitur in eodem,« pro Acconensi civitate immensas expensas facere opus esse, »tota marchia et fronteria Saracenorum conversa est super castra nostra Cratum et Margatum et etiam super Beldam«; »ambigere non debetis, quoniam in iis locis ultra X millia hominum viventium de victualibus domus nostre fuerant... preter CCC fratres nostre domus, qui in iis locis sunt memoratis«, »planities Armeniae, unde solebamus habere sustentationis aliquid, ex pestilentia siccitatis et pre timore soldani gentibus vacuata est«. Deinde memorat, Joppen in una hora diei captam fuisse, castrum Caesareae soldani impetus non per duos dies, Saphetum non XVI dies sustinuisse, castrum Belfortis infra IV dies, Antiochiam in quarto insultu captam esse, fratres vero Templi castrum Guasconis[1]) relinquentes eidem ignem imposuisse, Arsurium vero XL dies fortissime restitisse. Itaque magister fratres S. Aegidii obsecrat, ut quantum possint, subsidium quam celerrime mittant (D. Cart. IV, p. 291—293, No. 3308bis; cf. III, p. 183, No. 3308; Invent. p. 101, No. 348). **1358a**

[1]) Quod nunc Baghras appellatur (Max van Berchem in Journ. asiat. 1902, p. 434).

„ Jun. 8. — Margaretha, filia Rainerii de »Confortanze,« petiam terrae in praesentia Heliae de Canali, thesaurarii ecclesiae Famagustae et officialis Guillelmi (II), patriarchae Hierosolymitani, ejusdem sigillo sigillantis Hospitali concedit (D. Cart. III, p. 184, No. 3311; Invent. p. 101—102, No. 349). **1358b**

„ Sept. 30. Accon. — Stabilimenta in capitulo generali per Hugonem Revel, Hospitalis magistrum, facta et promulgata (D. Cart. III, p. 186—188, No. 3317). **1360a**

„ — Status vasorum et ornamentorum ecclesiae S. Johannis Acconensis describitur per »Bonafoux[1]) de Calamandre,« magnum Hospitalis commendatorem (D. Cart. III, p. 175, No. 3292; Invent. p. 101, No. 346). **1363a**

[1]) Legas Bonifacium de C., cujus in chartis pluribus mentio fit.

**1269** Aprili 19. Accon. — Charta Hugonis de Hadestel, vicecomitis Acconensis, in D. Cart. III, p. 195—196, No. 3334. **1364**

„ Julio 6. In obsidione Luceriae. — Carolus I, rex Siciliae, secreto suo mandat, ut Johannem de Villiers,[1]) fratrem Hospitalis, per magistrum in Terram Sanctam vocatum illuc cum V equis et mulis abire faciat (D. Cart. III, p. 204, No. 3350). **1365a**

[1]) Qui postea magister Hospitalis factus est.

„ Jul. Tyri. — Charta Philippi de Montfort, domini Tyrensis,[1]) in D. Cart. III, p. 202—203, No. 3346. **1366**

[1]) Cf. RH. No. 1286.

**1269** Nov. 9. Accon. — Charta Amalrici Barlais in D. Cart. III, p. 146, No. 3236; 1266. **1367**

„ Nov. Accon. — Charta Hugonis III, regis Hierosolymitani et Cyprii, in D. Cart. III, p. 213, No. 3371. **1368**

„ Accon. — Charta Hugonis III, regis Hierosolymitani et Cyprii,[1]) in D. Cart. III, p. 190—192, No. 3323. **1370**

[1]) Cf. RH. No. 1313.

„ — Charta Baliani, domini de Arsur, in D. Cart. III, p. 192—193, No. 3326. **1371a**

**1270** Jun. ineunte. Tyri. — Charta Johannis de Montfort, domini Tyri, in D. Cart. III, p. 239—240, No. 3409. **1372**

„ (1271) Mart. 11. Accon. — Charta Guidonis, archiepiscopi Nazareni, et aliorum in D. Cart. III, p. 240—243, No. 3414; Invent. p. 102, No. 352. **1373**

„ Aprili 5. Accon. — Hugo Revel, magister Hospitalis, Stephano de Ffulburn, ejusdem domus Londinensis priori, quaedam privilegia concedit (D. Cart. III, p. 219, No. 3388). **1373a**

„ Jun. 15. Accon. — Statuta in concilio generali per Hospitalis magistrum Hugonem Revel ordinata et promulgata (D. Cart. III, p. 225—229, No. 3396). **1374a**

„ Jun. Nicosiae. — Hugo III, rex Hierosolymitanus et Cyprius, cambium inter Hugonem Revel, Hospitalis magistrum, et Philippum de Montfort, dominum Tyri, factum confirmat scilicet portae, quam concessione Amalrici, regis Hierosolymitani et Cyprii, ejusque uxoris Isabellae post domum Hospitalis Tyrensem ad mare ducentem dicti fratres habebant, pro qua nunc vero dictus Philippus iisdem casale Maron cum appenditiis concedit[1]) (D. Cart. III, p. 222, No. 3393; Invent. p. 102 No. 351). **1374b**

[1]) Ad hanc donationem spectat charta ab ante dicto Philippo (Julio 1269) Hugoni Revel ante dicto magistro concessa (RH. No. 1366).

„ Jul. 10. — Hanno de Gaugerhausen (leg. Sangerhausen), fratrum Theutonicorum magister, declarat, Hugonem Revel, Hospitalis magistrum, quum castellum Montfort[1]) deteriori statu esset, sibi et fratribus Theutonicis concessisse, ut casale Manueth Hospitali proprium per unum annum colant et inde fructus recipiant, sed anno praeterlapso reddere debeant (D. Cart. III, p. 231, No. 3400; Invent. p. 102, No. 353). **1374c**

[1]) Quod 12 Junio 1271 Soldanus Bibars cepit (RK. p. 959; cf. p. 777, Not. 3; Bibl. geogr. Palaest. s. voce el-qurain; Thomson, Bibl. sacra 1855, p. 828 seqq.; Robinson, Neuere bibl. Forsch. p. 84).

„ Aug. 22. Cremonae. — Legati Venetianorum, Pisanorum et Januensium pacem faciunt, sed declarant, se hac non teneri vel obligari in omnibus, quae dicta communia possident in civitate Accon, in Tyro et in Syria,« praesertim »salvis et exceptis communis Januae conventibus, quos habet dictum commune cum domino Tyri et ejus liberis, videlicet quod omnes Januenses, qui sunt vel erunt apud Tyrum, jurant et jurare debent, quod ipsi in Tyro et in portu Tyri, donec ibi erunt, custodient, salvabunt, juvabunt, deffendent« dominum Philippum de Monteforti, dominum Tyri, heredes, gentem eorum, castellum et civitatem Tyri; »nec Veneti intelligantur offendere dictam treugam invadendo dominum Tyri vel gentem suam in Tyro, quam in portu, imo nihilominus dicta treuga inviolata subsistat« (Man-

froni, Relazioni di Genova con Venezia dal 1270 al 1290 in Giornale storico e letterario della Liguria II, 1901, p. 387—393, No. 1; cf. p. 361—382). || Ibidem p. 393—394, No. 2 exstat fragmentum conventionis inter Venetianos et Januenses factae (31. Dec. 1283), qua promittitur, quod Venetiarum et Januae dux et capitaneus, »fidei jussores in partibus Suriae, dabunt videlicet mansionem Templi, vel mansionem hospitalis S. Johannis vel mansionem hospitalis Alemannorum a calendi Maji proxime venturis usque ad annum«. Tum sequitur ibid. p. 394—397 fragmentum instructionis, quam acceperunt Venetianorum legati ad regem Franciae destinati (1277), qua dicunt, »quod nolumus, quod per illam securitatem obligare possitis . . . vel in Accon aut in Tyro,« deinde ibid. p. 397—400 et 400—401, No. 4 et 5 instrumentum conventionis Venetianorum et Pisanorum (17 Dec. 1285) et fragmentum chartae (16 Mart. 1284), quae ad historiam Terrae Sanctae non pertinent. **1374[d]**

**1271** Jan. Sis. — Privilegium Leonis III, regis Armeniae, in L'Armeno Veneto, Paris 1893, Doc. No. 4. **1376**

„ Jun. 2. Accon. — Charta Bohemundi VI, principis Antiocheni et comitis Tripolitani, in D. Cart. III, p. 253—254, No. 3422. **1378**

„ Octob. 20. Accon. — Hugo Revel, magister Hospitalis, donationem quandam scilicet ecclesiae in Portugalia sitae confirmat. — Nicholaus Lorgnius, magnus praeceptor domus Hospitalis Acconensis, Fr. Rodericus Petri marescallus,[1]) Fr. Guillelmus de Scorcelles, Fr. Joseph de Canci thesaurarius, Fr. Pontius de Maderiis turcoplerius, Exemenus Petri, Fr. Rodericus Roderici et alii (D. Cart. III, p. 259—260, No. 3433). **1382[a]**

[1]) Qui cum Pontio de Maderiis, Exemeno Petri et Roderico Roderici in chartis et chronicis non memoratur.

„ Novemb. 28. Accon. — Isaac et Jacob, filii Quemoine, Richardo, procuratori Hospitalis Acconensis, domos suas ibidem sitas in praesentia Johannis O. Pr., archiepiscopi Tyrensis, sigillantis,[1]) magistri Vinault advocati, fratris Romani, comitis et socii antedicti episcopi, Rainerii de Bononia et aliorum donant. »Gille le Cla« Acconensis, auctoritate papae judex et notarius scripsit (D. Cart. III, p. 257—258, No. 3429). **1383[a]**

[1]) Qui eodem die, mense et anno privilegium Johannis de Montfort (Jan. 1270) editum se vidisse confirmavit (RH. No. 1372); de ceteris in charta nostra personis vocatis nihil scimus.

**1272** Aprili 6. Accon. — Eduardus, filius Henrici III, regis Angliae,[1]) Waltero, archiepiscopo Eboracensi et aliis fidelibus mandat, ut fratribus Hospitalis V millia marcarum ab ipso mutuatas quam celerrime solvendas faciant (D. Cart. III, p. 266—267, No. 3445). **1384[a]**

[1]) Eduardus Accon 9 Majo 1271 appulsus et inde revectus est autumno 1272 (Archives I, p. 622, 627); Londinium intravit 18 Aug. 1274 (ibid. p. 628).

„ Majo 15. Accon. — Johannes O. Pr., archiepiscopus Tyrensis et vicarius patriarchae Hierosolymitani, et frater Humbertus, episcopus Paneadensis,[1]) confirmant, Alainum de Lassellis quasdam reliquias a Thoma Berard, Templi magistro,[2]) accepisse (Bullet. d. antiq. de France 1891, p. 237—238). **1384[b]**

[1]) Humbertus et Alainus adhuc noti non fuerunt. [2]) De quo videas Revue de l'Orient lat. V, p. 396.

**1272** Aug. 4. Londoniae. — Roger de Ver, Hospitalis Angliae prior, confirmat, Eduardum, filium Henrici III, regis Angliae, in urbe Accon constitutum VII millia marcarum ad fidei jussionem Hospitalis magistri (Hugonis Revel) a quibusdam mercatoribus mutuasse et partem hujus pecuniae proximo tempore solutum iri (D. Cart. III, p. 272—273, No. 3465). **1385a**

„ Octob. 13. Accon. — Hugo Revel, magister Hospitalis, compositionem inter abbatem Cluniacensem et Robertum de Monterugoso, priorem Hospitalis in Alvernia, factam confirmat (D. Cart. III, p. 276—277, No. 3476). **1385b**

**1273** Aprili 6. Foggiae. — Carolus I, rex Siciliae, Jacobo de Taxi, priori Hospitalis Messanensis, mandat, ut cito veniat cum ipso de nuntiis a (Thoma), patriarcha Hierosolymitano, missis deliberaturus[1]) (D. Cart. III, p. 267, No. 3498). **1386a**

[1]) Gregorius X 21 Aprili 1272 Thomae mandaverat, ut personaliter Carolum I accedens cum ipso de auxilio Terrae Sanctae ferendo deliberaret (Potthast No. 20534; cf. Kaltenbrunner, Aktenstücke No. 9).

„ Maj. 17. Accon. — Epistola Hugonis Revel, Hospitalis magistri, in D. Cart. III, p. 290—291, No. 3507. **1387**

„ Aug. 9. Accon. — Charta Richardi Anglici in D. Cart. III, p. 296—297, No. 3514. **1389**

„ Aug. 25. Accon. — Charta Thomae O. Pr., patriarchae Hierosolymitani et episcopi Acconensis, in D. Cart. III, p. 297—298, No. 3515. **1391**

„ Octob. 7. Accon. — Hugo Revel, magister Hospitalis, cambium quoddam a fratre priore Hospitalis Alverniae factum confirmat. — Fr. Stephanus de Braco,[1]) praeceptor Hospitalis Acconensis, Fr. Nicolaus de Lorgne marescallus, Rodericus Roderici hospitalarius, Odo de Pinibus draperius, Fr. Thomas thesaurarius et multi alii (D. Cart. III, p. 300—301, No. 3519). **1391a**

[1]) Qui cum Roderico et Thoma fratribus in chartis non memoratur.

**1274** Jan. — Guido, dominus Byblii, Hugoni Revel, Hospitalis magistro, casale Maouf[1]) cum appenditiis donat (D. Cart. III, p. 303, No. 3526; Invent. p. 102, No. 354). **1393a**

[1]) Cujus mentio antea non fit; fortasse legendum est Munsif, cujus nominis casale Byblo vicinum memoratur (Robinson, Pal. III, p. 952).

„ Octob. 1. — Guido (II), dominus Gibeleti,[1]) testamento personam, bona et heredes sub protectionem Hospitalis, Mariam filiam, si ipse sine liberis masculis moreretur, instituit et tutorem Bertrandum (II) de Byblo (D. Cart. III, p. 311—312, No. 3550). **1399a**

[1]) Cf. Rey in Revue de l'Orient lat. III, p. 405.

„ Octob. 28. — Jean Anselme[1]) Pisanus, civis Acconensis, tutor Heloisiae, filiae Stephani de Tersan Pisani, et plures alii Bernardo, casalario domuum Hospitalis, confirmant, se conventionem de petia terrae et domo Hospitalis domui vicina eidem venditae factam fideliter observare velle (D. Cart. III, p. 314, No. 3557; Invent. p. 102—103, No. 355). **1400a**

[1]) De personis et re hac charta memoratis aliunde nihil scimus.

**1274** Dec. 15. Lugduni. — Gregorius X abbatiae S. Mariae de valle Josaphat omnia privilegia et jura a praecessoribus, imperatoribus et regibus concessa confirmat (Revue de l'Orient lat. VII, p. 192, No. 83). Nicolaus III, 27 Sept. et 1 Octob. 1279 eadem confirmat (ibid. p. 193—194, No. 85 et 86). **1400[b]**

**1275** Mart. 13. Lugduni. — Epistola Gregorii in D. Cart. III, p. 318—319, No. 3565. **1402**

(**1275** post 11 Maj. — **1277** ante Aug. 3). — Bohemundus VII, princeps Antiochiae, per Guillelmum de Reynier, vices suas gerentem,[1]) cum Nicolao de Lorgne, commendatore Hospitalis Tripolitani, et Bernardo de Porte Clare, commendatore Hospitalis Cratensis, agit de querelis, quas habebat cum castellano Cratensi de cambio terrarum »de la Jume et Arcel;« adjunctum est, quod Nicolaus et Bernard, dicti fratres, Guillelmo de Reynier responderunt (D. Cart. III, p. 322, No. 3571; Invent. p. 103, No. 358). **1402[a]**

[1]) Qui cum Bernardo in chartis non memoratur; de cambio quoque ante dictarum terrarum aliunde nihil notum est.

**1275** Sept. 27. Accon. — Guillelmus de Bellojoco, Templi magister,[1]) R(udolfo), Romanorum regi, quod ad regale solium evectus est, gratulatur sperans, ipsum Terrae Sanctae a Saracenis vexatae mox auxilium laturum esse (Redlich, Wiener Briefsammlung p. 63—64, No. 55;[2]) Böhmer-Redlich, Reg. imperii VI, No. 433). **1402[b]**

[1]) De quo nunc videas Revue de l'Orient lat. V, p. 397—398, 430—431.
[2]) Eodem loco (p. 65, No. 56) epistola Rudolfi exstat, qua Gregorio X scribit, se crucem ad Saracenos debellandos assumere velle, et Rudolfum Lausaniae crucem assumpsisse (Böhmer-Redlich No. 438[c], 439, 440; Hirsch-Gereuth, Studien zur Gesch. d. Kreuzzugsidee 1897, p. 66—67; Röhricht, Beitr. II, p. 292; Mittheil. d. österr. Inst. XV, p. 47—49; Redlich, Rudolf v. Habsburg p. 193—194; RK. p. 961, 969, 972), satis constat; aestate 1285 Burchardum illum de Monte Sion ad soldanum Aegypti misit (RK. p. 989—990; Böhmer-Redlich No. 1947[b]).

( „ ) Sept. 30. Accon. — Epistola Hugonis Revel, Hospitalis magistri, in D. Cart. III, p. 320—331, No. 3584. **1403**

( „ ). — Epistola Thomae, patriarchae Hierosolymitani, et Hugonis III, regis Cypri, ad Rudolfum, regem Germaniae, scriptae, excerpuntur in Böhmer-Redlich, Reg. imperii VI, No. 493 et 494. **1405, 1406**

(**1276**) Mart. 10. — Bohemundus VII, princeps Antiochiae et comes Tripolitanus, cum Hugone Revel. magistro Hospitalis, de III millibus bisantiorum, quos ipse de quibusdam casalibus annuatim solvere debebat, conventionem facit pollicens, se summam cum usuris scilicet IX millia bisantiorum solvere velle (D. Cart. III, p. 337, No. 3595; Invent. p. 103, No. 359). **1407[a]**

[1]) Charta adhuc nota non fuit.

„ Sept. 25. Accon. — Epistola Hugonis Revel, Hospitalis magistri, in D. Cart. III, p. 343, No. 3611. **1408**

( „ ). — Epistola Thomae, patriarchae Hierosolymitani, ad Rudolfum, regem Germaniae,[1]) scripta excerpitur in Böhmer-Redlich, Reg. imp. VI, No. 653. **1410**

[1]) Idem (1277) cardinalibus scripsit, de miseria Terrae Sanctae sibi nuntios allatos esse (Böhmer-Redlich No. 857), postquam (1276) fratrum Praedicatorum precibus se commendavit, quum ad Terram Sanctam deliberandam crucem assumpserit (ibid. No. 553) et 18 Mart. 1277 duci Venetorum Jacobo Contareno confirmavit: »peregrinatio nostra ultramarina cordi nostro plus insidet omnibus aliis

factis nostris« (ibid. No. 720). Paulo post cardinali vel episcopo cuidam scribit, se de paupertate fratrum Theutonicorum ultramarinorum audivisse, ac petit, ut ad hanc allevandam papam precibus adeat (ibid. No. 1486).

**1277** Jan. 7. Tripoli. — Robertus Normannus O. Pr., prior Acconis et vicarius conventus Tripolitani, et electores prioris provincialis magistrum Ordinis Praedicatorum Johannem de Vercellis certiorem faciunt, se in crastino epiphaniae Hugonem de Matiscone, quondam priorem Acconensis ecclesiae, in priorem provincialem elegisse. Electores vero, qui pro Hugone sententiam tulerunt, vocantur Robertus Normannus, prior Acconis et vicarius memoratus, Fr. Guerricus Virdunensis, prior Nicosiensis, Fr. Hugo Flamengus, Fr. Guillelmus de Castellione, Fr. Thomas Normannus, Fr. Symon, quibus in secundo processu accesserunt Fr. Berengarius Provincialis, subprior Acconis, et Fr. Bernardus Normannus; Hugo Provincialis vero, tunc prior Tripolitanus, assentiri noluit. Itaque dicti fratres O. Pr. petunt, ut magister hanc electionem confirmet, aut, si Hugonem electum morte vel aliquo modo impediri contingeret, antedictum Robertum Normannum pro eo eligi liceret (Revue de l'Orient lat. I, p. 529—531, No. 1; cf. quae editor huic epistolae annotavit). **1410a**

„ Aprili 1. — Bohemundus VII, princeps Antiochiae et comes Tripolitanus, cum Hugone Revel, magistro Hospitalis, de quibusdam munitionibus, quas pater principis super veteribus fornicibus et fundamentis Hospitali Tripolitano propriis aedificaverat, et de quibusdam controversiis inter utrumque versantibus convenit (D. Cart. III, p. 347, No. 3621; Invent. p. 103, No. 356). **1411a**

„ Aug. 3. — Paulus, episcopus Tripolitanus, fratri Johanni de Villiers, commendatori Hospitalis Tripolitani, decimam L petiarum terrae in plano Tripolitano sitarum, horti de Pulcellis et casalis Remesche[1]) sub censu LX bisantiorum auri annuali tenendam concedit (D. Cart. III, p. 349, No. 3628; Invent. p. 103, No. 357). **1413a**

[1]) De quo supra No. 787b, 789b; horti vero ante dicti alias mentio non fit.

„ Aug. 17. Accon, ubi regitur curia Januensium. — Uguetus de Raynaldo, consul Januensium Acconensium, nomine communis per Tartarum Ususmaris nuntium Alberto de Morresino, bajulo Venetorum Acconensium, scribit postulans, ut communi Januae restituat quasdam domus in ruga catenae sitas, quas tenent »dama Agnes, Dominicus Botarius, Marchoaldus Veneticus, Sanctorus Veneticus, Petrus Civalerius, Botarius Cisanus et Pascha, jugalis uxor quondam Matthaei Sclavi, pro duabus domibus et Petrus Veneticus et omnes praedicti Venetici, ne praedictum commune Januae supra omnibus violentiam patiatur a Venetis contra tenorem treugae olim ignite inter eos, quam praedictum commune Januae et praedictus consul pro parte ab nomine ejusdem, in quantum possunt, volunt servare. Cum dominus Ugo, rex Cypri, a quo tanquam a rege Jerosolymitano praedicti Veneti causam supra dictis domibus asserentes se habere restituerit dicto communi Januae easdem domos«. Uguetus vero Nicolino Rubeo de Predis notario stipulanti confirmat, »nomine cujus et quorum interest et intererit, quod commune Januae habebit ratum et firmum quicquid et totum factum et denuntiatum fuerit super praedictis per praedictum Tartarum.« — Simon Guercius judex et Johannes Mansurus. Nicolaus Rubeus de Predis scripsit (Ed. Bigoni in Archivio storico italiano 1899, p. 62—64, No. 3). **1413b**

[1]) Januenses ex anno 1268 Acconem reducti fuerunt (RK. p. 938).

**1277** Aug. 18. Accon sub logia Venetorum, quae est juxta ecclesiam S. Matthaei. — Tartarus Ususmaris, nuntius Ugueti de Raynaldo, consulis Januensium Acconensium, ab Alberto Morresino, bajulo Venetorum Acconensium, postulat, ut domos restituat, quas Veneti communi Januensium ceperant, scilicet domos omnes, quae fuerunt Rolandi de Luca militis et Heloys jugalis »positas in ruga catenae et quae protendunt seu exeunt super murum in mare, quibus domibus cohaeret ab una parte deversus catenam, domos S. Sabbati, deversus S. Demetrium domos templi et a quarta parte tendunt dictas domos cum logia per rugam catenae et per rugam Cypri usque ad tertiam rugam, quae descendit in mari catenae«, porro domum, »quae fuit Joye, filiae Ogerii Isaac Januensis, et Gualterii Lasne, mariti dictae Joye, positam in ruga catenae, cui cohaeret ante via publica, qua itur ad catenam, retro murus civitatis et mare, ab una parte domus Salvagii et ab alia parte deversus catenam domus ejusdem Salvagii, item domum unam, quam dominus Raynaldus de Vichis, humilis magister domus militiae Templi et fratres dictae domus vendidit et vendiderunt communi Januae positam in ruga catenae Accon, cui cohaeret ab una parte mare, ab alia ruga Cypri, a tertia domus quondam Johannis de Judea, quae nunc est communis Venetorum, a quarta domus, quae fuit Rolandi de Lucca, quae nunc est communis Januae,« domos denique supra dictas[1]. — Johannes Bulla, Bavarus de Mari, Manuel de Guisulfo, Manuel Matarius. Nicolinus Rubeus de Predis, imperialis aulae notarius scripsit (Ed. Bigoni in Archivio storico italiano 1899, p. 63—64, No. 4). **1413[c]**

[1]) Cf. supra No. 1413[b].

**1278** Jan. 20. In castro Ovi. — Charta nuntiorum et procuratorum Bohemundi VII, principis Antiocheni et comitis Tripolitani, in Invent. p. 103—104, No. 360; pacti eodem anno 24 Jan. ibidem facti mentio fit ibidem p. 104, No. 361. **1422**

„ Aug. 4. Accon. — Statuta in concilio generali facta per Hospitalis magistrum Nicolaum Lorgne (D. Cart. III, p. 368—370, No. 3670). **1424[a]**

„ Sept. 5. — Bohemundus VII, princeps Antiochiae, cum fratribus Templi, Nicolao de Lorgne, Hospitalis magistro et Rogerio de San Severino, comite de Marsica et (Caroli I) bajulo regni Hierosolymitani, intermediantibus, convenit de quibusdam controversiis, quae inter dictos fratres et principem exortae erant (D. Cart. III, p. 371, No. 3672; Invent. p. 104, No. 368). **1424[b]**

„ Sept. 17. Accon. — Bonacursus O. Pr. archiepiscopus Tyrensis, compositionem de decimis casalium Beffale et Saddena[1]) inter Aegidium, quondam archiepiscopum Tyrensem et Guillelmum, priorem S. Mariae de valle Josaphat, procuratorem Petri quondam abbatis dictae domus, factam sigillo confirmat et Guidoni, successori Petri, clausulas fideliter observandas promittit. — Johannes Acconensis, auctoritate papae notarius publicus, scripsit (Revue de l'Orient lat. VII, p. 192—193, No. 84). **1424[c]**

[1]) Alias Sardenas; cf. supra No. 1290[a].

„ Sept. 18. Tripoli. — Charta Bohemundi VII, principis Antiocheni comitisque Tripolitani, in D. Cart. III, p. 371—372, No. 3673. **1425**

„ Octob. 16. — Johannes de Mamistra fratri Johanni de »Loche,« Hospitalis Acconensis hospitalario, in praesentia Bonacursi O. Pr., archie-

piscopi Tyrensis, administratoris patriarchatus Hierosolymitani et episcopatus Acconensis[1]), petiam terrae casali Manueth vicinae pretio L bisantiorum Saracenatorum vendit (D. Cart. III, p. 376, No. 3679; Invent. p. 105, No. 369). **1425a**

[1]) Thomas, patriarcha Hierosolymitanus et episcopus Acconensis, Sept. 1277 obierat (ZDPV. X, p. 10), cujus vices gessit Bonacursus supra dictus (ibid. p. 18; Revue de l'Orient lat. I, p. 25—26).

(**1278—1284**) Dec. 8. — Nicolaus le Lorgne, magister Hospitalis, cum Galterio de »Beloy« de casalibus Ramesque et Bocombre, quae dictus Nicolaus sub servitio II militum ab Hospitali tenebat, ita convenit, ut Ramesque Hospitali remittatur servitio absoluto,[1]) Bocombre Nicolao vero remaneat (D. Cart. III, p. 378, No. 3684; Invent. p. 106, No. 377). **1425b**

[1]) Cf. supra No. 1413a; quis Galterius de »Beloy« fuerit, nescimus.

**1279** Febr. 20. Accon. — N., subprior et conventus O. Pr. Acconensis, quum prior »nuper fuerit ad suam instantiam et gratiam absolutus«, N., provinciali O. Pr. in Terra Sancta, exponunt, quomodo in eligendo novo priore dicti conventus actum fuerit. Quattuor fratribus renuntiantibus voci suae scilicet P. de Regino, I. Hispano, P. de Barro, P. Lugdunensi secundo scrutinio prior electus est; subprior elegit Fr. P. de Regino, Fr. Bartholomaeus Fr. Yvonem Britonem, Fr. Henricus Lucanus et Fr. Nicolaus Anglicus compromiserunt et protulerunt voces suas in ipsum totaliter transferentes, Fr. Henricus senior, Fr. Yvo, Fr. Henricus Saxo, Fr. Henricus junior, Fr. Guillelmus Dayneinet (?) postulaverunt Hugonem Flamengum. Per majorem partem electorum electione facta ante dictus subprior et conventus supplicat, ut Hugonis Flamengi prioratus confirmetur (Revue de l'Orient lat. I, p. 531—533, No. 2; cf. quae annotavit editor). **1425c**

„ Mart. 24. Ayacii. — Charta Paponi Malloni et aliorum in D. Cart. III, p. 382, No. 3694. **1428**

„ Maj. 10. Romae. — Nicolaus III Heliae, episcopo Petragoricensi[1]) nunc patriarchae Hierosolymitano electo, narrat, quomodo post Thomae patriarchae mortem electionem archiepiscopi Neapolitani justis causis non admiserit, postmodum vero Johannis, prioris fratrum Praedicatorum electi, sed se excusantis[2]) et patriarchatui ordinis sui observantiam praeeligentis, excusationem acceperit et nunc tandem ipsum Heliam elegerit. Eidem ecclesiam Acconensem committit, quam Urbanus IV, postquam Florentium episcopum ad Arelatensem ecclesiam duxit[3]) transferendum, cum ecclesia Hierosolymitana conjunxit, ita ut et Gregorius X Thomam, patriarcham Hierosolymitanum, ecclesiae Acconensis episcopum vocaret (Delpit, Essai sur les anciens pèlerinages, Paris 1870, praef. p. XXXII—XXXIII; cf. Posse, Analecta p. 81, No. 973 et 974). **1429a**

[1]) Cujus in locum Raymundus episcopus Petragoricensis creatus est (Posse No. 982: 7 Junio 1279); [2]) Johannes bis renunciavit, et Nicolaus (10 Octob. 1278; cf. Potthast No. 21462) initio renuntiationem recusavit, sed (4 Febr. 1279; cf. Posse No. 960) iteratam denique accepit. In Westfäl. UB. IVC, No. 1666 a. 1282 Elias noster »minister ecclesiae Acconensis« et 8 Octob. 1288 (Potthast No. 22822; Langlois No. 623) mortuus memoratur. Cf. ZDPV. X, p. 10—11. [3]) Cf. supra No. 1260.

„ Octob. Accon. — Charta Bonacursi O. Pr., archiepiscopi Tyrensis, in D. Cart. II, p. 387, No. 3706. **1433**

**1280** Octobr. 1. (Nicosiae vel Tripoli). — N., subprior O. Pr. Nicosiae vel Tripolis, N., provinciali O. Pr. in Terra Sancta, nuntiat, quomodo, »quum nuper nobis certius constitisset de absolutione nostri prioris, facta in capitulo provinciali Tripolis celebrato« de eligendo novo priore actum sit et Hugonem de Barbana electum esse a Constantio, subpriore antedicto, assentientibus fratribus Dominico, Romano, Bernardo, Aegidio, Petro Galterio Burgund., Guillelmo Anglico vero contradicente. Itaque supplicat, ut N. provincialis O. Pr. hanc electionem confirmet (Revue de l'Orient lat. I, p. 533—536, No. 3; cf. quae annotavit editor). **1435a**

„ Octob. 10. Accon. — Nicolaus Lorgnius, Hospitalis magister, Hospitalis Hispaniae priori et commendatoribus concedit, ut cambium quoddam faciant (D. Cart. III, p. 397—398, No. 3731; Invent. p. 106, No. 378). **1436a**

„ — Agrimont de Besan, dominus Tricariae, Marino, Falloni, Panio et aliis mandat, ut Acconem adeant et chartam archiviis Hospitalis insertam recipiant, quae epistolam Innocentii IV continet, qua Aimerico de Besan, patri dicti Agrimont, donatio casalis Tricariae per Fridericum II imperatorem facta confirmatur[1]) (D. Cart. III, p. 389, No. 3715; Invent. p. 105, No. 370). **1437a**

[1]) De personis et re in hac charta memoratis aliunde nihil scimus; de Tricaria cf. RH. No. 473, 513, 523.

„ — Procuratres antedicti Agrimont de Besan, se antedictam chartam ab Hospitalis magistro recepisse, confirmant (D. Cart. III, p. 390, No. 3716; Invent. p. 105, No. 371). **1437b**

**1281** Jan. 8. — Paulus, episcopus Tripolitanus, officio nuntii papae ad Rudolfum, regem Germaniae, missi fungens saepissime memoratur in Böhmer-Redlich, Reg. imperii VI, No. 1092, 1094—1096, 1151, 1154, 1160, 1161, 1163, 1165, 1193b, 1210, 1220; cf. RK. p. 970—971, 977, 978; Redlich, Rudolf v. Habsburg p. 354, 369, 398—404, 415, 421—422. **1438**

„ Jun. 5. — Milleval, vidua Nicolai de la Spata, Hospitalis magistro Nicolao le Lorgne domum Acconensem donat (D. Cart. III, p. 412, No. 3751; Invent. p. 105, No. 372). **1438a**

[1]) Privilegium adhuc notum non fuit.

„ Aug. 6. — Georgius, monachus monasterii S. Benedicti de Albaresio,[1]) Guidoni de Guespe, vices magni commendatoris Hospitalis Acconensis gerentis, omnia jura, quae contra dictam domum nomine monasterii praetendere posset, renuntiat (D. Cart. III, p. 417, No. 3764; Invent. p. 105, No. 373). **1439a**

[1]) De Georgio et Guidone antedictis nihil scimus.

„ Aug. 6. — Antedictus Georgius antedicto Guidoni confirmat, se XL bisantios Saracenatos accepisse, et omnia jura renuntiat (D. Cart. III, p. 417, No. 3765; Invent. p. 105—106, No. 375). **1439b**

„ Sept. 25. Accon. — Epistola Nicolai le Lorgne, Hospitalis magistri, in D. Cart. III, p. 417—418, No. 3766. **1442**

„ Octobr. 31. — Rogerius de San Severino, comes de Marsica, bajulus Caroli I, regis Siciliae et Hierosolymitani, controversiam, quae inter Hospitalis fratres et Pisanos de custodiendis tuguriis, muris et turribus urbis Accon a porta S. Antonii usque ad portam de Maupas sitis exorta erat,

judicio dirimit, ut custodia antedicta ad officium Hospitalis pertineat[1]) (D. Cart. III, p. 420, No. 3771; Invent. p. 105, No. 374). **1442a**

[1]) Charta, qua descriptio urbis Acconis topographica optime illustratur; de porta Maupas cf. RK. p. 855, 951, 994.

(c. **1281**) Accon. — Nicole le Lorgne, magister Hospitalis, Eduardum I, regem Angliae, rogat, ut Pelerin Coquerel fratri in occidentem misso CCLIV bisantios solvat, »que nos somes tenus encore à Braym, le changor d'Acre... por le complessement de vostre barrei«[1]) (D. Cart. IV, p. 297, No. 3653bis). **1443a**

[1]) Cf. supra No. 1384a, 1385a.

**1282** Febr. 26. In castro Nefini. — Relatio Bohemundi VII principis Antiocheni comitisque Tripolitani illustratur nunc in RK. p. 982—983[1]). ‖ In Invent. p. 104, No. 366 Guillelmus de Farabel, constabularius Tripolitanus, memoratur, qui Hugoni Revel, Hospitalis magistro, epistolam misit (s a). Fortasse epistola illius chartae nostrae testis subscripti ad rem in relatione fusius narratam pertinet. **1444**

[1]) De fratribus Templi: 1. Petro de Sivray, 2. Simone de Farabel, 3. Roderico de Ruidecuer et 4. Ynanhes in hac relatione memoratis conferas Revue de l'Orient latin. V (1), p. 405, 427—428, (2), p. 426, (3 et 4) p. 428.

„ Mart. 5. Accon. — Epistola Nicolai le Lorgne, Hospitalis magistri, in D. Cart. III, p. 423—424, No. 3781. **1445**

„ Mart. 31. — Epistola Josephi de Cancy, fratris Hospitalis, in D. Cart. III, p. 424—426, No. 3782. **1446**

„ Maj. 20. Worcestriae. — Epistola Eduardi I, regis Angliae, in D. Cart. III, p. 430, No. 3790. **1448**

„ Sept. 21. Accon. — Nicolaus Lorngnius, Hospitalis magister, Guillelmo de Villaret, ejusdem domus priori S. Aegidii, mandat, ut reliquias, quas Nicolaus fratri Stephano de Broco, quondam priori in Alvernia,[1]) e Terra Sancta redituro tradiderat in prioratum Alverniae transferendas, sed Guillelmo donaverat, fratri Nicolao de Monteferrando presbytero et epistolae latori sine difficultate restituat (D. Cart. III, p. 433—434, No. 3797). **1448a**

[1]) Qui cum Nicolao supradicto in chartis ultramarimis non memoratur.

**1283** Jun. 3. — Pactum soldani Aegypti Malik el-Mansur cum principibus regni Hierosolymitani factum in D. Cart. III, p. 444, No. 3832 (cf. Statem. 1893, p. 254). **1450**

„ Aug. 1. Accon. — In charta Gaufredi, episcopi Ebronensis, memoratur Rainulfus, archiepiscopus Nicosiensis[1]). **1451**

[1]) Cum post mortem ejus ab aliis Guido de Novavilla, capellanus papae, ab aliis Henricus de Gibeleto, archidiaconus ejusdem ecclesiae, electus fuerit, prior vero consentire nollet, alter renuntiaret, Nicolaus IV (20 Octob. 1288) Johannem O. M. archiepiscopum Nicosiensem vocavit pallioque ornavit (Sbaralea IV, p. 44—45, No. 63; Langlois, Reg. No. 388—394; cf. 456; Potthast No. 22826).

„ Sept. 27. — Statuta in generali capitulo per Nicolaum Lorgne, Hospitalis magistrum, facta et ordinata (D. Cart. III, p. 450—455, No. 3844). **1451a**

**1285** Majo 13. — Johannes de Cruce, procurator Hospitalis, Nicolaum de Panormo, archidiaconum ecclesiae Acconensis[1]) et officialem Eliae, patriarchae Hierosolymitani, rogat, ut sibi mittat apocham (D. Cart. III, p. 479, No. 3901; Invent. p. 106, No 376). **1455a**

[1]) Qui in RH. No. 1298 (1261) et 1323 (1263) ecclesiae Romanae auctoritate scriptor vocatur.

**1285** Maj. 18. — Epistola Argonis, magni Tartarorum imperatoris, in Revue de l'Orient lat. II, p. 570—571. **1456**

„ Jul. 18. — Pactum, qeod Malik el-Mansur, soldanus Aegypti, cum Margaretha, domina Tyri, fecit, illustratum est in ZDPV. 1896, XIX, p. 62 et a Clermont Ganneau in Rec. d'archéol. orient. II, p. 56—60[1]) et in Revue archéol. 1897, XXX, p. 278—281. **1458**

[1]) Pro Raimund Jaskend in initio chartae vocato legendum est: Raimund Biskont (»vicomte«).

( „ ). — Epistola fabulosa regis David Johannis in Redlich, Wiener Briefsammlung No. 245. **1459**

**1286** Jun. 9. — Charta Philippi, archiepiscopi Amalfitani, nunc tota edita est a Kohler in Revue de l'Orient lat. VII, p. 30—32, No. 8. **1464**

( „ ?) Jun. 26. — Epistola Nicolai le Lorgne, Hospitalis magistri, in D. Cart. III, p. 385—386, No. 3702: 26 Jul. 1279—1280. **1470**

**1288** April. 2. Romae — Epistolae Nicolai IV in Revue de l'Orient lat. II, p. 581—585. **1475**

„ April. 7. Romae. — Epistolae Nicolae IV in Revue de l'Orient lat. II, p. 586—587, 576—581, 589. **1477**

„ April. 12. Romae. — Epistola Nicolai IV in D. Cart. III, p. 512, No. 3995. **1478**

„ April. 13. Romae. — Epistola Nicolai IV in Revue de l'Orient lat. III, p. 591. **1479**

„ Aprili 30. Romae. — Nicolaus IV Nicolao, patriarchae Hierosolymitano, quem post obitum H(eliae) elegerat, committit ecclesiam Acconensem, quam Urbanus IV patriarchae Hierosolymitano tenendam decreverat, postmodum etiam Gregorius X Thomae patriarchae ejusque successori Heliae commiserat (Reg. Nicol. IV, No. 85—92; Potthast No. 22693). ‖ In eundem modum scriptum est capitulo ecclesiae Hierosolymitanae, clero civitatis et diocesis Acconensis, capitulo Acconensi, suffraganeis ecclesiae Hierosolymitanae, Cypri et Armeniae regibus, principi Antiochiae, in eundem modum eodem die S. Johannis Hospitalis, Templi et S. Mariae Theutonicorum magistris et fratribus (Reg. No. 93—95). **1479**[a]

„ Sept. 3. Reate. — Nicolaus IV fratribus Hospitalis cambium possessionis in civitate Acconensi modice fructuosae pro possessionibus quibusdam ecclesiae Hierosolymitanae in Anglia sitis confirmat (Reg. Nicol., No. 245; D. Cart. III, p. 522, No. 4016). **1479**[b]

„ Sept. 22. Reatè. — Nicolaus IV fratribus Hospitalis scribit, se omnibus, qui ejusdem ordinis capellam in cimeterio S. Nicolai[1]) sitam cum debita devotione in S. Johannis baptistae, B. Mariae virginis et S. Michaelis festivitatibus visitant, unum annum et XL dies de injunctis poenitentiis relaxare (D. Cart. III, p. 323—324, No. 4020; cf. p. 576, No. 4128: 23 Octob. 1290). **1479**[c]

[1]) Quae in chartis et chronicis saepe memoratur.

„ Sept. 30. Reate. — Epistola Nicolai IV in D. Cart. III, p. 524—525, No. 4021. **1480**

„ Octob. 28. Accon. — Statuta in concilio generali ab Johanne de Villiers ordinata et promulgata (D. Cart. III, p. 525—529, No. 4022). **1480**[a]

**1289** Mart. 30. Accon. — Charta Adami, S. Mariae Montis Sion abbatis, nunc quoque exstat in Revue de l'Orient lat. X, p. 11—13, No. 2. ‖ Ibid.

p. 7—11, No. 1 tenor ejusdem chartae (26 Mart. 1289) omnibus praesentibus quam futuris notificatur Nicolao, patriarcha Hierosolymitano et Adamo, dicto abbate, sigillantibus, Iterio, thesaurarario Nicosiensi et canonico Acconensi, Colardo de Hanonia, consanguineo dicti patriarchae, Gerarducio, filio Paganelli Lucano et Bartholomaeo de Firmo, publico notario, praesentibus. || Ibid. p. 13—14, No. 3 charta, quam nos sub No. 1484 ad ecclesiam Duacensem pertinentem jam excerpsimus, ad ecclesiam S. Samsonis Aurelianensis pertinens legitur. **1483**

**1289** Aprili 17. Romae. — Nicolaus IV Anteradensi, Bybliensi et Sidoniensi episcopis mandat, ut Petrum, Silvestrum, Catharinam et Mariam, eorum sorores, filios quondam Guidonis de Ybelino, domini Gibeleti et quondam Margarethae, uxoris ejus, legitimos esse denuntient. Idem scilicet Guido et Margaretha nunc mortui a Martino papa petiverant, ut matrimonium validaretur, quod ignorantes, se quarta linea consanguinitatis conjunctos esse, inierant (Langlois, Reg. Nicol., No. 829)[1]). **1484[a]**

[1]) Cf. Rey in Revue de l'Orient lat. III, p. 404—407. Similiter Nicolaus IV (22 Jan. 1290) (Nicolao), patriarchae Hierosolymitano, mandat, ut mulierem Fimiam et Isabellam, filias et heredes quondam Baliani de Sidone militis et quondam Mariae de Gibelet uxoris, qui ignorantes, se quarto consanguinitatis gradu conjunctos esse, matrimonium contraxerant, legitimos esse declaret (Langlois, No. 2001).

„ Maj. c. Kondelan. — Epistola Argonis, imperatoris Tartarorum, in Rol. Bonaparte, Documents de l'époque mongole, Paris 1895, planche XIV et in Revue de l'Orient lat. II, p. 602—604 (cf. p. 605—611). **1485**

„ Junio 13. Reate. — Nicolaus IV (Nicolao), patriarchae Hierosolymitano, scribit, quum abbas S. Mariae de valle Josaphat cum fratribus Hospitalis ecclesiam dirutam et quaedam domuncula communiter possederit in urbe Accon, sed onere paupertatis suam partem Hospitali vendiderit, se hanc venditionem confirmare (D. Cart. III, p. 538—539, No. 4044). **1485[a]**

„ Jul. 7. Reate. — Epistola Nicolai IV in Revue de l'Orient lat. II, p. 599—600. **1487**

„ Jul. 13. Reate. — Epistola Nicolai IV in Revue de l'Orient lat. II, p. 597—598. **1489**

„ Jul. 15. Reate. — Epistola Nicolai IV in Revue de l'Orient lat. II, p. 595—596. **1491**

„ Aug. 13. Reate. — Nicolaus IV Eduardo I, regi Angliae, Hugonem de Macon et Johannem O. Pr., Petrum de Hezquam Hospitalis et Hertaud Templi, fratres, nuntios e Terra Sancta venientes recommendat, qui ejusdem statum miserabilem exponant[1]) (D. Cart. III, p. 541, No. 4094). **1491[a]**

[1]) Cf. RK. p. 1003.

„ Aug. 22. Accon. — Epistola Johannis de Villareto,[1]) Hospitalis magistri, in D. Cart. III, p. 541, No. 4050. **1493**

[1]) Qui in Gallia moratus saepe chartis memoratur ut Sept. 1285 (D. Cart. III, p. 481, No. 3909), Dec. 1285 (ibid. p. 484—485, No. 3917), 10 Jun. 1286 (ibid. p. 490, No. 3932), 16 Jul. 1286 (ibid. p, 491—492, No. 3936), 21 Aug. 1286 (ibid. p. 492—493, No. 3939).

„ Sept. 30. Reate. — Epistola Nicolai IV in Revue de l'Orient. lat. II, p. 614[1]). **1497**

[1]) Buscarellus Londinium venit 5 Jan. 1290 et 13 dies apud Eduardum I moratus est. Idem rex (Revue II, p. 615—616) epistola sine dato scripta Argoni, imperatori Tartarorum, gratias agit, quod auxilium et equos promiserat, et se mox in Terram Sanctam venturum esse confirmat, anteo vero se nuntios cum

praemiis magnificis, inter cetera »gerofalcos et alia jocalia terrae nostrae« missurum esse (Hudson Turner, Unpublished notice of the times of Edward I in Archeolog. Journal 1851, VIII, p. 48—49, Not. 6; cf. Röhricht, Etudes in Archives I, p. 650—651, Not. 81).

„ Octob. 10. Accon. — Epistola Johannis de Villareto, Hospitalis magistri, in D. Cart. III, p. 548, No. 4060. **1498**

„ Dec. 23. Erphesfordiae. — Epistolae Burchardi de Schwanden, fratrum Theutonicorum magistri,[1]) annotare liceat, quod in epistolis Nicolai IV idem saepius nuntius Rudolfi I, regis Germaniae, memoratur (Kaltenbrunner, Aktenstücke No. 339, 343: 13 April et 18 Maj. 1289). **1501**

[1]) Qui postea resignavit et in ordinem S. Johannis intravit; commendator ejusdem ordinis memoratur 25 Aug. et 15 Octob. 1303 et 25 Jul. 1304 in D. Cart. IV, No. 4607, 4610, 4661.

**1290** Martio 4. — »Messanae in domo nostra S. Mariae Magdalenae, ubi post praedictam desolationem Terrae Sanctae caput nostrae religionis statuimus et conventualiter vivimus«. — Guillelmus, abbas S. Mariae de valle Josaphat,[1]) quum tota Terra Sancta amissa fuerit, in Siciliam reversus, ut disciplinam fratrum corrigat, unumquemque sine permissione ab ipso vel prioribus accepta longius quam milliare a monasterio secedere sigillo apposito vetat. — Guillelmus abbas, Georgius, prior Josaphat in Placia, Nicolaus de Pace, prior Fossarum, Thomas, monachus de Josaphat, Bernardus, prior S. Mariae Marturanis, Karolus, Thomas de Messana, Carsidonius de Montealto, Johannes de S. Lucido, Cassidonius de Monte alto, monachi de Josaphat (Revue de l'Orient lat. VII, p. 195—196, No. 88). **1501[a]**

[1]) Idem 10 Sept. 1290 (Revue de l'Orient lat. VII, p. 194—195, No. 87) Messanae chartam edit, quae tamen historiam abbatiae cismarinae attinet. Ab 4 Martio anni 1292 S. Mariae de valle Josaphat coenobium Messanum centrum totius congregationis fuit (Kehr, Die Urkunden p. 368—369).

„ Martio 29. Accon in domo episcopali. — Quum quasdam domos inter Acconensis ecclesiae et communis Venetorum domos sitas fratres Hospitalis ab heredibus quondum Pauli David acceperint et in eis juxta mare novum sumptuosum opus aedificaverint, inde magnum scandalum inter Venetos et fratres praedictos ortum est. Quum vero illae domus ecclesiae Acconensi maxime utiles sint, Nicolaus O. Pr., patriarcha Hierosolymitanus et minister ecclesiae Acconensis, Rapremussus decanus, Michael thesaurarius, Johannes canonicus et memorati fratres in praesentia Nicolai Quirini de S. Juliano bajuli, Henrici Ferri et Johannis Barbarini, consiliariorum Venetorum Acconensium, de emptione agunt et antedictus patriarcha domos emit. — Fredericus de Arecio, Andreas, plebanus S. Marci, Marcovaldus notarius, Marcus, bacalarius communis Venetorum, Sensus Bosius, mercator Senensis, magister Matthaeus medicus, Bartholomaeus, notarius publicus, Bartholomaeus de Paganellis de Firmo, auctoritate imperiali notarius publicus, qui scripsit et sigillavit (D. Cart. III, p. 556—558, No. 4084). **1501[b]**

„ Octob. 15. Apud Urbem Veterem. — Epistola Nicolai IV in D. Cart. III, p. 575, No. 4126. **1505**

„ Dec. 2 et 31. Apud Urbem Veterem. — Epistolae Nicolai IV in Revue de l'Orient lat. II, p. 617—618. **1506, 1507**

(**1291** c. Maj. 31). — Epistola Johannis de Villareto, Hospitalis magistri, in D. Cart. III, p. 592—593, No. 4157. **1513**

„ Aug. 13, 21, 23. Apud Urbem Veterem. — Epistolae Nicolai IV in Revue de l'Orient lat. II, (1) p. 623—624, (2) p. 625—626 et 619—620, (3) p. 621—622, 627. **1517**

# I.

# INDEX PERSONARUM.

[Numeri non paginarum, sed regestorum sunt].

[1]) Qui accuratiorem historiam magistrorum legere vult, utatur libro, quem citavimus supra No. 315[a] Not. 1.

# II.

# INDEX LOCORUM.

---

# III.
# INDEX RERUM.



---